Teſtis qui arguitur de aliquibus delictis præſumitur emendatus benefaciendo per triennium conſilio 392. numer. 16. fol. 136
Teſtis pauper non repellitur ſi aliàs ſit bona fama conſil. 392. num.18. 136
Teſtis non rite examinatus ſecundum communem opi. repeti poteſt ſuper eiſdem uel directo contrarijs, licet eius dictum ſit ſcitum conſ.393.nu.1. 138
Teſtis quando pro amicitia repelli poſſit conſilio 392. numero 27. 137
Teſtis qui dicit ſe uelle illum pro quo deponit reportare uictoriam, non eſt idoneus conſ.264.nu.7. 39
Teſtes inſtrumentarij non poſſunt reprobari, quia de conſenſu partium in inſtrumento deſcribuntur ibid.nu.13.
Teſtium dicta clandeſtine examinatorum & nulliter, habent contra ſe præſumptionem falſitatis & corruptionis, conſil.394. num.7. 138
Teſtium receptio non ualet in materia prophana, lite non conteſtata, conſ.333.nu.1. 82
Teſtium ſingularitas nocet in probandis indicijs remotis, & ad indicia coniungenda conſ.238.nu.25. 14
Teſtium ſingularitas non nocet, quando cum dictis illorum concurrunt plura adminicula, & quando partes noluerunt contractum eſſe ſecretum, conſ.383.nu.36. 125
Teſtium ſubſcriptio requiritur in apoca ad plenam fidem, quia plena probatio non fit per ſolam comparationem literarum regulariter, conſ.374.nu.3.& 4. 117
Teſtium diſcordia in narratiuis & accidentalibus, non nocet, dummodo concordent in negocio principali, conſil. 389. numero 27. 134
Teſtium ſingularitas non attenditur in indicijs ad torturam, conſil.238.nu.10. 13
Teſtium credulitas credentium ex actibus propinquis ad Venerē ſequutam eſſe copulam, dat indicium ad illam probandam, conſ.390.nu.6. 134
Teſtium examen ad perpetuam rei memoriam in terminis c. ſignificauit de teſti. ſi dicta illorum fuerint didicita per producentem

ſt excladit illum ab ulteriori examine ſuper eiſdem.c. propter timorem ſubornationis,conſil.391.nu.9. 135

Teſtium ſingularitas non nocet in probanda confeſſione ſapius reiterata,conſ.389.nu.16. 133

Teſtium ſingularitas non obſtat in probandis factis habentibus tractum ſucceſſiuum & reiterabilem, conſilio 390. numero 4. 134

Teſtium examen ſi fuit nullum culpa & defectu partis producentis teſtes,tunc poſt ſcita dicta teſtium,non admittitur ad nouum examen eorundem uel aliorum, ſuper eiſdem articulis,& ille eſt uerus intellectus d.cle.conſilio 394. nu. 6. fol. 138. & nu. 7.

Tex. in cle. 1. de proba. procedit etiam in quocunque Principe habente iura imperialia,& non recognoſcente ſuperiorem cõſil.293.nu.8. 61

Tex.in c.ſi annum de iudi. lib. 6. procedit etiam in omnibus bonis acquiſitis per clericum poſt clericatum, licèt non cauſa beneficij conſil.250.nu.4. 29

Et procedit etiam in patrono ibid.nu.5.

Tex.in c. ſi annum de iudi.lib.6.de minore 14.annis circa beneficia, & ſpiritualia, ut minor 14. annis clericus non habeat legitimam perſonam in actibus iudicialibus, procedit etiam in extraiudicialibus,ut in procuratore ad reſignandum,conſi. 282.nu.2. 54

Tex.in aut.matri,& auia circa ſolennia non habet locum in tutela teſtamentaria materna, quãdo maritus ualde confidebat de ipſa conſil.312.nu.4. 71

Text.in capitulo cum olim de priuile. ubi datur forma probandi per teſtes tenorem priuilegij, non procedit ſi agatur poſſeſſorio conſil.371.nu.6. 114

Tex.in c.ſuſceptum de reſcript.in 6.non procedit in literis ordinarij collationis conſ.304.nu.6. 67

Nec procedit in prouiſione Papæ facta motu proprio, ibidem num.7.

Tex. in l. final. in. §. omnem.C. de admi. tut. quæ in inſtrumento tutelæ uel curæ requirit clauſulam de defendendo pupillos,& forma lis,& ſecundum omnes Docto. practicatur,conſi.323. num.1. 77

Theologi non iudicant ſuper matrimonio, neque ſuper uſuris, ſed canonici conſi.383.nu.17. 124

Timor mortis,uel corporis cruciatus per actus facti, qui cadat in conſtantem debet probari ad probandum matrimonium meticuloſum conſ.340.nu.5. 86

Titulus non probatur per inſtrumentum locationis etiã contra conductorem, maximè in damnum tertij conſilio 310, numero 6. 69

Ita nec poſſeſſio, ſed quid requiratur ibid.nu 7. 70

Titulus Eccleſiæ probatur ex ſola poſſeſſione 10. annorũ conſil. 362.nu.9. 103

Titulus cum quo concurrit error probabilis, ſufficit ad acquiſitionem fructuum conſ.235.nu.13.& 15. 10

Torqueri poteſt quis pro unico indicio, ſi adſit etiam uehemens fama,conſil.238.nu.3.& 4. 13

Tractatus non probat matrimonium, niſi concurrat tempus decẽ annorum conſi.146.nu.3. 20

Tractatus præcedens eſt neceſſarius in alienatione bonorum Eccleſiæ,conſ.294.nu.9. 61

Tractatus præcedens arguitur ex modo delinquendi, & ex magnitudine uulnerum & ex uocatione amicorum conſil. 329. num.11. 80

Tractatus præcedens alienationem, & alia ſolennia præſumuntur per lapſum centum annorum conſ.249.nu.16. 29

Quæ concluſio procedit etiam ſi ex tenore contractus appareret de defectu ibid.nu.17.

Trahens aliquem in locum ratione contractus tenetur contractũ oſtendere conſi.239.nu.1. 15

Tranſactio non extenditur ad incognita, niſi ſpecialiter exprimãtur conſi.306.nu 6. 68

Tranſactio facta ſuper decimis inter duas Eccleſias ſine auctoritate ſuperioris ualet conſil.249.nu.15. 28

Tranſgredi leges licitum eſt propter enormitatem delicti, conſil. 330.nu.6. 81

Tranſgredi iura licitum eſt propter atrocitatem delicti conſilio 297.nu.6. 64

Turpitudo promiſſionis præſumitur ex qualitate perſonarum conſil.166 nu.24. 42

Tutor ille dicitur cui conuenit diffinitio tutelæ conſil. 312. numero 3. 71

Tutor & curator ſecundum Venetam conſuetudinem ſunt executores teſtamentarij ibid.nu.3.

Tutor non poteſt dari habenti tutorem,niſi de conſenſu, ſeu cauſa cognita ibid.nu.9.

Tutor datus tenetur iurare defenſionem pro pupillis, aliàs non ualet proceſſus ibid.nu.12.

Tutor quando dicatur pupillum tueri ibid.nu.14.

Tutor quando non fuit diligens circa probationes & alia,in quibus conſiſtit uictoria cauſæ, pupilli dicuntur indefenſi, ibidem nu.15.

Tutrici non currit tempus ad acceptãdum onus tutelæ, niſi prius monita conſtituatur in mora, & ante monitionem non poteſt dari pupillis tutor conſ.323.nu.3. 77

VALOR quartæ partis pro fabrica Eccleſiæ per Epiſcopum canonicis conſignatæ conſideratur tempore conſignationis,conſ.368.nu.8. 110

Varietas circa accidentia facti non attenditur in teſtibus,dummodo in ſubſtantia contractus ſint concordes cõſil.383.nu.37. 115

Varietas teſtium circa tempus non nocet quando tempus non diuerſificat effectum de quo eſt quæſtio conſil.389.nu.4. 131

Veneti habuerunt licentiam iudicãdi clericos & in ſacris conſtitutos committentes delicta atrocia a Paulo Pont.Max.III. Romæ,de anno 1541.conſ.297.nu.8. 64

Venditio recte conſiuata: an uitietur propter errorem in qualitate terrarum conſ.260.nu.3. 36

Verba narratiua Papæ motu proprio eiuſdem prolata quid operentur,conſ.386.nu.9. 128

Verba narratiua Papæ de facto alieno, ſuper quibus fundatur gratia probant præſumptiue narrata conſ.386.nu.3. 128

Verba alicuius diſpoſitionis debent reduci ad communem, & ſanum intellectum,conſ.313 nu.11. 72

Verba in contractibus habent ſuam efficaciam & debent qualia ſunt adimpleri conſ.306.nu.3. 68

Verba generaliter prolata ſunt cum effectu intelligenda ibid. num.5.

Verba narratiua inſtrumenti probant enuntiata inter partes præſentes conſ.303.nu.7. 67

Verba non attenduntur in actibus obligatorijs ubi de intentione conſtat,conſ.369.nu.3. 112

Verba, placet, promitto, conſentio, iuro, iuncta uerbo infinitiuo ſum,es,eſt,uel per alia ſimilia uerba contrahunt matrimoniũ de præſenti,conſ.383.nu.11. 124

Verba huiuſmodi, promitto,quòd non habebo aliam in uxorem, niſi te, uel illam contrahunt matrimonium de præſenti præcedente tractatu de matrimonio conſ.383.nu.12. 124

Verba narratiua Principis uel Papæ non faciunt plenariam fidem, quando tractatur de præiudicio poſſeſſoris conſ.290. nu.4.& 5. 59

*Verba Principis etiam præciſa recipiant interpretationem a iure ibid.nu.9.*

*Verba huiuſmodi, ſon contenta, poſita in literis important conſenſum de præſenti, conſ.383.nu.6.* 124

*Verba dubia ſumuntur pro matrimonio ſi præceſſit tractatus de matrimonio, conſ.383.nu.24.* 124

*Verba dubia contrahentium relata per teſtes, quæ etiam poſſunt arguere ſponſalitia, trahuntur ad matrimonium, conſil.383. num.26.* 125

*Verba iſta, non uolo aliam uxorem niſi te, contrahunt matrimonium, quia dictio, niſi, ponit neceſſariam uoluntatem de præſenti conſ.383.nu.23.* 124

*Verba narratiua Imperatoris de priuilegijs papalibus utrum probent illa, & ſic utrum cle. 1. de proba. procedat in Imperatore, & alio Principe conſilio 249. num.3.* 27

*Verba narratiua quando ſumus in tempore a quo diſtamus per ſpacium centum annorum faciunt plenam fidem etiam propter aliud ibid.nu.4.& 5.fol.eod.& ſeq.*

*Verba narratiua principis attendenda ſunt & eis ſtandum eſt, quando ex narratis colligitur clara intentio narratorum ibidem nu.6.* 28

*Verba narratiua non probant quando diſputatur principaliter de ipſo enuntiato ibid.nu.7.*

*Verba narratiua Papæ non probant in præiudicium tertij etiam in beneficialibus ibid.nu.8.*

*Verba narratiua probant in excedentibus memoriam hominum in probandis conſuetudinibus, & in leuioribus ibidem numero 9.*

*Verba iſta, ſententiamus talem fore, & eſſe ſuſpendendum a diuinis per ſex menſes, an ſuſpendant illum, concluſio eſt quòd non conſ.347.nu.1.* 91

*Verba iſta, iuro quòd te tenebo pro uxore, important matrimonium, conſi.38.nu.18.* 124

*Verba narratiua Papæ etiam de facto alieno probant enuntiatū conſ.397.nu.17.* 141

*Verba hæc, dammi la mano, che ti prometto la fede mia de non torre mai altra moiere che te. faciunt matrimonium, & ſponſalia, conſi.259.nu.1.* 35

*Verba hæc, uolo tibi donare centum, an inducant donationem cõſil.281 nu.7.* 53

*Verba priuilegij quando ſunt clara de exemptione non ſunt aliter interpretanda conſil.258.nu.3.* 35

*Idem quando res eſt ualde dubia ibid.nu.4.*

*Verba priuilegij, ne reddantur ſuperflua, caſus omiſſus in eo cenſetur in illo comprehenſus conſ.276.nu.2.* 50

*Verba priuilegij exemptionis debent latè interpretari, quatenus uerba ſonant, etiam ſi materia ſit odioſa conſil. 258. num.8.* 35

*Verba reuocatoria indultorum generalia, non præiudicant priuilegijs Cardinalium conſil.315.nu.7.* 73

*Verba enuntiatiua non probant matrimonium contractum quãdo tractatur de præiudicio alterius matrimonij, conſil.353. num.12.* 96

*Verba narratiua per modum cauſæ finalis de collatione beneficij facta ad effectum promouendi prouiſum ad ſacros ordines, probant enunciata per epiſcopum & ampliatur concluſio etiã in diſpoſitione priuatorum conſ.328.nu.1.* 79

*Verba enunciatiua geminata probant enunciata eſſe uera ibid. numer.2.*

*Verba enuntiatiua notarij, probant enuntiata inter partes conſi. 264 nu.12.* 39

*Verba hæc, ſei tu contenta di tuor per tuo marito Carlo qui preſente? muliere reſpondente, che è contenta tuorlo per marito, an inducãt matrimoniũ, & cõcluditur quòd nõ conſi.281. numer.3.* 53

*Sed contrahuntur ſponſalia ibid.nu. 4.*

*Sic ſi dixerit, miti prometto eſſer tuo marito ibid.nu.6.*

*Verba ſententiæ debent propriè & ſtrictè intelligi conſil. 264. nume.8.* 39

*Verba hæc, uolo eſſe tua uxor, uolo eſſe maritus tuus, an inducãt matrimonium per uerba de præſenti conſ.245.nu.1.* 19

*Verba uidentur eſſe de ſubſtantia matrimonij in loqui ualente, conſi.246.nu.1.* 20

*Per uerba de præſenti prolata etiam ex interuallo contrahitur matrimonium, ſi non probetur per reſpondentem ex interuallo mutatam uoluntatem ibid.nu. 6.* 21

*Verba illa, & omnia bona alia ſua mobilia, & immobilia, cum iuribus & iuriſdictionibus: an comprehendant ius patronatus conſi.343.nu.16.* 89

*Verba enuntiatiua matrimonij præſente patre, & acceptante, an & quando probent matrimonium conſi.353.nu.3.* 95

*Verbum uolo eſſe hæres, ad interrogationem alterius facit aditionem hæreditatis conſi.383.nu.8.* 124

*Verba, uolo eſſe uxor tua, uel placet eſſe important conſenſum de præſenti in maritum, conſi.383.nu.9.* 124

*Verbum placet cum infinitiuo uerbi ſum, es, eſt, ſignificat perfectio actus & rei ſubſtantia conſ.383.nu.10.* 124

*Verbum perpetuo intelligitur ſecundum ſubiectam materiam cõſil.241.nu.3.* 16

*Verbum, uniuerſo clero ciuitatis, & Diœceſis Paduanæ comprehendis clericos omnes, maiores, & minores, & in dignitate conſtitutos in eccleſia patauina conſ.368 nu.17.* 111

*Verbum illud, tu dicis falſum, debet interpretari ut non ſit iniurioſe dictum, conſi.375.nu.3.* 119

*Verbum, uiolenter ſumi poteſt actiue & paſſiue conſil. 375. numer.4.* 119

*Verbum libere quid importet, quia non dicitur aliquid poſſe fieri libere, quando poteſt præſtari impedimentum conſil. 358. nume.14.* 101

*Veritas attenditur non præſumptio conſilio 386. numero 16. fol. 128.*

*Veritas in ore duorum uel trium ſtare dicitur conſilio 295. numer.1.* 62

*Vicarius Epiſcopi generalis deferendo appellationi informi ab interlocutoria ad Archiepiſcopum non deuoluit ſine ſpeciali mandato.conſ.307.nu. 3.* 68

*Vicarius generalis epiſcopi, ſine ſpeciali eius mandatu non poteſt auctorizare donationi iurispat. facta per patronum laicum in perſonam ſecularem conſilio 327. numero 1. folio.* 78

*Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt auctoritatem interponere ſuper ſtatuto de certo canonicorum numero, nec creare nouum canonicum augendo numerum, nec nouum creare beneficium in eccleſia ibid.nu. 2. & 3.*

*Vicarius epiſcopi non poteſt interponere decretum quòd acquiratur iuspat. laico ex fundatione, uel dotatione, ſine ſpeciali mandato ibid.nu. 4.*

*Vicarius maiorem habet facultatem in diœceſi ſua, quando epiſcopus eſt abſens à loco ciuitatis, fallit tamen ibid.nu. 6.*

*Vicarius epiſcopi generalis, qui pro ſuo ſalario habet præbendã, & reſidentiam, qui ſit etiam canonicus præbendatus cum reſidentia, nunquid poſſit de iure habere duplicem reſidentiam, uel unam tantum, conſi.337.nu.4.* 84


*Quia in iſta quæſt. ſunt uaria opiniones, ideo ſtandum eſſet conſuetudini eccleſiæ ibid.nu. 5.*

*Vicarius Epiſcopi cum generali mandato non poteſt approbare donationem patronis factam laico, quia requiritur ſpeciale conſi.343.nu.7.* 88

*Vicarius*

*Vicarius Epiſcopi generalis non poteſt decretum interponere in his quæ non ſpectant ad ipſius iuriſdictionem ibid. nu. 9.*
*Et ideo ipſe non poteſt interponere decretum quod laicus acquirat ius patro. ex dotatione uel fundatione ibid. nu. 10.*
*Vicarius Epiſcopi habens ab eo poteſtatem recipiendi reſignationes beneficiorum non poterit expedire prouiſionem ibid. nu. 13.*
*Vicarius Epiſcopi generalis licèt poſsit inſtituere præſentatum a patrono, non tamen poterit habilitare laicum, ad ius patrona. titulo donationis, & dantur rationes diuerſitatis conſilio 344 nu. 1. fol. 89. & conſ. 345. nu. 5.* 90
*Vicarius, & capitulum tenentur de neceſsitate inſtituere præſentatum, ſi eſt idoneus ibid nu. 2.*
*Vicarius generalis Epiſcopi, quòd habeat auctoritatem & facultatem a iure habilitandi laicum ad ſpiritualia uel annexa nõ reperitur iure cautum ibid. nu. 3.*
*Vicarius Epiſcopi an poſsit ex conſuetudine acquirere facultatẽ approbandi donationem iuris patro. factam laico conſ. 345. num. 5.* 90
*Vicarius Epiſcopi generalis ſine ſpeciali mandato beneficia non confert, conſ. 382. nu. 1.* 122
*Vicarius ſeu procurator cum libero mandato poteſt conferre beneficia, conſ. 382. nu. 3.* 122
*Vicinus, & cohabitans cum uno præſumitur ſcire facta uicini & cognatus facta cognati conſ. 295. nu. 7.* 62
*Vitium quod poſſet allegari contra inſtrumentum purgatur ſpatio. 30. annorum conſ. 362. nu. 8.* 103
*Vis cum armis facta dicitur, ſi quis habet arma ad latus licèt arma non exercuerit, nec illa admenauerit, immò illa depoſuerit, ſi in facultate ſua erant arma reaſſumere conſil. 311. nu. 2 & 3.* 70
*Vltimus ſtatus eſt attendendus conſ. 343 nu. 21.* 89
*Vnio facit duas Eccleſias habere unum Rectorem, uidelicet illius cui fit unio conſ. 242. nu. 9.* 17
*Vnio Eccleſiæ curatæ quid operetur ad canonicatum Eccleſiæ cathedralis ibid. nu. 10.*
*In unione ueniunt ſolum bona, iura, & actiones Eccleſiæ unitæ, &. Rectori illius, tempore unionis debita ibid. nu 12.*
*Vnio perpetua, & unio temporalis differunt ibid. nu. 14.* 18
*Vnio ex falſis cauſis facta, ualet donec caſſetur conſilio 236. num 4* 11
*In unione debet commiſsio fieri in partibus cum clauſula, uocatis uocandis, & exprimi ualor beneficiorum niſi derogetur ibid. num. 3.*
*Vnio quandoque fit per modum incorporationis, quãdoque quoad gubernationem Eccleſiæ unicæ conſ. 242. nu. 5.* 17
*Et de iuribus unionis incorporationis ibid. nu. 6.*
*Vniuerſitas uenit a ppellatione perſonæ in materia fauorabili, ſecus odioſa conſil. 271. nu. 2.* 46
*Vniuerſitas tenetur de delicto eorum de uniuerſitate ſi acceptat bona inuaſa deprædata per ſingulos ibid. nu. 8.*
*Vniuerſitas tenetur de delicto aliquorum fratrum facto ſine alio tractatu ex quo non puniunt ſingulos delinquentes, ibidem numer. 9.*
*Vniuerſitas non reſtituitur ad appellandum ex hoc ſolo quòd non appellauerit, uel minus legitimè, ſed tenetur docere, ſe læſam per ſententiam, a qua prætẽdit appellare conſ. 274. nu. 1.* 48
*Vniuerſitas an poſsit puniri ob delictum commiſſum a capitibus ipſius conſ. 268. nu. 3.* 44
*Vniuerſitas poteſt puniri, ſi omnes de uniuerſitate deliquerunt, & non communicato conſilio ibid. nu. 4.*
*Vniuerſitas tenetur ex delicto capitum ſuorum conſilio 271. num. 11.* 45
*Et tenetur etiam ex delicto commiſſo a fratribus de uniuerſitate, etiam non communicato conſilio ibid. nu. 12.*
*Vniuerſitas quæ a principio habuit malam fidem nunquã præſcribit conſ. 251 nu. 1.* 29
*Vniuerſitas incipit præſcribere poſt mortem omnium, qui a principio de debito ſciuerunt ibid. nu. 2.*
*Voluntas ſola non inducit in beneficialibus ſimoniam mentalem conſ. 375. nu. 6.* 119
*Voluntas ſcribentis non præſumitur mutata quia de iure durare præſumitur conſ. 383 nu. 5.* 124
*Et ibi ponuntur plura uerba literarum, quæ probant conſenſum de præſenti.*
*Vſufructus præſcribitur ſpacio decem annorum inter præſentes, & penſio cenſetur uſufructus conſ. 388. nu. 22.* 131
*Vſufructus tollitur inter præſentes præſcriptione decem annorum conſ. 388 nu. 9.* 130
*Vſura non debet committi etiam fauore alimentorum uel pro captiuis redimendis conſil. 247 nu. 17.* 23
*Vtilitas, & neceſſitas æquiparatur per cauſam alienationis conſ. 294. nu. 3.* 61
*Vulnerans, ſi percuſſus ſanatus uidebatur, & negocia geſſerit, & poſt certum tempus ex febri, uel fluxu accidentali obierit, non tenetur de homicidio conſ. 275. nu. 10.* 49
*Vulnerantes plures aliquem pluribus uulneribus quibus moriatur, & non conſtat clare ex cuius uulnere, utrũ omnes teneantur uel unus conſ. 329. nu 20.* 81
*Vxor quæ deceſſit in principio anni, tranſmittit totum legatum ad hæredes, ſi maritus in teſtamenta legauit ei decem corbes frumenti, donec ſtaret ſine marito, conſ. 372. nu. 10.* 115

FINIS.



# CLARISSIMI VTRIVSQVE IVR. DOCTO. D. IO. BAPTISTAE FERRETTI VICENTINI, ET ADVOCATI CONSISTORIALIS CELEBERRIMI,

Secundum volumen Reſponſorum, & Conſiliorum ſuorum, Paduæ, dum ibi ius Canonicum publicè profiteretur, & Venetijs cauſas in foro Canonico patrocinaretur, abſolutorum, optimis auſpicijs incipit.

## SVMMARIVM.

1 *VTRVM clauſula derogatoria, poſita in litteris ſecundis, in forma ampliſsima, qua utitur Romana curia, deroget litteris, & priuilegijs præcedentibus habentibus clauſulas fortiſsimas derogatorias ad ſequentes.*

2 *De clauſula, quòd tenor obſtantium, habeatur pro expreſſo, quid operetur, tam de iure, quàm de ſtylo Rom. curiæ. & nu. 3.*

4 *Vbi requiritur expreſſio, non ſuffic t tacitum, uel præſumptum.*

5 *In dubio tenendum eſt, non eſſe derogatum priuilegio.*

6 *Succeſſor nõ præſumitȇ in dubio derogaſſe priuilegio præceſſoris.*

7 *Lex facilius per clauſulas generales derogat priuilegijs, quàm per uiam gratiæ, ſeu reſcripti ad inſtantiam petentium.*

8 *Priuilegio conceſſo fauore alimentorum, non derogatur per clauſulas generales.*

9 *Plura priuilegia eiuſdem tenoris, ſunt fortiora, & ideò difficilius illis derogatur.*

10 *Melius eſt, quòd clauſula derogatoria ſit ſuperflua, quàm quòd tertio inferatur præiudicium.*

11 *Clauſula derogatoria motu proprio appoſita, potentior eſt ad derogandum prioribus, quàm illa, quæ apponitur ad inſtantiã.*

12 *Quando credatur doctori, affirmanti ita eſſe de ſtylo, uel conſuetudine.*

13 *Quando in priuilegijs exemptionum eſt clauſula decreti irritantis, utrum per contrauentionem, uel præſcriptione priuilegia amittantur.*

14 *Priuilegiatus, ut non teneatur ſoluere decimas, uel collectas, ſiue mandata ſuper. orum ſoluat, non amittit priuilegium.*

15 *Vltimus ſtatus non ſoluendi, attenditur.*

## CONSILIVM CCXXIII.

¶In cauſa exemptionis Monaſterij, & monialium S. Claræ, de campo Marcio Veronæ.

REDEMPTORIS Noſtri inuocato ſuffragio: Viſu tenore priuilegiorum, plurimorum Romanorum Pontificum, aliàs monaſteriu, cõuentui, & monialibus S. Claræ de campo Marcio Veronæ, conceſſorum, & uerbis cõceſsionis decimarum Illuſtriſs. Venetorũ Dominio diligenter cõſideratis: Quærit̃ an Abbatiſſa, & moniales poſsint ſe tueri a ſolutione decimarum uirtute dictorũ ſuorum priuilegiorũ. ¶Et prima facie uidebatur dicẽdum ꝙ non, quia licèt in huiuſmodi priuilegijs plures ſpeciales clauſulæ appoſitę ſint, tamen in dicta ꝯceſsione decimæ, uidentur eſſe clauſulæ generales, multum efficaces, ex quibus priuilegijs uidetur eſſe ſufficienter derogatum, dum in ea dr̃, exemptis, & non exemptis: & ibi, cuiuſcunq; præeminentię, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, quibus, aut alicui eorũ, nulla priuilegia, aut indulgentias ſub quacũque uerborum forma, uel expreſsione ꝯceſſa, quo ad hoc nolumus ſuffragari: & ibi, nõ obſtantib. ſi eiſdem ab apoſtolica ſede ſit indultum, ꝙ ad ſolutionẽ alicuius impoſitionis minimè teneantur, & ad id cõpelli non poſsint per litteras apoſtolicas non facientes plenã, & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi, eiuſq; toto tenore, ac proprijs ipſorum locorum, ordinum, & perſonarum nominibus, & cognominibus, & quibuſcunque priuilegijs, exemptionibus etiã in corpore iuris clauſis, ac litteris apoſtolicis, quibuſuis dignitatibus, ſeu ordinibus, ſub quacunque forma, & expreſsione uerborum, ab eadem ſede conceſsis, mentionem, etiam ſi de eis, eorumque totis tenoribus de uerbo ad uerbum, quęque ad eorum, & clauſularum in eis contentarum derogatoriarum, derogationem; præſentibus habenda eſſet mentio
1 ſpecialis &c. † Iſta enim clauſula operatur, ut derogatũ uideatur clauſulis ſpecialibus priuilegiorum, in quibus requiritur, ꝙ de talib. priuilegijs, & de loco priuilegiato ſpe-

tn ſpecialis mentio habeatur,ita not. decidit Federic. de Sen.conſi.47.incip.Habita ſuper caſu p̄dicto collatione. vbi hoc ptimo concludit in teſtamento ſecundo, quia quando in eo dicitur, caſſans, & rumpens omnem ultimam uoluntarem iſtius ultimæ derogatoriam, non obſtantibus quibuſcunque uerbis derogatorijs in ea poſitis,& ſi de ipſis derogatorijs de nerbo ad uerbum, & toto tenore in ſecundo ſit facienda mentio ſpecialis, nam uirtute horum uerborum,derogatum intelligitur primo teſtamento,in quo erat ſpecialis clauſula derogatotia,licèt formaliter, & in ſpecie de illa clauſula nihil dicatur. Et idem dicit Feder. quòd talis derogatio ſufficit ad derogandum priuilegio ſpeciali, habenti quaſcunque clauſulas ſpeciales derogatorias, aliàs oporteret Papam infinitorum priuilegiorum per orbem conceſſorum per ſe, & ſuos prædeceſſores inſerere, ſi ueller illis derogare, quod eſſet abſurdum,ſecũdum eum,& ibi dicit,quòd ita communiter tenemus. Ad idem Federi. alio ſuo conſi. 533.caſus talis eſt.col.3.circa ptincipium dicit,quòd ne poteſtas papalis impediretur, oportuit habere aliquas clauſulas generales,per quas uolũtas ptincipis, nullum locum excludere uolentis,optatum ſortiretur effectum, oportuit enim ipſum habere aliqua uerba, per quæ cogitationes, & uoluntatem ſuam in alterius notitiam proferret, aliàs ſi diceremus contrarium,impediretur,& fruſtraretur papalis poteſtas, quod eſt abſurdum argumento. de præb.lib.6.c.dudum & de conceſſ.pręb.eo.lib.c.1. ad finem. hæc ille. Eſt bene uerum, ꝙ Federicus ibi loquitur,quando Io.Pap.xxij. impoſuit decimas uniuerſis mundi eccleſijs ꝓprio motu,non ad alicuius ſupplicantis inſtantiam,prout exiſtit in caſu noſtro,ad petitionem Illuſtriſsimi dominij, inter quæ eſt maxima differentia, ut dicet inferius. Et hoc idem tenet Alber. in l.j.circa finem.C.quando Imp.inter pup.& uidu. dicens, quod uidit obſeruari, ꝙ ſit derogatũ priuilegio ſpeciali habenti clauſulam derogatoriam, ſi dicatur non obſtante priuilegio, de quo etiam oporteret mentionem facere ſpecialem. quia hoc modo ſatis conſtat de mente Papę. Idẽ ſequitur Io.de Ana.conſ.56.incip. His quæ in facto proponũtur uiſis, ubi expreſſe ad litteram ſic ſcribit,quòd ſi Papa indulgentiam alicui concedat, & apponat clauſulam, ꝙ illi etiam non intelligatur derogatum per aliud priuilegium, niſi de illo fiat mẽtio de uerbo ad uerbum. Tamen ſecundum eum communis eſt opinio, ꝙ ſi in ſecundo priuilegio ſit clauſula derogatoria, & reuocatoria,& dicat, etiam ſi fienda eſſet mentio de uerbo,ad uerbum, quod per talia uerba,primum eſt reuocatum,& illi derogatum intelligitur. Allegat not. in c.j. de reſcript. & in c.penul.de Capell.monach.Sic etiam poſt collectarium Bal. concludit in c.cum dilecta col.fi.de reſcrip.ubi
2 uult, † quòd quando Papa dicit,ꝙ tenor obſtantium habeat pro expreſſo, & ſcripto de uerbo ad uerbum, nulla obſtantia officit tali reſcripto. Sed aduerte quia dictũ Bal.non bene militat in caſu noſtro,quia in conceſsione decimæ non dicitur, quòd tenor obſtantium habeatur pro expreſſo, quod nota. Et cum prædicta concluſione concordat Ange.in conſi.273.Non eſt dubium col.pen. & in l.omnes per illum tex.C.de præſcrip.30. anno.Et dicit do.Ant.in conſi.2. incip. Viſis litteris legitimationis
3 † quod clauſula, de qua ſupra appoſita in conceſsione gratiæ,tollit omnia obſtantia de ſtylo curiæ Romanæ.Et deciſionem Federici in d. conſi.47. refert,& ſequitur do. Alexan.in conſi.215.incip. Nec arguendi ſumus,colu.6. verſic. fortificantur octauò, lib.2.

¶ Sed prædictis non obſtantibus, contrarium de iure uerius uidetur. Quia monaſterium prædictũ ab onere decimarum, & cuiuſcunque impoſitionis exemptum eſſe uideretur ratione priuilegiorum plurium Rom. Pont. Quibus non uidetur eſſe ſufficienter derogatum. Nam inter alia,extat priuilegium exemptionis a ſolutione cuiuſcunque impoſitionis, & ſubuentionis, & ſubſidij,& cuiuſcunque alterius exactionis, aliquibus per litteras dictæ ſedis,etiam ſi in litteris dictę ſedis contineatur,ꝙ ad quæuis exempta,uel non exempta loca, & monaſteria ſe extendant,& cum clauſulis derogatorijs, niſi litteræ dictæ ſedis, de huiuſmodi ipſarum monialium indulto, & de eorum ordine,& de nomine Cardinalis,cui gubernatio,& protectio monaſterij & ordinis extitit commiſſa, plenam,& expreſſam fecerint mentionem. Quod priuilegium fuit Clementis Papæ quarti. Dat. Peruſij xij. Kal. Decembris. Anno ſecundo ſui Pontificatus. De quo facit mentionem, & illius formã imitatur cum eiſdem uerbis derogat aliud priuilegium Nicolai Papæ quarti, Dat. Romæ v. nonas Maij. Anno ſecundo Pontificatus ſui. Extat etiam aliud priuilegium eiuſdẽ Pontificis Nicolai Papæ, Datum apud urbem ueterem xv.Kal. Februarij Anno tertio,confirmans præmiſſa. cum omnibus ſuis clauſulis derogatorijs.Extant quamplura alia priuilegia ſummorum Pontificum ſuper huiuſmodi exemptione, a non ſolutione decimarum, de quibus latius conſtat in ſummario,& litteris parentibus dictæ ſedis, per D. V.R. uiſa & lecta,quæ aliter non refero. Sed de uno alio tantum faciam mentionem,uidelicet de priuilegio exẽptionis Nicolai Papæ quinti, Dat. Romæ, de anno 1449. tertio Idus Februarij. Anno tertio ſui Pontificatus,inhærentis ueſtigijs Nicolai quarti, Bonifacij octaui, Ioannis xxij. Clementis iij. Benedicti xj. Prædeceſſorum ſuorum, per quod cõceditur pleniſsima immunitas,& exemptio præfato monaſterio,& monialibus.S. Claræ a decimis,& quorumcunq; ſubſidiorũ, Mandãs omnibus legatis,ne dictum monaſterium, & moniales ſuper ſolutione huiuſmodi moleſtent,aut moleſtare permittant, etiã per litteras apoſtolicas, ſub quauis forma, uel expreſsione uerborum conceſſas, ſeu in poſterum concedendas, & ſi litteræ ipſę de earum monaſterijs, conuentibus, priuilegijs,& indultis ipſarum,ac de ipſo præſenti indulto fecerint plenam,& expreſſam mentionem, ac etiam ſi in eiſdem litteris conceſsis,uel concedendis, adeſſent clauſulæ infraſcriptæ,uidelicet, quòd omnes perſonæ tam exẽptæ, quàm non exemptæ ad ſolutionem decimarum cõpelli poſsint. non obſtantibus ſi dictis earum conuentibus, aut ipſarum ordini,ſeu religioni in ſpecie, uel in genere a ſede apoſtolica ſit indultum, quòd ad ſolutionẽ, ſeu præſtationem decimarum,ad id cõpelli &c.per litteras ap̄licas,quæ de ipſo ĩdulto,& toto tenore ipſius, plenam,& expreſſam,& de uerbo ad uerbũ non facerent mentionem ſiue quibuslibet priuilegijs eis, uel quibuſcunq; perſonis,locis,uel ordinib.a præfata ſede ꝯceſsis,uel cõcedendis,de quibus oportet in dictis lr̄is ſpecialem fieri mentionem &c.uel aliæ quęcunq;,& qualeſcunq; cſę prędictæ ſimiles,uel diſsimiles, ſub quorumcunq; uerborũ tenore, uel expreſsione inſertæ fuerint. quæ uerba ſunt bene notanda.Cum ergo in tali conceſsione decimę non reperiatˀ ſpecialiter, & expreſſe facta mentio de hmôi indultis,& priuilegijs, et de dicto ordine,& monaſterio S. Claræ,nec de nomine Cardinalis protectoris ordinis illius inſerĩ,ꝙ illis non ſit derogatũ,& quia non vr̄ ſufficiẽter facta mentio expreſſa,& ſpecialis de clauſulis derogatorijs dicti ultimi priuilegij Nicolai v. quæ ſunt magni effectus,ut dicam infra. Ergo priuilegia uidentur ꝑualere,iuxta not.in c.1.& in c.nonnulli de reſcrip. & in c.ueniens de p̄ſcr.& in ſumma 25.q.2.Quę opinio ſuadetˀ,q̄a Clemens, & Nicolaus præſtando immunitatẽ circa decimas præfato monaſterio, ſtatuerũt per quas clauſulas in gratijs ap̄licis in poſterũ ꝯcedendis uelint derogari ſuia priuilegijs,& per quas non,ut dixi ſupra. Vnde cum ſolũ per gn̄ales clauſulas poſitas in dicta ꝯceſsione decimæ, non per ſpeciales,iuxta formam dictorũ indultorum reperiatur illis derogatũ: Sequitur, quòd dictum monaſterium non fuerit cõprehenſum, ad hoc de ſent. excõm.c. quia lib.6.& l.apud Labeonẽ.ff.de iniur. Ad idẽ moueor ratione,quia ad hoc, ut derogetˀ priuilegijs præfatis dominarum Abbatiſſæ,& monialiũ,debet fieri ſpecialis mẽtio,& expreſſa,de indulto &c.Sed certũ eſt,ꝙ per clās generales ſuperius poſitas,nõ ſit exp̄ſſa mẽtio de indultis, nec de monaſterio dn̄arum, ſed tm̄ tacita, uel p̄ſumpta,
4 & ſubintellecta.† ſed ubi requiritˀ expreſsio,nõ ſufficit tacitum,uel præſumptũ.c.2.de præb.c.ultimo de ꝓcu.li.6. clemen.

clemen.appellanti de appell.clem.non poteſt de procur.
Aliam inſuper adduco rationem, nam ſi diceremus pri-
uilegijs ipſarum derogari per tales conceſsiooes papa-
les, ſimiles clauſulas derogatorias habentes; quam uti-
litatem Dominæ præfatæ ex talibus priuilegijs tot labo
ribus, & expenſis acquiſitis conſequerentur? certe nul-
lam. Nam de ſtylo curiæ eſt, quando imponitur decima
papalis, in litteris cōceſsionum huiuſmodi, ponunt ſem
per huiuſmodi clauſulæ, ut experientia docet. Et ſic po-
teſt dici, quod ſedes apoſtolica iſtas D. grauauerit ſum-
ptibus & laboribus, pecunias ab eis, ſine aliquo effectu
exigendo, quia hoc modo, nunquam ſuis uterentur pri-
uilegijs, quod nephas eſt dicere.c.per tuas de dnnat.ubi
bo.tex.c.in his de priuileg. & non ab uno, ſed a quamplu
ribus Roma. Pontificibus, reperirentur deceptæ, & quia
non eſſent melioris conditionis dictæ Dominæ diligen-
tes in ſuorum iurium, & bonorum defenſiones, quàm ne-
gligentes, quæ nullum habent priuilegium contra text.
in c. uigilanti, & ibi not. de præſcript. Ad idem facit,
quia negari non poteſt, quin articulus ſit dubius, & ua-
5 rius inter doctores. † Sed in dubio decet priuilegium
principis eſſe manſurum, regula decet, de regu.iur.lib.6.
cum ſuis concordantibus. Et cum priuilegia Domina-
rum ſint clara, & certa, & dubium ſit, an per huiuſmodi
decimæ conceſsionem ſit eis derogatum, dicunt priui-
legia ſuum habere effectum, donec de intentione Ponti-
ficis aliter conſtet. ad hoc de fide inſtrum. paſtoralis c.
ordinarij. §. ſi uero de off.ordi. lib.6.c. cum ueniſſent de
judic.cum ſimilibus: & quia in dubio præſumitur priui-
legium non reuocatum, ut not.glo.in ſumma 25.q.2.
¶ Non obſtat ſi dicatur, quòd immo uideatur deroga-
tum huiuſmodi priuilegijs, per uerba, de quibus ſupra
apposita in dicta conceſsione decimæ, ſecundum Feder.
in d.conſi.47. quia in hoc, contrarium expreſſe uoluit
Cynus in l.j.C.quando imper.inter pupill. & uidu. & do
minus Federi. in ſuo conſi. 233. Caſus talis eſt monaſte-
rijs &c. ubi in ſimili caſu, latè per plura conſuluit ad fa-
uorem monialium ſanctæ Claræ, quæ per priuilegium
ſedis apoſtolicæ erant exemptæ a ſolutione decimarum
in quorum priuilegio non aderant clauſulæ ita prægnan
tes, ſicut in caſu noſtro, ut patet ex figuratione caſus di-
cti conſilij, & tamen concludit non eſſe derogatum illi
priuilegio per impoſitionem generalem decimarum ab
uniuerſis mundi eccleſijs, & monaſterijs exigendam pro
generali paſſaggio contra infideles factam per Io. Pap.
xxij. cum clauſulis derogatorijs fortiſsimis in dicta im-
poſitione appoſitis, ut latè refert Federic. in 1. columna
dicti ſui conſilij. Et in fine conſilij dicit, quòd licèt, in
iſto dubio ſæpe uiderit doctores dubitare, & ipſemet
quandoque unum, quandoque aliud conſuluerit, quod
tamen nunc habita maturiori deliberatione, & collatio-
ne cum quodam religioſo uiro domino Priore ſancti
Siri de Bononia decretorum doct. conſuluit prout ſupra
ad fauorem dominarum monialium. Et ſic Federi. quic-
quid ſuper hoc paſſu aliàs ſcripſerit, in hoc ultimo con-
ſilio emendauit, & correxit ſe, & cum doctrina Cyni, eā
referendo pertranſit dom. Alexan. conſi. 120. incip. Viſo
puncto, colu.4.lib.4. & cum conſilio Feder. eum referen-
do pertranſit poſt Petr. de Ancha. & dom. Philip. Franch.
in c.1.colu.5.de conſtitut. lib. 6. Et hanc opinionem Fe-
derici latè ſequitur Paul. de Caſtr. ubi ſubtiliter loqui-
tur in conſil. 55. incip. paſſus iſte dubitabilis uidetur.
per totum lib. 1. Et conſuluit ad fauorem priuilegiati,
quòd non fuerit derogatum priuilegio primo per ſecun-
dum etiam ſi in eo appoſitæ fuerint huiuſmodi clauſu-
læ, non obſtantibus quibuſcunque litteris, ſub quacun-
que uerborum forma quibuſcunque locis pijs conceſſa,
de quibus & eorum gubernatoribus, ſeu protectoribus,
ſeu eorum proprijs nominibus, & cognominibus, & in-
terſignis, mentio eſſet habenda ſpecialis, & de uerbo ad
uerbum. quæ uerba ſunt multum prægnantia, & magis
ſpecialia, quàm in caſu noſtro, ſi bene deguſtentur, ſtan-
te maxime, quia in primo priuilegio exemptionis, de
quo in dicto conſilio, aderat ſolum iſta clauſula uideli-
cet, quòd ad hoc ut reuocentur per aliàs ſecundas litte-
ras, quòd illę faciant mentionem expreſſam de dicto in-
dulto, & de nominibus rectoris, & fundatoris, & quo-
rundam aliorum.
¶ Et multo minus per dictam conceſsionem decimæ, in-
telligitur derogatum priuilegijs præfatis, in quibus ad-
eſt triplex clauſula derogatoria ad litteras ſequentes.
Prima, ꝙ non cenſeatur derogatum illis priuilegijs per
quaſcunq; litteras apoſtolicas cuiuſcunque tenoris, ni-
ſi de indulto huiuſmodi, & ordine, & nomine protecto
ris ſit facta mentio. Secunda clauſula derogatoria con
tinetur in priuilegio Nicolai v. dum dicitur etiam ſi de
huiuſmodi priuilegijs fecerint expreſſam mentionem,
ac plenam. Tertiò in eo adeſt clauſula derogatoria, e-
tiam derogatorijs ſecundarum litterarum ad primas lit-
teras, & priuilegia, ibi etiam ſi in eiſdem litteris &c. Vn-
de ſtante triplici clauſula derogatoria huiuſmodi, dice-
bat Paul. de Caſtr. in d.conſilio, colu.fin.in fine, quòd in
ſecunda conceſsione debet fieri mentio de omnibus qua
litatibus primarum litterarum, uidelicet de prima clau-
ſula derogatoria, de ſecunda, & de tertia derogatoria de
rogatoriarum. Et ponit exemplum de tertia, hoc modo
uidelicet quia in ſecunda conceſsione debet dici, etiam ſi
in eis contineatur, quod ſi in ſecundis contineretur reuo
catio dictæ clauſulæ, quod nō uult talem reuocationem
tenere, aliàs dicit ipſe, a primo indulto non intelligitur
receſſum. Sed in caſu conceſsionis decimæ non reperi-
tur clauſula derogatoria huiuſmodi, ad derogatoriam
derogatoriarū, ſaltem ſufficiēter, & ſpecialiter, ergo &c.
¶ Et ſi præmiſſa ſunt uera, prout concludit Paul. in d.
conſi.colum.fin.in duobus teſtamentis a fortiori proce-
dunt in priuilegijs reuocationem habentium clauſulas
derogatorias. Probatur aſſumptum, quia reuocatio te-
ſtamenti non tendit ad præiudicium alicuius, cum ex eo
in uita teſtatoris non ſit alicui ius quæſitum, ſed reuo-
catio priuilegiorum tendit ad damnum eius, cui erat
ius quæſitum.l.ij.§.merito.ff.neg.in lo.publ. Difficilius
ergo deberet reuocatio priuilegiorum fieri argumento
eorum, quæ not. glo.in clemen.prima de off. ordi. Item
quia reuocatio priuilegij eſt odioſa, ut not. Innoc. in c.
ex literis de off.delega. Vnde non debent ſufficere uerba
quantumcunque generalia.
¶ Et in terminis per plura, hanc opinionem tenet Cal-
deri.in conſi.11. incip.Habet ordo ſanctæ Claræ, in titu-
lo de priuileg. ubi conſuluit in caſu priuilegiorum con-
ceſſorum monaſterio S. Claræ ſuper non ſolutione deci-
marum per Clementem iiij. & Nicolaum iiij. Bon. viij.
Bon.xj. & Ioan.xxij. Qui conceſſerunt etiam priuilegia
dominabus, de quibus in caſu noſtro. Et cōſuluit, quòd
clauſulæ ſolitæ generales appoſitæ in conceſsione deci-
marum, non tollunt dicta priuilegia, niſi ſpecialiter fiat
mentio de dicto ordine, & de Cardinali protectore, iu-
xta tenorem clauſulæ appoſitæ in dictis priuilegijs: Ad-
ducit etiam hanc rationem. Nam ſtylus curiæ habet,
quòd in huiuſmodi conceſsionibus decimæ, & in clau-
ſulis derogatorijs exprimuntur ſpecialiter nonnulla lo-
ca exempta, prout etiam fit in caſu conceſsionis noſtræ,
ibi. S. Benedicti & ſancti Auguſtini &c. Vnde eadem ra-
tione, & facilitate poterat fieri mentio etiam de ordine
ſanctæ Claræ in ſpecie, nec iſtud magnum ſpatium oc-
6 cuparet. † Nec obſtat ſi dicatur, quòd priuilegiatus nō
potuit legem imponere ſucceſſori de elect.c.innotuit. c.
fin.de reſcr.lib.6. quia reſpondetur, quòd decet tamen
ſucceſſorem ſeruare, quod per prædeceſſorem ſtatu-
tum eſt. 25.quæſt.3.c.1. & 2. illud ergo non præſumitur
tollere, niſi exprimatur expreſsè, & clare, iuxta clauſu-
las appoſitas in priuilegijs exemptionum. aliàs non præ
ſumitur, niſi conſtet, per uerba clara.c.1.de reſcrip.c.cæ-
terum eo.tit.c.bonæ de confirm.uti.uel inuti.
7 ¶ Nec obſtat etiam ſi dicatur † quòd ſufficiunt genera-
les clauſulę ad tollenda priuilegia.clem.dudum cū ſimi.
de ſepul. Quia rūdetur, ꝙ illa loquitur qñ reuocatio fit
per uiā iuris cōis, et nos ſumus in caſu, in quo fit reuoca-
tio ꝑ uiā grē ad importunā petentiū inſtantiā, inter ꝗ eſt

magna differentia ut not. in c. 1. de conſtit. lib. 6. & in c. 1. de exceſſ. prælat. eo. lib. in c. nonnulli de reſcript. Idem quod ſupra tenet Archid. in ſumma 25. q. 2. col. fi.

¶ Et pro iſta parte latè conſuluit Cardina. in conſil. 51. Incip. Dominus Gregorius. ubi ad fauorem conceſsionis gratiæ pro impoſitionibus exigendis a priuilegiatis. adducit ſex rationes, & alias ſex pro fauore priuilegiatorum ſuper non ſolutione decimarum, uel alterius grauaminis. Et tandem concludit ad fauorem exemptorũ, et reſpondet omnibus adductis in cõtrarium, licet clauſulæ derogatoriæ appoſitæ in conceſsione grauaminis eſſent multum prægnantes, ut ibi per eum in poſitione caſus, ubi poteſt uideri. Dicit enim ibi inter alia, quòd ſi priuilegium exemptionis requirit ad ſui derogationem ſpecialem, ac expreſſam mentionem fieri de monaſterio ſanctæ Mariæ de Oliueto, & de monaſterijs, ac locis, ſibi ſubiectis, quod ei non derogabitur per quaſcunque clauſulas generales, niſi fiat mentio ſpecialis de præmiſsis. Dicitur autem, ſecundum eum, fieri ſpecialis mentio tũc demum, quando ſingulariter exprimitur, adiectis circũſtantijs ſpecialibus, per quas ſpecifice intelligatur de illo, de quo in exemptione, allegat c. ut circa, & quod ibi not. glo. in uer. & ſingula, & c. procurator de elect. lib. 6. c. 2. §. teſtes, de teſt. eo. lib. clem. non poteſt de procur. l. ſi ex dolo. §. fin. ff. de dol. Allegat etiam rationem, de qua dixi ſupra quia ſi contrarium dicerent, priuilegia huiuſmodi exemptionis eſſent ſine effectu contra text. in l. j C. de Theſ. lib. 11. & c. in his de priuileg. Quoniam in conceſsionibus huiuſmodi decimarum de ſtylo ſemper apponuntur huiuſmodi clauſulæ derogatoriæ. Ad idem facit, quia proteſtatio præcedens limitat ſequentia in tãtum, quod quandoque uerba carent effectu, niſi appareat proteſtantẽ pœnituiſſe proteſtationis, ut not. gloſ. in cap. 1. de lit. conteſta. & Innoc. in c. cum m. de conſtit. Sed in propoſita quæſt. ut prædixi, priuilegium Nicolai Pap. v. habet in ſe clauſulas, & proteſtationem uoluntatis ad ſequentes literas apoſtolicas, ergo generales derogatoriæ ſunt ſine effectu, ex quo in priuilegijs præmiſsis eſt diſpoſitum, quòd fiat expreſſa, & ſpecialis mentio, ut ſupra dixi, & cum alijs proteſtat. & clauſulis derogatorijs ſimilibus, uel diſsimilibus, ſub quacũque forma, uel expreſsione uerborum ut dixi ſupra.

¶ Et in eadem opinione perſiſtit Cardinalis in alio ſuo conſilio 136. incip. Præmitto ante ſolutionem col. 5. ubi allegat Cyn. Federic. & Calderi. in locis præallegatis, & cum omnibus ſupradictis etiam latè concordat Roma. conſi. 327. incip. Iſte ſunt rationes. colu. 1. ubi refert Federicum contrarium, & approbat conſilium ſupra allegatum 233. ubi maturius fuit locutus. Eandem partem ſequitur pluribus rationibus idem Romanus in conſi. 436. incip. Quod indultum Petri. colu. 3. & 4. Et idem Roma. in alio conſi. 498. incip. In caſu quo quęritur, colu. penul. uerſ. Et pro præmiſſorum uerificatione, Rom.
8 in d. conſi. 436. colu. 3. in ſexta ratione. mouetur † quia quando in una perſona, uel collegio concurrunt plura priuilegia Roma. Pontifi. tendentia ad idem, & pluries confirmata huiuſmodi priuilegia debẽt eſſe maioris roboris, & efficaciæ. C. de repud. l. dubium. c. prudentiam de off. delega. ubi ſunt concordantiæ. Et ideo infert, quod non debent tolli, niſi ſpecifica, & ſingularis mentio fiat de priuilegijs huiuſmodi, & de ordine taliter priuilegiato, allegat not. in c. 1. de conſtitutio. lib. 6. & in c. nonnulli de reſcrip. ubi Feli. latè. colu. 4. in fine, ubi dicitur, per omnes doctores, quòd conſtitutioni conciliari, non derogatur per clauſulas generales reſcriptorum, ſeu priuilegiorum, ſed requiritur ſpecifica, & ſingularia mentio, per text. in c. pen. de capell. monach. & in c. cum te, de ætat. & qualita. & in d. c. nonnulli, & hoc nulla alia ratione, quia talis lex approbata eſt iudicio plurimorum, quæ ratio formaliter militat in caſu noſtro. Vnde licèt fortaſſe, clauſulæ derogatoriæ generales, de quibus in dicta conceſsione decimarum ſufficerent ad derogandum ſimplici priuilegio exemptionis, non proptera idem eſt dicendum in caſu noſtro; ſtantibus tot priuilegijs multiplicatis, toties etiam confirmatis, cum maxime dictæ clauſulæ generales derogatoriorum conceſsionis, non tangunt caſum noſtrum, cum non faciat mentionem de ordine. S. Claræ.

¶ Ad idem mouetur Romanus alia forti ratione. Nam priuilegium Nicolai Quinti fuit dominabus cõceſſum, fauore alimentorum, & ne cogerentur exire clauſuram.
9 Modo ſic † priuilegio alicui conceſſo fauore alimentorum, generales derogationes, & clauſulæ non præiudicant, ut eſt caſus unicus in l. liberti s. §. poſthumus. ff. de alim. legat. & ita illum text. ibi ſummè not. Bartbo. Alijs etiam quampluribus rationibus mouetur Roma. & alij in conſilijs præallegatis ubi etiam reſpondetur omnibus, quæ adduci poſſunt in cõtrarium, quas omnes breuitatis cauſa non refero.

¶ Ex quibus omnibus, merito dici poteſt, hanc eſſe communem opinionem, in qua plures doctores numero, & pondere maiores concurrunt, eo maxime, quia Federic. de Senis, ſuper quo contrarium tenentes fundant eorum intentionem, ſe correxit, ut dictum eſt ſupra: & quòd ſit opinio communis doctorum atteſtatur do. Feli. in c. accedentes colu. 4. de præſcript. in princip. Et Decius præceptor meus in conſi. 165. incip. viſo tenore priuilegij Altipaſſus. colu. 3. ubi latè, & not. conſuluit pro iſta opinione communi, in caſu conceſsionis decimæ papalis, pro Republica dominorum Florentinorum. Pro quibus in eorum conceſsione decimæ erant fortiſsimæ clauſulæ derogatoriæ ad priuilegia præcedentia exemptionum, de quibus in caſu noſtro: ubi uideri poſſunt iura, & auctoritates, & reſponſiones ad rationes adductas in contrarium. A qua communi opinione in iudicando, & conſulendo, ſalua conſcientia receden. non eſt, ut not. docto. in primo cap. de conſtitu. cum ſimilibus. Adeſt etiam ad fauorem Dominarum Declaratio Eugenij Papæ quarti Romæ die xviij. menſis Maij 1446. per quam declarat, & mandat, quòd moniales prædictę non compellantur ad ſolutionem decimæ etiam impoſitæ propter turchas, & abſoluit eaſdem excommunicatas: & propter hoc non eſt uериſimile, Pontificem concedentem decimas Illuſtriſsimo dominio uoluiſſe, per clauſulas illas generales, comprehendere caſum noſtrum iam ut ſupra deciſum, & declaratum. argumẽto. l. cauſas, uel lites. C. de tranſact. l. fi. C. de ſen. rc. non poſſ.

¶ Et pro earum fauore adeſt conſilium trium excellentiſsimorum uirorum. D. Nicolai de Aluemaua de Verona, Pauli de Sulimanis de Bononia, & Federici de Senis, tunc Veronæ legentium de anno 1324. qui pro monialibus conſuluerunt, & inter alias rationes, mouentur iſta, quia in clauſulis derogatorijs, non fiebat ſpecifica, ſeu expreſſa mentio de ordine ſanctæ Claræ, & de indultis eorum. Et ſecundum iam dicta Reuerend. Do. Thebaldus Epiſcopus Veronenſis ad fauorem Dominarum pronunciauit. Tertio ad idem, Dominæ Moniales habent latum conſilium domini Ioannis de Lignano doctoris celeberrimi, qui in primo dubio per plures rationes conſuluit, per clauſulas generales, etiam fortiſſimas, ut ibi ponit exemplum, appoſitas in mandato Papæ, non fuiſſe derogatum indultis dominarum. Quæ tamen Dominæ, non habebant niſi priuilegia Clementis iiij. & Nicolai iiij. Vt refert ille dominus conſultor in princip. conſilij, ponendo caſum, & ſic non habebant indultum illud Nicolai quinti, in quo adſunt illę clauſulæ derogatoriæ duplices & fortiſsimę, prout in eo, & retuli ſupra.

¶ Quartò ad fauorem dominarum, extat aliud conſilium notabile, pluribus iuribus, & rationibus munitum cuiuſdam excellentiſsimi docto. domini Henrici de Alano, qui latè conſuluit, quod per clauſulas generales derogatorias etiam fortiſsimas, ut in caſu, de quo ibi ponit exemplum, non fuiſſe derogatum indultis præfatarum monialium, & ſimiliter, ut dixi ſupra, tunc temporis non habebant illud priuilegium Nicolai v. in quo adſunt clauſulæ, multo fortiores quàm in alijs tunc coram conſultore exhibitis,

Et

Et licèt ex prædictis appareat reſponſum, ſaltem in gene
re adductis ſupra in oppoſitum, tñ ſpecialius rñdetur.
¶ Non obſtat, quod Feder. de Sen. in d. conſi. 47. & Ioan.
de Anan. dicant communem eſſe opinionem, quòd per
clauſulas præfatas, etiam ſpeciali priuilegio derogatũ
ſit, quia cõtrarium patet ex ſupradictis, quæ ſi uidiſſent,
hoc non dixiſſent, & quia Federicus ſe correxit, ideo ceſ-
ſant omnia fundamenta allegata pro parte contraria,
quæ ſumunt originem ab illo.
¶ Non obſtat illa ratio, quæ prima facie efficax uidetur.
Quia ſi per uerba ſupradicta non eſſet derogatum ſpe-
ciali priuilegio, oporteret Papam inſerere tenorem in-
finitorum priuilegiorum, quibus uellet derogare, quia
ultra reſponſionem, quam tradit Cardinalis in d. conſi-
lio 51. Capio reſponſionem Calder. in d. conſil. 11. quæ
mihi magis placet, ubi dicit ꝙ nõ occupat magnum ſpa
tium ponere in conceſſione nomen ordinis S. Claræ, &
protectoris, prout ponunt multa nomina aliorum uide-
licet ſancti Benedicti, S. Auguſtini Cluniacen. Ciſterc. Ca
mal. Val. Vmbro. Cruciferorum, Humiliatorum &c. ut
patet ex tenore conceſſionis decimę.
10 ¶ Item reſpondetur, † quia melius eſt, Scinti cõſonum,
quòd uerba pontificis derogatoria, de quibus in conceſ
ſione ſunt ſuperflua, & uana in caſu noſtro, quàm quòd
per illa, moniales reperiantur deceptæ a ſede apoſtolica,
& grauatæ laboribus, & expenſis in impetrando huiuſ-
modi priuilegia abſque aliquo effectu, ut dixit Calderi.
& Cardinalis in dictis conſilijs.
¶ Non obſtat ſi dicatur, quòd Pontifices, qui huiuſmo-
di indulta conceſſerunt, non potuerunt ligare ſucceſſo-
rem, ut not. in c. ſi. de reſcrip. lib. 6. quia ſupra reſponſum
eſt, poſt Calde. d. conſi. 11. Nam decet ſucceſſorem ſerua
re diſpoſita prædeceſſoris, maxime toties confirmata, &
multiplicata, & iudicata, niſi appareat de uoluntate con
traria aperta, ut ibi per eum, de qua non apparet in caſu
q. noſtræ, ſtantibus præmiſsis requirentibus ſpecialem,
& expreſſam derogationem, immo tollentibus, & annul-
lantibus etiam quamcunque derogationem quomodo-
cunque & qualitercunque, ſub quacunque uerborũ con
ceſsione, uel expreſsione ſimili, uel diſsimili.
¶ Verum quia ſuper huiuſmodi articulo ſunt opinio-
11 nes, ideo ſaluando utramq; diſtingui poteſt † inter con
ceſsionem, ſeu gratiam factam a Põtifice, motu proprio,
uel ad petitionem, & poſtulationem, ut in primo caſu,
per clauſulas generales, de quibus ſupra, & in caſu con-
ceſsionis decimæ, cenſeantur ſublata indulta, & priuile-
gia exemptionis, quia motus proprius multa operatur,
c. ſi motu proprio de præb. lib. 6. cum multis ſimilibus.
Secundo uero caſu, non fiat derogatio per clauſulas ge-
nerales, ſed quòd requiratur ſpecialis, & expreſſa dero-
gatio, ſecundum formam priuilegij. Et ita opiniones cõ-
cordat Calder. Card. Paul. de Caſtr. Roma. Feli. & Decius
in præallegatis locis. Vnde cum ad poſtulationem Illu-
ſtriſsimi dominij Venetorum Summus Pontifex conceſ-
ſerit gratiam exigendi, ac percipiendi, decimas ſequitur
conclu. ꝙ indultis dominarum non ſit derogatum per
clauſulas generales de quibus in ea.
¶ Non obſtat ultimo, quod ſuprà dicitur, de ſtylo Rom.
curiæ. prout atteſtatur do. Anto. in d. conſi. 2. circa finẽ.
12 quia reſpondetur, † quòd doctori affirmanti ita eſſe de
ſtylo, uel conſuetudine nõ creditur, niſi aliter probetur.
ita Alex. concludit in l. poſt dotem, col. pen. ff. ſolu. matr.
& Imol. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nuncia. Aret. in
conſi. 133. incip. In cauſa quæ uertitur, colu. 3. cum alijs,
ut ibi per eum. Item quia in huiuſmodi materia, in qua
a ſede apoſtolica emanant quotidie priuilegia exemptio
num cum diuerſis clauſulis, & derogationibus, & uariæ
formæ etiam derogatoriarum, non uidetur dici poſſe
de unico ſtylo, & uniformi. argumento eorum quæ not.
Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.
¶ Non obſtat, ſi diceretur, quòd præfatę Dominę ami-
ſerunt dicta eorum priuilegia per ſolutionem decima-
rum per multum temporis ſpatium Illuſtriſsimo domi-
nio factam, per annos xxx. & forſan xl. c. ſi de terra. cap.
accedentibus de priuileg. not. latè in c. cum acceſsiſſent
de conſtitut. cum concordantibus: Quia ad hoc tripli-
13 citer reſpondet. ¶ Et primò, † quia quando in priuile-
gijs exemptionum adeſt clauſula decreti uel aliàs prohi-
bitiua, tunc nec per contrauentionem, nec per præſcri-
ptionem amittuntur priuilegia, ita not. tradit Archidia.
in cap. cum de beneficio de præben. lib. 6. cum quo per-
tranſit Feli. in d. cap. cum acceſsiſſent, ſol. ultimo, col. 1.
verſ. quarto limita. Sed in priuilegijs dominarum, ma-
xime in illo Nicolai quinti, adeſt clauſula decreti pro-
hibitiua & annullatiua. Ergo nulla præſcriptio alle-
gari poteſt.
¶ Secundo reſpondetur, ex his, quæ poſt Innoc. Hoſti.
Ioan. Andr. & dom. Anton. de Butr. conſuluit Alexand.
de Imol. in conſi. 33. incip. Ponderatis his, quæ conti-
nentur in priuilegio, colum. 3. uerſ. quinimmo lib. 5. ibi
14 uoluit † quod ſi priuilegiatus ſuper non ſolutione col-
lectarum, & impoſitionum a Ceſarea maieſtate, ex man-
dato ſuperiorum ſuorum, fecit actus contrarios priui-
legio, collectas perſoluendo, non uidetur propterea
renunciaſſe priuilegio ſuo, quia coactę mandato ſupe-
riorum perſoluiſſe cenſetur. Nam quando poteſt cade-
re in aliquo, alia præſumptio, quam renunciationis,
ſumenda eſt. cap. ſuper hoc de renunciatio. Sed clarum
eſt, & notorium, quòd dominę ſoluęrunt decimas coa-
cte mandato dominorum Veron. ciuitatis, & ita obſer-
uatur, ergo non poteſt allegari aliqua præſcriptio con-
tra eas. Et aduertendum, quia Alexand. hoc tenuit in
collectis ordinarijs, domino contra priuilegium perſo-
lutis, quanto fortius militant in extraordinarijs prout
exiſtunt decimæ huiuſmodi.
¶ Tertiò reſpondetur, quia præfatæ dominæ non ſol-
uerunt decimas ultimo loco impoſitas ante huiuſmodi
impoſitionem, ut conſtat per libros ordinarios, ergo
15 non debent ad ſolutionem cogi. † Quia ultimus ſtatus
attenditur, Bart. per illum text. in l. Mela. §. 1. ff. de alim.
lega. ubi dicit, quòd illud dicitur ſolitum fieri, quod
ultima uice factum eſt. Et ideo dicebat Bal. in l. ſi a ma-
tre. C. ne de ſtat. defunct. per illum textum, quòd, an be-
neficium ſit curatum attenditur ultimus ſtatus, & quia
ſecunda fama derogat primæ. Barto. in l. de minore. §.
tormenta. ff. de quæſtion. Et ſecundus tractatus in filia-
tione nocet primo. Feli. in capitulo per tuas, col. 4. in fi.
de probatio. Et Præpoſitus per illum tex. in c. tranſmiſ-
ſæ, in ſecundo not. qui fil. ſint legit.
¶ Non obſtat dictum Angel. in d. l. omnes, colum. 1. in
ſecundo not. C. de præſcriptio. xxx. ann. Quia immo fa-
cit ad fauorem dominarum monialium, dicit enim ꝙ
per clauſulam derogatoriam prædictam, bene deroga-
tur omnibus contrarietatibus in genere, ſed non alijs
in ſpecie, & in caſu ſignanter expreſſo, & ſigillatim de-
monſtrato, ideo dictum illud Angeli, male allegatur pro
parte contraria.

### SVMMARIVM.

1 *Aliud ſingulis, aliud uniuerſis.*
2 *Quod commune eſt pluribus, ut uniuerſis dicitur etiam eſſe unius, licèt ſit commune.*
3 *Illius dicitur intereſſe, qui ſuo nomine agere, uel excipere poteſt.*
4 *Singuli de aliqua uniuerſitate admittuntur ad fauorem unius de illa, licèt conſequantur commodum in conſequentiam ex ſua depoſitione.*
5 *Legatarius in cauſa teſtamenti poteſt eſſe teſtis, ex quo conſequitur commodum.*
6 *Intereſſe in collatione beneficiorum in epiſcopo, uel alio collatore, non uidetur conſiderabile.*
7 *Teſtis non integer integratur per alios conteſtes.*
8 *Conſideratur aliquid competere alicui tripliciter. Primo, uti uniuerſis.*
9 *Item pluribus, ut ſingulis, iure ſingulorum.*
10 *Tertio aliquid eſt commune pluribus ut ſingulis, non tamen iure ſingulorum.*

11 *Quilibet in re ſua, eſt moderator, & arbiter, ut factum ſuum no ceat ſibi, & hæredibus.*

## CONSIL. CCXXIIII.

¶ Quæſtio utrum. R. D. Plebani ciuitatis Venetiarum, debeant admitti in teſtes in cauſa præcedentiæ Primicerij mota contra eos.

IN cauſa pręcedentiæ, quam habet Reuerendus Dominus Primicerius eccleſiæ patriarchalis Venetiarum, contra Reuerendos Dominos plebanos ciuitatis Venetiarum, Quęritur utrum Plebani admitti debeant ad iurandum, & deponendum in cauſa, ſaluis exceptionibus quibuſcunque ipſi domino Primicerio.

¶ Et prima facie uidebatur dicendum quod nõ. Primo, quia in cauſa propria nemo idoneus teſtis. l. omnibus. C. de teſti. §. nullus idoneus. 4. quæſt. 3. in c. ſi teſtes, ſed cauſa huiuſmodi præcedentiæ, uidetur eſſe ſingulorum, attenta forma, & modo agendi. Nam libellus domini Primicerij dirigitur cõtra omnes, & ſingulos dominos plebanos, ergo &c.

1 ¶ Secundo ad idem. † Nam aliud ſinguli, aliud uniuerſi, l. ſed ſi in hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. c. epiſcopus. §. qui manumittitur. 12. qu. 2. glo. & docto. in c. eam te de reſcrip. ubi Felin. col. 12. verſ. aliud uniuerſi, latè hanc regulam commendat, per quam regulam. Bar. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. & docto. in c. inſuper, in c. cum nuncius de teſti. cum ſimilibus, concludunt, quod in cauſa uniuerſitatis competenti pluribus, ut uniuerſis, non ut ſingulis, quilibet de uniuerſitate teſtificatur, & admittitur. Secus ſi ut ſingulis, & iure proprio, quia primo caſu intereſſe commune eſt, non ſingularium perſonarum, in ſecundo ſic, ergo repellendus, quia in cauſa propria. His præmiſsis, & alijs, quæ adducta fuerint in contrarium per D. Aduocatum partis aduerſæ, non obſtantibus contrarium proculdubio puto uerius ex pluribus.

2 ¶ Et primo, † quia quod commune eſt pluribus uti pluribus, non uti ſingulis, proprie loquendo dicitur etiam eſſe unius, licèt ſit commune. Ita ad literam probat tex. in l. illud. ff. de ritu nupt. ubi eſt caſus, quod ſicut liberta mea non poteſt alteri nubere, ſine conſenſu meo, idem eſt, ſi eſt communis mihi & alteri, text. ſubdit rationem, quia negari non poteſt, etiam proprie loquendo libertã meam non eſſe, licèt etiam ſit alterius. per quem tex. dicit glo. in uerſi. nullus. in d. c. ſi teſtes. 4. quæſt. 3. quod id quod commune eſt utriuſque eſt. idem tenet glo. in d. §. qui manumittitur, quæ gloſæ allegant dictam. l. illud, & tamen tex. præallegati in c. inſuper. cum nuncius, in cap. tuis de teſt. & ibi docto. admittunt in teſtimonium ſingulos de collegio, & uniuerſitate in re communi pluribus, licèt etiam ſua uniuſcuiuſque dicatur. per d. l. illud, ita dicemus in propoſito caſu, ut ſinguli plebani admittantur, ex quo tractant de cauſa ſpectante principaliter ipſis omnibus D. plebanis uti uniuerſis, ut latè dicam infra, licèt etiam ſingulorum particulariter interſit, cum iſtud intereſſe non ſit in conſideratione, ut dicunt doct. omnes. in d. c. inſuper.

3 ¶ Secundo ad idem moueor. † Nam illorum, uel illius dicitur intereſſe, qui nomine ſuo rem in iudicium deducunt, agendo uel excipiendo. l. 1. §. ſed aliud. ff. quando appell. ſit. l. ſed ſi unius. §. procurator. ff. de iniur. declarat gl. communiter approbata in d. §. nullus. in uer. ſua, quãdo allegat §. biduum. 2. q. 6. & tradit Bald. in c. cum nuncius de teſti. loquendo in materia. Sed Reuer. Do. Plebani, excipiendo, & ſe defendendo deducunt ius maioritatis, & precedentiæ, nomine omnium dominorum plebanorum nomine uniuerſitatis, quæ ad hanc cauſam cõſtituit ſyndicos, & procuratores collegialiter, non uti ſinguli, ut patet ex forma ſyndicatus, & mandati, & ex modo, & forma comparendi & actuum iudicialium hucuſque factorum. Ergo non poteſt dici, ꝙ tractent cauſa ſingulorum, ſed uniuerſitatis, cum nemo iure proprio compareat, ſed iure communi. Ergo ſumus in caſu. c. inſuper de teſti. cũ not. ibi per docto. & in caſu. c. cum nuncius, & c. tuis eo. tit. in quibus iuribus ſinguli de uniuerſitate teſtificantur in cauſa communi, nomine uniuerſitatis deducta in iudicium, licèt etiam in huiuſmodi re communi tractetur de intereſſe particularium d. l. non ſolum. Et per prædicta reſpondent ad præcipuum fundamentum partis aduerſæ, dum dicit, ꝙ formauit libellum contra omnes, & ſingulos. R. Dominos plebanos, quia reſpondent, quod non potuit libellans alterare naturam defenſionis, quæ fit nomine uniuerſitatis dominorum plebanorum, nec mutare formam mandati & procuratoris facti nomine uniuerſitatis eorum, qui tuentur iura uniuerſitatis, non ſingulorum ut dixi, argu. c. generali in princip. de elect. lib. 6. & in c. 1. de ſupplen. negli. prælato. eo. lib. & in c. nimis, il primo. de exceſſ. prælat. ubi licèt illa iura loquentia de materia uniuerſitatis dicant, omnibus, & ſingulis, non propterea alterat materia uniuerſitatis, ut efficitur ſingulorum.

¶ Tertio ad idem. Nam ſi Do. Primicerius ageret contra unum ex plebanis tantum & plebanus conuentus iura ſua præcedentiæ tueretur nomine ſuo proprio, certe ille ad probandum ſibi incũbentia in ſacto conſiſtentia poſſet adducere in teſtes alios omnes dños plebanos iſtius ciuitatis, per doctrinam Io. Andreæ ab omnibus approbatam, in regula ſine poſſeſsione col. pen. de reg. iur. li. 6. de qua per Alex. conſi. 78. incip. in cauſa, & lite colu. 1. in fine lib. 1. & per Feli. in d. c. inſuper. in fine, de teſti. ubi Io.

4 And. concludit. † Quod ſi epiſcopus petit quartam de legato facto uni eccleſiæ parochiali ſuę ciuitatis, prout eſt de iure, & rector conuentus allegat conſuetudinem non ſoluendi ꝙ ad illam conſuetudinem probandam, poterit adducere in teſtes oẽs alios rectores parrochiarũ dictæ ciuitatis, licèt ex diſpoſitione illa ſua, conſequendi ſint commodum. per quam deciſionem Feli. in d. c. inſuper in fine, dicit ſe alias conſultum uidiſſe, idoneos eſſe teſtes quoſdam homines unius artis productos ab uno eiuſdem artis, accuſato de fraudatione gabellæ, ad probandum conſuetudinem quandã illius artis ipſum excuſantem, quæ probata omnibus utilitatem afferebat. unde infero, quòd qua ratione admittantur ſinguli de uniuerſitate ad fauorem unius de illa, contra quem actum fuit, licet conſequantur in cõſequentiam commodum ex ſua depoſitione, ita eadem ratione admittuntur in cauſa iſta communis defenſionis omnium & nomine uniuerſitatis deductæ in iudicium, ut prædixi, non iure ſingulorum.

5 ¶ Quarto confirmatur prædicta † quia legatarius in cauſa teſtamenti poteſt eſſe teſtis, licèt cauſa illa in conſequentiam concernat eius utilitatem, ut not. in l. qui teſtamento. in princip. ff. de teſtam. & in l. dictantibus. C. eod. tit. not. Cyn. & Bal. in d. l. omnibus. C. de teſt. & moder. in d. c. inſuper, & Alexan. conſilio præallegato. 78. col. 1. qui Alex. poſt Barto. Cyn. & Bald. conſuluit, quod fideiuſſor pro confideiuſſore admittitur in teſtem, etiã ad probandum, quòd non interceſſerunt uti principales, ſed ut cõfideiuſſores, & tamen ex depoſitione ſua, cõſequuturus eſt commodum alio tempore, & alia quampluta ad hoc ſimilia allegant, & adducunt docto. moder. & nouiſs. in d. c. inſuper, col. pen. & fi. Et ratio omnium præmiſſorũ eſt, quia ſatis eſt ꝙ in præſenti iudicio, in quo deponunt, nõ deducat actio, uel defenſio nomine proprio eorum, qui teſtificantur, ſed nomine alieno principaliter, prout hic, in quo deducitur defenſio nomine uniuerſitatis, non ſingulorum de ea, & ſic militat ratio, quia aliud uniuerſi, aliud ſinguli. d. c. qui manumittitur, cum uulgaribus latè adductis per Feli. in d. c. eam te. col. 12. Nec obſtat affectio ad cauſam, quam ſinguli habere uidentur, quia iſta leuis ſuſpitio tollitur, et purgat per iuramentum teſtiũ, quando iurant dicere ueritatem, ita tradunt doct. in d. c. inſuper, ubi do. Feli. col. 2.

¶ Quinto arguo ſic. Nam ſi prædicta procedunt, quando ſumus in cauſa in qua tractatur de intereſſe burſali, & pecuniario, quanto magis in caſu noſtro debent procedere,

procedere, in quo tractant de leui cauſa præcedentiæ,
6 & minimi honoris, abſq. aliqua utilitate burſali.† quod
autem intereſſe honoris ſimpliciter non ſit a lege conſi-
derabile eſt text.in cap.dudum de præben. lib.6.ibi cum
de præiudicio epiſcopi non agatur, agebatur tamen de
intereſſe honoris in conferendo beneficia, & ſunt duæ
glo. approbatæ in l.fideiuſſores.ff.de pact. in l.iij.§.1.in
uer. amittat.ff. iudi. ſolu. Alexand. in l. ij. §. item ſi in
facto colum.2.ff.de uerbo.obligati.& in l.ſtipulatio iſta.
§.fin.colu.1.ff.eodem titu.& ibi Bart.in §. alteri colu.1.
late tradit do.Alexand. inferendo ad multa in conſi.57.
colu.2.lib.2. Et ideo Bald. in d.c.cum nuncius, quem re-
ferunt, & ſequuntur docto. in prællega.c.inſuper. ma-
xime moder. dicit, quod illi de uniuerſitate repellun-
tur quando tractarent de ſtatu uniuerſitatis, uel aliquo
magno honore, uel magna iuriſdictione, quæ ceſſant in
caſu noſtro, ut dixi, eo maxime, quia nunquam caſus
occurrit in hac ciuitate, quod dominus Primicerius e-
tiam ſi uinceret, præcederet uti primicerius omnes ple-
banos iſtius ciuitatis collegialiter, uel proceſsionali-
ter incedentes, quia in proceſsionibus & ſimilibus, ille
uadit cum capitulo ſuæ eccleſiæ cathedralis & plebani
cum ſuis congregationibus, & ſic ibi non poteſt conſi-
derari iſta præuentio, ſolum enim ſibi poſſet inſeruire
huiuſmodi uentoſa, ſeu fumoſa uictoria, inter confra-
tres ſuæ congregationis, in qua forſan reperiuntur qua-
tuor aut quinque plebani.

¶ Sextò dico, quod licèt dominorum plebanorum ali-
qualiter intereſſet etiam ſingulariter, ita quod fidei ip-
ſorum in aliquo detraherent, & non eſſent omnino in-
tegri teſtes, non ſunt propter hoc repellendi, ſed exami-
7 nandi, † quia cum alijs teſtibus plene probabunt, ut not.
Bald. Angel. & alij cum ſimilibus ut ibi per Alexand. in
l.ſi quia ex argentarijs.§.primo.ff. de eden. Roma.conſi.
290. in caſu propoſito, circa finem, & in conſil.486. In
caſu, Alexand. conſi. 56. uiſo proceſſu circa finem lib.1.
cum ſimilibus, ut tradit Angel. in conſil.21.& tradit De-
cius in c.licet cauſam, colu.6.de probat.& eſt communis
concluſio doctorum uarijs in locis approbata.

¶ Septimò, ad idem moueor per not. docto. in l.quod
maior.ff.ad municip.& in cap. cum omnes de conſtitut.
in regula quod omnes.de reg.iur. lib.6. ubi conſiderant
8 aliquid competere alicui tripliciter.† Primò quando
uniuerſitati uti uniuerſis, & tunc ualet quod fit a maio-
ri parte uniuerſitatis licèt minor contradicat.d.l.quod
maior.d.c.cum omnes, & in qua ſinguli de uniuerſitate
teſtificantur iuribus præallegatis. d.cap. inſuper. cum
ſimilibus.

9 ¶ Secundo † aliquid eſt commune pluribus ut ſingulis
iure ſingulorum, ut in domo uel fundo communi pluri-
bus pro indiuiſo.l.per fundum.ff. de ſeruit. ruſtico.præ-
dio.regula quod omnes, & in regula In re communi, de
regul. iur.lib.6. Et hoc caſu maior pars ſociorum non
poteſt diſponere de re illa ſine omnium conſenſu. d.l.
per fundum. Et ratio eſt, quia intereſt ſingulorum iu-
re proprio, & in hoc caſu aliquis de communitate illa
non admittitur in teſtem ratione proprij commodi ſin-
gularis iure proprio ſibi competentia. Et in hoc caſu
procedunt omnia adducta per aduocatum partia aduer
ſæ, uolendo probare quod propter intereſſe ſingulorum
ſinguli de uniuerſitate, uel ſocietate non admittuntur,
quando tractatur de eorum proprio intereſſe, & princi-
paliter, & iure proprio competenti.

10 ¶ Tertio caſu † aliquod eſt commune pluribus uti ſin-
gulis, non tamen iure ſingulorum, ſed iure, & ratione
eccleſiæ, & adminiſtrationis ſuæ, ita declarat notanter
do.Abb.in d.c.cum omnes, colu.4. Feli. ibi colu.9.in fi-
ne, in uerſ. fallit ſexto, ubi Decius col.3. in princip.uerſ.
ſecunda regula, dum allegatur pro caſu. text.in cap.fin.
de his quæ fiunt a maio.parte cap. Et in hoc caſu, ualet
quod fit a maiori parte in præiudicium minoris partis
contradicentis, prout eſt caſus in d.cap.fina. ubi domi.
Abb.colu.1.& ibidem domi. Cardin. & domin. Anton.
Et ratio eſt, quia id quod ſpectat mihi iure eccleſiæ, &
dignitatis eiuſdem, non iure meo particulari, & ſingu-
lari, non eſt conſiderabile, & eſt perinde, ac ſi eſſet com-
mune pluribus uti uniuerſis, in qua ſinguli de uniuer-
ſitate teſtificantur d.c.inſuper, & in qua ualet quod fit a
maiori parte minori inuita, d.l. quod maior. Ad idem
eſt text.in l.3.ff.de adminiſtr.tut. ubi in re communi ra-
tione adminiſtrationis, ualet quod fit a maiori parte.
Sed Prælati eccleſiarum ultra id quod conſumunt in ui-
ctu, & ueſtitu, ſunt procuratores, & non domini. cap.2.
de donatio. quia ipſis ſolum debentur alimenta.c.de his
de eccleſ. ædif. Cum ergo iure eccleſiæ ſuæ, & ex cau-
ſa adminiſtrationis, quilibet plebanus prætendat inter-
eſſe in cauſa huiuſmodi, & non iure proprio. Sequitur
clara iuris concluſio, quòd etiam ſi tuerentur cauſam
uti ſinguli de uniuerſitate, & tanquam ſinguli pro eo-
rum intereſſe comparerent uel procuratores conſtituiſ-
ſent, quod tamen non fecerunt, quod poſſent teſtifica-
ri, cum eorum intereſſe, quod iure eccleſiæ, & admini-
ſtrationis duntaxat prætendunt, non ſit in conſideratio-
ne.d.c.fi.& d.l.iij.

11 ¶ Videmus in ſimili † quia quilibet in re ſua eſt mode-
rator & arbiter, ut factum ſuum noceat ſibi, & hæredi-
bus ſuis.l. in re mandata.C. de mand.l. cum a matre. C.
de rei uendic. ſed in bonis eccleſiæ, & iure prælaturæ ſi-
bi competenti, factum prælati, uel delictum non nocet
eccleſiæ, nec ſucceſſori, regula delictum cum ibi not. de
regu.iur.lib.6. not.in cap. expoſita de arbitr. cum ſimi-
libus, & hoc nulla alia ratione, niſi quia intereſſe, quod
prætendit aliquis prælatus uel eccleſiaſtica perſona in reb.
eccleſiæ non eſt ita radicatum, & conſiderabile, cum non
ſit dominus eorum, ſicut intereſſe, quod prætenditur in
bonis iure proprio competenti.

¶ Et ex præmiſsis ſatis ſuperque remanet reſponſum
ad deducta ſupra in contrarium, & remanet concluſio
quòd de iure R. Domini plebani tanquam ſinguli debét
examinari, tum quia tuentur iura ſua tanquam uniuer-
ſitas, tum quia etiam ſi tanquam ſingulares de uniuer-
ſitate uenirent ad iudicium, uenirent admittendi cum
intereſſe in cauſa præeminentiæ non iure proprio, ſed
eccleſiæ eorum prætendant, & quia etiam de cauſa mo-
dici honoris, & paruæ importantiæ agitur, & eo maxi-
me, quia probationes non ſunt anguſtandæ, ſed in du-
bio admittendæ, reſeruatis tamen quibuſcunque exce-
ptionibus Domino Primicerio competentibus contra
eoſdem, prout obſeruatur in curia patriarchali.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non percepti, ſed maturi, ſunt pars fundi. Ideo tranſeunt cum fundo etiam in ſingularem ſucceſſorem. & nu.2.*

3 *Ceſſionarius actionum utiliter actiones intentat contra debitorem cedentis.*

4 *Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt idem ius, non per extenſionem.*

5 *Solutio facta non creditori, non liberat ſoluentem.*

5 *Clericus ſi moriatur ante fructus perceptos, & ſeparatos à ſolo, uel ſecundum alios, in horreo reconditos non facit ſuos.*

6 *Penſionarius, uel affictualis, qui ſoluit ante tempus locatori, fructus, qui debentur ſucceſſori, male ſoluit, nec liberatur a ſucceſſore.*

7 *Quæ concluſio procedit, niſi locatio, & ſolutio fuiſſent factæ pro utilitate eccleſiæ.*

## CONSIL. CCXXV.

REDEMPTORIS Noſtri, ac diui Sebaſtiani, cuius feſtum hodie colimus inuocato ſuffragio.

¶ In cauſa pecuniaria uertente inter Reuerend. d. decretorum doctorem Marcum Antonium Sappa plebanum eccleſiæ Sancti Lucæ Venetiarum, & rectorem plebis beatæ Mariæ in colle, de Baſſano ceſsionarium agentem ex una, & Reuerñ. dominum presbyterum Ga-

briclem de Gentilibns de Baſsiano reū ex altera. Et niſo
proceſſu primæ inſtantiæ, & ſnia lata ad fauorem præfa-
cti. R. d. plebani puto ſententiam illam legitime latam,
& in cauſa appellationis confirmandam ſore. Nā in pri-
mis de iure clarum eſt, quód fructus omnes, & introitus
dictæ eccleſiæ anni 1526. ſpectabāt, & pertinebant Ven.
fratri Franciſco de Codoris, cui dicta eccleſia fuerat col-
lata a ſummo Ponrifice xj. Kalen. Aprilis dicti anni ex re
ſignatione ad eius ſanorem facta in Ro. Curia per R. D.
Sebaſtianum Bellencinum, tunc dictæ eccleſiæ rectorem,
qni frater Franciſcus einſdem eccleſię etiam adeptus fue
rat poſſeſsionem die xxiiij. Maij. de eodem anno 1526.
nt de omnibus patet in proceſſu, & ſic ante fructus matu
1 ros, & perceptos † quo caſu, ſunt pars fundi. l. fructus pē
dentes. ff. de rei nendic. l. qui pendentem uindemiam. ff.
de actio. empt. & qui tranſeunt cum alienatione fundi, &
bonorum, & debentur ſingulari ſucceſſori. l. fin. §. ſi fru-
2 ctus. ff. de actio. empt. † Et ſic fructus, & redditus omnes
debebantur dicto fratri Franciſco rectori dictæ plebis. c.
uno. §. omnibus ergo. ut eccleſ. benef. ſin. diminut. con-
fer. vbi dicitur, ꝙ rectori debētur omnes redditus & fru
ctus ſine aliqua diminntione. c. ſi quis præbendas, & c. ſi
quis obiecerit. 1. q. 3. c. ſi. de off. ordin. lib. 6. detractis ta-
men neceſſarijs pro capellano, & alijs oneribus incum-
bentibus, nt ibi, etiā ſi uacet beneficium per reſignatio-
nem gl. nbi docto. in c. ſi propter in uer. nacabunt de re-
ſcri. lib. 6. niſi fructns ſint reſeruati cedenti, nel alteri per
ſonæ anctoritate Papæ de gratia ſpeciali, d. c. ſi propter.
c. ſi gratioſe eo. tit. c. ſi tibi conceſſo de præb. lib. 6. c. pen.
de uerbo. ſignif. aliàs non licet. c. prohibemus. de cenſ. &
d. c. nno, ibi partem prouētuum ſnis uſibus retinere prę-
ſumat, ſed in caſu. q. noſtræ, fructus non ſunt reſeruati
cedenti, nec alter alteri reſeruati, ergo debentur ceſsio-
nario, & ſic fratri Franciſco, qni dominus dictorum fru-
ctunm illos ceſsit per publicum inſtrumentum prædicto
R. Domino plebano, ut apparet in proceſſu, ponēdo eun
3 dem in locū ſuum, nt cōſtat ex renore inſtrumenti. † quo
caſu ipſe plebanus poſt ceſsionem, ntiliter intentare po-
ruit actiones tanquam creditor dicti presbyteri Gabrie
lis, qui percepit fructus dicti anni, ut ipſe confeſſus eſt, &
conſtar ex dedn ctis, & ptobatis in proceſſu per teſtes. l.
procuratore in rem ſuam. ff. de procurat. l. poſtqnam. C.
de hæred. uendit. l. emptori. ff. eo. titu. l. ſi igitur ſolutum.
C. de actio. & oblig. l. ij. C. de donatio. declarat Roma. in
conſi. 142. incip. quod ceſsionarins, & tradit Spec. in tit.
de ceſſ. actio. & Alex. conſi. 13. col. 4. & 5. lib. 1. ſnper qno
inſtrumento ceſsionis, fundata eſt intentio domini ple-
bani agentis. Cni inſtrumento, non obſtant certę partes,
ſeu leges dñorū ſeculariū, diſponenres circa qualitates
notariorum, prodnctæ ꝑ dictum presbyterum Gabrielē
debitorem in proceſſn, quia illis mnltipliciter reſpon-
detur. Et primo quia leges dominorum ſecularinm non
ligant clericos contrahentes, in quos nullam habent in-
tiſdictionem. c. eccleſia. S. Mariæ cum materia, de conſti.
c. decernimns. nbi latè per ſcribenres de iudic. c. ſi. de re-
bus eccleſ. non alien. Secūdo reſpondetur quod ſicut lex
dominorum ſecularium excipit notarios, ſeu cācellarios
curiæ patriarchalis, ut etiam ſi non ſint notarij Veneta
auctoritate, tamen poſſnnt exercere officium eotum, ſi
aliàs habeant auctoritatem Apoſtolicam, uel Imperialē,
nt in lege expreſſe dicitur. pari ratione intelliguntur ex-
cepti cancellarij Reuerendiſs. Domini legati, pront tunc
tempore celebrati inſtrumenti ceſsionis erat cācellarius
legati apoſtolici. ſpet. Dominus Bartholomæus Sanu-
tus, notarius Imperialis, & apoſtolicus, qui de inſtrumē
4 to illo fuit rogatus. † quia ubi eſt eadem ratio, ibi adeſt
eadē iuris diſpoſitio, nt eſt glo. magiſtra approbata per
omnes in clem. 1. in ner. eligatur de electio. & ibi per do-
cto. & tradit Alexand. de Imol. in l. 2. col. 1. ff. de leg. 1. &
in l. peregre. §. 1. col. 2. ff. de acquir. poſſeſ. & conſi. 24. co
lu. fin. lib. 2. bonus text. in c. cum dilecta de confirma. nti.
nel inuti. Nam qnod poteſt colligi ex mente dicitur ex-
preſſum. nt not. glo. approbata in c. ſi poſtquam in uerb.
mente de electio. lib. 6. cum ſimilib. Nā de menre Illuſtr.
domini non fuit ligare notarios, & cancellarios curiæ
patriarchalis qnia uerſantur circa negocia eccleſiaſtica,
& ſpiritualia & inter clericos conficiunt inſtrumenta,
quæ ratio pariter militat in cancellatijs Reuerendiſsimi
Dom. legati apoſtolici, ſed tunc lex de illis nō præuidit,
qnia non aderat forte tunc legatus Venetijs. Ideo in d. l.
Veneta, cancellarius legati dicitur incluſus, ex quo legis
laror interrogatus de illo, idem quod de alio curiæ pa-
triarchalis eadem ratione reſpondiſſet. ut tenet glo. oe-
dinaria approbata per omnes in clem. 1. in uer. præſiden
tes in fi. de electio. quam glo. ſequuntur moder. Pap. in l.
1. col. 10. ff. ſolu. matrim. & Feli. in c. coram colu. 1. de off.
deleg. cum ſimilib. ut ibi, quæ glo. procedit in qnacunq;
diſpoſitione, ut per Alexan. in conſi. 215. incip. Nec ar-
guendi, col. 7. lib. 2. & in conſi. 49. col. 3. lib. 4. Tertio re-
ſpondent, qnod etiam ſi lex illa dominorum ſecularinm
comprehenderet caſum noſtrum: Nihilominus non ha-
bet obſtare, ex quo renor inſtrumēti dictæ ceſsionis pro
batus eſt ſufficienrer per teſtes ipſos inſtrumentarios (ut
creditur) qni de tenore inſtrumenti atteſtantur, & hoc
ſufficit, quia parem poteſtatem habent inſtrumēta, & te-
ſtes. l. in exercendis. C. de fid. inſtrum. Et quia non ſumus
in caſu, in quo de neceſsitate reqnirat ſcriptura ad uali-
ditatem inſtrumenti ceſsionis, quo caſu teſtes ſufficiūt,
cum in ore dnorum uel trium ſtet omne nerbum. c. in o-
mni de teſti. l. ubi numerus. ff. eo. tit. c. nouit de iudic. c. li
cet de inſtitu. Ita arguit glo. in c. 1. in ner. in ſcriptis in
fine de cenſi. lib. 6. quæ allegat text. in c. cum Ioannes de
fid. inſtrum. Nam regulariter ita probant teſtes contra-
ctum, & intentionem partium, ſicut inſtrumentum no-
tarij, quorum uſns inuentus eſt ad faciliorem probatio-
nem, quia memoria hominnm labilis eſt, ut uot. in d. c.
cum Ioannes, cum ſimilibns. Ex quibus rolluntur le-
ges, ſeu ſtatuta Veneta addncta per partem aduerſam.
¶ Et prædictis non obſtat alia exceptio ſolutionis de-
dncta pee adnerſarinm, nam dicit ſe ſolniſſe affictum
integraliter ducatorum 60. pro anno pręd icto 1526. di-
cto domino Sebaſtiano locatori tunc rectori de anno
1525. de menſe Octobris, anticipando integram ſolu-
tionem, ut conſtat per duo inſtrumenta producta in
proceſſu, ubi apparet, ꝙ dictus presbyter Gabriel con-
duxerat fructus dicti beneficij anni 1526. a dicto dño
Sebaſtiano & eidem locatori ſoluerat affictum nt ſupra
5 de menſe Octobris 1525. † Qnia talis ſolutio non libe-
rauit illum ſoluentē in præindicium ſucceſſoris, ex quo
non ſolnit creditori, nam clericus rectoe beneficij cura-
ti, ſi moriatur, uel reſignet ante fructus perceptos, & re-
cōditos in horreo ſecundum unam opinionē uel ſecun-
dum aliam, ante fructus ſeparatos a ſolo, illos non fa-
cit ſuos, nec tranſmittit ad hr̄des, nec de illis diſponere
poteſt, ſed debentur, & reſeruantur ſucceſſori in benefi-
cio ſecundum cōmunem opinionē, & obſeruantiam ita
practicatam, nt atteſtatur Albe. de Roſa. in l. diuortio in
princip. colum. 6. & 7. num. 13. & 14. ff. ſolut. matrim. ubi
ita atteſtatur obſeruari, & loqnitur de ntroq; caſu mor-
tis, & renunciationis allegat gloſſ. ordinariam & magi-
ſtram in cap. fin. de offic. ordi. lib. 6. & glo. & not. ibi per
ſcribentes, maxime per Ioan. de Imol. in c. ſi. de pecul. cle
ric. & not. per doct. maxime per Petr. de Ancha. in cap. ſi
propter de reſcrip. lib. 6. Et ita tenent doctores commu-
niter, ut atteſtatur Io. de Imol. & in c. qnia nos ſnper gl.
2. de teſta. & in c. relatum 2. col. 1. ubi atteſtatur ita ſer-
uari de conſuetudine. Sed ſuper boc latius non inſiſto.
Ex qno præfatus D. Sebaſtianus locator, & tunc rector
dictæ eccleſiæ de fructibus aliter non diſpoſuit, ſed pen-
ſionem pro illis, ſeu affictum integraliter anticipando
ſolutiooem, antequam fructus anni 1526. naſcerentur,
percepit a dicto presbytero Gabriele conductore, inde-
bite tamen, & contra iura. Quia ſicut fructus, & reddi-
tns prædicti anni 1526. dicto D. Sebaſtiano, qui renun-
ciauerat prius beneficio, non debebātur, ex quo deſierat
eſſe rector, ut ſupra late ꝓbatum eſt: Ita nec penſio, ſeu
affictus pro illis fructibus, nondum per conductorē per
ceptis, immo nec adhuc natis eidē locatori debebatur,
cum

cum penſio reguletur ſecundũ fructus. l. mercedes.ff. de
petit.hæredit.& declarat Bart.in l.fi.§.fin.ff.de iur.fiſc.&
probat tex.in d.l.Iulianus.§. ſi fructus.& Sali.per illum
tex.in l.fructus.C.de actio.emptio. Nec attenditur tē-
pus ſolutionis factæ uel fiendæ per conductorem,ſed ſo-
la perceptio fructuum debitorũ,ut eſt tex. clatus in l.de
functa in princ.ff.de uſufruc. Vnde imputandum eſt pre
sbytero Gabrieli conductori, qui ante fructus natos, &
perceptos perſoluit penſionem non debitam. Vnde non
fuit liberatus,cum illi fructus anni 1526. deberentur fra
tri Franciſco rectori uero, & legittimo a die ſibi factæ
prouiſionis per Papam, qui etiam adeptus fuit poſſeſ-
ſionem ut ſupra dictum eſt de anno 1526. 24. Maij,præ
ſente,ſciente, & tacente dicto conductore, ut conſtat ex
deductis in proceſſu, & loco fructuum perceptorũ per
conductorem illi fratri Franciſco deberetur penſio du-
catorum 60. ita liquidata per inſtrumentum locationis
factæ per D. Sebaſtianum dicto presbytero Gabrieli &
ſolutionis per presbyterum Gabrielem factæ dicto loca
tori,de quibus conſtat in proceſſu. Et ideo Reuerendus
Dñs Plebanus S. Lucæ ceſsionarius dicti fratris Franci-
ſci egit ad fructus illius anni ſi extabãt,alias ad pretium,
6 ſeu affictum contra conductorem, † cui eſt imputãdum
ſi ſoluit illum Bellencino non domino, nec creditori fru
ctuum,ut concludit gloſſ.in terminis in c. fi. ne prælat.
uic.ſua.in uerbo terminum in fi. quæ loquitur de recto-
re, qui habuit penſionem ante tractum pro fructibus be
neficij locatis ad quinquenniũ, qui moritur ante fructus
perceptos,quia debentur ſucceſſori, etiã ſi eſſent perce-
pti fructus per conductorem antequam ſucceſſori eſſet
collatum beneficium. ita concludit Abb.ibi col.1. in fi.
& ſequitur Ioan.de Anan. col.3. qui ponunt in facultate
ſucceſſoris agendi uel contra ꝯductorem, uel ꝯtra hære-
des defuncti, qui habuit pecuniam. Pro qua opinione
eſt tex.quem allegat d.glo.in l.ſi quis domum. §.1.ff.lo-
cat.qui adducit rōnem. Nam conductor proſpicere de
buit, hoc euenire poſſe, & iſtam opinionem tenet Cal-
der. in conſi.7. in titu.de locat.incip.An ſi prælatus, ubi
approbat hãc partem in fortioribus terminis in clerico,
qui iuiſſet ad ſtudium per quinquenium & locaſſet bene
ficium per 5. annos & penſionem totam ante recepiſſet,
nam poſt eius mortem, conductor tenetur ſucceſſori re-
ſpondere de penſione rōne fructuum perceptorum poſt
obitum illius, & ita etiam conſuluit Gemin. in conſ.17.
incip. Pro declaratione colum.fi. uerſi. ſi autem penſio-
nes, & fructus,ubi approbat etiam deciſionem de cano-
nico,qui iuit ad ſtudium,ut ſupra, qui recipiendo pen-
ſiones anticipatas nõ potuit præiudicare ſucceſſori, ubi
allegat d.l.ſi quis domum & glo. in d.cap.fi.Et hanc par
tem latè approbat Petr.de Anch. in conſi. 116.incipien.
Secundum ordinem colum.2.& 3. ubi ponit caſum in re
ctore, ſeu canonico, qui poſt locationem & perceptio-
nem affictuum ceſsit beneficio, uel optauit aliud.
ut locatio & perceptio pecuniarum non noceat ſucceſ-
ſori, reſpectu fructuum poſt ceſsionem, & optationem
perceptorum per conductorem,& concludit conducto-
rem teneri nouo prælato ſucceſſori.Et quod locator,qui
ceſsit teneatur defendere, & indemnẽ conſeruare illum
conductorem iuxta formam obligationis, & contractus
initi inter eos. Et ſic Pet. decidit in terminis. q. nr̃am,
in qua presbyter Gabriel habet obligatum Bellencinum
qui tenetur illum conſeruare indemnem, ut conſtat ex
tenore inſtrumẽti inter eos celebrati,de quo in actis cau
ſę.Et inter alias rationes mouetur Petr. Nam non con-
uenit ꝙ ille,qui renunciat beneficiũ,dimittat illum ſuc-
ceſſori oneratũ, & ſine fructibus, qui fructus ſequũtur
illum, q tenetur ad onera beneficij & curam, non illum,
q deſijt deſeruire eccleſiæ & ſuſtinere onera,arg.l. diuor
7 tio.ff. ſolut.matri.c.qui ſentit onus,de reg.iur.lib.6. † Et
prædicta ſunt uera, niſi appareret quòd dicta locatio
fuiſſet facta pro utilitate eccleſiæ,& pecunia illa per Bel
lencinum uerſa in utilitatem dictæ eccleſiæ, de quo non
conſtat. Immo totum contrarium. Ita not. doct.com-
muniter diſtinguendo in d.c.fi.ne præla.uic.ſuas.& latè
conſuluit Alexan. conſi. 160.uiſo ac diligenter conſide-
rato lib.6.

¶ Ex quibus concludo bene fuiſſe ſententiatum per iudicē
in prima inſtantia, ad fauorem R. Domi. plebani ceſsio
narij, & male approbatum pro parte presbyteri Gabrie-
lis.& propterea confirmandam eſſe ſententiam illam.

## SVMMARIVM.

1 *Creditur, notario dicenti ſe uidiſſe, & legiſſe inſtrumentum etiã ſi non edatur, ſi non opponatur.*

2 *Idem quãdo notarius profert dicta uerba partibus præſentibus, & non contradicentibus.*

3 *Per comparitionem domini, cenſetur reuocatus procurator, niſi reuocatus poſtea compareat, præſente domino, & tacẽte quia cenſetur mandatum renouatum.*

4 *Subſtitutus factus dominus litis, uel lite conteſtata, per comparitionem principalis non eſt reuocatus, niſi ſciat comparitionem, & taceat.*

5 *Valet ſententia diffinitiua lata ſine inſtantia, quando fuit lata partibus præſentibus, & inſtantia fuit facta in libello.*

6 *Secunda ſententia contraria primæ tranſitæ in rem iudicatam, eſt nulla, niſi prima fuerit declarata nulla.*

## CONSILIVM. CCXXVI.

¶ Reſolutio dubiorum, ſuper allata nullitate ſententiæ
pro domina Helena prolatæ.

NON obſtat Primum ex defectu mãdati pro-
1 curatorij. † Ex eo,quod nõ credatur notario
dicenti ſe uidiſſe mandatum, & ſe de illo ro
gatum. per not.per Ang.Paul.Alber. Alex.&
modernos contra Speculat.in auth. ſi quis in aliquo. C.
de eden.quia reſpondent communem eſſe practicam no
tariorum cum Specul.& ita quotidie uidemus fieri,ut at
teſtatur Pau.de Caſt.in d.auth.colu.2.in princ.quæ pra-
ctica eſt uera, & procedit, ut credatur notario dicenti
ſe uidiſſe inſtrumentum, ſi non opponatur inſtrumento
procuræ per partem aduerſam. Nam imputatur negli-
genti,& non opponenti: ſi uero opponatur,tunc quan-
do ꝓducitur inſtrumentum, niſi edatur illud quod nota
rius refert,illud non probatur,& imputatur non produ-
centi. Et iſto caſu, ſaluatur communis opinio doct. con
tra Specul.Et ita etiam refert Paul. & ſequitur Alex.Spe-
cul.quando pars non oppoſuit in conſi. 191. Perſpecto
lib.6.colum.2. Sed in caſu.q.noſtræ,pars aduerſa, quæ
erat præſens, quando procurator ſubſtituit,& etiã quan
do mãdatum ſubſtitutionis fuit productum nihil oppo-
ſuit contra mandatum procuratorium ſubſtitutionis. Er
go ſtandum eſt uerbis notarij. Nam ſi tunc oppoſuiſſet,
profecto editum fuiſſet procuratorium factum in per-
ſonam Alouiſij, de quo atteſtatur notarius ſe rogatum.
Secundo reſpondetur, quia conclu. & regula d. auth. ſi
2 quis in aliquo, non eſt uera. † Quando uerba notarij re-
latiua alterius inſtrumenti,proferuntur,parte altera ad-
uerſa præſente, & nihil dicente. Ita Bar.Paul.Alber.Ang.
Bal.& omnes moder.in d.auth.in fin. quando allegat l.j.
C.de relat.in q.illa, Vtrum uerba notarij relatiua in pro
latione ſententiæ,uiſo libello,litis cõteſtatione uiſo mã-
dato procuræ.ita Abb.& moder.in c.quoniam contra fal
ſam.de probatio.

¶ Sed applicando ad caſum noſtrum, inſtrumentũ pro-
curę ſubſtitutionis factæ per Alouiſium principalẽ pro-
curatorem in perſonam petri tertij, fuit factum eodem
die,eadem hora,in eodem loco, coram eiſdem teſtibus,
& per eundem notarium, & coram eodemmet iudice, &
aſſeſſore, qñ pars aduerſa, uidelicet Dom. Bernardus fe-
cit ſuum ꝓcuratorium, ut pōt uideri in proceſſu. Ita ut
merito dici poſsit utranq; partem ſciuiſſe de utroque in-
ſtrumento celebrato coram utraque parte.

¶ Comprobantur prædicta, quia R. Dominus iudex, &
aſſeſſor eadem die,qua confecta fuerunt inſtrumẽta pro-
curatoria,detulerunt iuramentum calumniæ,primò,Pe-

tro

tro tertio ſubſtituto pro domina Helena præſente procu
ratore D.Bernardi, ſecundo eodẽ momento do.Alouiſio
procuratori Bernardi. Vnde non uideo, quomodo poſ-
ſit in dubium refricari de mandato ſuo.

¶ Præterea idem dñs Petrus ſubſtitutus ꝓduxit libellum
& tamen contra eum nihil excipitur de defectu mãdati.
Vlterius iudex in prolatione ſententiæ in uerbis narrati
uis facit mentionem de dicto Petro tertio procuratore
in præſentia dñi Bernardi & ſui aduocati, & procurato-
ris, ut patet ex actis. Ergo talia uerba faciunt fidem in-
ter partes præſentes, tacentes, & non appellantes infra
decem dies, ut dixi ſupra poſt Barto. & alios in d. auth.
in fi. & Feli. in d.c. quoniam contra colu. 20. in 5. conclu-
ſione per l. optimam. C. de contrah. ſtipulat.

¶ Ad ſecundum dubiũ, de reuocatione Petri tertij ſubſti
tuti per comparitionẽ uoluntariam Alouiſij procurato-
ris ſubſtituentis, per tex. in c. ſi quem de procur. lib. 6. Nã
3 reſpondetur, ꝙ tex. ille non procedit. † quando poſt illã
tacitam reuocationẽ, comparuit ille iam tacite reuoca-
tus, præſenti principale conſtituente, ſciente, & tacente,
quia tunc cenſetur mãdatum renouatum, & reſtauratũ.
Iſta eſt glo. ordinaria & ſingularis in l. qui mutua, §. non
ideo ſuper uerb. inſtaurauerit circa finem ibi. hic aũt attẽ
de cum diſtinctione ſua, quæ hoc expreſſe dicit ff. mand.
per quam ita in terminis conſuluit Ludouicus Roman.
conſ. 76. incip. in cauſa nobilis col. 1. in 2. quæſito uer. itẽ
euidentiſſime, ſed in caſu q. noſtræ, poſt illã cõparitionẽ
Alouiſij, comparuit idem Petrus ſubſtitutus bis inſimul
cum Alouiſio principali procuratore in præſentia etiam
partis aduerſæ, qui Petrus uſus eſt nomine procuratorio
dñæ Helenæ. Ergo mandatum ſubſtitutionis cenſeretur re
nouatum & inſtauratum. Et licet illa gloſſa & Roman.
loquantur in principali reſpectu procuratoris idem ta-
men dicendum in procuratore reſpectu ſubſtituti, ut ꝑ
Philippũ in d.c. ſi quẽ. §. 1. col. 1. uerſ. ſecundo procedit.
¶ Secundo reſpondetur, ꝙ ſubſtitutus iam factus domi-
4 nus litis † per comparitionem principalis, nõ eſt reuoca
tus, niſi ille ſubſtitutus ſciat comparitionẽ principalis,
& taceat, ſecus ſi ignoret, uel aliàs abſens ſit. Ita Philip.
in d. §. 1. circa finem uerſi. ſi uero procurator. idem tenet
Bar. in l. mutari ff. de procurato. Vnde cum in caſu no-
ſtro non cõſtet, ꝙ ſubſtitutus fuerit pñs, uel aliàs ſciuerit
de comparitione principalis. Et regula ſit, quod ignoran
tia præſumitur, niſi probetur ſcientia, regula ignoran-
tia de regul. iur lib. 6. concludendum eſt Petrum ſubſtitu
tum non fuiſſe reuocatum,

¶ Ex quibus ſequitur reſolutio ad tertium dubium, quia
cum Petrus ſubſtitutus fuerit procurator tẽpore late ſen
tentiæ, uel quia non reuocatus uel quia mandatum reno
uatum uel reſtauratum, bene ad eius inſtantiam, decre-
ta, & executa fuit citatio ad audiendam ſententiam.

¶ Ad quartum, ꝙ lata appareat ſententia ſine inſtantia
agentis. Et ſic, ex iſto capite nulla, reſpondetur, quod
5 illa concluſio fallit. † Quando apparet lata partib. præ-
ſentib. Nam tunc ſufficit inſtantia facta in libello, ſeu re-
ſpõſione ad libellum. Nam de inſtantia dñæ Helenæ, ut
promulgaretur ſententia pro ſe, ſtante matrimonio con-
tracto, & confeſſato, poſtea per Bernardũ apparet in pro
ceſſu, ita tenet Angel. in l. properandum. §. 1. colum. 1. C.
de iudic. Bal. Paul. de Caſt. & alij in l. unic. C. ut quæ deſ.
aduoc. do. Iaſ. poſt alios in d. l. properandum. §. 1. colu.
2. nu. 6. uerſi. quarto fallit, ſed in caſu noſtro partes erant
præſentes tempore promulgatæ ſententiæ, ut ꝯſtat ex te
nore & fine ſententiæ erga ualida ſine noua inſtãtia, quia
durãt antiqua inſtãtia facta a parte Helenę in reſponſio-
ne ſua ad libellum.

6 ¶ Non obſtat ultimum obiectum † quod ualeat ſecunda
ſententia contraria primæ, quando prima fuit pronun-
ciata nulla, quia fateor hoc eſſe uerum, quando in uerita
te prima apparet nulla ex proceſſu alias non ualet ſecun
da. Ita in terminis tenent Paul. de Caſt. in d. l. 1. C. quãdo
prouo. non eſt neceſſe. col. 2. uer. item requirunt, quod ſẽ
tentia fuerit ualida per l. fi. C. de ſent. quę ſin. cer. qual. &
ibi Bal. colum. 2. & Salic. qui clarius & notabilius cęteris
loquitur in d. l. 1. colum. 2. & in colu. 3. in reaſſumptio-
ne materię, in diſtinctione magna, ubi allegando d. l. fin.
dicit, quod tunc demum ſecunda ſententia contra primã
ualet, quando ſecunda ualuit & prima fuit nulla ipſo iu-
re. Si uero prima ualuit, prout ualet in caſu q. noſtræ, ſe
cunda contraria primæ, etiam aliàs ualida, eſt nulla ipſo
iure, ita ut nõ ſit neceſſe ab ipſa appellare. d. l. 1. C. quãd.
prouoc. Et ratio eſt ſecundum Salic. ibi in princip. prima,
ut ſit litium finis. Item quia prima finem impoſuit, & ef-
fectum conſumauit, ideo omnem alium finem & effectũ
excludit. Et quia contra notoriam ueritatem, quia res iu
dicata habetur pro ueritate. l. res iudicata. ff. de re indic.
Et in his terminis loquitur Feli. in d.c. inter col. 10. de re
iudic. in 2. fallen. ibi, quia fuit tranſitus apparens, nõ exi-
ſtens. Et ita clarius loquitur Feli. in d.c. colum. 14. fallẽ.
6. dum allegat. d. l. fi. C. de ſent. quæ ſin. cert. quantit. ſu-
blata ergo nullitate primæ, ſecunda eſt ipſo iure nulla.

## SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo de optando, non habet locum in beneficio permu-
tato.*

2 *Si non ſequatur permutatio, permutantes non poſſint redire ad
beneficia permutata, ſine noua collatione, quod ſecus eſt in ha-
bente regreſſum.*

3 *Permutantes beneficia habent ius regrediendi ad illa integrali-
ter & abſque aliqua diminutione, ſi non ſequatur effectus ſine
culpa permutantium.*

4 *Conſuetudo de optando non habet locum in beneficijs reſer-
uatis.*

## CONSIL. CCXXVII.

STANTE gratia reſeruationis regreſſus pro
Renerẽ. Do. Petr. Bembo ad titulũ presbyte-
rale in eccleſia Sãct. Iuliani, quẽ aliàs reſigna
uit, non habet locum conſuetudo de optan-
do ad domum dicti tituli ex infraſcriptis rationibus.
1 ¶ † Prima, quia ꝯſuetudo de optando non habet locũ in
beneficio permutato, ut late conſuluit Feder. de Sen. cõ
ſil. 62. Incip. Verius uidet, & in ſuo tract. permutat. quæ-
ſti. 28. Et latius per concludentes rationes concludit Pet.
de Peruſ. in ſuo tracta. permutat. beneficio. quæſt. ult. uer
ſi. Sed aduertendum. Ita pariformiter dicendum puto,
ꝙ non habeat locum in caſu noſtro per eaſdẽ met ratio-
nes. Quibus ibi quæſtione de permutatione mouentur
præfati docto. Et maxime, quia beneficia uacantia ex cã
ꝑmutationis ſunt affecta permutãtib. ita quod alteri nõ
poſſunt conferri c. 1. de rerũ permu. lib. 6. Cle. j. eo. ti. ſed
in caſu noſtro, Regreſſus, beneficium iſtud eſt adeo affe-
ctũ pro dño Petro, ita ut ipſe poſſit liberum ad illud ha-
bere regreſſum, apprehendendo poſſeſſionẽ propria au-
ctoritate tam uigore primi tituli ante reſignationem ꝙ
tituli reſeruationis regreſſus in omnib. & per omnia pe-
rinde ac ſi idem dicto primo titulo minime ceſſiſſet, ꝓut
latius in gratia regreſſus continetur. ¶ Secundo moueor,
quia maior & fortior eſt affectio ad beneficium pro ha-
bente regreſſum quã ſit pro illo permutante, quod pro-
batur, quia ſecundum communẽ opinionem doct. ſi nõ
2 ſequatur effectus permutationis, † permutantes nõ poſ-
ſunt redire ad priora beneficia ꝑmutata auctoritate pro
pria, ſed opus eſt noua collatione. Ita Rot. in nou. deciſ.
25. colum. 2. uerſicu. in tertio dubio. Et Rot. in recoll. per
Bernar. deciſio. 3. incip. utrum permutantes in tit. de rerũ
permut. Sed habens regreſſum poſſet redire ad benefi-
cium reſignatum propria auctoritate, & abſq; noua col-
latione, ut dicitur in gratia, ergo ratione affectionis, &
reſeruationis conſuetudo non habebit locum.
¶ Tertia ratione, quia conſuetudo huiuſmodi non ha-
bet locum in beneficijs debitis alteri, ut conclud. Feder.
de Sen. in d. conſil. 72. uerſicu. item forte. Ergo nec in ca-
ſu regreſſus, cum debeatur reſignanti, mortuo ceſſiona-
rio. ¶ Quarta, quia in caſu, in quo permutatio beneficio
rũ ex aliqua cauſa, non tamen culpa permutantium non
ſequatur

3 ſequatur effectum, † permutantes per modum regredien
di, reddunt ad priora ſua beneficia integraliter, & abſq;
aliqua diminutione, ita Rot. in ant. quæſ. 402. & in nou.
63. Feder. in tract. permutat. q. 8. & 9. Ita in caſu noſtro.
D. Petrus debet habere regreſſum ad beneficium aliàs re
ſignatũ abſq; aliqua diminutione, mortuo ceſsionario.
¶ Quinta, quia dominus Petrus eſt antiquior ſacerdos
titulatus in dicta eccleſia illo, qui uellet modo optare,
ergo etiam ſi haberet locum conſuetudo ille deberet
præferri in optando.
4 ¶ Vltima † quia ꝯſuetudo optandi non habet locum in
beneficijs reſeruatis, ita Nicolaus de nul. in ſuo reperto.
in uer. conſuetudo, col. 3. Sed mortuo ceſsionario, bene-
ficium iſtud ex perſona Rever. dom. Petri remanet reſer-
uatum ſanctiſsimo domino noſtro, ergo &c.

*SVMMARIVM.*

1 *In iuribus incorporalibus, utrum quaſi poſſeſſio detur ſine ſcien-
tia, & patientia domini.*
2 *Vltimus ſtatus non ſoluendi pecuniam, attenditur.*
3 *Qui ſtatus acquiritur ex ultimo actu, habente tractum decem
annorum pacifico, & ſortito effectum.*

## CONSILIVM CCXXVIII.

1 IN iſtis † iuribus incorporalibus, & perce-
ptionibus annuis non cauſatur quaſi poſſeſ-
ſio, niſi concurrat ſcientia, & patientia domi
ni l. ij. C. de ſeruit. & aqu. ubi latè de materia.
Abb. conſi. 23. colu. 2. in c. in cauſa, quæ ad præſens lib. 2.
latè do. Anto. in repet. c. fi. de cau. poſſeſ. & propriet. Sed
in proceſſu non apparet probatum quòd prædictæ alle-
gatæ, & deductæ duæ ſolutiones ducarorũ decem factæ,
Reuerendo dom. Patriarchæ Venetiarum Suriano, de
anno 1505. & poſtea Contareno de anno 1509. deuene-
rint unquam ad notitiam dominorum de capitulo eccle
ſiæ Caſtellanæ. Ergo nulla pōt allegari quaſi poſſeſsio.
Secundo licèt in proceſſu appareat iuſtificata per teſtes
recognoſcentes ſcripturam, partita ſolutionis decē du-
catorum factæ Suriano patriarchæ, tamen illa aſſerta fa-
cta Contareno, ultimo, & immediato prædeceſſori iſtius
moderni, qui modo agit, non eſt iuſtificata, nec recogni
ta, & ideo cum ſit fundata ſuper ſcriptura priuata, nō eſt
adhibenda fides c. 2. & c. fi. cum latè ibi not. de fid. inſtru.
2 ¶ Sequitur tertia concluſio. † Quod iſte ultimus ſtatus
libertatis non ſoluendi pecuniam, cauſatus ſub illo Con
tareno de anno 1509. & continuatus per quindecim an-
nos, & ultra præualeat, & attendatur, quia etiam ſuffice-
rent anni decem contra ſtatum Suriani, qui ſtatus niti-
tur contra ius commune. & iſte ultimus fomentatur a iu
re communi per not. per Gemin. in c. cum de beneficio ſu
per glo. in uerbo legitima, in ſua diſtinctione in uer. Aut
non expreſsit Papa de conſuetu. de præb. lib. 6. dum alle-
gat not. in c. ab exordio 35. diſt. tradit Decius conſ. 127.
col. 3. dum loquitur de ſpatio decem annorum tantum.
3 † Qui ſtatus acquiritur ex unico & immediato actu ha-
bente tractum decem annorum pacifico, & ſortito effe-
ctum, iuxta not. per Feder. conſ. 234. ſuper primo, col. 2.
Oldra. conſ. 312. Thema quæſtionis, circa finem. Calder.
conſi. 12. de iur. patr. Abb. conſi. 54. Videtur primo, li. 1.
not. in c. cum eccleſia de cauſ. poſſ. & propriet.
¶ Quarto nulla poſſeſsio, allegari poteſt contra Reue-
rendos dominos de capitulo, ex quo pecunia, nomine
procurationis, a prælato non poteſt exigi ab inuitis, etiã
ſi adeſſet pactum, ſed tantum a uolentibus. cap. felicis de
cenſib. lib. 6. & in extrauag. uas electionis, ita Ioan. And.
Petr. & Gemin. in d. c. felicis, multominus in caſu noſtro,
ceſſante pacto, immo non probata nec ſcientia, nec pa-
tientia dominorum de capitulo, a quibus pecunia peti-
tur, & male, & tanto magis, quia in proceſſu nos proba-
uimus, quòd in capitulo canonicorũ adſunt ſeptem no-
ui canonici, & ſic maior pars capituli, qui non aderant
tempore ultimæ ſolutionis, ut dicitur factæ Reuerendo
domino patriarchæ Contareno prædeceſſori immedia-
to. Non obſtat prædictis conſi. Abb. 7. lib. 2. in ſecundo
dubio, col. 4. quia ipſe præſupponit conſuetudinem tan
ti temporis, cuius memoria non erat in contrarium, ex
qua præſumebat alia iuſta cauſa ſoluendi, ut ibi latè per
eum, quæ non eſt probata in caſu noſtro. Poteſt etiam ſe-
cundo dici, quod Abb. male conſuluit. Ita dominus Feli.
in c. cum ex officij, col. 3. 7. & 9. in 4. & 7. fall. de præſcrip.
ubi uidendum: qui allegat plura ad hoc, quod pro nunc
non diſcutio, ex quo Abbas non loquitur in caſu q. no-
ſtræ. Concludo, ꝙ Reuerendi domini de capitulo ſunt in
caſu abſolutionis, a petitis actore non probãte. l. qui ac-
cuſare. C. de ede. c. 1. ut eccleſ. benefic.

*SVMMARIVM.*

1 *An, & quando ſit prohibita alienatio rei litigioſæ, lite penden-
te, in perſonam collitigantis, latè declarat, etiam per uiam
gratiæ noua acquiſitio. & nu. 2.*
3 *Quando ex proceſſu conſtat de iuſtitia unius, & de iniuſtitia col
litigantis notoria, tunc ualet impetratio de re litigioſa, tacita
litis pendentia.*
4 *Taciturnitas litis pendentiæ non reddit gratiam ſubreptitiam,
quando ſi fuiſſet expreſſa, Papa non denegaſſet.*
5 *Innouatio, lite pendente, non eſt prohibita, quando per eam ac-
quiritur ius de nouo ad confirmationem iuris, quod impetrans
prius habebat.*
6 *Iudex, coram quo pendet lis, non debet iudicare ſecundum gra-
tiam obtentam lite pendente, de lite non facta mentione.*
7 *Datur cautela pro impetrante gratiam, lite pendente, quod aſſu
mat executorem in literis dictæ gratiæ.*

## CONSILIVM CCXXIX.

¶ Pro Gaſtaldione, & confratribus ſcholæ beatæ Mariæ
de capitello Venetiarum.

REVERENDISSIME ac obſeruandiſsi-
me domine, multipliciter oſtendo ualiditatē
gratiæ, & priuilegij obtenti a ſanctiſsimo
Domino noſtro Papa Clemente VII. pro Ga
ſtaldione & confratribus ſcholæ beatæ Mariæ de capitel
lo, non obſtante litis pendentia, de qua non fuit facta
mentio, in dicta gratia.
1 ¶ Ex primo, † quia acquiſitio rei litigioſæ in perſonam
alterius collitigantium non eſt prohibita, etiã per uiam
gratiæ, ut not. Innoc. in c. fi. l. ut lit. pend. in addit. & pro-
batur in l. ſin autem. §. 1. in l. ſi poſt acceptũ. ff. de rei uen
dica. & in c. Abbate de re iudi. lib. 6. quæ iura clare pro-
bant, quod litis pendentia, non impedit acquiſitionē no-
ui iuris de re ſuper qua litigatur, ſed gratia obtenta, de
qua ſupra per confratres prædictos dat ius nouum ſu-
per materia oratorij celebrationis miſſarum, campanel-
læ, capſulæ &c. Ergo ualida impetratio. ¶ Secunda ra-
2 tione, † quia qñ per nouam impetrationē factam a colli-
tigante, ſuper re litigioſa, non tollitur ius alterius par-
tis, nec læditur, nec reſpectu tituli, nec poſſeſsionis, talis
impetratio, etiam tacita litis pendentia, ualet. Ita Inno.
in c. 1. & in c. ſignificante de appella. not. Abb. & doct. in
c. cauſam lib. 2. de teſt. & in c. fi. ubi materia, ut lit. pend.
declarat notabiliter deciſio Rot. in deciſio. Bell. nu. 749.
incipit, licèt per appellationem, colu. 2. ubi uidendum.
quam deciſionem refert, & ſequitur do. Feli. in c. 1. de re-
ſcript. col. 13. verſic. fallit ſexto. dicta regula. Sed in ca-
ſu q. noſtræ nullum fit præiudicium plebano, & capitu-
lo eccleſiæ ſancti Hermacoræ, nec in poſſeſsionē, quam
nunquam habuerunt, nec in petitorio, quia nullũ ius ha-
bent impediendi confratres in celebratione miſſarum,
in pulſatione campanellæ, in capſula tenenda in colligē-
dis eleemoſynis, & cętera faciendi, de quibus in gratia,
ex quo ab immemorabili tēpore, & citra confratres prę-
ſcripſerunt prædicta contra plebanum, ut clare patet, ex
dictis quamplurium teſtium in proceſſu deſuper exami-
natorũ. Ergo intereſſe aliquod plebanus oſtendere non
poteſt,

poteſt, & dato aliquo intereſſe, Papa noluit illud haberi in conſideratione, ut patet ex tenore gratię, dum in ea dicitur, Rectoris licentia minime requiſita: Et hoc ratione, quia cultus diuinus, & miracula, quibus illa imago Beatæ virginis pollet, præualet iuri priuato. c. ad audientiam, primo circa finem. de eccle. ędiſi. Et ſi plebanus, & clerici dictæ eccleſiæ parochialis prætendunt aliquod intereſſe lucri, in celebrando in dicto oratorio, reſpondetur, quod ad tale lucrum, confratres contentantur uocare plebanum, & clericos dictæ eccleſię.

3 ¶ Tertia moueor † quia, quando conſtat ex proceſſu de iuſtitia impetrantis gratiam, contra collitigantem: tunc ualet impetratio tacita litis pendentia. ita Dominicus de ſancto Gemin. in c. 1. ut lit. pend. lib. 6. col. 2. in princi. Sed in caſu. q. noſtræ, conſtat per proceſſus deſuper corā Reuer. P. Domino patriarcha Venet. inter partes formatos, de notoria iniuſtitia plebani. & capituli, & de bono iure confraternitatis, ut de facili uideri poteſt, ergo gratia ualida.

4 ¶ Quarto ad idem. † Nam taciturnitas litis pendentiæ, non reddit gratiam ſubreptitiam, quando ſi fuiſſet expreſſa, non mouiſſet Papam ad denegandum. not. doct. in c. ſuper literis, & in c. ad audientiam de reſcript. & in ſpecie tradit Aegid. Bell. d. deciſione. 749. col. 3. circa medium. Sed ſi Romano Pontifici narrata fuiſſet litis pendentia in ſtatu, in quo reperiebat, & reperitur cum atteſtationibus quamplurium teſtium, qui cōprobant aperte omnia, quæ ſibi fuerunt expoſita, certè ipſe motus facilius fuiſſet ad gratiam concedendam, non obſtante litis pendentia. Ergo &c.

¶ Quinto ad idem, nam innouatio lite pendente dicitur prohibita, illa, quę innouat reſpectu iuris, uel poſſeſ-
5 ſionis partis contra quem impetratur; † non reſpectu iuris partis impetrantis gratiam, per quam acquiritur ius de nouo, ut in caſu noſtro. Ita expreſſe pro ſaluando gratiam apoſtolicam obtentam, lite pendente, de illa, nulla habita mentione, tradit Rot. in præalle. deciſione, circa finem, ubi omnino uidendum.

6 ¶ Eſt bene uerum † quòd gratia, & priuilegium obtentum, lite pendente, non pręiudicat illi liti, nec ſecundum illud habet iudex cauſæ iudicare, tanquam ex iure de nouo ſuperuenienti, ſed debet iudicare ſecundum iura communia, ac ſi non emanaſſet gratia, & ita procedunt iura, quæ dicunt, quòd gratia obtenta lite pendente, de illa lite non facta mentione, non ualet, quia non præiudicat illi liti, ita probat tex. in c. 1. & in c. fi. ut lit. pend. ubi doct. in c. cauſam ſecundò, de teſtib. & text. in auth. ne in med. lit. ſa. iuſſ. fian. & ita loquuntur deciſiones Rotæ. & alij in locis ſupra allegatis.

¶ Et ideo Petrus Philippus Cornéus Peruſinus, in conſil. 17. incip. viſo proceſſu agitato col. 5. uerſ. & text. in auth.
7 lib. 2. † dat cautelam quòd quādo impetratur gratia, lite pendente, aſſumatur alius iudex pro executore gratię, non ille, qui de lite cognoſcebat, quia hoc caſu, non uidetur ſuper illa lite reſcriptum: & ideo ualet gratia, & eius executio: ita formaliter ſeruatum fuit in caſu. q. noſtræ.

¶ Et quia, ut dixi, gratia noſtra non præiudicat illi liti, quin Reuerendus Dominus Patriarcha poſsit illam de iure communi decidere, in hoc non contradicimus, nec nos opponimus. Nam ſi uoluerit illam decidere, non poterit de iure, niſi pronunciare contra dn̄m plebanum, & capitulū dictæ eccleſiæ & pro fauore confraternitatis.

¶ Et ex præmiſsis conſtat, de ualiditate gratiæ, & eius executione, & quòd eius executio, & effectus non debet impediri per inferiorem a Pontifice. Et ſi Reueren. D. Patriarcha uult iudicare ſuper lite pendente, iudicare poteſt, & ius faciat. Et hæc pauca uolui dixiſſe pro aliquali informatione mentis Reuerendiſs. dom. veſtrę.

*SVMMARIVM.*

1 *Electio in eccleſiis collegiatis ad beneficia minora ſpectat ad collegium clericorum, & inſtitutio ad epiſcopum.*
2 *Confirmatio apoſtolica facit pactum perſonale, eſſe reale.*
3 *Qui ex iure deuoluto per negligentiam habet prouidere, debet uti eodem iure, quo utebatur ille negligens.*
4 *Agenti poſſeſſorio reintegrandæ, obſtat exceptio de notorio non iure.*
5 *Quæ concluſio procedit etiam ſi fuiſſet ſpoliatus, lite pendente.*
6 *Pœna electi adminiſtrantis ante confirmationem, non habet locum in electis ad ſimplicia beneficia in eccleſiis collegiatis.*
7 *Pœna priuationis iuris ſui, non cenſetur impoſita, niſi in lege caueatur.*
8 *Pœna appoſita in principio legis contrafacienti, non cenſetur repetita in fine eiuſdem legis.*
9 *Conſtitutio pœnalis non extenditur ad alium caſum, ex identitate rationis.*

## CONSILIVM CCXXX.

IN cauſa presbyteralis tituli, in eccleſia ſanctorum apoſtolorum, uertente coram Reuerendiſsimo Domino Legato apoſtolico, iudice, & executore, ſuper hoc a ſanctiſsimo domino noſtro, ſpecialiter deputato: Quæritur primo, de ualiditate electionis factæ de dicto titulo in perſonam presbyteri Iacobi Mantello per capitulum clericorū dictæ eccleſiæ collegiatæ. Secundo, de inualiditate certę prouiſionis de eodem beneficio factę per Reueren. D. Patriarcham Venet. in perſonam presbyteri Laurentij Mirabilia. Tertio, utrum dicta electio ueniat confirmanda per præfatum dominum iudicem apoſtolicum, non obſtantibus ex aduerſo exceptis pro parte dicti Laurentij.

¶ Circa primum dicendum puto, electionem illam, de qua in actis fuiſſe, & eſſe canonicam tam de iure, quàm ſecundum conſtitutiones patriarchales & conſuetudinē iſtius ciuitatis, diu in omnibus collegiatis eccleſijs obſeruatam ab immemorabili tempore citra, & ſecundum conuentionem & pacta, ac concordium facta aliàs per tunc. R. D. Patriarcham Venetiarum, & uniuerſum clerū ſecularem iſtius ciuitatis, confirmatam per ſedem apoſtolicam, uel ipſius Legatum, de quibus in actis cauſæ.
1 Nam de iure communi † electio in eccleſiis collegiatis inferioribus, ad beneficia minora, in eis exiſtentibus, ſpectat ad collegium clericorum, & inſtitutio, ſiue confirmatio ad epiſcopum loci. ita poſt alios concludit do. Abb. in c. cum eccleſia, col. penul. de elect. ſub membro illo de beneficijs in eccleſijs collegiatis inferioribus, ita latè, & not. per iura, & rationes, tenet Rot. in nou. deciſ. 167. de collatione in ſecunda opinione. Et cum diſpoſitione iuris concordant conſtitutiones patriarchales, & conuentio, ac concordium prædictum, de quibus in proceſſu, necnon conſuetudo legitime per teſtes probata. Et electio in caſu noſtro fuit facta de perſona digna, ac idonea, ſcientia, moribus, & ætate, & de gremio ipſius eccleſiæ, & gradatim. Nam presbyter Iacobus electus ad titulum ſacerdotale, habebat titulum diaconalem in eademmet eccleſia, ut docuit per productionem ſuarum bullarum, ut apparet in proceſſu. Vnde ſeruata fuit diſpoſitio iuris, ut habetur in c. cum inter canonicos, & in c. ne pro defectu, & in c. quia propter. ubi Abb. in not. de electio. Et ita ſeruatæ fuerunt conſtitutiones illæ, quæ etiā uolunt, quòd electiones per capitula fiant de gremio eccleſiarum, & gradatim, & de idoneo. & ut ſatisfieret conſtitutioni, fuit etiam pluries petita licentia per d. plebanum, & capitulum de facienda electione a Reuer. domino Patriarcha, qui eam illis conceſsit, licèt cum proteſtatione, dummodo non eligerent presbyterum Iacobum, qui fuit electus, licèt nullam bonam adduceret rationē, ut conſtat ex depoſitione domini plebani, & aliorum teſtium ſuper hoc, pro parte Iacobi examinatorum. fuit ergo in omnibus ſuis partibus electio iſta canonica. Ergo confirmanda ueniebat per Reuer. dominum Patriarchā, & de iure communi, & ſecundum conſtitutiones patriarchales & conuentionem, & concordium, de quo in proceſſu: in quibus. D. patriarcha promiſit electiones legitimas confirmare. A quo etiam petita fuit confirmatio, ne dum ſtatim facta electione, ſed etiam poſtea, auctoritate

tate breuis apoſtolici præſentati Reuerendiſs. domino
legato,& iudici, cum aſsignatione termini 9.dierum ad
confirmandum:quod tamen noluit facere, ut conſtat in
proceſſu. Vnde ſtante recuſatione prædicta, Reuerend.
dominus legatus,& executor breuis apoſtolici,ſeruando
formam ipſius,debet examinare dictum electum,quo te
perto idoneo, electionem ſuam confirmare, prout ſonāt
uerba dictarum literarum apoſtolicarum, de quibus in
proceſſu : Quibus ſupra deductis,nō habet obſtare pro
uiſio facta in perſonam Laurentij aduerſarij de eodem ti
tulo per Reueren. D. Patriarcham, per unam diem ante
dictam electionem, quia illa prouiſio multipliciter fuit,
& eſt nulla, & ſic aggredior ſecundum punctum.
¶ Primo fuit nulla, quia contra diſpoſitionem iuris,&
communem doctorum ſententiam, qui uolunt,quòd ele
ctio de beneficijs huiuſmodi ſpectet ad collegia eccleſia-
rum,ut dixi,ergo nulla.l.non dubium. C. de legi.c. uides
10.diſtinct.in regula quæ contra ius fiunt,de reg.iur.lib.
6.tradit Abbas in c.conſiderauimus in 2.not. de elect.
¶ Secundò, quia facta infra tempus datum a lege infe-
rioribus,& collegijs habentibus in eccleſijs eorum proui
dere, quod eſt ſemeſtre. Nam ipſe dominus Patriarcha
prouidit aduerſario infra primum menſem poſt uacatio
nem tituli. Et ſic nulliter, ut not.in c.2.per illum text.de
conceſſ.præben. ſicut etiam dicitur, quòd epiſcopus nō
poteſt cōferre beneficia patronalia infra tempus datum
patronis ad præſentandum.c.3. ubi not.de iure patro. &
not.Abb.in c.1.in fine eo.titu. ¶ Tertiò, quia ipſo iure
nulla,quia contra formam & tenorem conſtitutionū pa-
triarchalium,& pacti,ac conuentionis initę, per uniuer-
ſum clerum,cum q. bo.me. dom.Antònio Contareno Pa
triarcha tunc Venetiarum, & contra decretum irritans,
de quo in confirmatione illa facta per Reuerend.D.Alto
bellum legatum apoſtolicum,de quo decreto latè tradi-
tur in c. ſi eo tempore de electio.lib.6. & in c.ſi hi contra
quos,ut lit.pend.& in c.ſtatutum.§.fin.de reſcript.lib.6.
2 cum ſimilibus,& tradit Rot.in nou.deciſ.16.& 23.† quæ
confirmatio apoſtolica facit pactum illud perſonale,rea
le, ita ut obliget etiam modernum Patriarcham. c.pen.
de confirm.uti.uel inuti.c.ueniens ubi caſus,& ibi glo.in
uerbo confirmatam, & ubique perſcribentes de tranſac.
Et quæ conuentio, ſolum in uno caſu reſeruat facultatē
prouidendi D.Patriarchę, quādo eſſet facta de indigno,
& contra formam iuris, & conſtitutionum.
¶ Quartò,fuit nulla, quia prouidit Laurentio, qui non
erat de gremio dictæ eccleſiæ,ſed extra illam, & ſic con-
tra formam iuris,& conſtitutionum,& conuentionis prę
3 dictæ,† quas ſeruare tenebatur,etiam ſi ex iure deuoluto
per negligētiam capituli,prouiſio iſta uice ad ipſum ſpe-
ctaſſet.clem.1.in fine de ſupplen.neglig. prælat.ubi Car-
dinalis in ultimo contrario, & in qu.23. & 24.& tradunt
Dyn.Ioan.Andr. & alij in regula contra eum, de reg.iur.
lib.6. Prouiſio ergo illa nulla ipſo iure, nullum præſtitit
impedimentum electioni prædictæ, regula nullum præ-
ſtat,cum not.ibi,de reg. iur. lib.6.& eſt glo. in ſimili in c.
fi.de iur.patro.quæ dicit, quod prima præſentatio nulla,
non præſtat impedimentum ſecundæ. Ex quibus cōſtat
4 de notorio non iure Laurentij. Quo ſtante † etiam ſi eſ-
ſet ſpoliatus beneficio, non poſſet petere ſe reintegrari
cum reſtitutio fieret cum peccato, non habenti titulum,
ut concludunt doct. communiter in c. in literis fol. pen.
& fi.de reſtitu.ſpol.do.de Rot. deciſ.16. & 23. in nou. &
in deciſ.160.licèt reus,& poſſeſſor circa medium,& Rot.
in antiq.7.& 56. et ita de ſtylo Romanæ curiæ, non datur
reſtitutio, prout latè concludit Rot.in nou.deciſio. 393.
Si.A.conferatur. idem in alia deciſ.421. fuit dubitatum.
5 & 257. ſiquis dicat. † quæ concluſio procedit ēt ſi fuiſ-
ſet ſpoliatus lite huiuſmodi pendente, licèt attentata fa-
cilius reuocentur,ut not.in c.bonæ de appellatio.non ta
men ad inſtantiam illius,de cuius non iure clare conſtat.
Ita ſeruat Roma. curia, ut atteſtatur Rota in nou. poſt
Archid.Inno. & Ioan.Andr. in deciſ.14.incip. fuit dubi-
tatum. & in alia deciſione 55.incip. Ad inſtantiā,ubi ad-
ducuntur plures rationes, quas cauſa breuitatis non re-
fero : fuit etiam expreſſe declaratum per Reuerendiſs.do
minum iudicem,quod materia aſſerti ſpolij non deduca
tur,immo expreſſe eam reiecit, ut conſtat in proceſſu.
¶ Non obſtat quædam exceptio oppoſita contra Iaco-
6 bum electum, dum petitur caſſari dicta eius electio † ex
eo quia dicatur ipſum adminiſtraſſe ſpectantia ad pres-
byterum titulatum uigore ſuæ electionis, ante confirma
tionem obtentam iuxta tex.in c.noſti.in cap.qualiter,de
elect.in c.cum iamdudum de præben. in cap.auaritiæ de
elect.lib.6.cum ibi not.quia reſpondetur dupliciter. Pri
mo negando ipſum adminiſtraſſe aliquid,cū non ſit pro-
batum in proceſſu. Secundò dato, q̃ adminiſtratio eſſet
probata,reſpondetur, quod non propterea incurrit ali-
quam pœnam priuationis iuris ſui,de qua in dictis iuri-
bus,quę omnia loquuntur aut de electis ad epiſcopatus,
aut ad dignitates eccleſiarum cathedralium, aut de ele-
ctis ad regimen eccleſiarum curatarū, & ita ſonant clare
uerba dictarum legum. Vnde huiuſmodi pœnales con-
ſtitutiones quæ loquuntur de epiſcopatibus, & de digni
tatibus,& de prælatis, ac rectoribus electis ad curam ani
marum, qui præſunt adminiſtrationi ſuarum eccleſiarū
tanquam capita, non habent locum in alijs caſibus non
expreſsis,& ſic in electis ad ſimplicia beneficia in colle-
giatis eccleſijs, prout exiſtit caſus noſter. Et hoc ex plu-
7 ribus. Et primò † quia pœna priuationis iuris ſui, nun-
quam cenſetur a iure impoſita, niſi id iure caueatur, ita
glo.not.& magiſtra communiter per omnes celebrata in
c.fin. de iure patro. etiam ſi pœna ſit ipſo iure impoſita,
quia non debet extendi ad alium caſum non expreſſum,
etiam per identitatem rationis, ita in terminis trad. do.
Abb.in d.c.fi.ſuper d.glo.circa finem,allegat tex.in §.pœ
næ de pœnit.diſt.1.ubi ſubdit poſt Ioan. Andr.ibi, quòd
in caſu non expreſſo, imponetur alia pœna extraordina-
ria arbitrio iudicis.argumento.cap.de cauſis,ubi not.de
off.deleg.cum qua glo.latè poſt alios tranſit dom. Alex.
conſi.103.uidetur primo.col. pen.lib.1.uerſ.pro hoc fa-
cit,quia pœna priuationis. Vnde ſi conſtaret de admini
ſtratione ex aduerſo allegata, poſſet presbyter Iacobus
compelli per ſuperiorem ad deſiſtendum alijs iuris reme
dijs,prout ipſi ſuperiori ęquum uiſum fuerit. Secundo
ad idem. Nam tex.in c.de multa de præben.qui prohibet
ſub pœna priuationis, pluritatem curatarum eccleſiarū
& dignitatum,ac perſonatuum,quoad pœnam non extē
ditur ad obtinentes plura alia beneficia ſimplicia, licèt
incompatibilia, nec ad obtinentes eccleſias curatas in
habitu tantū, & hoc ratione, quia iura pœnalia non ſunt
extendenda ultra caſum expreſſum,immo reſtringenda.
l.ſi præſes.ff.de pœn.l.cum quidam.ff. de lib.et poſthu.et
in regula in pœnis,de regu.iur.lib.6.Ita not.Abb.& do-
cto.in d.c.de multa. Tertiò ad idem,quia pœna priua-
tionis, de qua in c.licèt canon de elect.lib.6.nō habet lo-
cum contra rectores (quæ ſcilicet impoſita eſt contra re-
ctores parochialium eccleſiarum) parochialium colle-
giatarum.c.ſtatutum de elect.eo.lib. licèt ſubſit eadem,
& maior ratio,et hoc ratione, quia conuenit pœnas re-
ſtringi,non laxari,& hanc rationem adducit Pontifex in
decretali illa ſtatutum,& glo.ibi, in uerbo reſtringi. Ad
idem quartò,ex eo quod determinat glo. not.in clemen.
quū.§.fin.in fine in uerſ.ſanctioni,de uita & honeſt. cleri.
8 quę uoluit † quod licèt in principio unius legis imponatur
certa pœna contrafacienti,ſi tamen in fine eiuſdem legis
prohibeatur alius actus eiſdem perſonis,& non exprima
tur pœna,de qua in principio legis,non cenſebitur repe-
tita ſed imponetur arbitraria contrafacienti, quæ nota
9 pro deciſione q.noſtræ, † et quòd conſtitutio pœnalis nō
extendatur ad alium caſum ex identitate rationis. tenet
glo.expreſſe,approbata ibi per doctores in cap.decet,in
uer. proceſſus de immunit.eccl.lib.6.quam refert, et ſe-
quitur do.Abb.in c.2.col.2.in fi.de conſtitut. Et Alexan.
conſi.113.uiſo inſtrumento col.2.uerſ. & poſito lib.2. di
cit,quod in pœnalibus non fit extenſio ex identitate uel
maioritate rationis,ad caſum non expreſſum,allegat l.ſi
de impetratione.l.ſi p̄ſes.ff.de pœn.in c.odia, et ibi not.
per Ioan.Andr.de regul.iur.not.per Cyn. in l.j.C. quę ſit
long.

long.conſ.Bal.in l.j.C.de interd.mod.in l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolu.matr.cum ſimilibus. Vnde ex prædictis concludo, quod cum caſus.q.noſtræ non reperiatur deciſus per iura, quæ prohibene ſub pœna priuationis beneficij electum adminiſtrare ante confirmationem, quòd licèt militaret eadem ratio, non propterea per adminiſtrationem ante confirmationem incutrit illam pœnam, ſed ne nit prouidendum aliter, ut non adminiſtret, proue uidebitur.d.iudici. Eſt bene uerum, quòd tex.in d.c.ut auatitiæ,& dicta iuta in c.noſti, & c.qualiter, quæ loquuntur de electo, procedunt etiam in rectore parochialis eccleſiæ præſentato, per patronos, ad rectoriam, & ſic ad regimen dictæ eccleſiæ parochialis. per tex.in d.c.auaritię, ibi ad regimen eccleſiarum &c.iuncta glo.& quia pręſentatio dicitur electio.c.querelam de elect.c.2.& 3.c.nobis de iur.patro.& ibi not.& ita decidit Calder. in conſi.8.incip.An capitulum auaritiæ in titu.de elect. quem refert,& ſequitur.Domi.& Philip.in d.c.circa finem. Vndè ipſi loquuntur in electo, uel præſentato ad regimen eccleſiæ parochialis. Non obſtat alia exceptio, quòd prouiſio domini Patriarchæ in perſonam Laurentij, tranſiuerit in rem iudicatam propter deſertam appellationem, quia reſpondetur, quòd cum fuerit nulla ipſo iure, ut ſupra latè oſtenſum fuit, non eſt curandum de appellatione aliqua, cum a ſententia nulla, non ſit opus appellare. ex quo adeſt remedium nullitatis c.1.de re indic.l.ſi expreſsè. ubi Bar.& alij.ff.de appell.c.dilecto, cum ibi not. de appella.l.j.ff. a quibus appell. non licet. Nec etiam obſtat, quod recuſatio, uel denegatio confirmationis electionis per dominum Patriarcham tunc tẽporis electiõis facta, tranſitum fecerit in rem iudicatam, quia reſpõdeo, quòd uirtute litterarum apoſtolicarum commiſsionis de nouo Reuerendiſs.domino legato factę, fuit requiſitus dom.Patriarcha, ut confirmaret huiuſmodi electionem, qui eam denegauit, quam denegationem, ſiue recuſationem presbyter Iacobus modo proſequitur. Et petit ſuam electionem confirmari per legatum commiſſarium apoſtolicum iuxta formam & tenorem breuis præfati, quod in hoc ſapit naturam gratiæ, unde denegatio illa prima nõ eſt amplius in cõſideratione, ſed iſta ultima.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcriptum nullum, aſſumit robur, ſi orta contentione ſuper illo, iudex pronunciauerit ſe competentem.*

2 *Reſcriptum non faciens mentionẽ de re iudicata, eſt ſubreptitiũ.*

3 *Subreptio reſcripti in uno, non uitiat illud, ſi ex alijs narratis colligatur intentio ſupplicantis.*

## CONSILIVM CCXXXI.

REVERENDI Patres, & iudices integerrimi: Super poncto expenſarum ex cauſa aſſertę nullitatis proceſſus agitati coram.D.V.R. Dico quod D. Andreas de Dominicis nõ tenet ad aliquas expenſas ex aduerſo petitas, hac ratione præcipua: Quia licèt Reuerend. tunc Dominus legatus nulliter commiſiſſet cauſam Reuerend. domino plebano S.Euſtachij ad inſtantiam dicti domini Andreæ, qui ſe appellauerat ad S.D.N. Papã ſedemque Apoſtolicam a ſententia Cremoñ. Tamen ex quo dictus dominus plebanus S.Euſtachij pronunciauit ſe competentem, uigore dictæ commiſsionis, nec a tali pronuncia fuit appellatum, ſed tranſiuit in rem iudicatam, ut conſtat ex proceſſu, cuius pronunciæ uigore, cõmiſsio legati aſſumit robur, & eius uigore factus proceſſus ualidus reputatur, iſta fuit ſingularis deciſio Lap. in c.1.de reſcript.lib.6.quod referunt, & ſequuntur do. Ant. Abb. & Domini.in c.ſuper litteris de reſcript.et dicit do. Abb.in c. ex parte de reſcrip.col. 5.uerſ.tertius intellectus, probari ibi clariſsimè ſecun-
1 dum tertium intellectum, † quòd reſcriptum nullum aſſumit uigorem, ſi orta contentione ſuper eius nullitate, iudex pronunciauit ſe competentem, uel reſcriptum ualidum, & non appelletur, & dicit Domi.in c.Rodulphus in fine eo.titu.quod iudex carens funditus iuriſdictione, efficitur iudex per hanc pronunciationem. cum quibus omnibus pertranſit do.Feli.in d.c. ſuper litteris de reſcr. col.21.uerſ.ſecundo limita ſubtiliter,& in pen.col.uerſi. fallit duodecimo, ubi uidendũ eſt. Stante ergo expreſſa pronuncia competentiæ præfati Reuerendi D. plebani, quæ tranſiuit in rem iudicatam, cuius uigore cõmiſsio, etiam ſi fuiſſet nulla, ualida efficitur, & iudex competẽs, non eſt in conſideratione illa exceptio aduerſarij de expenſis, aſſertæ nullitatis reficiendis, cum ualidus fuerit, & ſic proceſſus per ſupradicta. Sed dato, & non conceſſo, quòd proceſſus coram uobis agitatus fuiſſet nullus, D.Andreas nullitates ſanauit per ſuam primam cõmiſsionem apoſtolicam a S. Domino noſtro Papa emanantem, & præſentatam, cuius uigore D.V. Reuerendæ pronunciarunt ſe competentes, ſeu procedendum fore ad ulteriora, non obſtantibus illis exceptionibus aſſertæ nullitatis & expenſarum ex aduerſo petitarum, ut conſtat ex proceſſu. quæ pronuncia tranſiuit in rem iudicatam. Vndè pars aduerſa de hoc perpendens, aliam commiſsionem a S.D.N.Papa obtinuit, quòd refectis prius expenſis aſſertæ nullitatis prout de iure, D.V. Reuerendæ procederent ad ulteriora in meritis cauſę principalis, et prout latè in ea continetur. Contra quam fuerunt oppoſitæ parte. D.Andreæ quãplures relenantes exceptiones ſubreptionum, & obreptionum, ut cõſtat ex tenore ipſarum quas D.V.dignentur uidere, & maxime, quia aduerſaria tacuit, qualiter etiam ipſa eſt, & fuit in pari delicto impetrando commiſsionem ab eodem R.dom. legato, directam Reuerendo dom. plebano ſancti Syluestri pro adiuncto, quod ſi expreſsiſſet, Papa nõ ita ad eius fauorem reſcripſiſſet, nam paria delicta mutua compẽſatione tolluntur.l.uiro atque uxore.ff.ſolu.matrim.c.intelleximus de adulter.& ideo dominus Andreas ab eadem ſede apoſtolica, obtinuit aliam ſecũdo loco, commiſsionẽ, quod attenta mutua impetratione ambarum partium ab eodem met legato, expenſæ propterea factę per utranq; partem mutuo compenſentur. Tacuit enim dicta D. Heliſabeth in ſua commiſsione etiam pronunciam factã per R.D.veſtras uigore primæ domini Andreæ, de procedendo ad ulteriora, reiectis exceptionibus aſſertę nullitatis, & expenſarum, quæ pronuncia tranſiuit in rem iudicatam, de qua re iudicata nulla ſit mentio in commiſsione
2 aduerſariæ, ergo nulla, † quia non intendit Pontifex cauſas ſopitas per eius reſcripta ſuſcitare.l.ſi.C.ſent.reſ.non poſ.l.cauſas uel lites.C.de tranſact.c.expoſita,& ibi not. de arbi. et licèt in cõmiſsione dominę Heliſabeth faciat mentionem de pronuncia præfata D. veſtrarum, tamen non dicit, quod tranſiuerit in rem iudicatam quo caſu reſcriptum redditur ſubreptitium. ita conſuluit do.Alex. in conſi.94.Incip.In cauſa,& lite, col.1.lib.2.Decius cõſ. 295.incip.In cauſa iſtorum col.2.in princi.lib.2.Nam ſi ipſa narraſſet de dicta re iudicata, propter quã erant reiectæ ſaltem tacitè exceptiones aſſertæ nullitatis proceſſus,& expenſarum, abſque dubio Papa non dediſſet commiſsionem illam ſaltem eo modo. Et ita etiam latè tradit Feli.in c.ſuper litteris col.10.de reſcrip. Propter quod, ego infero, quòd cum per dictam pronunciam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſint ſublatæ dictæ exceptiones nullitatis & expenſarum, cui rei iudicatæ non eſt derogatum per commiſsionẽ illam aduerſariæ. R. D. V.poſſunt & debent pronunciare ſuper meritis cauſæ appellationis domini Andreæ, nihil curando de exceptionibus prædictis nullitatis aſſertæ,& expenſarum. Attento etiã, quod ſignatura,& ſupplicatio partis aduerſę habet clauſulam prout de iure, ſecundum quam reſcripta ad lites ſunt regulanda.l.reſcripta.C.de preci.imper.offe.c.cauſam quę de reſcript.quæ clauſula eſt multum ponderanda propter fundamentum, quod primo loco ſupra feci de pronuncia competentiæ facta per R.D.plebanum ſancti Euſtachij, a qua non fuit appellatum. qua ſtante non poteſt dici amplius de nullitate iuriſdictionis, nec proceſſus coram uobis formati, ut dixi, nec per conſequens de aliquibus expenſis. Vnde ſtante hoc ualido fundamento,

mento, quod commiſsio apoſtolica obtenta, a parte fue
rit, & ſit multipliciter ſubreptitia, couſtat quòd non ob-
ſtat primæ commiſsioni apoſtolicæ obtentæ a domino
Andrea. Ergo ſecundum eius continentiam uenit de iu-
re iudicandum, ſtanre maxime pronuncia ueſtra eius ui
gore, quæ tranſiuit in rem iudicatam. Et caſu quo ad-
huc ſupereſſet quæſtio articuli expenſarum quod tamen
nô creditur, dominus Andreas obtinuit ultimo loco ab
eadem ſede apnſtolica commiſsionem, ut D. V. R. expe-
diant cauſam negocij principalis unà cum negocio refe
ctionis expenſarum ſimul, & ſemel expenſas huiuſmodi
hincinde factas, prour iuris fuerit proportionabiliter cô
penſando. Sed de iure eſt, quòd ſi D. Andreas, & D. Heli-
ſabeth peccauerint in impetrando commiſsiones a Re-
uerendiſsimo domino legato cum eſſet appellatum ad
S.D.N.Pap.&c. idem delictum debet mutuo côpenſari.
d.l.uiro autque uxor. d.c. intelleximus. Nam domina
Heliſabeth impetrando a R. domino legato, dedit cau-
ſam expenſis tam reſpectu aduocatorum quàm regiſtri,
& notariorum. Nec obſtat clauſula illa, ſi & prout iu-
ris fuerit nlterius audiant, appoſita in ſecunda cômiſ-
ſione domini Andreæ, quia non reſpicit articulû expen-
ſarum, ſed deciſionem, & cognitionem. quod nidelicet
cauſa decidatur, prout iura uolunt, & ſonant uerba com
miſsiouis. Nec obſtat etiam ſi dicatur, quod prædi-
cta commiſsio fuerit ſubreptitia, ex eo, quod in ea dici-
tur, quòd erat in cauſa concluſum, contra ueritatem &c.
quia reſpoudetur, quòd licèt per errorem ita fuerit nar-
ratum ſatis tamen eſt, quòd in cauſa fuerit concluſum ſu
per negocio principali uigore commiſsionis Reuerend.
domini legati, ut couſtat ex proceſſu, & quòd ex illis alijs
narratis in ea ſecundum ueritatem, ſequi poſsit conclu-
ſio commiſsionis. ita tenet Rot. deciſ. 515. in antiq. dom.
Feli. in c. 1. char. 2. in ſecunda fall. de re iudi. Rot. in nou.
3 deciſ. 68. ubi concludunt, † quòd ſubreptio in uno non
uitiat commiſsionem, ſi ex alijs narratis habeatur con-
cluſio. Sed principalis intentio domini Andreæ in eadê
commiſsione fuit, quòd expediretur ſimul, & ſemel nego
cium principale una cum cauſa negocij expenſarum, &
quòd expenſæ compenſarentur hiucinde, & ita obtinuit.
quæ concluſio obtenta ſatis colligitur ex uere narratis
per eum in narratiua commiſsionis, dum in ea dicitur,
quòd eadem Heliſabeth impetrauit ab eodê legato &c.
Ergo ſubreptitio circa narrationem cauſę nihil operatur
quantum ad concluſionem commiſsionis. Præterea ne-
gari non poteſt, quin cauſa ſuper negocio principali eſ-
ſet inſtructa, & ſuper inde concluſum uigore commiſsio
num Reuerendiſsimi domini legati. quibus ſtantibus cô
ueniens, & iuſtum erat quòd cauſa principalis una cum
negocio expenſarum expediretur, & ita obtentum fuit
(ut conſtat ex proceſſu) ultimo loco per d. Andream,
ut conſtat ex tenore ſuæ ultimæ commiſsionis. nam ab-
ſurdum eſſet retardare deciſionem negocij principalis
iam inſtructi, & liquidi, ſuper quo etiam fuit allegatum
per dominos aduocatos in uoce & in ſcriptis, propter ar
ticulum expenſarum intricatum incidentem, in cuius de
ciſione conſumeretur plus temporis, quàm in deciſione
negocij principalis, nt facile bene noſcunt. D. V. R. Ec
ideo dicebat bene in propoſito Bar. & ibi do. Alex. in l. ſi
ſe non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudic. quod exce
ptio nullitatis non debet impedire executionem ſenten-
tiæ, quando exceptio illa requirit altiorem indaginem,
dat exemplum: ut puta, quando plus temporis conſu-
meretur in cognoſcendo de illa exceptione nullitatis,
quàm de executione ſententiæ negocij principalis, & ſu-
per hac ratione fundatur commiſsio ultima domini An
dreæ, quæ commiſsio etiam ex alio capite eſt rationabi-
lis, & iuſta. nam quid intereſt parti aduerſæ, quòd expe-
diatur ſimul, & ſemel utrunque negocium? certe nihil, nâ
ſi fouebat ius circa expenſas aſſertæ nullitatis, ita ſuum
ius erit ſaluum ſibi, poſt expeditum negocium principa-
le, ſicut ante, & ſi uenient compenſandæ, idem erit. Si ue
ro non debebuntur, non eſt iuſtum, quòd retardetur ex-
peditio negocij principalis propter calumnioſam exce-
ptionem aſſertarum expenſarum, quia ut dicunt Innoc.
& doctores in c. præterea de dilat. ad iudicem ſpectat re
pellere exceptiones cauilloſas etiam peremptorias.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vnus ex canonicis poteſt ſolus abſque mandato aliorum impu-
gnare ſtatutum concernens cauſam communem.*

2 *In materia indiuidua, unus de pluribus conſortibus litis, poteſt
inſolidum agere, quanto magis defendere, & ibi ponitur
exemplum.*

3 *Reiteratio terminorum iudicij ſubſtantialium poteſt fieri unico
contextu etiam de iure communi.*

## CONSIL. CCXXXII.

IN cauſa de claudis. dico quòd oppoſitio aſ-
ſertæ nullitatis ex defectu mandati tollitur,
quia Hieronymus Stellino, & Andreas de Va
raggo, duo ex gaſtaldionibus nomine ſuo, &
aliorum conſortum, pro quibus de rato promiſerunt, cô
ſtituerunt procuratorem ad cauſam huiuſmodi in rele-
uanti forma, de quo conſtat in actis. Et alij tres gaſtal-
diones poſt duos dies ratificarunt ea, quæ fuerunt geſta
in huiuſmodi cauſa per præfatos duos conſtituentes, ut
conſtat in proceſſu: ergo bonum procuratorium pro o-
mnibus, ſtanre ratificatione, quæ mandato æquiparatur,
& iſta ſola ratio deberet ſufficere, regula ratihabitionem
de regul. iur. lib. 6. cum ſimilibus, ut latè ibi per gloſ.
Nihilominus pro clariori reſolutione, conſidero, quòd
omnes iſti quinque gaſtaldiones ſunt conſortes eiuſdem
rei, & impugnationis eiuſdemmet ſententiæ aliàs latę
per d. Marcum Coenelium tunc auditorem, & iudicem,
quod conſortium approbatur a iure. l. j. ubi per doct. C.
de conſ. eiuſ. lit. & tradunt dom. Ant. & Abb. in c. eccleſia
ſanctæ Mariæ ſuper glo. prima in fine de conſtitu. ubi di-
1 cunt, † quòd unus ex pluribus canonicis poteſt inſolidû
abſque aliorum mandato impugnare ſtatutum, quod cô
cernebat cauſam communem, & hoc ratione iſtius con-
ſortij, & operatur hunc effectum, quòd aut huiuſmodi
conſortium uerſatur in materia diuidua, & tunc ante litê
conteſtatam, quilibet ad agendum admittitur pro parte
ſua. d. l. j. ubi caſus. defendere uero poteſt unus in ſolidû
pro alijs abſque mandato, ſicut quilibet extraneus. l. ſol-
uendo. ff. de neg. geſt. l. ſolutionem. ff. de ſolut. Poſt uero
litem conteſtatam cum omnibus, unus ſolus admittitur
agendo abſque mandato aliorum ratione côſortij eiuſ-
dem litis conteſtatæ per omnes cum cautione tamen de
rato. l. ij. C. eodem. de côſor. ſed iſte non eſt caſus noſter.
2 Aut ſumus in materia indiuidua, † & tunc unus ſolus
poteſt inſolidum agere, quâto magis defendere. l. ſi cum
uno. ff. ſi ex nox. cau. ag. l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. de ſer
ui. ueri. ubi Ang. not. Ita declarant Cyn. Bart. Paul. Bal. &
Ang. in d. l. ij. & Salic. in d. l. j. Vnde infero ad caſum no-
ſtrum, Quod cum materia ſit indiuidua ratione impu-
gnationis eiuſdemmet ſententiæ ex eodem iure commu
ni, & ex eiſdem cauſis impugnandi, & etiam ratione ſen-
tentiæ impugnatæ, quæ nô poteſt pro parte ualere, & pro
parte non, ut not. doct. in c. una de appella. & in l. expreſ-
ſum. §. fi. ubi Bart. ff. eo. titu. Conſtat manifeſte, quòd illi
duo conſortes, qui conſtituerunt procuratorem ad cau-
ſam huiuſmodi, ualide fecerunt, licèt alij tres non ratifi-
caſſent. Si uero materia eſſet diuidua adhuc idem dicê-
dum, quia illi duo gaſtaldiones, licèt ſint appellantes, ta-
men in ueritate ſe defendunt a morſu eiuſdemmet ſentê-
tiæ iniquę, quæ in totum priuat omnes gaſtaldiones, &
commiſſarios facultate exequendi ſibi data in teſtamen-
to. quod minime licuit abſque uoluntate commiſſario-
rum, & licentia ſedis apoſtolicæ. clem. quia contingit de
relig. domi. cum ſimilibus, ideo iſti appellanres ſunt cen
ſendi de iure defenſores, licèt proſequantur appellatio-
nem, cum a ſententia ſint moleſtati. c. ſignificauerunt, &
ibi not. de exceptio. vbi probatur, quòd excommunica-
tus poteſt ſtare in iudicio proſequendo appellationem
ſuam,

ſuam,quia moleſtatur a ſententia, & ideò dicitur defen-
ſor, l.cet aliàs fuerit actor originalius , qui ageudo ſim-
pliciter repellitur,a iudicio.c.intelleximus de iudic.cum
ſimilib. Sed unus ex pluribus conſortibus eiuſdem rei ēt
diuiduæ , poteſt inſolidum abſque mandato pro omni-
bus eandem rem defendere, quia idem poſſet extraneus,
ut ſupra dictum eſt poſt Bar.& alios,ergo ualidè illi duo
Hieronymus,& Andreas ſoli & in ſolidum poſſunt in iu-
dicium huiuſmodi ſtare, & procurarorem dare ad com-
modum,& incommodum aliorum,ut expreſſe not.Ang.
poſt glo.ibi in d. §. ſi fundus. Et ſi aliquis uelit pertina-
citer inſiſtere,& allegare,quòd præfati duo conſtituētes,
ſunt actores,quod tamen eſt falſum: Adhuc dico,.quòd
etiam in materia diuidua,ualeret iudicium pro eotū par
te.d.l.j.ubi eſt caſus. Eſt bene uerum , quòd tale iudiciū
in materia diuidua non noceret alijs tribus non citatis
per regulam iuris,res inter alios acta. capiāt ergo aduer
ſarij quam partē diſtinctionis uelint, quia ipſi non poſ-
ſunt dare de nullitate proceſſus ex defectu mandati.
Secunda oppoſitio fuit ex defectu iuriſdictionis , quæ
minus ualet quia. R. D. ueſtra fuit aliàs deputata in au-
ditorem , & ſurrogata bis in locū domini Marci Corne-
lij propter eius abſentiam tam in cauſis ordinarijs & de-
legatis tam præſentibus quàm futuris , ut notorium eſt,
quia conſtat in actis cancellariæ , & quarum uigore,ip ſa
audit & iudicat in omnibus cauſis tam ordinarijs quàm
delegatis : & D. V. tanquam talis reaſſumpſit ſtatum
cauſæ &c.ut conſtat in proceſsibus. Secundò quia com-
miſsio cauſæ fuit facta eidem Audirori , & ſic etiam ſub
nomine officij , quo caſu eadem iuriſdictio competit.P.
V.ſurrogato ad idem tribunal , & iudicium.c.quoniam
& ibi not. de off. deleg.in l.cum mortuo . & in l. propo-
nebatur . de iudic.Tertio,quia in eodem proceſſu in fine
adeſt noua cōmiſsio legati uobis ſuper reiteratione ter-
minorum directa, quæ eidem dat facultatem etiam au-
diendi,& decidendi cauſam huiuſmodi corā quo omnia
3 de nouo fuerunt teiterata,repetita,& reproducta : † quæ
reireratio terminorum etiam ualet de communi iure, ut
not. Bar.in l.mutari.ff.de procur. Abb.in c.penul.col.pe.
de iudic.ubi Feli. col.5. approbat dictum Bar.in practi-
ca,& tradir Ang.in l.ſi expreſsim.ſol.peu.col.1.ff.de ap-
pellat.do.Iaſon in l.properandum in princi. in 8.not. C.
de iudic.idem tenet Alberi.de Roſa.in d.l.mutari.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio, tua non intereſt , quæ reſpicit perſonam agentis tan-
tum, debet proponi ante litem conteſtatam, cum ſit dilatoria .*
2 *Secus ſi talis exceptio tendit ad tollendum in totum ius agendi
deductum in iudicio , quia tunc poteſt proponi uſque ad ſniam.*
3 *Onus probandi de intereſſe , incumbit agenti , ſi opponatur ante
litem conteſtatam, de non intereſſe . Si uero poſt litem,incum-
bit excipienti ,*

## CONSILIVM CCXXXIII.

REVERENDE domine Iudex : Exceptio il
la , quæ modo opponitur contra perſonam
Reuer.dom.Franciſci de Guielmis , quòd nō
ſit antiquior canonicus, cui antiquiori cano
nico competit actio circa præeminentias iuris conuo-
candi capitulum,& dandi licentiam clericis ſe abſentare
uolentibus,cum talis exceptio reſpiciat perſonam ſuam
1 † debuit proponi a principio ante litem conteſtatam , &
ſic inter dilatorias , non autem poſt, & maxime ex longo
interuallo,cum iam poſt libellum , & reſponſiones plu-
res,itum ſit ad actus extraneos ad iudicium nullitatum ,
iſta fuit communis theorica Innoc. in c. ſuper his col.2.
in princip.de accuſat.ubi allegat text. in l.fi. C.de excep.
& in c.inter monaſterium de re iudic. & ibi latè do. Ant.
tradit do,Abb.poſt gl.primam in c. ex parte. Adæ de te-
ſtibus in ultimo not.cum glo. prima , & in c.1.in not.de
accuſat.dum loquuntur de exceptione illa . tua non in-
tereſt, quæ opponitur in perſonam agentis:& latè de hu
iuſmodi exceptionibus declinat. ſeu dilatorijs proponē
dis,ante litem conteſtatam,& non poſt , tradunt moder.
in c.exceptionem de except.col.4. & 5. & legiſtæ in l.ita
demum.C.de procurato. Eſt uerum,ꝙ nonnulli tenēt,
quod iſta exceprio,tua non intereſt, poſsit etiam oppo-
ni poſt litem cōteſtatam , cum habere uideatur uim per-
emptoriarum , ex quo tendit ad excludendum ius , & a-
ctionem, ſine qua, nemo experitur. l. ſi pupilli. §. uidea-
mus.ff.de neg.geſt. Et ideo ſaluando utranque opinio-
nem do.Anto.& Imol.& Franciſcus de Aretio in d. c. ſu-
2 per his, & in d.c.ex parte Adę de teſtib. diſtinguunt, † ꝙ
aut excipitur contra perſonam comparentem , quòd ſua
non intereſt,non tamen negatur totaliter ius agendi al-
teri competere, & tunc ſit uera opinio Innoc. & aliorum
ſequacium,quòd ſit talis exceptio proponenda ante litē
conteſtatam , cum reſpiciat perſonam , & ita in ueritate
loquitur Innoc.ſi bene aduertatur.quæ opinio ſua proba
tur per leges,quas allegat,de quibus ſupra, & per glo.in
d.c.ex parte de teſtib.& per l.ita demum.C.de procurat.
Nam in caſu noſtræ.q. excipiens non negat , nec negare
poteſt ius agendi competere antiquiori canonico. patet
per proceſſum in prima inſtantia agitatum,ſed negat tm̄
perſonam domini Franciſci agentis eſſe antiquiorem, &
ſic exceptio iſta reſpicit ſolum perſonam ſuam . Si uero
exceptio iſta,tua non intereſt,tenderet ad elidendum uel
tollendum in totum ius agendi deductum in iudicium,
ut puta quia negaretur pet excipientē ius aliquod in ma
teria deducta in iudicium alicui cōpetere,tunc bene poſ-
ſet opponi quandocunque uſque ad ſententiam . ita ſor-
maliter tradit Arer.in d.c.ſuper his col.pen.ubi pro iſto
ſecundo caſu,allegat nor.in c.1.de lit.conteſt.lib.6. & in
c.de teſtibus,de teſti. Tunc enim eſt uerum dicere, quòd
huiuſmodi exceptio habet uires peremptoriarum. Dico
etiam,ꝙ ſi huiuſmodi exceptio poſſet opponi poſt litem
3 conteſtaram † onus probandi excepta , incumbit exci-
pienti,non domino Franciſco agenti , ſecus ſi eſſet oppo
ſita ante litem conteſtatam . ita uult in terminis Innoc.
in d.c.ſuper his,ubi do.Ant.& Aret.circa finem referunt,
& ſequuntur . Præſumitur ergo,quòd dominus Franci-
ſcus agens ſit antiquior canonicus,niſi probetur contra
rium,attento maxime , quòd ipſe tanquam antiquior ca
nonicus appellauit,& die xiiij. Martij comparuit pro a-
poſtolis, & tāquam antiquior canonicus fuit admiſſus :
item quia tanquam talis conſtituit procuratorē ad agen
dum corā D. V. & ſub nomine antiquioris canonici fuit
libellus , & alia huiuſmodi in iudicio producta . & cū eo
tanquam cum antiquiori canonico fuit agitatum iudi-
cium per plures menſes ſuper nullitatibus,quo caſu per-
ſona ſua fuit ſaltem tacite approbata , & habilitata.d.l.
ita demum. c. inſinuante cum materia de off. delega. &
clem.j.de procurat. Er hæc dixiſſe uolui pro faciliori in-
telligentia huiuſmodi exceptionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Quando eſt probabile dubium , Vtrum abſolutio a iuramento
ſit præſtanda , ſolus Pontifex abſoluere poteſt .*
2 *Petenti abſolutionem, ſi obſtat euidens calumnia , non eſt abſo-
lutio danda .*
3 *Qui iam incurrit periurium , non eſt audiendus ſuper abſolutio-
ne iuramenti .*
4 *Qui iurauit abſolutionem a iuramento non petere , debet inſta-
re pro relaxatione,& remiſsione iuramenti .*
5 *Pater uiuens poteſt ſine tamē fraude, alienare omnia bona ſua.*
6 *Filia non poteſt conqueri, nec petere ſupplementum ſi pater ui-
uens eam dotauit . Secus ſi curator poſt mortem patris .*
7 *Filia, quæ cum iuramento renunciauit bonis paternis utrum au
diatur ſi petat ſupplementum dotis , ſeu legitima.*
8 *Dos mille ducatorum dicitur magna, & congrua etiam comiti .*
9 *Dos debet dici competens detractis prius dotibus præcedentibus
de eadem hæreditate .*
10 *Bona profectitia,relicta a fratre ſorori,uel nepti , utrum uenia-
tur computanda eidem in legitima.*
11 *Mulier dicitur condecenter dotata ſecundum conſuetudinem ci-
uitatis, & qualitatem coniugum .*

## CONSILIVM CCXXXIIII.

¶ In cauſa Dominæ Philomenæ de Taruiſio:

QVAERITVR in effectu, utrum dom. Philo
mena poſsit petere ſe abſolui a iuramento,
ex quo iurauit abſolutionem non petere, &
puto dicendum quod non. Primo per not.
per Feli. in c. 2. de ſponſal. fol. 3. col. 10. uer. Modo limita
tur iſta concluſio, ubi poſt Inno. An. & Imol. in c. cum cõ
tingat fol. 20. col. 1. de iur. iur. & Raymundum in ſumma
1 de diſpenſati. † quod quando inter doctores eſt proba-
bile dubium, utrum ſit concedenda abſolutio a iuramẽ
to, quòd ſolus Papa abſoluit, non autem inferior etiam
legatus. Sed in quæſtione propoſita, uarietas eſt inter
doctores, & eſt dubium probabile, ut dicam ſtatim: Nec
obſtat ſi dicatur, quòd Feli. ibi, referendo Speculat. ui-
deatur tenere contrarium, uel ſaltem remanere dubius,
& quòd idem Feli. in c. 1. de iure iur. colu. 7. uerſi. ſed ad-
uerte, expreſſe tenuerit contrarium eius quod tenuit in
d. c. 2. ſe corrigendo. quia diligenter conſiderando Fe-
li. in dicto cap. 1. colu. 7. & mentem Speculat. quem ibi-
dem ſequitur, non facit contra, ſed pro prima opinione.
Nam Speculator dicebat reſpondendo ad capitu. uene-
rabilem in fine de elect. quòd ille tex. dum reſeruat abſo
lutionem a iuramento Papa loquitur, quando epiſco-
pus, uel inferior a Papa uellet iuranti dare licentiam con
traueniendi iuramento ſine aliqua commutatione, ſed
ſimpliciter, quia hoc caſu non poteſt. ſed caſus noſter
eſt huiuſmodi, ergo non poterit, & hanc opinionem Spe
culat. ita reſpondentis ad d. c. uenerabilem refert, & ſe-
quitur do. Abb. in d. c. cum contingat col. 14. in princip.
& in d. cap. uenerabilem colu. 5. ¶ Secundo ad idem,
2 † quia domina Philomena, eſt in euidenti calumnia, pe-
tendo abſolutionem huiuſmodi, attenta facultate, & pa-
trimonio d. Gaſparis patris ſui, quo caſu abſolutio con
cedi non debet, ut tradit Ioan. de Imol. in capitulo de-
bitores colum. 6. de iure iuran. Refert, & ſequitur dom.
Feli. in dicto capitulo fol. 3. colu. 2. circa finem. & per ea,
quæ decidit Roma. conſi. 46. In cauſa dominæ Camillæ,
& Feli. in dicto capitulo 1. col. penult. uerſ. decimò quę-
ro, ubi concludunt, quòd non eſt danda abſolutio, quæ
nullum pareret effectum per plura ut ibi per Roman.
¶ Ad idem, & tertiò moueor: Nam domina Philomena
in ſuo contractu dotis 1200. ducatorum, fecit finem, &
quietationem generalem patri de omnibus bonis tam
paternis quàm maternis. ut ſ. in forma, & iurauit non
contrauenire contractui, & non petere abſolutionem a
iuramento. Modo ſic, ipſa domina Philomena petijt in
3 iudicio ſe abſolui a iuramento ante abſolutionem: † Er-
go periurium incurrit, quo caſu nõ uenit audienda am-
plius petendo ſe abſolui, ita conſuluit dom. Alex. conſi.
83. incip. Interrogatus ſum. colu. 2. lib. 5. allegat Federi.
de Sen. conſi. 300. in fine ubi hoc dicit, qui Feder. allegat
Ioan. Andr. & tex. in regula fruſtra de regul. iur. & alios
* quamplures, & dicit hanc eſſe * communem opinionem
doct. Hanc eandem opinionem Federi. Ioan. Andr. An-
cha. conſulentis, & aliorum refert, & ſequitur dom. Feli.
in d. c. 1. char. fin. colum. 1. uerſic. ſeptimò quæro. Nec
obſtat ſi diceretur, prout dicebat dom. Abb. in dicto ca-
pitulo primo. colu. penult. quòd iſta concluſio non pro-
cedit in terminis noſtris, in eo, qui contra iuramentum
ſemel uenit, petendo abſolutionem, ex quo non perſeue
rat in peccato, quia reſpondetur, quòd Abbas male lo-
quitur, & contra communem opinionem, ut refert, & ſe-
quitur Alexand. in d. conſi. 83. qui formaliter loquitur in
terminis quæſt. noſtræ, de eo, qui iurauit non petere ab-
ſolutionem, quo non obſtante, petijt ſe abſolui, non ha-
bita prius abſolutione. Nam ex eo, quia commiſit in le-
gem, non debet implorare poſſe beneficium legis. d. l. fru
ſtra auxilium, & in terminis noſtris, ita ut loquitur do-
minus Alexand. conſuluit etiam Roma. conſi. 326. in præ
ſenti conſultatione colum. 1. ita etiam Ioan. de Anan. in
c. tuas dudum col. 2. ſuper glo. prima de uſur. Et conclu-
ſionem hanc indiſtinctè ſequitur Imol. in dicto capitulo
debitores colu. penult. & Feli. in d. capitulo primo. fol.
fin. colu. 1. quæſt. 7. dum format quæſt. alternatiuę. Et di
cit, Quæro aliquis incurrit periurium, uel quia lapſus eſt
terminus. Ponderando primam partem alternatiuę quæ
de directo eſt contra intentionem dom. Abbatis. Præte-
rea ſi hoc modo iurans non petere, tenetur iuramentum
ſeruare a principio, antequam contraueniat, & incur-
rat periurium, quanto fortius poſtquam contrauenit,
& incurrit periurium debet cogi ad obſeruantiam, ut li-
beretur a peccato? Et quia ſicut tenebatur ante, ita & te-
netur poſtea, & militat ratio. d. l. fruſtra, ſuper qua ſe
fundat Federic. Alexand. & alij. Præterea domina Philo-
mena reiecta ab huiuſmodi petita abſolutione, quia con
trauenit iuramento, non deerit ſibi remedium iuris,
quia facta pœnitentia de periurio, poterit petere ſe ab-
ſolui, antequam petat, prout uolunt docto. infra alle-
gandi in ſequenti fundamento. Vlterius domina Philo-
mena non debet audiri, quia periura, ut ſupra, ideo re-
pellenda ab agendo. l. ſi quis maior. C. de tranſactio. ex
quo uult uenire contra contractum iuratum celebratum
ſuper actione, quam intentare uult, ut dicit Feli. in di-
cto capitulo primo, fol. ultimo. columna ſecunda.
¶ Quartò moueor, quia domina Philomena iurauit in
fine contractus abſolutionem a iuramento non petere,
ergo non eſt audienda, eo modo, quo petit in libello,
4 † ſed debuiſſet uia denunciat. inſtaſſe pro relaxatione, &
remiſsione iuramenti, iuxta theoricam gloſ. in dicto ca
pitulo tuas dudum de uſur. ubi Hoſt. not. loquitur, & la
tè eam refert, & ſequitur Roma. præallega. conſi. 326. co-
lum. 1. in principio, quæ denunciatio euangelica opera-
tur in illo, qui recipit iuramentũ in peccato mortali exi-
ſtente, prout docto. loquuntur, in materia uſurarum di-
cto cap. tuas. & cap. 1. & capitulo debitores. de iureiur.
ſed ceſſante materia peccati, prædicta denunciatio non
procedit, ut ibi per eum. & refert, & ſequitur Feli. in di-
cto cap. debitores, colu. antepenult. uerſ. tertio quæro.
ſed in caſu noſtro nullum peccatum: ergo ſeruandum
iuramentum. cap. 2. de pact. lib. 6. ibi, omnino ſeruari.
Et licèt Imola in d. capitulo primo. colum. fin. tenuerit,
quòd immo hoc caſu poſsit iurãs petere abſolutionem,
poteſt reſponderi dupliciter. Primò quòd male loqua-
tur per prædicta. Secundò, quòd loquitur in materia
ſui natura prohibita, & cũ notorio peccato puta in ma-
teria uſurarum. Et ita formaliter loquitur. Eodem mo-
do reſpondetur ad dictum Bald. in repet. l. ij. char. deci-
ma. colu. 1. ff. de iureiuran. uerſ. quo ad prima. nam lo-
quitur, aut male, & contra glo. in dicto cap. tuas, dudum
approbatam: aut quia loquitur in materia uſurarum,
ubi adeſt ſemper turpitudo ex parte creditoris, cui iura-
tur, & ita uere loquitur. ¶ Et ſucceſsiue coadiuuando
ſecundam rationem principalem, de qua ſupra, dum te-
tigi de calumnia dominæ Philomenæ, conſidero, quòd
ad legitimam non poteſt haberi conſideratio, uiuẽte pa
tre, ſed ſolum, eo mortuo. l. cum quæritur. C. de inoff. te-
ſta. auth. nouiſsima. C. eod. titu. quæ æſtimatur deducto
5 ære alieno. l. Papinia. §. quarta. ff. de inoff. teſtamen. † pro
hoc dictum Bart. in l. hæreditarium. ff. de bo. au. iud. poſ-
ſid. quòd pater uiuens, ſine fraude, poteſt alienare om-
nia bona ſua, quo caſu, poſt eius mortem, nulla poteſt
conſiderari legitima, cum æs alienum illam abſorbeat:
& uiuente patre dos competens iudicatur ſecundum fa-
cultates patris, & dignitatem mariti & uxoris. l. quæro.
ff. de iure dot. nec legitima conſideratur illo tempore,
quia eo uiuente nulla debetur. l. j. §. ſi impuberi. ff. de col
lat. bono. tradit Decius conſil. 276. incipit. Proponitur.
libro ſecundo columna prima, & ſecunda.
¶ Præterea etiam reſpectu quantitatis bonorum patria
6 † non poteſt filia conqueri, nec petere aliquod ſupplemẽ
tum, qñ pater uiuens eam dotauit, ſecus ſi curator, uel a-
lius poſt mortẽ patris dotaſſet filiam de bonis patris. Ita
per nonnullas rationes ↄſuluit Pau. de Caſt. in d. ↄſi. 110.
col. 4. uer. 7. Refert & ſequit̃ Deci. conſi. 89. col. fi. li. 1. niſi
appareat de maxima læſione, puta ſi pater hĩet in bonis

ualorem decem millia ducatorum,& unicum tantum fi-
lium reliquiſſet, & dotem filiæ aſsignaſſet de ducat. 200.
tantum,cum aſsignari debuiſſent duo millia. ita exem-
plificat Paul.de Caſtro. ibi. et latius cum conſilio Pauli
de Caſtr. pertranſit dilatando idem Decius conſi. 26.&
diligenter. colum.2.eod.lib.1.& conſi.276.Proponitur.
colu.1.lib.2.ubi allegat Alexand. & Socinum conſul. Et
7 concludit Decius in dictis duobus locis,† quòd filia quę
cum iuramento renunciauit bonis paternis non audi-
tur aliquo pacto ad petendum aliquod ſupplementum
dotis,nec legitimæ per d.c.2.de pact.lib.6.& per not.ibi
per doct.& allegat plures authoritates ad hoc, ubi eſt
uidendum. ¶ Ad prædicta benefacit,quia domina Phi
lomena fuit, & reperitur dotata in mille ducentum du-
catos, quæ dos dicitur magna re, & nomine, & ideo di-
cebat Bald.in conſi.124. incip. Confirmans conſilium:
8 in fine in 1.uol.† quòd dos mille florenorum dicitur ma-
gna re & nomine. & dicit Fulgo.conſi.22, colu.2. incip.
Ex facto proponitur, quòd dos mille ducatorum, etiam
comiti congrua eſſe dicitur. ſequitur Decius in d. conſi.
26.colu.2. in fine. ¶ Ad prædicta accedit etiam, quia
etiam ſi dos præmiſſa deberet eſſe iuxta uires legitimæ,
9 puta poſt mortem patris, † nihilominus ante omnia de-
putantur in ualore aliquo, certè nec poſſunt taxari, quia
taxa præſupponit ualorẽ; ergo nec decimari. Et ex iſto
fundamento corruũt omnes ponderationes factæ de uer
bis bullę & priuilegij cõceſsionis decimarum, de quibus
dixi ſupra in argumentis partis aduerſæ. ¶ Et propte-
rea dicebat Milus, ubi ſupra, ꝙ licèt in gratia beneficiali,
6 quis teneatur facere mentionem de ualore beneficij: † ta
men de diſtributionibus non tenetur. Adducit rationẽ,
quia illæ dantur ratione miniſterij perſonalis, & nõ ſunt
de corpore beneficij. Tertiò principaliter ad idem al-
lego not. conſ. Gemin. in conſi. 85. incip. Super primo du
7 bio col. 3. & 4. ubi latè per iura, & rationes probat † ꝙ nõ
debet ſolui decima papalis, etiã impoſita ex cauſa reipu-
blicæ chriſtianæ de diſtributionibus quæ ſunt quædam
ſalaria, quæ dantur ſeruitoribus pro labore diurno, &
ſunt denarij diurni operariorum, & ſtipendia militũ mi-
litantium in uinea domini. quod conſilium eſt legen-
dum, quia decidit caſum noſtrum; nam rationes, & iura,
cauſa breuitatis non refero. Quartò ad idem, adduco
declarationes Pauli. ij. Veneti. Pont. Romani, de anno
1469. et Sixti. iiij. de anno 1476. & aliam de anno 1479.
qui declararunt reſcribendo huic Illuſtriſs. Duci, & Do-
minio, etiam ſpecialiter in prouincia Aquilegien. ꝙ de
diſtributionibus non ſoluantur decimæ papales. Et Si-
xtus in declaratione illa de anno 1479. utitur his uerbis,
ꝙ uix adduci poteſt, ut credat exactiones fieri de diſtri-
butionibus quotidianis, cum ſit diſpoſitioni iuris cõtra-
rium, & a pietate penitus alienum, ſubtrahere perſonis
deo dicatis eos prouentus, qui ratione nudi miniſterij la
boris, & præſentiæ in diuinis celebrandis diſtribui ſolẽt.
et dicunt etiam, ꝙ hoc tenderet ad diminutionem diuini
cultus. & etiam apertè atteſtantur exactiones huiuſmo-
di eſſe contra iuris diſpoſitionem. Ad idem adeſt bre-
ue ſanctiſsimi domini noſtri Clementis Papa vij. de anno
1525. qui declarat intentionis ſuæ eſſe, & fuiſſe, quòd di

ſtributiones quarumcunque eccleſiarum in dominio Ve
netorum conſiſtentium, non grauentur onere decimarũ
cum ſemper fuerint & ſint ab onere huiuſmodi exemptę.
Quæ declaratio, & mens Pontificis debet extendi etiam
ad nouum priuilegium eiuſdẽ Rom. Pontificis Illuſtriſs.
Duci, & Dominio Venetorum de anno 1526. datum, ex
quo, ex eademmet cauſa antiqua fuit ab eodem, ſub eiſ-
dem modo, & forma conceſſum, per not. per Dyn. Alex.
& do. Iaſ. in l. ſi ex toto, in princip. ff. de legat. primo.
8 ¶ Confirmo, † quia ad caſum futurum non comprehen-
ſum in commiſsione principis, de quo tamen ſi cogitaſ-
ſet, uel fuiſſet interrogatus, ex eademmet cauſa, & ratio-
ne idem ſtatuiſſet: extenditur huiuſmodi conceſsio. arg.
c. cum dilecta de confirmatione util. uel inut. glo. in uer-
bo eligatur in clement. 1. de elect. l. Titius. §. Lucius, ubi
do. Alex. ff. de liber. & poſthum. l. tale pactum. §. fi. ff. de
pact. ubi glo. fin. & docto. cum ſimilibus, ut per do. Alex.
conſi. 361. aliàs 215. incip. Nec arguendi ſumus, colu. 7.
uerſ. ad octauum argumentum. lib. 2. Vnde ſi Clemens
Papa vij. quando de anno 1525. declarauit decimam nõ
ſoluendam de diſtributionibus uigore conceſsionis iam
factæ Illuſtriſs. Dominio ex certis cauſis, de quibus in
prooemio priuilegij, cogitaſſet de alia noua conceſsione
decimarum ex eademmet cauſa antiqua, certè ſtatuiſſet
declarationem ſuam extendi debere ex eiſdẽ cauſis, qui-
bus tunc motus fuit, ad futuram nouam conceſsionem,
& idẽ feciſſet ſi interrogatus ab aliquo fuiſſet. Quin-
to habemus partem captam in excelſo conſilio Rogato-
rum de anno 1487. die 29. Martij, per quam declaratur,
ꝙ ſicut eccleſia Paduana, & aliæ conſiſtentes in dominio
Veneto de diſtributionibus nõ ſoluunt decimam, ita nec
teneantur ſoluere eccleſiæ prouinciæ Aquilegien. quę de
claratio cum ſit iuri conſona, ut ſupra latè probaui, & ſe
conformet cum declarationibus Romanorum Pontifi-
cum, non facit aliquid de nouo, nec dat priuilegium uel
exemptionem aliquam, ſed declarat id quod eſt iuris, ut
deducit Paul. de Caſt. in l. hæredes palam. §. & quid ſi no
tam. ff. de teſtam. Et per hoc reſpondeo ad partem ca-
ptam de anno præſenti 1527. de menſe Februarij in ro-
gatis, per quam ſtatuitur, ꝙ omnes exempti etiam ab ex-
celſo cõſilio Rogatorum, & non exempti teneãtur ad ſo-
lutionem decimæ iuxta conceſsionem Pontificis: quia
huiuſmodi pars derogare intendit exemptis ex priuile-
gio ſuo, uel Romanorum Pontificum conceſſo perſonis,
quæ aliàs de iure tenentur ad ſolutionem decimarum de
fructibus beneficiorum ſuorum, et cogere eos ad ſoluen
dum, qui comprehenduntur in conceſsione decimarum
papalium, non obſtantibus priuilegijs, & exemptionib.
eiſdem conceſsis, quibus conceſsio derogare intendit.
Sed perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur ſoluere decimam
de diſtributionibus de iure, ut ſupra latè oſtenſum eſt, er
go reſpectu earundem non comprehenduntur in parte il
la, cum nec comprehendantur in conceſsione decimæ, ut
9 dixi, ad quam pars illa relationẽ habet. Vltimo † pro
iſta parte habemus conſuetudinem non ſoluendi ab ini-
tio impoſitionis decimarum & citra continuo, quæ con-
ſuetudo fundata eſt ſuper declarationibus præfatis Ro-
manorum Põtificum Pauli, & Sixti, & partis illius de an-
no 1487. & earum uigore habemus mentem, & intentio-
nem iſtius Illuſtriſsimi Dominij per plures litteras duca
les, ac alias authenticas ſcripturas declaratam, quas o-
mnes conſignauimus in manibus ueſtris. Et ſi apparẽ-
ret de una exactione facta aliàs de anno 1464. ſuper di-
ſtributionibus, illa fuit uiolenta, & propterea retractata
auctoritate iſtius Illuſtriſs. Dominij, ut conſtat per ſcri-
pturas prædictas, per quas etiam cõſtat, ꝙ plures pigno
rationes ſeu ſequeſtrationes ex cauſa huiuſmodi factæ
ab exactoribus uiolenter, fuerunt ſemper relaxatæ, & exa
ctiones factæ retractatæ, & poſitę ad computum præben
darum, pro quibus Ven. canonici præfatarum eccleſia-
rum ſoluunt, ſicut ſoluunt de alijs ſuis beneficijs eccleſia
ſticis. Et licèt ex præmiſsis ſatis appareat reſpõſum ad-
ductis in contrarium. Nihilominus ſpecialius reſpondẽ
do dico, ꝙ non obſtat extrauagans illa Bonifacij. viij. &
glo.

10 glo.in clemen.5.de decim. quæ illam allegat: † quia re-
ſpondetur q; extrauagans illa non fuit ullo unquam tem
pore moribus utentium approbata, quo caſu legis non
habet uigorem, ut eſt text. apertus in §. leges inſtituunt.
4.diſtinc. quem tex. allegat glo. magiſtra magna circa fi-
nem, ubi docto. omnes in c.1.de treug. & pac. Quod autē
non fuerit approbata, & obſeruata, & pro lege recepta
probo per illas declarationes Paul.ij. & Sixti. iiij. maxi-
me per ultimam de anno 1479. ubi Sixtus Pontifex. qui
omnia iura in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere. c.1.de
conſtit.lib.6. & qui fuit Pontifex poſt Boniſacium, aper-
te dicit, quòd exigere, ſeu ſoluere decimas de diſtributio
nibus eſt iuri contrarium. Ergo cōſtitutio illa Bonifacij
prius edita, non tenebatur, nec obſeruabatur pro lege,
aliàs Sixtus mendacium dixiſſet in dicta ſua declaratio-
ne, quòd ſoluere decimas de diſtributionibus eſſet con-
trarium iuri. Ad idem tendit declaratio Clementis Pap.
vij. qui dicit, quòd diſtributiones quotidianæ ſemper
fuerunt, & ſunt exemptę &c. Nam ſi illa extrauagans Bo
nifacij fuiſſet aliquo tempore pro lege obſeruata, & ha-
bita, male dixiſſet Clemens Papa, quòd diſtributiones
ſemper fuiſſent ab onere decimarum immunes. Et pro
pterea, quia de dicta extrauagāti ab aliquibus fiebat du-
bium ſuper ſolutione huiuſmodi diſtributionū, ideò fue
runt conſulti ſuper huiuſmodi difficultate plures. Rom.
Pontifices, Paul.ij. Six. iiij. & Clemens vij. Iuxta doctri-
nam tex. in c. paſtoralis de fid. inſtru. circa finem. qui ſem
per declararunt, quòd de iure decima papalis non eſt ſol
uenda de diſtributionibus quotidianis: & ſic per prædi-
cta apparet ſublatum potiſsimum fundamentum partis
aduerſæ, quod erat ſuper dicta extrauaganti. quo ſubla-
to, corruunt reliqua omnia adducta per partem aduer-
ſam, quæ ab illo in totum dependent, & ſtat firma con-
cluſio, quòd de iure decima non ſoluitur de diſtributio-
nibus quotidianis. ¶ Non obſtat deciſio Petri de An-
char. in clem. unica de conceſſ. præben. & do. Feli. in d.c.
ad aures de reſcript. quia non loquuntur, quando de red
ditibus incertis redactis ad certam quantitatem ſoluun
tur diſtributiones quotidianæ, prout loquitur difficul-
tas. q. noſtræ: quia tunc de huiuſmodi fructibus etiā cer-
tis, deſtinatis ad ſolutionem diſtributionum quotidia-
narum, non ſoluuntur decimæ, ut dicit idem do. Felin. in
d.c. ad aures in dicta. q.13. in primo caſu ſuæ diſtinctio-
nis. Secus ſi de huiuſmodi fructibus incertis redactis
ad certam maſſam, & ad unum aceruum, non ſoluerētur
diſtributiones quotidianæ, ſed portiones darentur uni-
cuique canonicorum etiam abſentium, quia tunc ſolue-
rentur decimæ, ut declarat Petr. de Anch. & Feli. in dictis
locis, & idem Petr. in d.c. licet, col.2. uer. quærit gloſa.
Ex quibus ſatis clare conſtat de bono iure dictorū Ven.
Dominorum canonicorum, & capitulorum Aquilegien.
Ciuitaten. & Vtinen. & quòd indebitè uexātur ſuper ſo-
lutione decimæ de diſtributionibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Fama cum alijs indicijs facit indicium ad torturam. Secus ſi ſit ſola: contrarium tamen ſeruatur. & nu.2.*
3 *Pro uno ſolo indicio quis torquetur, & ideo ſufficit uehemens fama. & nu.4.*
5 *Quando delictum perpetratur de nocte, iudex debet eſſe facilior ad torquendum.*
6 *Vtrum inculpatio offenſi faciat indicium ad torturam.*
7 *In delictis commiſſis de nocte, utrum teſtes aliàs inhabiles admittantur.*
8 *Surgit indicium contra illum, qui fuit uiſus cum armis, in loco parum ante delictum commiſſum.*
9 *Dictum inimici non capitalis, facit indicium ad torturam, arbitrio tamen iudicis.*
10 *In indicijs ad torturam non attenditur ſingularitas teſtium.*
11 *Dictum teſtis ex auditu alieno, utrū faciat indicium ad torturā.*
12 *Laici non poſſunt teſtificari contra clericum in cauſa criminali, etiam pro eorum intereſſe.*
13 *Dicta laicorum contra clericum non faciunt indicium ad torturam, & quando ſic. & nu.14.*
15 *Vtrum doctor pro delicto poſsit torqueri.*
16 *Perſonæ prohibitæ torqueri ſi in tormentis confiterentur, non ualet eorum confeſſio.*
17 *Priuilegium bonæ famæ, tanquam potentius, præualet malæ famæ.*
18 *Magna amicitia inter occiſum, & inquiſitum, tollit præſumptionem homicidij ueriſimilem. & nu.19.*
20 *De famulis inimicorum iudicatur prout de perſonis dominorū qui ſunt inimici.*
21 *Quando eſt inimicitia cum uno de domo, omnes in ea habitantes cenſentur inimici.*
22 *Ad probandum adulterium, & cætera delicta, quæ ſecreto, ſui natura committuntur, admittuntur teſtes inhabiles.*
23 *Regula ſemel malus, non procedit in alio genere delicti.*
24 *Quid operetur inculpatio inquiſiti per offenſum, & unumquodque indicium remotum debet probari per duos teſtes.*
25 *Singularitas teſtium nocet in probandis indicijs remotis, & ad indicia coniungenda.*
26 *Indicia non coniunguntur quando unumquodque eſt ſolum probatum per unum teſtem.*

## CONSILIVM CCXXXVIII.

IN cauſa inquiſitionis formatæ contra Reue-
rendum D. Petrum Franciſcum Mazante. I. V.
Doctorem, & canonicum Veronenſem, ſuper
homicidio in perſonam. q. Pompeij Franchini clerici Ve
ronen. perpetrato: Quæritur in effectu, utrum contra do
minum inquiſitum extent indicia ſufficiētia ad torturā.
Et uidetur prima facie dicendum quòd ſic ex pluribus.
¶ Primò quia quamplures teſtes contra eum examinati
depoſuēt de publica uoce, & fama, & q; publicè dr̄ in ciui
1 tate Veronæ, quòd inquiſitus interfecit Pompeium. † Nā
licèt ſola fama regulariter non facit indicium ad tortu-
ram, ut expreſſe tenet Bal. in l. milites. in 2.q. C. de quęſt.
Cyn. in l.fi. C. eo. dom. Anto. & alij in c. ueniens, el primo.
col.3. de teſti. Aug. de Arer. in tracta. malefi. in uer. fama
publica in uer. An fama, ubi latè dom. Auguſt. Arimin. in
d. uer. fama, char.6. uerſ. an fama. & tradit Petr. de Anch.
* cōſi.253. incip. In quęſtione presbyteri Caroli. & eſt * cō
munis opinio, ut poſt alios atteſtatur do. Iaſ. in l. admo-
nendi, col.91. nu.251. ff. de iur. iur. & moderni Bonon. in
l. de minore. §. plurimum quoque col.5. ff. de quæſtio. ta-
men iuncta cum alijs indicijs, bene dat indicium ad tor-
turam. ut concludunt docto. in locis pręallegatis. Sed in
caſu noſtro alia adeſſe uidētur indicia, ut dicā, ergo &c.
Confirmo, quia licèt de iure, ut dixi, ſola fama nō faciat
2 indicium ad torturam, † tamen de facto ſeruatur con-
trarium. ita firmat Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in tit.
de notorio crimine. §. fama, ſuper uerſ. Caſus in fine ad-
ditio. ibi poſitæ, pro quo facit, quòd uoluit do. Alex. poſt
Io. Andr. in conſi.77. incip. In cauſa accuſationis: circa
finem lib.1. ubi dicit, quòd licèt doctores uarij ſint in il-
la quæſtione, utrum unum ſolum indicium ſufficiat ad
3 torturam: † tamen de facto ſeruatur, q; pro uno ſolo in-
4 dicio quis torquetur, † & prædicta maxime procedunt
in uehementi fama quæ uidetur uehemens eſſe, ex quo
pluſquam 30. teſtes de ea deponunt, ut in ſpecie de uehe
menti fama conſuluit Bart. in conſi.191. incip. Domino
Paci de burgo ſancti Sepulchri, quem refert, & ſequitur
Bal. in conſi.131. niſi ſi dictis articulis col.2. in 5. uolu. &
per Abb. & Philip. in c. quia uos. in 1. not. de appellat.
¶ Secundò principaliter ad idem facit, quia homicidiū,
de quo agitur perpetratum fuit de nocte, & ſic occultè.
5 † quo caſu iudex debet eſſe facilior ad torquendum, per
ea, quæ tradit Bal. in l. iij. C. de epiſc. aud. ita dicit dom.
Alex. poſt eum in d. conſi.77. col.2. in fi. ¶ Tertiò coad-
iuuatur fama, de qua ſupra, & alia tradita infra dicenda,
quia quamplures teſtes contra dominum inquiſitum exa
minati atteſtantur de mala conditione, de malis morib.
& de delatione armorum tempore noctis, quo caſu gene
ratur ſuſpicio ſiniſtra contra eundem. l. ſi cui. §. hiſdem.
ff. de accuſa. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. &
tradit

tradit do.Alex. conſi.5. in cauſa inquiſitionis formatæ 1
col.2.lib.1. ¶ Quartum indicium ad torturam uidetur
reſultare ex eo, quia Pompeius occiſus, ita uulneratus in
culpauit dominum inquiſitum de morte eius, prout atte
ſtatur Dominus Franciſcus Fracaſtorius ex auditu a Ber
nardino eius famulo, & Bernardinus met, & Franciſcus
6 famulus.D.Simonis Michael. † quæ inculpatio facit indi
cium ad torturam, ut inquit Ang. in l.ſi quis in graui.§.
ſi quis moriens.ff.ad Syllania.de quo per Alex.conſi.14.
colu.1.lib.3.incip. Ponderatis. & licet ipſemet Angelus
in l.mater.C.de calumniat. aliter dixerit, quòd aſſertio
uulnerati modicam faciat ſuſpicionem, non autem indi
cium ad torturam, cum quo per multa tranſit do. Alex.
in d.conſi.14.col.2. tamen concurrentibus alijs indicijs
legitimè probatis, huiuſmodi aſſertio facit indicium ad
torturam, ita limitando conſi.Alex.de quo ſupra, & do-
ctrinam Angeli in d.l.mater, côſuluit Decius dominus,
& præceptor meus in conſi.362.inc.In cauſa, quæ agita-
tur, col.1.lib.2. Nec præmiſsis obſtare uidetur, quòd
teſtes ſint ſuſpecti, & aliqui inimici, aliqui cohabitantes,
7 & famuli inimicorum, † quia in caſibus cômiſsis de no-
cte, ſecreto, teſtes alias inhabiles admittuntur ſaltem ad
indicium faciendum. ita poſt alios tradit Decius in d.
conſi.272.col.1. ubi allegat Feder.& Alex. conſulentes,
8 & quamplures alios. Quintum indicium, † quia in-
quiſitus fuit uiſus a Franc.Fracaſtorio illo ſero, cum ſpa-
ta a duabus manibus in loco uicino homicidij, prout il
le atteſtatur.idẽ deponit alter teſtis Chriſtophorus Fra-
caſtorius ex auditu a Bernardino famulo Franciſci Fra-
caſtorij. idem de auditu ab eodem Bernardino, atteſta-
tur Auguſtinus Iuliarius, & Alexander de monte Silice
alius teſtis, dicit, quòd illo ſero, uidit duos armatos, quo
rum alter uidebatur ſibi D.Franciſcus Mazanthus inqui
ſitus, quo caſu uidetur probatum indicium ad torturã,
ex eo, quòd dicit Angel.in dicto tractatu in uer. fama pu
blica, uer.quæro qualiter probetur indicium, dum loqui
tur de eo, qui uiſus eſt prope domum, ubi delictum eſt
commiſſum, & tradit Gandi.in tracta.ſuo maleficiorum
in Rub.de præſumptionibus, & in d.col.3.uer. probabi-
lis, & col.pen.uer.Sextum indicium, ubi loquitur de in-
uento cum gladio euaginato in loco occiſi. Nec obſta-
9 te uidetur, ſi prædictis teſtibus opponatur, † quod ſint
inimici domini inquiſiti, prout quamplures teſtes ad de
fenſam examinati, uidentur deponere. Quia reſponde-
tur, quod non uidetur ſufficienter probata inimicitia ca
pitalis, ad reprobandum teſtes, ut non faciant indicium
ad torturam, iuxta not.per Bar.& alios in l.j.§.præterea.
ff.de quæſtio. Vnde dicebat Bart.in l.maritus.ff. eo. ubi
Alex. in apoſt. quòd dictum inimici non capitalis facit
indicium ad torturam, ſecundum quod iudicanti uide-
bitur. Et quamuis eſſet etiam contra eos probata inimi-
citia capitalis, & propterea non debuiſſent examinari, ut
not.in c.ex parte Adę de teſtib.& in c.repellantur.& in c.
cum oporteat de accuſat. tamen ita examinati faciunt
indicium, ſaltem tale, quale, ut uoluit Bart. in l.maritus,
uerſ.ulterius oppo.de quęſtioni. cum ſimil.ut per Feli.in
d.c. ex parte.Bal.Salic.& alij in l.ſeruos.C.de teſtibus.
Sextum indicium contra inquiſitum uidetur, quia ipſe
uiſus fuit in mane, quo præcedenti nocte fuit perpetra-
tum homicidium, cum oculo offenſo. Septimum, quia
inuentus fuit pugio cum manico albo iuxta cadauer,
quem ſolitus fuerat portare dominus inquiſitus, qui pu
gio uidebatur ſimilis illi &c. Octauum, quia uiſus fuit
ſanguis mane ſequẽti prope domum illorum de Mazan-
this, in qua habitabat dominus inquiſitus, pro ut de ſan
guine atteſtantur quãplures teſtes, quæ indicia licèt ſint
a delicto remota, tamẽ legitimè probata per duos teſtes.
maxime ſimul iuncta faciunt indicium ad torturam, ut
concludunt Bar.& alij in l.ſi.ff.de quæſtio. Canoniſtæ in
c.tertio loco de probatio.Gand.in dicto ſuo tractatu in
Rubrica præællegata de præſumpt. & indicijs dubitatis.
Angel.& Auguſti.Arimin.in d.tracta.in uer. fama publi
ca.5. & 6.charta. Et de pluribus indicijs, quòd ſufficiãt
ad torturam, tradit do.Alex.conſ.præalleg.77.lib.1.ubi

10 in fine dicit, † ꝙ in hmôi indicijs ad torturã non attẽdit
teſtium ſingularitas, quominus ꝯiungant ad inuicẽ. quã
plures ẽt teſtes deponunt de præmiſsis indicijs, uel de
aliquibus ex auditu alieno, quod dictum licèt regulari-
11 ter non ualeat, † tamen inducit præſumptionem, & indi
cium. Ita poſt Archi.tenet do.Feli.in c.tam litteras, ubi
materia.col.fi.de teſtib. Et ex præmiſsis indicijs uide-
batur prima facie dicendum, animum iudicantis moue-
ri poſſe ad torquendum inquiſitum. Sed tamen præ-
miſsis non obſtantibus, quę uere non obſtant, contrariũ
puto eſſe de iure uerius, non extare indicia ſufficientia
ad torturam. quod ex pluribus probatur. Et primò,
quia teſtes qui aliquid deponunt in materia côtra inqui
ſitum, & a quibus alij habent fomentum, & originẽ, ſunt
laici, Franciſcus famulus domini Simeonis, & Bernardi-
nus famulus Franciſci Fracaſtorij, & nonnulli alij, ut pa-
12 tet ex lectura dictorum ſuorum. quo caſu † non poſſunt
teſtificari contra clericum in cauſa criminali, etia ſi pro-
ſequantur ſuorum iniuriam, & ſic eorum dictum non de
bet admitti.2.q.7.c. 1. 2.3. & c. cum p.ubi docto.not.de
accuſat.c.de cætero, ubi caſus apertus de teſtib. rationi-
bus, ut ibi per ſcribentes: & quia illa iura ita reſiſtunt eo
rum teſtimonio, non admittuntur etiam in defectũ cle-
ricorum, ſecundum communem opinionem, ut atteſta-
tur Aret.in d.c.de cætero col.2.& ibi Feli.qui tenet con-
tra abbatem, qui ſolus uoluit contrarium. a qua commu
ni, non eſt recedendum in iudicando, & côſulendo iuxta
13 doctrinas uulgatas. † Et quorum laicorum dicta non fa
ciunt etiam indicium ad torturam, ut tenet ibi expreſſe
Areti.col.2. ubi adducit rationem iudicio meo conclu-
dentem. Nam prohibentur laici teſtificari contra cleri-
cos non ſolum, quia pręſumuntur inimici, ſed etiam pro
pter reuerentiam gradus, & ſanctioris uitæ. ubicunq; au
tem quis repellitur a teſtimonio, propter reuerentiã per
ſonæ, teſtis prohibitus examinari non facit indicium ali
quod, ut eſt caſus, quem ibi ponderat Bart.in l.maritus.
ff.de quæſt.colu.1.idem Bart. in l.j.§.diuus. el 1.ff.eo.de
quæſtio.Idem tenet glo.in l.j.C.eo. quæ opinio efficaci-
ter probatur in dictis iuribus, quo fundamento ſtante,
apparet manifeſte, quòd nulla extant indicia contra in-
quiſitum ad torturam. Nec obſtat ſi dicatur, quod Abb.
quem ibi ſequitur. do.Feli. in d.c.de cætero colu.2.in 3.
fall.teneat, quòd immo laici examinati contra clericum,
14 faciunt indicium ad torturam, † quia ipſe loquitur, quã
do laici deponunt ſuper ueritate criminis contra cleri-
cum, quo caſu propter iuris prohibitionem, attenta lai-
corum inhabilitate, ſolum faciunt indicium. Et ita præ-
ciſe loquitur do.Abb.& moderni. Sed in caſu q. noſtræ,
laici non deponunt ſuper ueritate criminis, ſed ſuper in-
dicijs remotis, quo caſu, propter eorum inhabilitatem,
& iuris prohibitionẽ, non dicuntur ualidè probata indi
cia per eos, ſicut quando deponunt ſuper crimine, illud
non probant, quia eorũ fidei detrahitur, ut per Abb.ibi.
Secundò ad doctrinam Abb.& Feli.reſpondeo, ſecũdum
Aret.de quo ſupra, quià male dicunt, & contra iura alle-
gata per eum poſt Bar. Quibus iuribus non bene reſpon
detur per do.Felinum, dum dicit, ꝙ non debent tantam
reuerentiam laici clericis, quantã tenentur pręſtare ſerui
dominis ſuis, quod tamen aſſumptum nô aliter probat.
Vnde ego dico, ꝙ immo laici debent maiorem reueren-
tiam clericis, quàm ſerui dominis. quod aſſumptũ pro-
bo, per text. in c.ſacerdotes.cum c.ſequenti quod incip.
Qualis.2.q.7.qui tex.probat, ꝙ maior reuerẽtia debetur
clericis per laicos, quàm per filios parentibus eorum.
Sed nulla maior reuerentia, quàm illa filiorum erga pa-
rentes, ut naturaliter conſtat, ergo ſicut ſerui examinati
contra dominum propter reuerentiam, non faciunt in-
dicium prælleg.iuribus: multo fortius laici contra cle-
ricos examinati non faciunt indicia. Secundò princi-
paliter moueor, q̃a dominus ĩquiſitus eſt doctor in iure,
15 † ſed in dubio doctores propter indicia, non poſſunt tor
queri, ita tradit Cynus in l.milites, argumento illius tex.
C.de quæſtio.& Bar.in l.j.C.de aduoc.diuer.iud.& Alex.
in d.l.milites in apoſtillis, Rom.in ſuis ſingu.14. char.in
ſingul.

ſingul. incip. Milires doctores, cum ſimilib. ut per moder
nos Bonnn. in l. edictum, col. 2. ff. de quæſtio. ubi quam-
plures refert tenere hanc opinionem, & ibi col. 4. ſubdit,
16 quòd huiuſmodi perſonæ prohibitæ propter indicia
torqueri, & ſi in tormentis confiterentur, non ualet eorum
confeſsio, allegat glo. ſingularem. in l. pe. ff. eod. & doctr.
Franc. Tigri. in l. fi. ff. de decurio. & doctrinam Bal. ut ibi
per eum. ¶ Alia inſuper ratione probatur, quia domi-
nus inquiſitus eſt clericus, & canonicus eccleſiæ Veronē
ſis, quo caſu, niſi præcedat delicti diffamatio, non poteſt
torqueri, tradit do. Abb. poſt antiquos in c. cum in con-
templatione col. 2. de reg. iur. Feli. in c. de hoc colu. 2. de
ſimo. Sed contra ipſum non extat fama legitimè proba-
ta, ut dicam infra, ergo &c. ¶ Tertiò principaliter ad
idem moueor, quia per quamplures teſtes graues & de
primarijs ciuitatis Veronæ, & omni exceptione maiori-
bus probatum eſt de bona fama, & conditione, ac de bo-
nis moribus inquiſiti, & ita etiam deponunt nonnulli te
ſtes per partem aduerſam inducti: & propterea ſucce-
dit regula iuris, quòd propter infamiam præcedentē ho
micidij, ortam taliter, qualiter contra do. inquiſitum, nō
poterit procedi ad tormenta, obſtante priuilegio bonæ
17 famæ, † quod tanquam potentius præualere debet. Et
ita latè per ſex not. rationes concludit Gandi. in d. trac.
in rubrica de præſumpt. & indicijs dubitatis, colu. 4. & 5.
uerſic. Sequitur uidere ex quibus cauſis, ubi uidendum
eſt, quia notanter, & magiſtraliter loquitur. & ſequitur
Angel. in dicto tract. in uer. fama publica char. 2. uer. quę
ro an unum indicium. ubi Auguſt. Arimin. in addit. illa,
quorum iura, & rationes non refero cauſa breuitatis. &
ita etiam concludit do. Feli. in c. cum oporteat colu. 8. de
accuſat. & in cap. cum contingat. colum. 2. de reſcript.
¶ Quartò ad fauorem domini inquiſiti facit, quia per
quamplures teſtes etiam contra eum examinatos, proba
tum eſt de magna amicitia inter occiſum & inquiſitum,
18 ſeu inculpatum. † Qua ſtante inculpatio, & infamia ta-
liter, qualiter contra eum orta, cum deuiet a uerisimili,
habet imaginem falſitatis. Nam huiuſmodi amicitia,
quæ uigebat inter eos, non patitur talia ſiniſtra ſuſpica-
ri, per ea, quæ latè de effectibus amicitiæ tradit Andr. Si-
culus, in repet. c. Raynaldus de teſtam. char. 31. per totū.
Confirmatur, quia ſicut inimicitia præcedens pręſtat au
xilium ad torturam, ut tradit Gandi. in d. tracta. in d. ru-
brica col. 5. uerſ. primum indicium, & Ang. in præalleg.
loco, & Bart. & alij in l. j. §. præterea, per illum text. ff. de
19 quæſt. ita econuerſo, † amicitia debet remouere omnem
ſuſpicionem, & ſiniſtram machinationem, ut contrario-
rum eadem ſit diſciplina. ¶ Quintò ad idem facit, quia
legitimè eſt probatum pro parte inculpati per duos te-
ſtes Carolum & Andream de Camiſano examinatos per
partem aduerſam, qualiter eademmet hora, & puncto,
immo tota illa nocte dicti homicidij perpetrati, ipſemet
inculpatus erat, ac permanſit in domo ſuæ habitationis
& quod ſenſit rumorem, & uolendo domum illam exire
non luit a fratre ſuo, & dicto Andrea permiſſus, unde re-
ſultat clara concluſio, quòd ipſe eſt innocens a ſanguine
huius, & quod omnia aſſerta indicia fuerunt, & ſunt fal-
ſa, ficta, ac ſimulata per inimicos. Ex quibus apparet
ſatis in genere ſatisfactum argumentis quæ urgere uide-
bantur in contrarium. Tamen clarius tollentur obſtacu
la ex his, quæ inferius dicam ſpecialius reſpondendo.
¶ Non obſtat ergo primum fundamentum de fama or-
ta cōtra inquiſitum, quia negatur, quòd legitimè ſit pro
bata aliqua fama, ex pluribus: primò, quia ortum habet
ex domo Franciſci Fracaſtorij in qua erat poſitum cada
uer, & ab ipſomet, qui fuit & eſt inimicus capitalis incul
pati, prout latè probatum eſt per teſtes ad defenſam exa
minatos: & ita etiam fatentur in eorum atteſtationibus
plures teſtes contra inquiſitum examinati. Item habet
ortum a domino Simeone Michael. et a domino Lauren
tio Foſchareno etiam inimicis inquiſiti, & qui fuerūt ab
eodem recuſati pro ſuſpectiſsimis, & contra eos fuerunt
probatæ legitimæ ſuſpiciones, & ſuper eis ſententiatum,
ut conſtat ex proceſſu, deſuper formato, & qui met ſoli-
citarunt apud dominum poteſtatem Veronæ, ut inculpa
tus caperetur, & detineretur in carceribus, ut expreſſe eſt
probatum, maximè per duos teſtes Hieronymum de Ru
beis, & Hieronymū de Parma: & quæ fama etiam ortum
habuit a Frāciſco famulo dicti domini Simeonis, & a Ber
20 nardino ſamulo D. Franciſci Fracaſtorij. † Vnde de eis
iudicatur, ut de perſonis dominorum ſuorum, qui ſunt
inimici, prout de amico, & de aſini inimici mei. tradit.
Bal. in l. data opera. col. 15. C. qui accuſ. non poſſ. cū con
cordantibus, ut per moder. Bonon. in d. l. j. §. præterea co
lu. 6. uer. modo reſpondendo. ff. de quæſtio. Et dicit do.
Feli. poſt alios, in c. cum. p. col. 1. de accuſat. quòd quan-
21 do eſt inimicitia cum uno de domo: † omnes in ea habi
tantes cenſentur inimici. Et magis in ſpecie reprobatur
dictus Franciſcus famulus pro ſuſpectiſsimo per duos
teſtes examinatos ad defenſam, per dictū Franc. de pon-
te Petrę, & per Andream camerarium clariſs. & magnifi-
ci collateralis Illuſtriſs. Dominij Venetorū, qui atteſtan-
tur ſe audiuiſſe dici a prædicto Franciſco famulo, quòd
quicquid dixerat in cauſa homicidij contra do. inquiſi-
tum, dixerat, ut complaceret domino ſuo: & dicunt etiā,
quòd fuit ſolicitator in cauſa ad inueniendum teſtes cō-
tra eundem inculpatum. Et contra Bernardinum famu-
lum Franciſci Fracaſtorij, idem, ut ſupra deponit præfa-
tus Andreas, ut cōſtat ex eius depoſitione, quod compro
batur ex eo, quia ipſemet Bernardinus examinatus prius
a iudice maleficiorum, dixit ſe nihil ſcire de interfectore,
& nihil dixit de enſe a duabus manibus. Vnde cum fama
ortum habeat a ſuſpectis, & inimicis, non facit aliquod
indicium, nec adminiculum, per not. in c. qualiter 2. de
accuſat. in c. inquiſitionis. §. fi. eo. tit. per Bar. & moder. in
d. l. de minori. §. plurimum. ff. de quæſtio. ¶ Ex alijs au
tem rationibus non probatur fama, quia teſtes ſuper ar-
ticulo de fama, dicunt, quòd publicè dicebatur per ciui-
tatem Veronæ. Nā unus, uel duo potuerunt publicè hoc
dixiſſe, quod non ſufficit, & non dicunt a quibus. niſi ab
inimicis, & ſuſpectis, & non adducunt cauſas legitimas
ſui dicti, quæ requiruntur in probatione famæ, ut not.
Bar. & docto. in d. §. plurimum, & not. docet Alex. conſi.
70. col. 2. lib. 3. & conſi. 19. col. fi. lib. 4. & per do. Iaſo. in §.
non hoc, col. 3. C. unde legi. & per eundem Alexan. conſi.
150. col. 5. & 6. lib. 5, in quibus locis docentur teſtes, qua
liter debent deponere ſuper tali articulo famæ. & dicit
do. Feli. in c. ueniens. 1. col. 8. in quinta concluſione de te
ſti. quòd fama debet iuſtificari ex probabilibus rationi-
bus, aliàs nihil releuat: & tanto magis, quando agit con
tra illum, qui fuit, & eſt homo bonæ conditionis, famæ,
& reputationis, ut ſupra dixi in tertio argumento bonæ
famæ do. inquiſiti. Loquuntur ergo doctores allegati in
primo fundamento contra inquiſitum, quando legitimè
fuit probata fama delicti, & quando non fuit probata cō
traria bona fama. ¶ Non obſtat ſecundum dum addu-
22 cebatur doctrina Bal. in l. iij. C. de epiſc. aud. † quia Bal-
dus loquitur expreſsè in delictis quæ ſui natura ſecretè
committuntur, & occultè, ut eſt adulterare. l. ex conſen-
ſu. C. de repud. falſare monetam, & uenenare aliquem: &
ita eum refert, & ſequitur Alex. in d. conſi. 67. Secus in de
lictis, quæ palam & de die ſolent perpetrari, licèt occul-
tè, & de nocte ſint commiſſa, quia tunc ſtamus regulis iu
ris communis. hoc probo ex his, quæ latè deducit dom.
Alex. poſt do. Anto. in conſi. 64. incip. Viſo themate col.
2. in princip. & in conſi. 175. & uiſo. col. 2. lib. 2. ubi dicit,
quòd licèt ſit regula iuris in d. l. ex conſenſu, & in c. ue-
niens ſecundo, de teſti. & in c. tertio loco de probationi-
bus quòd teſtes inhabiles admittantur, quando alia pro
batio deficit, nam illud eſt uerum, quando ex natura il-
lius facti & negocij uerisimiliter, & regulariter alij teſtes
non poſſunt adeſſe, nec occurrere, ut in caſibus. d. l. ex cō
ſenſu & d. c. tertio loco, & d. c. ueniens. cum ſimilibus. Se-
cus ſi alij teſtes ex natura, & qualitate illius negocij po-
terant occurrere, & adeſſe, licèt caſualiter non interfue-
rint: nam tunc inhabiles non admittuntur nec receditur
a regulis iuris communis, ut ibi latè per eum, qui magi-
ſtraliter, & not. loquitur. unde ſicut in caſu homicidij ad
illud

illud probandum non admitterentur teſtes inhabiles,li-
cèt de nocte eſſet commiſſum, ex quo non ſumus in caſu
dictorum iuriium: ita nec reſpectu torturæ in tali caſu
recedendum eſt a regulis iuris: quia non reperitur hoc
deciſum. ¶ Non obſtat tertium fundamentum,quia dè
bona fama, & conditione, & de bonis moribus domini
inquiſiti probatum eſt per quamplures teſtes graues, &
omni exceptione maiores,ut ſupra dixi: uel aliter reſpō
detur, quia non eſt probata mala ſama, nec mali mores
23 inculpati in eodem gñe mali: uidelicet homicidij. † quo
caſu non militat regula,ſemel malus, & d.l. non omnis.
§.a barbaria.cum ſimilibus,ut not.tradit Bal.in l.fi.ff.de
hæred.inſti.ubi Imol.multum not. & tradit Bar.in l.Caſ-
ſius.ff.de ſenato.cum ſimilib.ut latè tradit Alex. in d.cō
ſil.5.In cauſa inquiſitionis col.2.num.12.lib.1. ¶ Non
obſtat quartum de inculpatione in articulo mortis: quia
ad hoc reſpondetur pluribus modis. et primo quia in-
culpatio etiam legitimè probata per duos teſtes ſecun-
dum communem opinionem non facit indicium, ut ſu-
pra dixi. Nec obſtat,dum dicebatur, quód quando con-
currunt alia indicia, tunc faciat indicium ad torturam,
quia negat extare aliqua alia indicia legitimè per duos
teſtes probata,ut dixi,& dicam infra. ¶ Secundo reſpon
24 detur, quòd inculpatio non eſt probata: † nam unum-
quodque indicium remotū debet ad minus probari per
duos teſtes legitimos, ſecūdum gloſam approbatam per
omnes in l.fi.C.famil.herciſ.& not.in l.j.§. idem Corne-
lio,& in d.l.j.§.præterea,& in l.fi. ubi Bart.ff. de quæſtio.
Sed in inculpatione occiſi, ſolum & duntaxat atteſtatur
Franciſcus famulus domini Simeonis, a quo nóoulli alij
audiuerunt. cui ſamulo non eſt credendum, quia ſingu-
laris.c.bonæ de elect.c. licèt cauſam de probat. quia co-
habitans inimici, & famulus inimici capitalis, ut dixi.
Item quia per duos teſtes probatum eſt, qualiter ipſe di-
xit falſum,ut domino ſuo complaceret. Item quia ſolici
tator in cauſa,ut probatum eſt,& ſupra dixi, quo caſu ni
hil probat.c.fi.ubi notatur.de teſti. lib.6. Feli. in c.a no-
bis,col.fi.co.titu.Rot.deciſione 154. in nouis.Item quia
quamplures teſtes ad defenſam, & offenſam examinati,
dicunt,quód interrogarunt uulneratum, quiſnam eun-
dem uulneraſſet,qui neminem incuſauit. Tertio,de in-
culpatione non poteſt fieri fundamentū ſuper dicto Ber
nardini famuli Franciſci Fracaſtorij ex cauſis infraſcri-
ptis. Primo,quia bis examinatus cum iuramento,& co-
ram iudicibus laicis,& coram eccleſiaſticis ſuſpectis: ta
men de inculpatione nullum uerbum. cuius dicto iudi-
ciali cum iuramento ſtandum eſt,& præferri debet ſecū-
✱ do extraiudiciali. Ita concludunt Abb. & alij * commu
niter in c.cum in tua de teſt.b. ubi latè per do.Feli. col.
pen.in ſecunda & tertia concluſione.& not. in c.ſicut no
bis eo.titu.& trad. Bart.in l.eos.ff. de falſ.Abb. & alij.in
c.per tuas.de præben.& in c.litteras de præſump.cum ſi-
mil. Secundo quia etiam ſi aliquid de inculpatione di-
xiſſet cum iuramento dictum ſuum non ualet, quia ſin-
gularis. Item quia in iudicio nullo facto coram laicis pe-
nitus incompetentibus etiam cum clericis, ut not.in c.
decernimus de iud c.& in c.at ſi clerici in princip.eo.tit.
Quartò quia ipſe dixit omnia dixiſſe cauſa complacen-
di domino ſuo capitali inimico inquiſiti, ut probatū eſt
per teſtes, ut ſupra dixi. Vltimò, quia ipſe Bernardi-
nus,& Franciſcus ſunt laici,quibus non eſt credēdum ut
dixi latè ſupra. Alij uero duo,qui deponunt de inculpa-
tione uidelicet Franciſcus Fracaſtorius clericus, & Au-
guſtinus Iuliarius laicus, dicunt de auditu a pdictis duo
bus Franciſco & Bernardino famulis ut ſupra: unde eis
non creditur,ex quo eorum repelluntur auctore . c.licèt
ex quadam de teſtibus cum ſimilib. Et ex alio etiā, quia
ſunt inquiſiti inimici capitales, ut clàre probatū eſt per
quamplures teſtes. Nec obſtat quòd Decius d[illegible]t in
d.conſi.372. quòd teſtes aliàs inhabiles admittuntur in
caſibus &c.quia loquitur ipſe in ſtupro, & ſic in caſu, &
delicto, quod ſolet ſecreto ſui natura committi, & ſic in
caſu [illegible] con[illegible] n l.C.de repud.quo caſu creditur teſti mi
nus idoneo,ut latè dictum eſt ſupra poſt Alexan. Sed nos
non ſumus in tali caſu,ut ſupra probaui.ergo [illegible] Præ-
terea nos ſumus in caſu in quo teſtes ſunt ini[illegible]
bus obſtant quamplures exceptiones ut ſupra. N[illegible]
ſtat etiam, quod nonnulli alij teſtes tam laici quam [illegible]
rici atteſtentur, ſe audiuiſſe a prædictis Berna[illegible]
Franciſco inculpari do.inquiſitum, quia ultra reſponſio
nes ſuperius datas, omnes prædicti ſunt tanquam inimi
ci capitales reprobati,ut conſtat ex dictis teſtium ad de-
fenſam examinatorum. Item omnes ſunt ſingulares, &
25 ſic nihil probant. † Quæ ſingularitas teſtium nocet in
probandis indicijs remotis ac in eis coniungend[illegible],ut ex
preſſe,& notanter declarat Bal.in l.ſi quis ex arg[illegible]
§.1.col.1.& 2.ff.de eden.in uer.quarto not. quem refert,
& ſequitur do.Alex.conſi.179.incip. In cauſa An[illegible]co
lu.2.nu.33.lib.2.ubi dicit,quod licèt unus teſt[illegible] de [illegible]eri
tate iungatur cum fama, uel cum alijs indicijs le[illegible]è
26 per duos teſtes probatis: † Non tamen iunguntur i[illegible]i
cia inſimul, quando unumquodque de per ſe eſt [illegible]ro
batum per unum teſtem, quia tunc ſingularitas n[illegible].
Et ita poſt alios quamplures cócludunt moder. Bon[illegible]n.
in l.unius facinoris.§.teſtes torquēdi col[illegible] .uer. [illegible]
ff.de quæſtio. Nec obſt.quód Alex.in d.conſi.[illegible] .ui
ſus fuerit tenere cōtrarium, ut retuli ſupra i[illegible] o aut
argumenti, quia ipſe loquitur in indicijs propinqu[illegible] ad
delictum,& ſic in teſtibus deponentibus de ueri[illegible] cri-
minis falſitatis,quo caſu nō nocet ſingularitas [illegible]
etiā Bal.in d.l.ſi quis §.1.in d.4.not. & omnes [illegible] Et
ratio eſt,quia hoc caſu, unus teſtis facit ſemiplo[illegible]
ſemiplenam,non mirum ſi coniunguntur. Item [illegible]
Alex.quando unumquodque indicium erat proba[illegible] per
duos teſtes integros,ac legitime, quo caſu, cum unum-
quodque indicium ſit perfecte probatum, non miru[illegible]
coniunguntur ad inuicem. At in caſu.q. noſtræ, n[illegible]m
indicium eſt legitimè per duos teſtes legales probat[illegible],
ut patet rectè intuenti eorum dicta; ergo &c. Fa[illegible] unt
not.in c.cum cauſam de probatio.ubi dicitur,quod p[illegible]
bationes imperfectæ in ſua ſpecie non coniunguntur. Vi
deatis ibi per Feli.poſt alios col.pen uerſ.limita[illegible]
dum Bal.ubi bene declarat materiam. Non o[illegible] d[illegible]
ducta ſupra in quinto argumento contra in[illegible]m[illegible]c
enſe a duabus manibus, quia hoc indicium [illegible]rtum
a Franciſco Fracaſtorio eius capitali in[illegible] [illegible]ernar-
dino eius famulo,quibus dicendum & oppo[illegible]dum e[illegible],
ut latè dixi ſupra. Item ſunt ſingulares, ideo [illegible] pro-
bant,eo maximè,quia per duos teſtes eſt legitime proba
tum,quod dictus inquiſitus tunc temporis erat in domo
ſua ad ignem aſſociatus, ut dictum eſt. Item quia, per
quamplures teſtes extitit probatum, quód ipſe inquiſi-
tus nunquam habuit enſem a duabus manibus in eius do-
mo,& quod huiuſmodi enſe non utebatur. Nec obſtat
dictum Alex.de monte Silice, qui dicit ſe uidiſſe illo ſero
duos armatos &c. quia ultra præmiſſa reſpondetur, q
loquitur per uerbum uidere, dum dicit quòd alter eorū
uidebatur ſibi dominus Franciſcus Mazanthus,quod uer
bum non conuenit teſtibus,ut not.Bar. in l.qu[illegible]d t[illegible] men.
§.ſi arbiter.ff.de arbit. & in l.qui teſtamēto.§.1 ff.de te-
ſtam. Item ex alio non probat, quia ſicut errau[illegible] in per-
ſonam domini Auguſtini Brenzoni, qui prima facie [illegible]
debatur ſibi eſſe talis, cum tamen tunc eſſet Romæ [illegible]a
erraſſe præſumitur in perſonam alterius ſocij.[illegible] not.
per Innoc. & alios in c.fraternitatis de hære[illegible] ¶ Non
obſtant indicia adducta ſupra in ſeptimo,& o[illegible]
cio de oculo maculato, ſeu inflato, & de ſanguin[illegible]
portam inquiſiti, & de pugione cum manico albo [illegible]a
ultra præmiſſas reſponſiones,dicendum eſt,quod co[illegible]a
rium eſt probatum in facto per plures teſtes exam[illegible]na
ad defenſam inquiſiti,ut conſtat ex eorum lectura. N[illegible]
die ſequenti fuit ipſe inculpatus uiſus per ciuitat[illegible] V
ronæ a quamplurib us in pluribus locis cum ocu[illegible] ſa[illegible]
non autem uiciatis,aut aliter offenſis. De ſangu[illegible]ne [illegible]
probatum eſt, quód exiuit ex ore unius equi illor[illegible]
Mazanthibus. De pugione pariter probatum eſt q t[illegible]
pugionem non habebat domi,nec erat ſolitus [illegible]
tare. Ex quib.ſatis liquido conſtare poteſt.D. V. R[illegible].
quód

quod omnia illa indicia fuerunt ficté, ac falsò confićta, & fabricata ab inimicis contra omne ueriſimile, & ueritatem, & quód prætetea tanquam talia ueniunt reijcienda, & non ponenda in aliquo conſtructu: & quód conſequenter dominus inquiſitus, contra quem, nedum non extant aliquæ legitimæ probationes ad cōdemnandum, ſed nec indicia ad torquendum, uenit tanquam innocentiſsimus a contentis in inquiſitione abſoluendus.

*SVMMARIVM.*

1 *Si opponatur contra reſcriptum de expreſsione falſi, impetrans tenetur iuſtificare narrata, ſi uerò de taciturnitate ueri, excipiens tenetur probare.*

2 *Qui trahit aliquem in loco ratione contractus, tenetur contractum oſtendere.*

3 *Expreſſa in reſcripto una cauſa, puta uenditionis, non uenit alia non narrata.*

4 *Exceptio, quæ impugnat reſcriptum in iuriſdictione, non debet reſeruari ad merita.*

¶Pro Reuerendo dom. Abbate ſancti Gregorij.

## CONSILIVM CCXXXIX.

1 VERTITVR difficultas, † cui incūbat onus ptobandi, quando opponitur contra reſcriptum de ſurreptione: An impettanti, uel excipienti. Super qua difficultate Io. Andr. in c. 1. col. 2. in uerſ. non eſſet abſurdum de exceptio. lib. 6. ad quem omnes ſe referunt concordando opiniones diſtinguit, quód ſi opponitur contra reſcriptum, ſurreptio de expreſsione ſalſi dilatorié, & tunc impetrans tenetur uerificare narrata per eum. Si uero de taciturnitate ueri, & tunc probet excipiens, idem poſt Ioan. Andr. tenet Abb. in c. conſtitutus de reſcrip. in pen. not. ubi clare loquitur, & dicit quòd in utroque caſu ſubeſt eadem ratio, quia aſſerenti incumbit onus probādi. Idem tenet Abb. per illum tex. in c. quia circa in 2. not. de conſang. & affinitate. Vbi eſt caſus, ꝙ impetranti, qui narrauit falſum incumbit onus probandi narrata. idem Abb. in c. fi. col. 3. de præſumpt. & in conſi. 70. incip. Id de iure quæritur col. fin. lib. 2. Ioan. de Imola ex mente Io. Andr. & Innoc. in c. ſuper litteris col. pen. & fi. de reſcript. & ponit exem-
2 plum. † Quando aliquis conuenitur ex eo, quia dicitur in loco contraxiſſe, & reus declinando iuriſdictionem hoc negat: tunc actor debebit probare ſemiplené illum contraxiſſe, quia eſt fundamentum ſuæ intentionis, & quia aſſerenti incumbit probatio, nō neganti, cum ſit pura negatiua non coarctata, quæ eſt improbabilis, iuribus uulgaribus. & cum prædictis concordat Decius in d. c. conſtitutus in penul. not. & Decius in conſi. 235. viſo tenure col. 2. lib. 2. ubi atteſtatur diſtinctionem prædictā Io. Andreæ, & Abb. eſſe communem. & Petr. de Ancha. in conſi. 34. incip. In hac cauſa. col. 1. & 2. ¶Sed inſerendo ad caſum noſtrum dicitur excipiendo contra reſcriptū: quòd magnificus do. Iacobus Foſchari in ſua commiſſione narrauit Reuerendiſs. do. legato: Reuerendiſsimū do. Abbatem, ſeu do. Dominicum nomine eiuſdem Abbatis uendidiſſe præfato do. Iacobo lignorum paſſeta 3000. & allegat inſtrumentū dictæ uenditionis. quæ narratiua, ſuper qua fundatur commiſsio eſt penitus falſa, & ita excipitur: ergo narranti, ſeu ſupplicanti incumbit onus probandi, & producendi inſtrumentum narratum in ea. quo exhibito poſtmodum diſputabitur ſecundo loco, utrum in dicto inſtrumento præſatus Reuerendus do. Abbas uendiderit per ſe, uel alium dicta ligna, uel promiſerit factum alienum, uel quomodo ſe obligauerit: & iſta erit alia quæſtio diſputanda exhibito inſtrumento & de his ſatis. ¶ Et nota, quòd productio iſtius inſtrumenti de quo excipitur, dilatorié, debet fieri ante pronunciam competentiæ, ut per Philip. de Peruſ. in c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. ſall. 31. ubi not. loquitur. Nam inſtrumento exhibito, apparebit quòd Reuerendus do. Abbas non uendidit, nec alius eius nomine paſſeta 3000. lignorum, ſed promiſit tantum ſe facturum, & curaturum &c. Commiſsio ergo legati comprehendit tantum caſum uēditionis lignorum per abbatem ut dicitur factę, unde nō capit caſum, in quo uerſamur, in quo Reuerendus do. Vicarius nullam penitus habet iuriſdictionem: ergo eſt omnino incompetens. per not. per Innoc. in c. ſuper litteris colu. 2. de reſcript. per Paul. de Caſtr. in conſi. 315. ad confirmationem ſecundo dubio. per Abb. in d. c. ſuper litteris col. 3. ubi do. Antn. colu. 3. & 7. per Felinum in d. c. col. 1. & 3. uerſ. amplius. In quibus locis doctores per exē-
3 pla docent, & probāt † quòd expreſſa una cauſa in reſcripto, puta uenditionis, non uenit alia cauſa non narrata, in ea, prout euenit punctualiter in caſu q. noſtræ, in quo R. do. Abbas eſt tantum fideiuſſor. Vnde Vicarius pronūciando ſe competentem in caſu, in quo non habet aliquā iuriſdictionem, grauauit partem: ergo bona appellatio. et eſt grauamen tale quod non poteſt reparari per appellationem a diffinitiua, cum reſpiciat defectū iuriſdictionis. quæ appellatio admittitur etiam per cōſtitutionem Concilij ultimi Lateran. in decima ſeſsione, & per omnes
4 ll. quæ prohibent appellare ante diffinitiuam. ¶ † Nec ſatisſacit grauato, reſeruatio exceptionum ad merita, quia non propterea tollitur grauamen: ex quo inducitur quædam contrarietas & repugnantia in eodem ſubiecto, ut uolunt Hoſti. Ioan. Andr. & Abb. in c. cum contingat de off. deleg. Nam exceptio directo impugnat iuriſdictionem, & tendit ad declinandum eam, & ad impediendum pronunciam competentiæ, & non ad aliud. & ipſe do. uicarius ꝓnunciauit ſe cōpetētem ad ipſam, ad hunc effectum, ad quem ſuit oppoſita, non admittendo: ergo grauat partem, nec reſeruatio ad merita ſanat ullus, quia ad merita non ſuit oppoſitum, nam etiam eo inuito ſalua remanet. Nam ut bene dicit Philip. in d. c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. ſall. 31. Exceptio de inſtrumento, ſuper quo fundatur iuriſdictio, quod etiam reſpicit merita, prout in caſu noſtro, ſi opponatꝛ dilatoriæ debet produci inſtrumentum primo a principio, ut de illo doceatur ſemiplené ad fundandum iuriſdictionem: ſecundo plene, lite conteſtata ad merita cauſæ, ſi de illo excipiatur ad merita: ideo bona appellatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Doctor antiquior gradu, & dignitate, & non ætate debet præferri. & nu. 2.*

3 *Doctor antiquior præfertur iuniori, etiam prius recepto.*

4 *Doctor in utroque iure præfertur doctori in uno tantum, etiam prius graduato.*

5 *Graduato in collegio ſtudij generalis, præfertur doctorato, auctoritate Papæ uel Imperatoris niſi in certo caſu.*

6 *In honoribus deferendis in futurum, non antiquior, ſed magis idoneus præferendus eſt.*

7 *Doctor legens cæteros alios præcedit.*

8 *Doctor aggregatus Conſiſtorio Principis, cæteris præfertur, etiā ante exercitium. & nu. 9.*

10 *Licentiatus primo, & ſecundo loco graduatus, præfertur alteri ſecundo loco licentiato, & primo graduato.*

11 *Prior in dignitate expulſus de loco, ſi reſtituatur in priſtinum, quid operetur reſtitutio.*

12 *Reſtitutio de iuſtitia, quæ reſtituit omnia in priſtinum, operatur etiam cum præiudicio tertij. & nu. 19.*

13 *Doctor abſens a ſua ciuitate, cauſa publica, puta in gymnaſio cauſa legendi, cenſetur præſens fuiſſe: & talis debet habere integrum ſalarium lecturæ. & nu. 14.*

15 *Si quis a loco ſuo ſponte recedat, ſi reuertatur, priſtinum locum ſuum recuperat.*

16 *Ius ſuſpenſum tantum, propter abſentiam, reſurgit, abſente reuerſo: ſecus ſi ius erat extinctum. & nu. 17.*

18 *Quando antiqua materia de nouo repetitur, quid operetur illa repetitio.*

20 *Qñ clare conſtat de bono iure, petitorium abſorbet poſſeſſorium.*

21 *Scholaris qui receſſit de ſtudio, ſi reuertatur ad illud, recuperat priſtina priuilegia.*

22 *Doctor,*

22 *Doctor, qui ratione lecturæ erat de collegio, ſi ceſſauit legere, et*
*& poſtea ad lecturam reuertatur, utrum teneatur aliquid ſol-*
*uere pro ſecundo ingreſſu.*
23 *In memoriam priſtinæ dignitatis multa ſunt ſtatuta.*
24 *Quod minor præcedat maiorem eſt contra ius diuinum naturæ,*
*& humanum: et ideo conſuetudo in hoc non eſt attendenda.*

## CONSILIVM CCXL.

1 IN materia prælationis, prima concluſio ſit † ꝙ
doctor antiquior debet præferri cæteris. Bart.
in l.j.ff.de obſe.l.fi. ubi Bart.C.de tiron. lib.12.
glo.in l.cum quid.ff.ſi cert.peta.ubi Alex.& Iaſ. col.pen.
& fin.facit l.j.ff.de alb. ſcrib. & in l.j.C. de conſul.lib.12.
ubi doctores. idem Bald.in c.cum olim.in ſecundo not.
de conſuet.Feli.in rubr.de maior.& obed.& probatur in
l.j.C.de præf.præto.& in l.j.C.ut dignit.ord.ſer.lib.12.&
tradunt doctő. in c. clerici de iudic. cum ſimilibus, ubi
2 Decius col.2.† Et antiquior dicitur in gradu,& dignita-
te,non in ætate,ut dicit glo.in c.fi.in uerbo,antiquiores,
de conſuet.lib.6.ubi Domin.qui etiam latè tradit de prę
dictis poſt Archi.in c.epiſcopus 17.diſtin.ubi probatur,
quòd primo ordinatus debet alijs præferri. ¶ Secunda
3 concluſio,† Doctor antiquior præfertur etiam iuniorib.
prius receptis,ita Feli.in d.rubr.col.pen.ex mente Bald.
in d.c.cum olim. quod dictum iuuatur per text. in c.tibi
qui de reſcrip. lib.6.ubi prior in gratia præfertur ſecun-
do etiam prius recepto, non obſtante præiudicio præce-
dentiæ iam acquiſitæ. ita Feli.in d.rubr. col.pe. circa me
dium poſt Imol.& do.Anto.in d.c.cum olim. ¶ Tertia
4 ſit concluſio,† quod Doctor in utroque iure,etiam poſte
rior in tempore,præfertur doctori in uno gradu tantũ.
ita tenent * omnes doctores in dicto c.clerici, & in locis
præallegatis, & in rubr. de magiſtr. & Card. in clem.j.de
magiſt.& allegat ratio, quia duo uincula magis urgent.
c.1.de treug.& pac.l.fi.C.de adoptio. auct. poſt fratres.
C.de legit.hæred. Prioritas ergo temporis non atten-
ditur, ubi datur maior dignitas, ut per glo.in c.placuit,
in uerbo Iſidorus 16.diſtin.& not.in c.ſtatuimus de ma-
io.& obed.cum ſimilibus,ut per Deciũ in d.c.clerici col.
4.& tradit Gemin. in d. c.epiſcopus & tradit Soci.conſi.
70.lib.4.col.2.ubi dicit,ꝙ maior gratia,& prior præfer-
tur ſecũdę etiam ſequuta poſſeſsione.argu.d.c.tibi qui,
5 cum alijs ut ibi per eum. ¶ Quarta ſit concluſio,† quòd
graduatus in collegio doctorum ſtudij generalis præfer
tur doctorato auctoritate papali, uel imperiali, niſi ha-
bens auctoritatem a prædictis,haberet ſpecialem docto
randi facultatem talem, & talem nominantem, & eſſent
doctorati cum rigoroſo examine. ita poſt Roma. tradit
Feli.in d.c. clerici col.fi.in fine,cum ſimilib. ut ibi per De
cium col.3. in uer.retenta concluſione.& per Feli.in d.c.
6 per tuas.col.2. ¶ Quinta ſit concluſio. † In honoribus
deferendis in futurum,nõ antiquior, ſed magis idoneus
præponendus eſt,ut per Bar.in l.ij.§.ſi prius.ff.de uul. &
pupill. Abb.in d.c.clerici,per tex.in l.honores in princi-
pio.ff.de decurio.& in l.unicuique. C. de proxi.ſac.ſcri.
lib.12.cum ſimilibus,ut per Decium in d.c.clerici col.4.
in uer.quarta regula.pro quo facit glo. in c.accuſatus.§.
ſanè de priuileg. lib.6.quæ dicit, ꝙ magis priuilegiatus
debet præferri,& gl.in c.Iſidorus 16.diſt. dicit ꝙ qui ſcië
tia præcedit alium, debet illum præcedere etiam primo
ordinatũ,ita Gemin.in d.c.epiſcopus,& tradunt ſcriben
tes in d.c.clerici.
¶ Quod modo Excellentiſsimus.I.V. doctor. Do. Anto-
nius præſumptiue ſit magis idoneus cæteris doctoribus
patrocinantibus cauſas in hac ciuitate, patet, quia fuit
ter approbatus, & conductus per Illuſtriſs.dominiũ Ve-
netiarum in conſilio Rogatorum ad legendum in Stu-
dio Patauino ad ordinariam de ſero,& de mane:& regu-
7 la iuris eſt, † ꝙ doctor legens ex ſe eſt approbatus, & cæ-
teros alios præcedit ſecundum Andr.de Baru.in l.j.C.de
cõſul.& Io.de Plat.in l.ij.ut dignitat.ord.ſer.lib.12.quos
ſequitur Alexan.in d.l. cum quid,& in l.ij.§.ſi prius.ff.de
uulg.& pupil.cum ſimilibus,ut per Aret. in d.c.cum cle-
rici,& per Decium ibi col.5.in uer.quinto fallit. Confir-
mo per l.j.ff.de alb.ſcr.ubi Alber.de Roſ.not. ꝙ in hono-
ribus præfertur ille,qui potiori honore, & dignitate fun
ctus eſt,& probat in l.honores. ff. de decurio. ubi Alber.
¶ Confirmo prædicta, quia præfatus do. Antonius pol-
let etiam alia dignitate ultra prædicta: Nam creatus fuit
aduocatus conſiſtorialis per felicem recor. Clementis
Papę vij.motu proprio,ut conſtat per breue apoſtolicũ.
8 † quæ dignitas facit, ut præcedat alios ſimplices docto-
res,cum ſit de conſiſtorio principis. ita tenet Ange.in l.
in teſtamento.ff.de teſta.milit. facit l.j.C.de præpo. lab.
lib.12.tradit Feli.in rubr.de maio. & obed.col.2.cum ſi-
milibus,ut per Dec.in d. c.clerici colu.5. in uer. ſeptimò
9 fallit. † Quæ dignitas conſiderabilis eſt etiam ante exer
citium,& adminiſtrationem,ex quo talis prærogatiua di
gnitati conceditur. ut not. Dominicus in proœmio Sex-
ti,in fine. Bal.in l.qui ſub prætextu.C.de ſacr. ſanct. eccl.
Bar.in l.maximarum in fine.C.de exc.muner.lib.10.& la
tè tradit Aret.in d.c.clerici,& ſequitur Feli.ibi,& Decius
col.3.uer.ſed aduertendum eſt. ad quod conferunt mul-
ta tradita per Socinum conſi. 70.lib.4.col.1.ubi latè pro
10 bat. † quod licentiatus primo & ſecundo loco gradua-
tus, præfertur alteri ſecundo loco licentiato, & primo
graduato. Ex quibus omnibus conſtat, ꝙ idem domi.
Antonius debet præcedere omnes alios doctores, quia
reperitur doctor antiquior in utroq; iure, & in collegio
Studij generalis,cum rigoroſo examine,& ſcientiæ emi-
nentis,qui ẽt pollet alijs qualitatibus ut ſupra dictũ eſt.
¶ Non obſtant contraria,& primo tex.in c. quamuis de
reſcrip.lib.6.& in l.ij.in princip.ff.de decurio.& quod ibi
per Barto.& not. per Abb. in c.ex tuæ in fine de cler.non
reſid.& tex.& ibi not.per Imol.in ultimo not. in c.ex trãſ
miſſa de renuncia. & not. per Feli. poſt alios in l. Gallus.
in §.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.in quibus lo-
11 cis legitur,& notatur † quòd prior in gratia,& dignita-
te,illis priuatus, ſeu expulſus de ciuitate, & loco ſuo, ſi
poſtmodum reſtituatur in integrum, reſtitutio illa non
debet præiudicare illis,quibus interea eſt ius quæſitum,
& Bar.in d.l.ij.de decurio.loquitur in terminis de docto
re expulſo a collegio,& reſtituto,quia non recuperat lo-
cum antiquum,quia præmiſsis multipliciter reſpondeť.
Primò,quia iura præallegata & doctores per illa loquũ-
tur,quando prima gratia, & gradus primus in totũ ceſſa
uit per reuocationem,& priuationẽ, ſeu per deportatio-
nem,& bannum,uel per renunciationem: & ita loquitur
tex.in d.c.quamuis & d.l.2.& ibi not. Vnde non mirum,
ſi reſtitutio,quæ dicitur noua conceſsio,ut per glo.fi.ubi
Gemin.not.in d.c.quamuis. fieri debet ſine prę iudicio il
lius,cui interim eſt ius quæſitum: illa enim reſtitutio nõ
poteſt trahi retro ad principium,quia extrema non ſunt
habilia. & ita tenet Feli.in d.c.inter quatuor, col.3. & in
c.ex inſinuatione in fine de ſimo.ubi refert Bart.in d.l.ij.
per illum tex.quæ omnia ceſſant in Antonio,qui ſemper
retinuit gradus ſuos,& iura ſua primęua integra,quibus
non fuit priuatus. unde licet illi ſuperuenerit maior di-
gnitas lecturę,in gymnaſio Patauino,non propterea ami
ſit priuilegia ſibi prius quæſita ex cauſa gradus,& docto
ratus.l.iij.C.de dignita.l.iij.C. de proxi.ſac. ſcri. lib.12.
cum ſimilibus,ut ibi per glo.ibidem.idem probatur in l.
proximos.C.eo.tit.de proxi.ibi.Nam quæſita prius inta
cta ſeruentur; & latè in ſimili probat Feder.de Sen.conſ.
5.& conſi.19. ¶ Secundo reſpondetur, ꝙ in caſibus di-
ctorum iurium & in exemplis traditis per docto. fuit o-
pus reſtitutione, ſeu uerius noua conceſsione & gratia,
quæ non retrotrahitur in præiudicium tertij. Sed in An-
tonio non eſt opus aliqua noua gratia, nec reſtitutione,
12 quia iura ſua ſalua retinuit. † et ſi reſtitutione opus eſt,
erit de iuſtitia, quæ reſtituit omnia in priſtinum, etiam
cum præiudicio tertij.l.j.§. ſed in hac.ff. de poſtu.decla
rat Philip.de Peruſ.poſt Imol.in d.c.quamuis col. penul.
¶ Tertio reſpondetur, ꝙ contraria loquuntur in priua-
to iure ſuo,& in abſente ex turpi cauſa, & propter deli-
ctum. ita Bar.in d.l.ij.& Abbas in d.c.ex tuæ, cum ſimili
bus,de quibus ſupra.Sed Antonius fuit abſens a ciuitate
Venetiarum

Venetiarum ex cauſa reipublicæ Venetæ in gymnaſio Pa
tauino, legendo, in quo bonum publicũ uerſatur, ut not.
Bar. & docto. in l. j. in fine. ff. ſol. matrim. & per doctores
in c. ex parte, & in c. cum dilectus, de cleri. non reſiden. &
13 habetur in auth. habita. C. ne fil. pro patr. Et † ideò per-
inde eſt, ac ſi fuiſſet præſens. ita late tradit Romanns in
conſil. 263. & ſequenti, prout ad litteram probatur in d.
c. ex parte, & in d. c. cum dilectus, & in c. ad audientiam
eo. titu. ubi legitur, & not. ꝙ abſens in ſeruitijs Papæ uel
epiſcopi, uel eccleſiæ, uel cauſa ſtudij, cenſetur præſens, &
utitur omnibus prærogatiuis conceſsis præſentibus. &
probatur in l. ſi quis Titio. ff. ex quib. cauſ. maio. cum ſi-
milibus, ut per Roma. in d. conſilijs. & ideò dicit Bart. in
14 l. Iulianus. §. eum quoq;. ff. ex quibus cauſ. maio. † ꝙ do-
ctor abſens cauſa reipublicæ, debet habere integrum ſa-
15 larium lecturæ, † immo ſi quis a loco ſuo ſponte recedat,
ſi reuertatur recuperat locum ſuum priſtinũ quem nun-
quam amiſerat, ita Feli. in d. c. ex inſinuatione in fine. Vn
de a fortiori, idem dicendum in Antonio, qui per mul-
tos annos ſtetit abſens ex cauſa reipublicæ, legendo in
gymnaſio Patauino, ad hoc miſſus ab illuſtriſsimo do-
16 minio, ut dictum eſt ſupra. ¶ Vltimo reſpondetur † ꝙ
propter abſentiã, iura ſua primæua in hac ciuitate erant
tantum ſuſpenſa, ideò eodem reuerſo ius pristinum reſur
git, quia ceſſat cauſa ſuſpenſionis. c. cum ceſſante de ap-
pellat. Vbi probatur ꝙ iuriſdictio iudicis a quo ſuſpen-
ſa per appellationem a grauamine, reſurgit reuocato gra
uamine, & ſic ſublata appellatione, quæ eſt cauſa ſuſpen-
ſiua, ſecus quando ius alicuius fuiſſet extinctum, & ita de
extinctione loquuntur contraria, & ita in terminis tra-
dunt do. Anto. & Abb. in d. c. ex inſinuatione, ſuper glo.
fi. ſuper illa difficultate, utrum actio ſemel extincta reui-
uiſcat, ubi faciunt differentiam, nunquid ſit extincta uel
ſuſpenſa tantum, & ita ibi not. Feli. in 4. not. & in termi-
nis tradit Petr. de Anch. in c. cum aliquibus. col. 2. de re-
17 ſcript. lib. 6. ubi apertam facit differentiã † nunquid pri-
ma diſpoſitio ſit in totum ſublata, uel ſuſpenſa tantum
aliquo obſtaculo: quia illo ceſſante actus redijt ad ſuam
priſtinam naturam, & in ſuo antiquo ſtatu. allegat l. uo-
luntate in fine. ff. quib. mod. pig. uel hippo. ſol. ibi, in pri-
ſtinam cauſam res redijt, & in l. filio quem pater. ff. de li-
ber. & poſth. ibi, non tranſlatus, ſed redditus uideretur.
& ſequitur Felin. in d. c. ex inſinuatione, in fine, ubi infert
ad illum, qui ſponte receſsit a loco, de quo dixi ſupra, &
tradit Bart. in l. fi. §. 1. ff. ad Tertul. & Bal. & alij in c. 1. §. 1.
in titulo. Epiſcopum, uel abb. de ſtatuto excluſiuo fœmi
narum ſimpliciter, ſtantibus maſculis, uel per dictionem
ſuſpenſiuam, donec maſculi extiterint. ¶ Et hanc diffe-
rentiam ſentit Rot. in antiqu. deciſ. 558. ubi poſtquam in
principio allegauit tex. in d. c. quamuis, & in d. l. ij. & ibi
not. per Bart. cum ſimilib. ſupra allegatis, poſtea in fine
oppoſuit prædictis de dicto. c. ex inſinuatione, ubi glo. fi.
oppoſuit prædictis & d. c. cum ceſſante. Et ita uidemus
ſeruari continue inter magiſtratus, qui mittuntur extra
ciuitates ad regimen prouinciarum & ciuitatum. Nam
poſt reuerſionem recuperant priſtina loca, gradus, & pri
uilegia antiqua, quæ nunquam fuerunt extincta, ſed ſu-
ſpenſa tantum. & ita ſeruatur in collegijs doctorum qui
ſe abſentant. ¶ Confirmo prædicta per l. creditor acce
ptus. & l. qui prior. ff. qui potio. in pign. hab. ubi proba-
18 tur † quòd quando antiqua materia de nouo repetitur,
repetitio illa fit cum ſua prioritate, in præiudicium ſe-
cundi creditoris, cui interim eadem pignora erant hy-
pothecata, adducit tex. rationem, quia creditor primus
repetendo prima pignora in ſecunda nouante, ſuccedit
in locum ſuum primum. quæ iura allegat Rot. in d. de-
ciſ. 558. Sed Antonius reuerſus de ſtudio, repetit de no-
uo ſolitum, & antiquum ſuum inſtitutum, & exercitium,
ergo debet illud poſſe conſequi cum ſua prioritate & pri
uilegio, non obſtante, quòd alij doctores noui interim
medio tempore aduenerint. ¶ Et dato etiam, quòd eſſet
19 opus reſtitutione in integrum, † dico, ꝙ ex quo eſt de iu
ſtitia, fienda erit cum integritate etiam in damnum ter-
tij. Ita Peruſ. in d. c. quamuis. colu. 2. poſt Imol. de reſcri.
allegat l. j. §. qua de re, ubi docto. ff. de poſtul. Nam d. c.
quamuis cum ſimilibus loquũtur in reſtitutione gratio-
ſa. ſed iſta quæ peteretur propter abſentiam, eſt de iuſti-
tia, ideo fauorabilis. ¶ Vltimò pro eodem facit, quia
eſto, quòd doctores reperiantur in poſſeſsione ſedendi,
& aliorum actuum, quia agitur etiam petitorio ſimul:
20 † & per deducta in petitorio conſtat de bono iure, & de
notorio non iure aduerſariorum, poſſeſſorium non eſt in
conſideratione, ſed abſorbetur in totum, a petitorio, de
quo conſtat etiam de conſenſu aduerſantium c. 1. de re-
ſtit. ſpoliat. c. cum eccleſia. c. cum ſuper. c. cum dilectus,
ubi docto. not. de cau. poſſ. & proprieta. declarat Bart. &
moder. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. penul. ff. de
acquir. poſſeſ. ¶ Comprobo prædicta per ea, quæ dicit
21 Petr. in c. ex tranſmiſſa de renunciat. ubi tenet, † ꝙ ſcho-
laris, qui receſsit de ſtudio, ſi poſtea ad illud reuertatur
infra quinquẽnium, quòd recuperat priſtina priuilegia,
22 † & quòd doctor, qui ratione lecturæ, erat de collegio, ſi
ad tempus ceſſauit legere, & poſtea reuertatur ad lecturã
non teneatur ſoluere aliquid pro ingreſſu collegij, prout
fecit, quando primo intrauit, & ſic reuerſus nõ tractatur
tanquam nouus homo, quod nota. Et ita ſeruatur in ſtu
dio & collegio Patauino. ¶ Confirmo prædicta per not.
deciſionem Federic. de Sen. conſi. 5. & 19. in ultima. q. ubi
loquitur de monacho unius monaſterij, qui tranſiuit ad
aliud alterius religionis, & creatus fuit abbas, cui abba-
tiæ renunciauit, & ſic remanſit purus monachus: quæri-
tur ibi per Feder. quem locum tenere debeat in choro, &
23 capitulo. Concludit † quòd debet cæteros præcedere
etiã prius receptos, & hoc in memoriam priſtinæ digni-
tatis & maioritatis, ubi allegat multa iura. Vnde ita di
cendum de Antonio, ut in memoriam dignitatis lecturæ
alios debeat præcedere: uel recuperare locum antiquũ,
ſicut monachus in q. Federici. ſecundum aliam opinio-
nem debet tenere locum ſecundum tempus, quo fuit fa-
ctus abbas, licèt alij medio tempore creati fuerint mona
chi ut ibi per eum. ¶ Circa conſuetudinem Abb. conſi.
24 21. lib. 1. incip. Fuit a me quæſitum, probat, † quòd eſt
contra ius diuinum, naturæ, canonicum, & ciuile, quòd
minor præcedat maiorem, & quòd ideò non ualet con-
ſuetudo in contrarium. idem Abb. & Feli. in c. ſtatuimus
col. 1. de maior. & obedi. idem probat, & deducit Iaſon
in l. cum quid col. fi. ff. ſi cert. peta. Conſuetudo ergo non
poteſt allegari, quia eſt potius abuſus, & corruptela, quę
etiam negatur extare, cum probata non appareat.

*SVMMARIVM.*

1 *Quando legatum cenſeatur extinctum per combuſtionem domo rum, ex quarum penſione debebatur legatum.*
2 *Legatum certæ quantitatis, quã teſtator in eadem oratione uult ſolui de redditibus certæ rei, ſi redditus nulli ſint, legatum non debetur.*
3 *Verbum perpetuo intelligitur ſecundum ſubiectam materiam.*

## CONSILIVM CCXLI.

CASVS talis eſt. Aliàs de anno 1416. Magni
ficus q. dom. Paulus Iuliano ſuum ultimum
condens teſtamentum, de certis bonis ſuis,
inter cætera uoluit, & ordinauit per infraſcri
pta uerba uulgaria. Io laſſo a mio nieuo Andrea Zulian
tutto il rendido de tutte le mie poſſeſsione, & caſe, qual
me trouo hauere in Rialto, dopo la mia morte, che ſon
ducati doſento quaranta doro ogni anno, de rendido, &
ſi uoglio chel ditto Andrea debbia hauere ſempre queſti
rendidi, & lui, & ſuoi figliuoli deſcendenti maſculi & le-
gittimi: Cum queſta condirione, che lui, & ſuoi deſcen-
denti ſiano tegnudi, de tegnire le ditte caſe, & poſſeſsio-
ne ben conzade, ben conerte, & ben in ordine. Appreſſo
uoglio chel ditto Andrea e ſuoi figliuoli, e deſcendenti
ſiano tegnudi, a dar ogni anno ducati quaranta doro de
li danari de queſti rendidi de caſe, & poſſeſsione ad uno
ſacerdote, che ſia tegnudo in la chieſia de ſanta Maria
Maddalena

Maddalena &c. et inferius ſubiunxit. Et queſto uoglio,
ſel piaſera al noſtro Signor Dio, chel dure ſempre uſque
in infinitum: et che queſta meſſa ſe diga ſempre. et inſe-
rius. Et quando Andrea mancbera & tutti i ſuoi fi-
giiuoli maſculi, & deſcendenti, uoglio che tutte quelle
poſſeſsioni e caſe, ſiano uendute per certi expreſsi com-
miſſarij, & del tratto di quelle, ſe metta alla camera delli
impreſtidi ducati quaranta doro a lanno da dar al ditto
prete &c. ¶ Sed notandum eſt, quòd adhuc non uenit
iſte caſus, quia adſunt uiuentes de deſcendentibus ma-
ſculis iſtius familiæ, & poſtea inferius idem teſtator di-
xit, ſenza le caſe, & poſſeſsioni de Rialto che io laſſo con
dicionade a mio nieuo Andrea Zulian. et inferius.
Item laſſo ducati 40n. doro a Andrea Zulian mio nieuo
oltra le altre coſe io li laſſo: et pregolo aſſai chel debbia
dar ogni anno quelli ducati 40. doro, per il prete, ſenza
alcuno impedimento, perche ello el puo ben fare, perche
li auanza ogni anno de rendido piu de cento ottanta du
cati doro. Et circa ſinem teſtamenti dixit: & del mio re-
ſiduo, ſel gene auanzerà, oltra li legati & ordinatione
mie preſatte, uoglio ne ſiau fatte due parte, nua ſia de
Andrea Zulian mio nieuo, laltra ſta diſpenſada per lani-
ma mia, & de mio padre.

Quod legatū ducatorum 40. fuit perplures annos ſolu
tum dicto presbytero. Euenit modo, quòd de anno 1505.
tempore formidabilis, & famoſi incendij in Riuoalto,
combuſtæ fuerunt domus, & poſſeſsiones ille in totum,
& ſolo adæquatę, ita ut nullus redditus ex illis percipere
tur, & ideo fuit ceſſatum a ſolutione dicti annui legati
ducatorum 40. quia prætendebant in totum extinctum,
licèt domus combuſtæ pro dimidia parte fuerint de no-
uo, per deſcendentes q. Andreæ Iuliano de eorum bonis
reædificate. Quæritur ergo quid iuris. et omiſſa argu-
1 mentatione ad partes: † teneo legatum huiuſmodi 40.
ducatorum per tale incendium, abſq; facto & culpa hæ-
redum, in totum extinctum, nec deberi ex eiſdem domi-
bus reædificatis de proprijs bonis deſcendentium, & hæ-
redum, quia tale legatum factum primo Andreę Iuliano
in totum de ducatis 240. & poſtea de ducatis 40. capel-
lano debetur ex redditibus, & fructu dictarum domo-
rum. l. repeti. §. rei mutatione. l. quid tamen. §. non tan-
tum. & §. inanis quoque in fine, uerſ. quam ſententiam.
ff. quibus mo. uſ. amit. & eſt glo. de hoc notabilis quæ
adducit rationem in l. qui uſuſructu ateæ in glo. 2. ff. de
uſuſruc. nam per reædificationem nouam, cenſetur noua
domus in totum, & nō grauata priori legato. et eſt tex.
in §. pen. inſtit. de uſuſru. in l. ſeruitutes. §. ſublatum in fi-
ne. ff. de ſeruitu. urba. prædi. fuit ergo per tale incendium
extinctum in totum ius, & actio exigendi legatum hmōi.
2 ¶ Secundò, ad idem: † Nam quādo teſtator legat alicui
certam quantitatem, quam in una, & eadem oratione, &
conſtructu uerborum, uult ſolui de redditibus certæ rei,
& poſſeſsionis puta, dixit lego pro anima mea decem de
fructibus, & redditibus talis poſſeſsionis, uel de bonis ta
lis mei debitoris: ſi fructus ex tali re, & poſſeſsione, nulli
ſunt, uel debitor, non debet, aut non poteſt ſoluere, lega-
tum non debetur, nec hæres ad aliquid tenetur. quia cen
ſetur facta mentio de re, & poſſeſsione, & de nomine de-
bitoris cauſa taxationis, & limitationis, non autem cau-
ſa demōſtrationis. ita in terminis in legato ad piam cau
ſam pro anima teſtatoris, facto, per hanc, & plures alias
rationes, latè determinăt Domini de Rot. deciſ. 869. inc.
Lego pro anniuerſario, in antiq. Et Paul. de Caſt. in mate
ria pēſionis debitæ, & promiſſę unica oratione ſuper fru
ctibus talis beneficij in conſ. 53. incipit. Quia exceptio-
nes, ſecundum antiquam impreſsionem. col. 2. uer. reſtat
nunc reſpondere. quæ refert, & ſequitur Feli. in c. ſuper lit
teris col. 3. uer. modos autem cognoſcendi. de reſcrip. &
in c. ad audientiam ſecundò. col. 8. de reſcr. uerſ. ſexta cō
cluſio: Allegantur tex. in l. nomen debitoris. §. uni ex hæ
redibus. ff. de leg. 3. & in l. ſiquis ſeruum. §. ſiquis legaue-
rit. ff. de leg. 2. ibi accipitur qđ inuenitur. & l. Lucius la ij.
§. ciuib. eo. tit. & in l. ſi ſic. §. 1. ibi nullum eſſe legatum. ff.
de leg. 1. cum ſimilib. ¶ Si uero in diuerſis orationib. fiat
legatum, puta præceſsit prima oratio, quid & quantum
ſolui debeat, poſtea in alia oratione ſubiectū locus, uel
res, ex qua ſolui debeat. & tunc locus, ut l res cenſetur ap
poſita cauſa demonſtrationis, cuius defectus non uitiat
legatum, immo remanet, & omnimodo ſolui debet. l. qui
dam teſtamento, in princip. ff. de leg. 1. l. Paulo Callima-
cho. §. fi. ff. de leg. 3. l. Lucius. ff. de alim. & cibar. leg. cum
ſimilib. ut per præſatos in dictis locis. Sed in q. noſtra, di
in teſtō, quod 40. ducati ſoluătur de redditib. dictarū do
morum, & ſic unica orone, & ꝯſtructu uerborū: ergo &c.
Alias rationes omitto, quas deducit Rota in pręallegata
deciſione ubi col. fi. reſpondet ad contraria. ¶ Et prædi-
ctis non obſtat ſi diceretur. quòd in caſu iſto conſtat de con
traria uoluntate teſtatoris repetentia legatum huiuſmu
di, & quia uoluit illud eſſe perpetuum: quia Rota ibidem
loquitur in tali legato perpetuo ex mente & uerbis teſta
toris: & tamen non durat, niſi quatenus reperitur, quòd poſ
3 ſit ſolui. † Nam uerbum perpetuo, intelligitur ſecūdum
ſubiectam materiam, auth. ſi quas actiones ubi gl. 1. & in
auth. perpetua cum ſimilib. C. de ſacr. ſanc. eccl. item ſa-
tis eſt, quòd legatum a principio habuerit cauſam perpetuă
ex mente teſtantis, qui non debuit conſideraſſe triſtes
euentus. l. Iulianus. ff. qui. & a quib. l. inter ſtipulantem.
§. ſacram. ff. de uerb. oblig. & ita Rot. ibi colu. fi. reſpon-
det ad obiectum. Prætcrea legatum factum Andreæ
Iuliano de ducatis 240. de talibus redditibus earundem
domorum, teſtator uoluit ſemper ualere, & eidem debe-
ri, ut patet ex tenore teſtamenti, & ex themate ſupra. Et
tamen illud fuit extinctum per combuſtionem domorū,
cum poſtea nulli eſſent redditus: & niſi domos de pro-
prio reædificaſſent, deſcendentes ex illo nihil percepiſ-
ſent. Et notandum eſt etiam, quia prout apparet in the-
mate, teſtator aperuit mentem ſuam fuiſſe, quòd ſi An-
dreas non percepiſſet de redditibus dictarum domorum
ducatos. 180. ultra illos. 40. & alios. 10. de talibus reddi-
tibus certæ mulieri legatos, non intendebat illum gra-
uare in illis. 40. quod patet, quando Andreæ legauit du-
catos. 400. Et prego Andrea, chel debbia dar li 40. du-
cati per il prete, che lo puo ben fare, perche li auanza o-
gni anno de rendido piu de ducati 180. Intendendo de
quelle caſe: & ſic teſtator noluit grauare illum & deſcen
dentes ſolum in redditibus dictarum domorum, præſup
ponendo expreſsè, quòd Andreas, & deſcendentes ab eo
commodum, & legatum ex redditibus illarum percipe-
rent: quod tamen legatum, & redditus fuerunt extincti
per combuſtionem, ut dixi. Et poſtea reædificata dimi-
dia pars illarum tantum, a fundamentis de proprio ip-
ſorum deſcendentium, & alia dimidia remanet in ædifi-
cata propter impotentiam illorum, & ideò pro illa par-
te, nulli ſunt redditus: & ſi pro alia parte ædificata, ad-
ſunt redditus, dico quod proueniunt ex noua domo', nō
ex illa antiqua, & percipiuntur de proprijs pecunijs ex-
penſis in fabricando domum. ¶ Nec obſtat prædictis,
ſi dicatur, quòd Rot. in præallegato loco, concludit li-
berationem hæredum ita demum, ſi cedant actiones le-
gatarijs contra illos ſuos debitores certarum ſalmarum
grani, quia reſpondetur, quòd in caſu ſuæ deciſionis nō ex-
tinguitur nomen debitoris, nec ius exigendi in totum,
ſed minoratur in plus uel minus, ſecundum occurrentiă
caſuum, & facultatem eorundem debitorum: & ideo de-
bet fieri ceſsio illorum legatarijs. Et ita in caſu cōſ. Pau.
de Caſtr. penſio debetur de fructibus beneficij pro ratæ
perceptorum, ita ut habeatur reſpectus ad quantitatem
perceptam: & compenſabitur ſterilitas cum fertilitate,
quia in caſibus iſtis nunquam fuit in totum extincta pē-
ſio, nec legatum. Sed in caſu. q. noſtræ ſic, & ita extinctū,
ut non reuiuiſcat per nouam reædificationem, per quam
noua domus, & non antiqua dicat amplius, iuribus prę-
allegatis, unde non reperitur in ſubiecto, quòd cedatur.
¶ Nec obſtat ſi dicatur, quòd cenſetur teſtator uoluiſſe etiă
legare ſacerdoti aream dictarum domorum, ibi dum di-
xit, ducatos. 40. de rendidi delle mie caſe, & poſſeſsio-
ni, &c. quia reſpondeo hoc eſſe alienum a ueritate:
Primò, quia teſtator tunc non conſiderauit aream ſepa-
ratam

ratam a domibus ſupra ædificatis (quod apparet ex uerbis ipſiuſmet teſtaturis) dum dixit in teſtamento, Che lui & ſuoi deſcendenti ſiano tegnudi de tegnire ditte caſe, & poſſeſsioni conzade, ben couerte, & ben in ordine. quæ uerba non poſſunt uerificari in terreno, ſeu area ſed ſolum in domibus: ergo uerba illa, caſe, & poſſeſsioni, pro eodem reputantur. ¶Nec obſtat ſi diceretur, quòd deſcendentes, & hæredes Andreæ poſt incendium ſoluerunt certam partem ſacerdoti delegato illo, quia reſpondetur, quòd hæredes iſti nolunt ulterius ſoluere, & ſic ceſſarunt in totum, nec agentes pro presbytero illo petierunt in proceſſu manuteneri, & reintegrari ad prædictam denegatam, ſolitam tamen ſolutionem, ſed inſtant pro toto legato ducatorum 40. Et ſic iudex tenetur impartiri officium ſuum iuxta petita, non ultra. c. licèt heli de ſimo. cum ſimilibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Si comitatus unitur regno, intelligitur unitus ſecundum ſtatuta comitatus.*
2 *Monaſterium unitum eccleſiæ ſeculari, retinet ſua priuilegia.*
3 *Si duo officia uniuntur omnes redditus illorum efficiuntur communes.*
4 *Priuilegia attributa unioni, & iura de unione loquentia, utrum extendantur ad unionem temporalem.*
5 *Vnio quandoque fit per modum incorporationis, quandoque quo ad gubernationem eccleſiæ unitæ.*
6 *De uiribus unionis per uiam incorporationis latè habetur.*
7 *Beneficium unitum alteri perdit nomen beneficij, nec appellatur id quod erat prius.*
8 *Et cenſetur de menſa illius, cui eſt unitum.*
9 *Vnio facit duas eccleſias habere unum Rectorem; uidelicet illius, cui fit unio.*
10 *Quid operetur unio eccleſiæ curatæ, ad canonicatum eccleſiæ cathedralis.*
11 *Territorium quod incorporatur alteri, aſſumit naturam, & iura illius, cui incorporatur.*
12 *In unione ueniunt ſolum bona, iura, & actiones eccleſiæ unitæ, & Rectori illius, tempore unionis debita.*
13 *Quando duo officia ad inuicem coniunguntur, utrunque retinet iura ſua.*
14 *Inter unionem perpetuam, & temporalem datur aliqua differentia.*

## CONSILIVM CCXLII.

REDEMPTORIS Noſtri, eiuſque glorioſiſsimæ matris nominibus, inuocatis: ſuper puncto quæſtionis, de quo quæritur, & bene libratis iuribus partium, uidebatur primo aſpectu dicendum, Reuerendum dominum Hieronymum Mercatellum admittendum fore in conſortio aliorum dominorum capellanorum Paduæ, cum ſolitis emolumentis, allegata unione non obſtante ex infraſcriptis: Et primò, per tex. in l. ſi conuenerit. §. ſi fundus pignoratus. ff. de pignor. actio. ubi hæc quæſtio uidetur de-
1 ciſa, per quem tex. not. ibi Guiel. de Cun. † quòd ſi comitatus unitur regno, intelligitur unitus ſecundum ſtatuta comitatus, non ſecundum ſtatuta regni. Secundò
2 ad idem eſt text. in c. 2. de relig. domi. ubi dicitur † quòd monaſterium unitum eccleſiæ ſeculari, debet conſeruari in ſtatu ſuo ſecundum iura ſua primæua, ut ibi tradunt ſcribentes, maxime dom. Abb. in fin. quæſt. Tertiò ad idem uidetur aperta deciſio Lap. allegatione 68. incip. Quæris. in fi. uerſ. ſecundo caſu, ubi dicit, quòd unio non tollit priuilegia eccleſiæ unitæ, ſed illa ſibi conſeruat. Quartò pro eadem parte uidetur bonus text. in §. illud, il primo. in auth. ut iud. ſin. quo. ſuff. coll. 2. ubi Aug. not.
3 ibi per illum tex. dicens † quòd ſi duo officia uniuntur, omnes redditus utriuſque cenſentur uniti, & omnia ſalaris, & omnes iuriſdictiones, ita ut officialis, qui habet illa conſequatur omnia emolumenta, aliàs a duobus officialibus percipi ſolita. Vnde ita uidetur dicendum in propoſita quæſtione, ut Reuerend. do. Hieronymus Mercatelli qui tenet utrunque beneficium licèt unita ſint ambo, quòd nihilominus conſequi debeat omnia emolumẽta ſolita haberi, & percipi a duobus rectoribus dictorũ duorum beneficiorum ante unionem: & maxime uigore ſtatuti, & ordinationis dictæ ven. fratalea, de qua in proceſſu cauſæ quæ non uidetur ſublata per unionem eccleſiæ ſancti Thomæ ad eccleſiam beatæ Mariæ de Cerrea, immo conſeruata per prædicta. Quintò, & ultimò confirmantur prædicta, quia unio, de qua ſupra in caſu noſtro uidetur temporalis ad uitam ipſius dom. Hiero-
4 nymi, † ſed priuilegia attributa unioni, & iura de illa loquentia, non uidentur extendi, nec habere locũ, in unione temporali, ut uoluit Bald. in l. etiam. C. de iur. dot. de quo per Feli. in c. tranſlato, de conſtitu. col. 3. in fi. ¶Sed prædictis non obſtantibus, quæ uerè, rectè intuenti, non obſtant, contrarium de iure uerius eſſe arbitror: Et pro reſolutione præſentis difficultatis, conſiderandum eſt, quòd unio fit pluribus modis, ut latè per Hoſtien. glo. & alios in c. 1. ne ſede uacan. ¶Sed ad propoſitum noſtrũ
5 † quandoque unio unius eccleſiæ ad aliam, fit per modum incorporationis, quandoque fit ſimpliciter, quoad gubernationem, & protectionem eccleſiæ unitæ. ita declarat Bart. poſt antiquos in d. l. ſi conuenerit. §. nuda. ff. de pigno. actio. & alij ſcribentes ibi, & Angel. in conſil.
* 244. incip. Punctus, aliàs unito, per totum, & eſt * communis doctorum conſideratio, ut atteſtatur Feli. in dicto capitulo tranſlato, colu. 3. uerſiculo, ſubdit Baldus hic. Et quando fit unio primo modo per incorporationem, prout dicunt bullæ unionis in caſu noſtro, ibi, unimus, annectimus, & incorporamus: tunc de eccleſia unita, & ſic de tali unione iudicatur ut de incremento, quod per uiam alluuionis contingit. ut ff. de uſufruct. l. item ſi fundus. §. huic uicinus eſt tractatus. ff. de public. l. ſi ego. §. quod tamen, ubi ſunt iura optima. Quoniam quæ ſeparata ſunt, ſi in unum corpus poſtea rediguntur, non poſſunt ex tunc diuerſo iure cenſeri, ut ff. de uulg. & pupill. l. iam hoc iure. C. eodem titulo. l. hæredi, & l. quam-
6 uis † tanta eſt enim incorporationis poteſtas, quæ per unionem, alluuionis ſimilitudine inducitur, per uerba illa gratiæ unionis, quòd quicquid ſubſtantiæ, aut qualitatis exiſtebat in eccleſia ante incorporationem, totum transfuſum eſt incorporatum, ita ut per omnia ſequatur eccleſiam, cui facta eſt incorporatio, ita ut eccleſia unita, non ſit amplius in conſideratione ſecundum primum ſuum ſtatum. C. de alluuio. l. ij. & l. fin. dicta l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignor. l. ſi fundus, in principio. ff. de iure dot. l. iiij. cum ſimilibus. ita ut regulis, conſuetudine, & ſtatutis, ac inſtitutis eccleſiæ, cui fit unio, & non eccleſiæ unitæ, regatur, & gubernetur, & ſtatuta dictæ eccleſiæ unitę, non ſint amplius in conſideratione, ſed abolita durante dicta unione. & ita in terminis per prædicta, & alia iura arguẽdo ad partes in unione facta de uno monaſterio, ad aliud, per uiam incorporationis, conſuluit Angel. in pręalleg. conſi. 268. Vnitorum, ubi poteſt latius uideri. Per quod clara colligitur deciſio ad caſum noſtrum, cum unio dictæ eccleſiæ ſancti Thomę ſit facta per uiam incorporationis, ut dicamus, quòd illa durante unione, non ſit amplius in conſideratione ſecundum antiquum ſuum, & ſolitum ſtatum, & quòd non regatur conſuetudine, nec ſtatutis ſolitis, & conſuetis.

¶Secundò principaliter ad idem facit optima deciſio
7 Rot. in antiq. 370. inci. Nota quòd ubi beneficium. † quę concludit, ꝙ beneficium unitum alteri, perdit nomen beneficij, nec poteſt appellari illud quod erat, ante unionẽ, & quòd non admitteretur articulus, qui contineret, ꝙ beneficium de pręſenti unitum, eſſet ſicut ante unionẽ erat. quia unio facit unum, & ſeparatio duo, quam deciſionem refert, & ſequit̃ do. Feli. in c. in noſtra correll. 33. de reſcri.
¶Tertiò, ad idem adduco Feder. de Seu. conſi. 200. incip.
8 Quòd permutatio circa medium, uerſ. pręterea † quod quando beneficium eſt unitum, amodo durante unione non eſt uacaturũ, & non põt ꝓcedi in beneficiũ, quia cenſetur de mẽſa illius, cui eſt unitum, & licèt in caſu noſtro

unio ſit ad uitam domini Hieronymi, ita ut poſt eius
mortem, poſsit impetrari tanquam uacanti, nihilomi-
nus durante unione, militant aliæ ſupradictæ rationes
per Federic. Nam durante unione, certum eſt, quòd
non poteſt concedi in beneficium nec in titulum, quia
eſt transfuſum, & incorporatum illi, cui facta eſt unio,
& de eius menſa cenſetur: aliàs ſi duraſſet titulus in ec-
cleſia unita etiam ad tempus, ſicut ante, & non eſſet in-
corporatus & transfuſus, certè dominus Hieronymus
non potuiſſet tenere tres eccleſias parochiales, uideli-
cet ſancti Thomæ, Beatæ Mariæ de Macerata, & de Cer-
rea abſque diſpenſatione Romani Pont. iuxta not. in ca-
pitulo de multa de præben. & in extrauagan. execrabilis
Ioannis Papa xxij. & not. in capitulo primo de conſuet.
lib. 6. cum ſimilibus, quæ diſpenſatio non continetur in
dictis litteris apoſtolicis unionis illarum duarum pri-
marum parochialiũ, ad illam de Cerrea, ſed habilis fa-
ctus fuit dominus Hieronymus ad illas dictæ unionis
uigore, & cenſetur ſolum, & duntaxat titulatus, & re-
ctor illius de Cerrea, ut dicam etiam infra. ¶ Et pro-
pterea quartò ad idem adduco conſilium Calderini in
titulo de rebus eccleſ. non alienan. conſil. ultimo incip.
An unio circa medium, uerſ. item unio eſt ſtricti iuris,
9 dicens, † quòd unio facit duas eccleſias, habere unum
rectorem: uidelicet illius cui fit unio, & per conſequens
alteram, quæ unitur, priuari ſuo debito honore, quæ
puto notanda pro deciſione quæſt. noſtræ: quia ſi unio
priuat eccleſiam quæ unitur ſuo titulo, & debitis hono-
re, & prærogatiua conſueta, qua ratione uult d. Hiero-
nymus admitti in conſortium aliorum capellanorum,
& rectorum eccleſiarum ciuitatis Paduæ? quæ admiſ-
ſio præſupponit titulum, & rectoriam, & dat commo-
dum, honorem, & prærogatiuam exinde prouenien-
tia iuxta diſpoſitionem ſtatutorum dictæ Ven. congre-
gationis: ex eo, uel maximè, cum huiuſmodi ſtatuta
durante unione, cenſeantur ſuſpenſa, ſiue aliàs ſopi-
ta, & extincta, ut dixi ſupra poſt Angelum.
10 ¶ Quintò confirmo prædicta, † quia ſi eccleſia curata
uniatur præbendæ, & canonicatui eccleſiæ cathedralis,
illa non cenſetur amplius durante unione ſimpliciter cu-
rata, nec canonicus ad eandem cenſetur titulatus, ſed
tantum ad canonicatum. ita probat text. in capitulo ſu-
per eo de præben. lib. 6. ubi docto. notant. per quem tex.
confirmantur omnia, quæ ſupra dicta ſunt. ¶ Sextò
corroborantur prædicta, per ea, quæ tradit Ludou. Ro-
ma. in conſi. 275. incip. Quo ad primum, colum. 2. uerſi.
ſecundò quia, ubi dixit, quòd quando unum territoriũ
11 unitur, & incorporatur alteri, † illud quod incorpora-
tur, aſſumit naturam priuilegiorum, & conſuetudinum
illius territorij, cui incorporatur. Et quòd conſuetudi-
nes, iura, atque natura territorij, quod unitur, perire
cenſentur, allegat tex. in cap. recolentes. §. fi. de ſtat. re-
gula. Idem dicit Petr. de Peruſio, loquendo de unione
per uiam incorporationis, in tractat. de unione. colu. 1.
uerſ. ſecundo modo, quod eccleſiæ unitæ alteri peribunt
iura, & eius prærogatiuæ. ¶ Septimò, & ultimo conſi-
dero, quòd etiam ſi per unionem huiuſmodi, non eſſent
ſublata, ſiue ſopita ſtatuta, & prærogatiuæ dictæ eccle-
ſiæ unitæ, tamen nulla actio, nec ius agendi compete-
bat, nec competeret dicto domino Hieronymo uti recto-
ri S. Thomæ, prout dicto nomine, & male, & ineptè
egit, quod probatur: quia, quando eccleſia alteri uni-
tur & incorporatur, cum omnibus iuribus, actionibus,
obuentionibus, reditibus &c. prout in caſu quæſtio. no-
12 ſtræ: † tunc in unione ueniunt ſolum bona, actiones, &
iura eidem eccleſiæ, & rectori tempore unionis debita,
& non futura. l. ſi ita legatum. ff. de auro & argen. legat.
cum ſimilibus ut ibi. Vnde illa, quæ eidem eccleſiæ uni-
tæ, debentur, uel legantur poſt factam unionem, petun-
tur, & exiguntur per prælatum eccleſiæ, cui facta eſt u-
nio, ex quo actiones ſuperuenientes eccleſiæ unitæ tran-
ſeunt actiuè, & paſsiuè in eccleſiam, & rectorem, cui fit
unio, ut dicunt Hoſti. & Ioan. Andr. & alij in dicto cap.
2. de relig. domi. Petr. de Peruſ. in dicto tracta. unio. in 2.
quæſtione principali colu. 2. numero 20. Sed tempore,
quo facta fuit unio in caſu quæſt. noſtræ, quod fuit de an-
no 1520. Anno 8. Leonis, dominus Hieronymus aduer-
ſarius non erat habilis, nec ætate, nec in ordinibus ſa-
cris conſtitutus ad poſſendum ingredi fratalеam in con
ſortio aliorum dominorum capellanorum, & rectorum
ex diſpoſitione ſtatutorum fratalеæ & per conſequens
dicto tempore, nec ſibi, nec eccleſiæ ſancti Thomæ uni-
tæ debebantur bona, utilitates, & diſtributiones, quæ
dantur illis de fratalea, ſed nata ſibi fuit actio, & ius a-
gendi de anno 1529. quo tempore fuit ordinatus ad ſa-
cros, & factus habilis, ut conſtat ex deductis in proceſ-
ſu. quæ actio, & ius agendi poſt unionem ſuperueniens,
tranſiuit in eccleſiam, cui facta eſt unio, per prædicta,
quæ actio, & ius agendi, nomine dictæ eccleſiæ de Cer-
rea debuiſſet in iudicium deduci per dominum Hiero-
nymum Mercatello, uti dictæ eccleſiæ rectorem, & non
per eum uti rectorem præbendatum in eccleſia ſancti
Thomæ, quo nomine, male, & ineptè, & impertinen-
ter egit abſque aliqua actione, iuxta not. in capitulo exa
minata de iudic. in capitulo cum dilecti de emptio. &
uenditio. & in l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de negoc. geſt.
cum ſimilibus. ¶ Supereſt modo ad adducta ſupra in
contrarium reſpondere. Et primò ad text. & ibi not. per
Guiel. in dicta l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. reſpondet
Angel. in dicto conſilio 247. poſt Bart. in dicto §. ſi nu-
da, quòd procedit doctrina Guiel. quando unio fieret
ſolum, quo ad gubernationem, & protectionem, & ſic
ſecundo modo, de quo ſupra dixi in propoſito pro re-
ſolutione caſus noſtri, & eſt* communis, & approba-
ta diſtinctio, ut dixi ſupra poſt Feli. & not. in dicto §. ſi
nuda. Et ita propriè loquitur Guiel. de comitatu uni-
to regno ad effectum prædictum. ſecus quando unio fit
per modum incorporationis, ut in caſu noſtro, & dixi
ſupra. Eodem modo reſpondetur ad text. & ibi not. in
dicto capitulo ſecundo, de relig. domib. qui loquitur
de monaſterio deſolato propter hoſtilitatem unito ec-
cleſiæ cathedrali, ut eſſet ſub protectione, & regimine
epiſcopi, & eccleſiæ cathedralis, ut probatur in dicto ca-
pitulo ibi, tuę ordinationi commiſiſſe cognoſcas. & ibi
huius loci ordinationi diſponimus. ¶ Non obſtat ter-
tiò deciſio Lap. 68. quia non loquitur, quando unio fie-
ret per uiam incorporationis, quia tunc male diceret,
& contra iura, & auctoritates ſupra per me allegatas,
ſed loquitur quando facta eſſet unio ſecundo modo,
prout loquitur Guielm. quod probo ex dictis per eun-
dem Lapum, dum ponit exemplum in eccleſijs totius
diœceſis ſubiectis epiſcopo loci ordinario, & eccleſiæ
cathedrali, quæ abſque dubio non ſunt unitæ eidem ca-
thedrali per uiam incorporationis, ſed ſolum quoad
gubernationem, & perfectionem, iuxta text. in capitu-
lo omnes baſilicę 16. quæſtio. 7. cum ſimilibus. Præter-
ea Lap. ibi non firmat pedes, ſed ſe remittit ad not. in
dicto capitulo primo. ne ſede uac. ¶ Non obſtat ulti-
mo loco tex. in dicto §. illud. & not. ibi per Angel. quia
reſpondetur quod ibi non conſtabat, quorum illorum
officiorum eſſet principalius, & alteri unitum, ſed ad
13 inuicem coniuncta fuerunt. † Vndę Rector, qui illa
duo habebat, ut unum, appellabatur duorum loco-
rum officialis, quo caſu utrunque officium retinuit
ſua iura, & ſolita emolumenta quomodocunque pro-
uenientia, ut not. docto. in dicto capitulo primo, ne ſede
uac. & d. l. 3. ff. de legat. primo. & Barto. in dicto §. ſi nu-
da. cum alijs ſupra adductis. & tradit Petr. de Peruſ. in
dicto tractatu in principio, columna prima. & in primo
principali capitulo. columna prima, uerſ. tertiò fit unio.
dum allegat text. & ibi not. in capitulo temporis quali-
tas, duodecima quæſt. prima. Sed quando fit unio per
uiam incorporationis, ut in quæſti. noſtra, tunc proce-
dunt quæ ſunt dicta pro fauore Ven. dominorum capel-
lanorum & fratalеæ. ¶ Vltimò non obſtat, quòd unio
in caſu noſtro ſit temporalis, quia hoc de plano fatен-
dum eſt, ſed inficiari non poteſt, quin illa durante, ſit
extinctus titulus rectoriæ dicto capitulo ſuper eo, de
præben.

præben. ubi caſus aliàs ſi duraſſet titulus dominus Hieronymus eſſet pluralis, & incapax ad tria incompatibilia, de quibus in litteris unionis, cuius uigore per extinctionem titulorum duarum parochialium, ſancti Thomæ, & de Macerata unitarum, habilis fuit, & eſt redditus. Et per conſequens negari non poteſt, quin illa unione durante eiſdem rationibus, & iuribus, de quibus ſupra per doctores in argumentis pro iſta parte adductis, ſtatuta, & conſuetudines, & prærogatiuę ſint extincta, & ſopita, ſicut titulus eſt extinctus & mortuus, eo maxime illa, quæ ueniunt, & debentur dicto domino Hieronymo ratione rectoriæ, & tituli in aliqua eccleſiarum ciuitatis Paduæ. quæ omnia militant, ſiue unio ſit temporalis illa durante, ſiue perpetua, cum ſit eadem ratio in utroque caſu, nec Bald. allegatus per Feli. contra dicit prædictis. Eſt uerum quòd diſſoluta unione per mortem, omnia iura primæua extincta, non facto hominis, ſed legis miniſterio reuiuiſcunt. Petr. de Peruſ. in tracta. de reuocation. unio. in ſeptimo capitulo, col. 1. ubi ponit quibus modis, & quot reuocetur unio. Eſt bene differentia aliqua inter unionem temporalem, &
14 perpetuam in hoc, quia ſi eſt perpetua, † etiam mortuo rectore eccleſiæ, cui facta eſt unio, illa eccleſia unita, non diceretur uacare, nec uti uacans poſſet impetrari, ſed deberet impetrari illa principalis, cui facta eſt unio, ut uoluit Federicus in d. conſil. 200. & not. in dicto capitulo ſuper eo, & per Angel. in dicto conſilio 247. & Felin. in dicto capitulo in noſtra, correll. 33. & tradit latè Petr. in dicto tractat. unio. in nono capitulo principali. ſed de tali effectu non tractatur in quæſtio. noſtra hic, ſed de illis, qui reſultant ex temporali unione. Præterea Bald. ſi bene leguntur dicta ſua, non loquitur, quando ſit unio unius caſtri ad aliud territorium per uiam incorporationis, quia tunc male diceret, & contra deciſionem Angel. & iura per eum allegata in dicto conſilio. & contra deciſionem Roman. in dicto conſilio 275. ſed quæſtio tacta per Bald. poſt Ricard. Malumb. & Guielm. loquitur, quando per uiam nouæ acquiſitionis, & extenſionis territorij, unum caſtrum de nouo ſubijcitur ciuitati, & alteri territorio, quo caſu ſit tranſitus cum ſuis legibus, ſtatutis & omni cauſa prima: & ita ſaluat Angel. in dicto conſilio. deciſ. Guiel. in dicto §. nuda, de qua loquitur Bald. in d. l. etiam. & ita ſaluat eum Bart. ibidem. in dicto §. nuda. & ſic deciſio Bal. non facit ad caſum noſtrum. Et ideo ex premiſsis concludo male iudicatum per Reuerendum dominum Paulum Borgaſium Vicarium, & locumtenentem, iudicem a quo, & ab ea ſententia bene appellatum.

## SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio in ſpiritualibus non admittitur ſine mandato.*
2 *Quæ concluſio procedit etiam ſi pater uellet cauere de rato, nec contra ipſius filij uoluntatem parentes in huiuſmodi agere poſſunt.*
3 *Intereſſe quod uenit in conſequentiam, non eſt conſiderabile, & ad hoc plura.*
4 *Intereſſe praeminentia, & cuiuſdam facultatis ubi non uerſatur intereſſe pecuniarium non conſideratur.*
5 *Ad inſtantiam actoris, in cuius facultate eſt agere, non poſſunt examinari teſtes, niſi in caſu capituli. quoniam frequenter: ſecus in reo.*
6 *Faciens actum regulariter prohibitum, debet allegare cauſam conceſſam.*

## CONSILIVM CCXLIII.

1 PATER † pro filio in cauſis ſpiritualibus, & beneficialibus, ac matrimonialibus non poteſt ſine mãdato comparere, nec aliquid pro eo agere; tex. eſt in cap. fin. §. fi. de iudi. lib. 6. ubi Geminianus, & Franchus, latius in ultimo not. nam in huiuſmodi filius dummodo maior 14. annis, habet legitimam perſonam, ut ibi probatur: & eſt glo. in c. qui ad agendum in uer. paciſci, de procurator. lib. 6. & loquitur de cauſa matrimonij, & ibi concludit, quod pater non admittitur in iudicium abſque mandato ſpirituali filij, & hoc dum reſpondet ad tex. in c. accedens de procurat. & licèt ſecundum aliam opinionẽ Rot. in no. deciſ. 375. fuit dubitatum in cauſa matrimoniali ad agendum non requiratur mandatum ſpirituale: tamen, ſaltem requiritur mandatum generale, ut ſentit Philip. ſuper d. glo. in d. cap. qui ad agendum, & not. in d. c. accedens. & ideo Speculat. & Ioan. Andr. in titu. de gi. perſona circa finem, uerſ. Item quòd eſt cauſa ſpiritualis, & ibi Ioan. Andr. in uerſ. quia nos, dicunt, quòd in cauſis ſpiritua-
2 libus † pater pro filio non admittitur ad iudicia abſque mandato filij, licèt uelit cauere de rato. per quæ limitantur tex. in l. ſed & hæ. ff. de procurato. in l. j. C. de procurato. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. cum quibus concordat domi. Feli. in capitulo nonnulli. §. ſunt & alij. colu. 17. in octaua fallen. de reſcript. Vnde pater qui habet liberos, in poteſtate, non poteſt ſe in huiuſmodi ſpiritualibus pro filio abſque ipſius mandato intromittere, cum filius in iſtis habeat legitimam perſonam. dicto capitulo fin. de iudic. lib. 6. multominus, mater, aut frater, a quibus filia eſt libera, non poteſt agere contra ipſius expreſſam uoluntatem, ut in caſu noſtro, in quo ipſa filia iudicialiter expreſsè contradixit, ut patet ex proceſſu. Et cum prædictis concordat Rot. in deciſio. Bellam. numero 682. incip. In cauſis beneficialibus, ac aliàs ſpiritualibus. quæ allegat text. in dicto capitulo ſi annum, & rationem, quia huiuſmodi ſpiritualia non recipiunt æſtimationem, ideo non admittitur coniunctus pro coniuncto, cum cautione de rato, quæ non habet locum, quando certum eſt illum nolentem cauere non admittendum abſque mandato, ſed ſolum in caſu dubio, d. l. j. C. de procurator.

¶ Non obſtat prædictis allegatum intereſſe honoris familiæ &c. quia ad hoc pluribus modis reſpondetur. Et primò, quia cum huiuſmodi ſpiritualia non recipiant æſtimationem conſiderabilem, ad finem, ut admittatur quis etiam coniunctus ſine mandato etiam cum cautione de rato, ut dixi ſupra: ergo non eſt bona ratio, quæ pro parte contraria allegatur. Quod etiam ſecundo probatur, nam ſi huiuſmodi intereſſe, eſſet conſiderabile a lege, certè parentes, fratres, ac aliàs coniuncti agnati, & de familia ſemper pro honore ſuo & familiæ admitterentur ad agendum ſine mandato, ſed conſequens eſt falſum, ut dixi, ergo, & antecedens. ¶ Tertiò ad idem. Nam ſi aliquod intereſſe poteſt conſiderari, illud dici poteſt ſecundariò & in con-
3 ſequentiam. † Sed intereſſe quod uenit in conſequentiam non conſideratur a iure, quod probatur ex not. per Ioan. de Imol. in l. ſi filiusfamilias. §. diui colum. fin. ff. de legat. primo. per illum textum. qui concludit, quòd ſententia lata pro creditoribus contra hæredem facit præiudicium legatarijs, ut excludantur a ſuo legato etiam ipſis non citatis. & dicit Bart. in l. diem. ff. de aqua pluu. arcend. quòd ſententia lata contra hæredem inſtitutum, in fauorem creditoris, nocet ſubſtituto etiam non citato. l. j. §. denunciare. ff. de uen. inſpic. Et ideo dicit Bald. in l. duobus. §. qui iurauit. ff. de iure iuran. quod ſententia lata contra debitorem præiudicat fideiuſſori non citato. Vnde dicit Angel. in l. agnitione in fine. ff. ad Syllani. quòd ſententia lata contra unum, quem negocium tangit principale, præiudicat in conſequentiam ei, cui ſpectat negocium acceſſoriè, etiam ſi non ſit citatus ad cauſam. Et ratio prædictorum eſt, quia de huiuſmodi intereſſe ſecundario non curant iura, ideo tales non citantur, ut not. Paul. & Alexan. in l. de unoquoque. ff. de re iudicat. cum ſimil. ut latè traditur per Felin. in capitulo exhibita colu. 1. ff. de iudic. & ideo dicit gloſa fi. in capitulo quamuis de pact. lib. 6. quòd intereſſe filiorum in dote materna non eſt conſiderabile, cum illud ad ipſos ſpectet ſecũdariò, ſed primo ad matrẽ eorũ.
4 ¶ Quarto ad idem, † nã intereſſe honoris, & præeminen-

tiæ, in quibus non uerſatur intereſſe pecuniarium, ſiue burſale, non conſideratur. capitulo dudum. colum. fi. de præben. lib. 6. ibi, & non de præiudicio epiſcopi memorati, & ibi not. per doctores, & per Alexan. in conſi. 57. Proſpectis. colu. 2. lib. 2. dum facit mentionem de quadam præeminentia mulieris, quæ habebat auctoritatem in dando licentiam certæ alienationi. idem tradit Alexan. in l. ij. §. item ſi in facto. colu. 2. poſt medium. ff. de uerborum obligatio. ubi allegat glo. in l. fideiuſſores. ff. de pact. Idem tradit Alexand. in l. ſtipulatio iſta. §. fin. colu. 1. ff. eodem titu. idem tradit Bart. in dicta l. §. alteri. colum. 1. ubi concludunt, intereſſe non conſiderari, niſi pecuniariter interſit, in quo uerſetur diminutio patrimonij, & eſt glo. in l. iij. §. primo. in uerbo committit. ff. iudic. ſolui. ¶ Vltimo dico quòd etiam ex alio Reuerendus dominus Vicarius iudex a quo bene pronun-
5 ciauit, † quia examinatio petita pro parte d. Claræ ad perpetuam rei memoriam non potuit peti, nec permittitur a iure, niſi pro parte rei ſuper aliqua defenſione, in cuius facultate non eſt agere, ut in caſu capitulo ſignificauit de teſt. ubi doctores. ſecus ex parte actoris, quia in eo habet locum tex. in capitulo quam frequenter in principio. ut lit. non conteſta. qui poteſt ex cauſis abſentiæ, infirmitatis, & mortis ueriſimilis, examinari facere teſtes lite non conteſtata. ut ibi not. docto. Sed in caſu quæſt. noſtræ domina Clara non poteſt dici rea, ſed ſolum actria ratione aſſerti matrimonij, quod prætendebat eſſe contractum: ergo petitio ſua ſuper examinatione fienda mala. Non obſtat ſi dicatur, quòd tanquam actria hoc petierit, quia modus petendi huiuſmodi examinationem non conuenit actori, qui tunc demum ad hoc admittitur, quando teſtes ſunt ſenes, abſuturi, ualetudinarij &c. aliàs non, ut in dicto capitulo quoniam. Sed cauſæ huiuſmodi non ſunt allega-
6 tæ in proceſſu: ergo bene repulſa. † Nam quando aliquis intendit facere actum regulariter a iure prohibitum, uel habentem iuris præſumpt. in contrarium, tunc debet allegari cauſa a iure permiſſa, ut not. Innocen. & Abb. in capitulo præterea de dilatio. in materia citationis contra non ſubditum, maxime per delegatum. idem dicitur, quando citaretur mulier, uel alius ad comparendum perſonaliter, quia debet allegari cauſa a iure permiſſa. ut habetur in capitulo primo & ſecundo. de iudic. libro ſexto. Idem dicitur de abſolutoria expenſarum pro uicto, quia debet continere in ſe cauſam; quia regulariter uictus debet in expenſis condemnari. Item quia cauſa regulariter actus permiſſi eſt allegan- da. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. item Pollioni. ff. de adulte. cum infinitis ſimilibus. quæ omitto. Non obſtat, quòd etiam actori competat facultas faciendi examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam ſecundum unam opinionem, de qua in d. cap. ſignificauit. & in d. capitulo quoniam. §. ſunt & alij. quia data ueritate illius, adhuc domina Clara non debuit admitti. Primò, nullam habet actionem, nec intereſſe in cauſa ad hoc petendum, ut dixi ſupra latè. Secundò, ſi actionem haberet, tunc dico petitionem ſuam malam, quia fuiſſet prout erat in facultate ſua agere ſuper allegato matrimonio, quia a nemine impedita. quo caſu cum haberet remedium ordinarium agendi, debuit ſibi denegari extraordinarium, & ſic illa examinatio ad perpetuam rei memoriam quæ ſolum a iure permittitur uel reo, in cuius facultate non eſt agere, uel actori legitimè agere impedito: ut dicunt doctores in dictis iuribus.

### CONSILIVM CCXLIIII.

1 IN cauſa dominæ Gratioſæ. † Veniunt expenſæ factæ in negocio reiectionis articulorum, & ſunt ante omnia reficiendæ, non expectata diffinitiua: & hoc ratione uictoriæ. in hoc articulo ita Bald. notanter in l. generaliter. §. his de præſentibus. C. de rebus cred. circa finem, uerſ. quædam ſunt expenſæ, quem refert, & ſequitur dominus Feli. in capitulo qualiter, il primo. colum. 14. uerſic. fallit octauò, de accuſat. ubi in ſimili ad probandum dictum Bald. allegat nonnulla, ubi uidendum; & loquitur ſignanter in dilatorijs. Quod confirmo per ſex notabilia dicta per eundem Feli. in capitulo ad audientiam ſecundo, colum. 13. uerſiculo, Cogitabam de reſcript. ubi loquitur de expenſis factis circa dilatorias, quæ debent ante omnia refici, ex eo quia factæ ex cauſa illius articuli male deducti: & maxime in caſu noſtro, in quo aperte apparet de mala materia articulata. Et ad propoſitum bene dixit Angel. in l. properandum. §. ſin autem
2 alterutra. C. de indic. colum. 2. uerſ. Scias etiam † quòd ſuccumbens in aliqua interlocutoria, in intermedijs cauſæ, ante diffinitiuam, debet indiſtinctè condemnari in expenſis, etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi. refert, & ſequitur dominus Iaſon in d. §. ſin autem colum. 3. in uer. quartò limita. Et eſt ratio, ne quis fruſtretur expenſis indebitè circa interlocutorias, ut propterea cogatur deſiſtere a proſequutione negotij principalis, ut traditur per Feli. in d. capitulo qualiter.
3 ¶ Ad idem, nam ſpeciale eſt † quòd ſuccumbens in interlocutoria lata ſuper articulo mero iuris, non condemnatur in expenſis: Et hoc, quia incontinenti debet decidi, ut per Iaſonem poſt Cyn. & Bald. in dicto §. ſin autem. colum. 4. in octaua limitatione: ergo in contrarium eſt regula communis, quòd ſuccumbens in interlocutoria ſuper articulo facti, prout in caſu noſtro, de-
* bet condemnari in expenſis. Et eſt * communis opinio doctorum, quòd ſuccumbens in aliqua interlocutoria debet ſemper & indiſtinctè condemnari in expẽſis. ita poſt alios relatos ibi, tenet, & concludit Iaſon in d. §. colu. 6. uerſic. ſextò quæro, ubi uidendum. Et ibi Bald. & idem Bald. in l. ſancimus. C. eod. tit. col. 1. in fine. quòd in quocunque incidenti, uel emergenti, quis ſuccumbat debet ſemper in expenſis condemnari. Et quia articulus eſt ſatis clarus ideo hæc ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Expenſæ ratione uictoriæ, in uno articulo, ante omnia ſunt reficiendæ.*
2 *Succumbens in interlocutoria debet indiſtinctè condẽnari in expenſis, etiam ſi iuſtam cauſam litigandi habuerit.*
3 *Succumbens in interlocutoria ſuper mero iuris articulo, non uenit in expenſis condemnandus.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Per iſta uerba, uolo eſſe uxor tua, & uolo eſſe maritus tuus contrahitur matrimonium per uerba de præſenti.*
2 *Satis eſt, quòd teſtes concordent in unum finem, & effectum, licèt per diuerſa uerba.*
3 *Quæ concluſio non procedit, quando eſſet quæſtio de formalitate uerborum.*
4 *Contrarietas modica in teſtibus ſuper facto principali, non uitiat ipſorum dicta.*
5 *Libellus alternatiuus procedit quando in utraque parte alternatiuè concludit.*
6 *Vbi admittitur libellus alternatiuus, ibi etiam admittuntur articuli ſimiles.*
7 *Libellus alternatiuus, uel dubius admittitur, niſi excipiatur, & repellatur, ante ſententiam.*
8 *In cauſis ſummarijs procedit libellus alternatiuus, & incertus, etiam parte excipiente.*
9 *Probatio dubia, reſpectu temporis, non nocet, dummodo utroque tempore ſatisfaciat.*
10 *Probatio de homicidio cum gladio, uel claua concludit, ex quo utrunque inſtrumentum eſt aptum ad homicidium.*
11 *Ad certificandum hominem ſufficit allegare nomen proprium, niſi doceatur, quòd ſint plures eiuſdem nominis; quia multiplicatio perſonarum non præſumitur. & nu. 12.*
13 *Satis eſt quòd teſtes concludant matrimonium per poſſibile.*

In cauſa

¶ In cauſa matrimoniali dominæ Sperantiæ & Simonis tinctoris.

## CONSILIVM CCXLV.

EX proceſſu deſuper formato in curia patriarchali, & ex allegationibus clariſsimorum Aduocatorum hincinde factis, & deductis oriuntur infraſcripta dubia. ¶ Primum dubium, Nunquid uerba illa prolata a Sperantia, & Simone; Voglio eſſere tua mogliere, & io uoglio eſſer tuo marito, importent conſenſum mutuum de præſenti.

¶ Secundum dubium, Vtrum poſitio, ſeu articulus ſecundus ſecundæ modulæ, ubi dicitur, quod die dominico ſexto menſis Octobris, uel alio ueriori tempore, fuit contractum matrimonium, reddat probationem dubiam propter illam alternatiuam, uel ueriori tempore.

¶ Quartum, & ultimum, Vtrum probatio dictorum duorum conteſtium reddatur dubia, ex quo non cognoſcebant uocem Sperantiæ, non obſtante quòd ipſamet confeſſa ſit, quòd fuit illa quæ recepit annulum ſibi illa nocte, & hora, qua fuit contractum matrimonium.

¶ Redeo ad primum, & ſtudendo breuitati ex quo excellentiſsimus dominus Thomas Diplouatatius latiſsime in cauſa ſcripſit, cuius allegationes exiſtunt penes
1 D.V. † Dico quòd, per iſta uerba, uolo eſſe uxor tua, & uolo eſſe maritus tuus, exprimitur conſenſus mutuus de præſenti, & matrimonium contrahitur. ita expreſſe uoluit Bart. ad quem nullus aduertit in propoſita q. noſtra,
2 cum quo ibi* omnes pertranſeunt, in l. iij. inci. Ait prætor in principio, colum. 2. poſt Iacob. Butri. ff. de iure iuran. ubi dixit, quòd ſi mulier dicat erga uirum, uolo eſſe uxor ſua, ſi iuraueris, quòd uiro iurante, erit contractum matrimonium de præſenti ex iſto conſenſu prolato per illa uerba, de quibus ſupra. Ex iſta ergo doctrina Bart. ſit reſoluta difficultas illa, ſuper qua multum fuit altercatum coram Reuerendiſs. dom. patriarcha.

Ad ſecundum dubium; Diſcrepantia reperitur in uerbis ſubſtantialibus matrimonij in hoc, quia Nicolaus primus teſtis deponit de uerbis, de quibus ſupra in primo dubio, ſed Franciſcus ſecundus teſtis utitur alijs uerbis uidelicet Sperantia dixit, io ue uoglio per marido, Simon uero reſpondit, & io ue uoglio per mia mogliere. †

¶ Et proculdubio concludo, quod dicti teſtes non dicantur diſcordes, ſed concordes † quia ſatis eſt, quòd teſtes concordent ad unum finem, & effectum, de quo agitur, licèt per diuerſa uerba, ad idem tamen tendentia, ut latè per clariſsimum D. Aduocatum dictum eſt in ſuis allegationibus. Cui addendum eſt Bald. qui notanter loquitur in cap. bonæ, il primo de electio. char. pen. uer. ſed quero quomodo cognoſcitur ſingularitas, ubi dicit, quòd teſtes non dicuntur ſingulares, ſed conteſtes, quando concurrunt in eundem finem, licèt per diuerſa uerba. & ibi ponit. q. de duobus teſtibus deponentibus, quorum alter deponit de duobus ſolidis, alter uero de xxiiij. denarijs. nam iſti duo teſtes probant concludenter, licèt per diuerſa uerba. adducit Bald. text. & quæ ibi not. in l. quæ extrinſecus. ff. de uerb. obliga. ubi habetur, quod perficitur ualidè ſtipulatio, ſi interrogatio ſit facta per alia uerba, & reſpondeatur per alia uerba non formalia, dummodo æquiualeant in effectu. & ita tenet gloſ. in c. cum eccleſia in uerbo uacillaſſe circa finem, de cauſ. poſſeſ. & proprieta. ibi, quandoque uerbis non re aliqui teſtes diſſentiunt, & ibi not. ſcribentes, maxime dom. Antonius ſuper ea. & ita conſuluit Socinus in conſi. 229. incip. Primo aſpectu, colum. 1. uerſ. ſecunda eſt. lib. 2. & ultra prædicta eſt glo. magiſtra, & clara melior de corporis iuris in cap. dudum. de conuer. coniugat. in uerb. ſubſtantis, quam communiter approbatam latè refert, & ſequitur dom. Alex. conſi. 47. incip. Abundè, colum. 1. circa medium lib. 2. cum alijs adductis per Socinum cõſi. 144. incip. Conſiderata facti contingentia, lib. 2. colu. 1. Et in propoſito dicunt Hoſt. Ioan. Andr. do. Ant. & Abb. & docto. ſupra allegati, quòd melius eſt, ac fortius concludũt teſtes, quando per diuerſa uerba depoſũt in eundem rei finem, quàm ſi per eadem formalia uerba deponerent, quia poſſet tunc ſuſpicari de præmeditato ſermone, & quòd ita fuiſſent teſtes edocti a parte. ut probatur in l. iij. in
3 princip. ff. de teſtib. † & prædicta procedunt, niſi eſſet quæſtio de formalitate uerborum, ut quia fuiſſet articulatum, quòd matrimonium fuiſſet contractum per hæc uerba formalia, Vt dicunt docto. in dictis locis; quia tũc debent teſtes ſpecificè & formaliter in uerbis concordare, quod quidem non eſt in caſu noſtro, quia in petitione Simonis fuit ſimpliciter narratum, & concluſum de contractu matrimonij, & ſic de facto, & effectu ipſius. In poſitionibus uero, & articulis ſemper fuit dictum per hæc uel ſimilia uerba &c. quo caſu non eſt quæſtio in formalitate uerborum. ¶ Immo dico unum, quod eſt plus
4 † quòd etiam ſi teſtes in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negocij principalis contradicant in modico, tamen non propter hoc, cenſentur uarij, nec per hoc reprobatur dictum eorum, immo ſunt conteſtes. ita ſingulariter dom. Anto. in c. 2. de regular. refert, & ſequitur Alex. in conſil. 24. Animaduerſis, colu. fin. lib. 2. & conſil. 65. incip. Viſis in 3. colu. & in conſi. 105. Reuerende domine, in ultima colu. lib. 2. cum ſimilibus, ut latè congeſſit Iaſon in l. bonorum colu. penult. num. 17. C. de bono. poſſ. ſecun. tabu. ¶ Ad tertium dubium, quod conſiſtit circa ſecundam poſitionem ſecundæ modulæ in illa alternatiua, dum in ea dicitur, quod fuit contractum matrimonium die dominico ſexto menſis Octobris, uel alio ueriori tempore. ſuper quibus uerbis, ut audio, multa fuerũt dicta in uoce, & in ſcriptura per præſtantiſsimos aduocatos utriuſque partis. Sed iudicio meo iſta altercatio po-
5 tius eſt uerboſa: † quia aut opponit de libello alternatiuo, quòd non procedat, iuxta not. per Fel. in c. 2. col. pe. in fine de appella. Et dico quòd non ſumus in caſu, cum in cauſa præſenti libellus non fuerit alternatiuus: & dato quòd eſſet talis, modo dico, quòd libellus huiuſmodi procedit, quando in utraque parte alternatiuę concluditur actoris libellantis intentio, ut eſt caſus in c. ex parte de foro compet. quem not. Abb. ibi in tertio not. & colu. 2. in ſecunda opposit. idem tradunt dom. Abb. & dom. Anto. in cap. ex parte ſ. per illum textum. de reſcri. cum quibus pertranſeunt omnes ſcribentes in dictis locis. & Alexand. & moder. in l. inter ſtipulantem. §. primo. columna ultima de uerborum obligatio. & probatur in capitulo abbate ſane de re iudica. libro ſexto. ibi iure dominij, uel quaſi. Sed in caſu quæſt. noſtræ, ſi libellans diceret, qualiter fuit contractum matrimonium die ſexto Octobris, uel alio ueriori tempore, procederet huiuſmodi libellus, quia probato matrimonio contracto die ſexto Octobris, uel alia die, & ſic ueriori, actor libellans haberet intentum ſuum. Si uero opponitur poſitioni, ſeu articulis, ut ſupra dixi, dico, quòd exceptio
6 non militat ex pluribus. Primo, † quia in caſibus in quibus admittitur libellus alternatiuus, in illis admittitur poſitio, & articulus alternatiuus: ita arguit dom. Alexand. in l. ubi autem. §. qui illud. colu. fin. in princip. ff. de uerb. obligatio. Sed in caſu, de quo ſupra dixi procedit libellus alternatiuus, ergo poſitio, & articulus. Nam ſatis eſt, quod articulus in utraque parte concludat intentionem articulantis, & tota uis conſiſtit in probando aliquam partem de alternatiua per dictũ cap. ex parte B. & capitulo ex parte. S. Sed in caſu quæſt. noſtræ, duo teſtes bonæ opinionis, & famæ concludenter probant de matrimonio contracto die ſexto Octobris; alia ergo pars alternatiua non eſt in aliqua conſideratione.
7 ¶ Secundo moueor, † quia libellus, & articulus alternatiuus, uel aliàs dubius admittitur, niſi excipiatur & repellatur a principio ante ſententiam, cũ iſta exceptio ſit dilatoria. l. fi. ubi glo. & Bart. & alij. C. de an. except. glo. & Bart. in ultima columna. in l. j. ff. de eden. tradit Bald. in l. exceptiones colu. 4. C. de probatio. & eſt text. ubi docto. poſt glo. in d. cap. abbate de re iudica. lib. 6. cum concordantibus. ut late per Iaſonem in d. l. j. in primo not. ff. de eden. Iſta enim exceptio de articulo alternatiuo tardè

uenit, etiam ſi eſſemus in caſu, in quo non debuiſſet ad-
mitti. ¶ Tertiò moueor ad tollendum iſtud obiectum,
8 † quia in cauſis ſummarijs, puta ſpiritualibus, de quibus
in clem. ſæpe. procedit libellus, & articuli generales al-
ternatiui, & incerti, etiam parte excipiente, quia ſatis
eſt, quòd per probationes reddantur poſtea certi. ita
Bart. in extranag. ad reprimendam in uer. & figura in ſe-
cunda colu. doctores in dicta clemen. ſæpe. Alexand. in
l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. col. 8. ff. de uerb. obli-
gatio. & conſi. 187. in 1. uolu. incipit, In hac cauſa, & lite
cum ſimilibus, ut ibi per eum, & latè tradit do. Iaſon in
d. l. j. colu. 3. nu. 5. ff. de eden. & in l. edita in ſecundo not.
C. de eden. Cum ergo ſimus in cauſa matrimoniali, ceſſat
oppoſitio. Si uero opponitur per partem aduerſam, quòd
probatio facta de matrimonio ſit alternatiua, & dubia,
dico, quòd iſtud eſt contra ueritatem, quia duo teſtes,
Nicolaus & Franciſcus concludunt de matrimonio con-
tracto die ſexto Octobris, in die dominico, ut conſtat ex
dictis per eos. Sed unum plus dico, quod licèt teſtes
9 illi duo atteſtarentur, † quòd fuit contractum matrimo-
nium die ſexto Octobris, uel die decima eiuſdem men-
ſis, & ſic deponeret alternatiue: tamen concludenter
probaretur matrimonium per not. dictum Ioan. Andr.
quem refert, & ſequitur Domi. & Franc. in cap. 1. de pact.
lib. 6. in fin. colu. ubi dicunt, quòd probatio dubia re-
ſpectu temporis, dummodo ſit uerificabilis, & conclu-
ſiua in utroque tempore, & intellectu, quo ad inten-
tum probantis. prodeſt ipſi probanti. Vnde inferen-
do ad caſum noſtrum, ſatis eſt, quòd probatio conclu-
dat intentionem, & effectum matrimonij ſufficienter, li-
cèt diuerſitas, & ambiguitas ſit in tempore. quam do-
ctrinam refert per not. & ſequitur domi. Alexand. in l.
Gallus. §. ſi eius, colum. 2. ff. de liber. & poſthum. cum ſi-
milibus, ut per Iaſ. in l. non hoc, colu. 5. in quarta limi-
tatione. C. unde cognat. Et propterea ſignanter dicebat
dom. Alexan. in l. inter ſtipulantem. §. primo, colu. ulti-
ma. ff. de uerbor. obligatio. & in d. l. ubi autem. §. qui il-
10 lud. ff. eodem titulo, † quòd ſi accuſo Titium, quod oc-
cidit Seium, & ad probandum iſtud homicidium produ-
co teſtes, qui alternatiuè deponunt, ſcilicet, quòd occi-
dit Seium cum gladio, uel cum claua, iſta probatio con-
cludit, & probat homicidium. Adducit rationem,
quia licèt teſtes uideantur ambiguè, & dubiè deponere;
quia tamen utrunque inſtrumentum concludit homi-
cidium, ualida erit depoſitio, & concludens, & per
prædictam doctrinam dom. Iaſon in dicta l. ubi autem.
§. qui illud, colum. 2. num. 4. adducit nonnullos alios ca-
ſus iſtius probationis alternatiuè, ſeu aliàs dubiè, &
multa adducit poſt communem opinionem ad corro-
borationem prædictorum. Et Alexand. & Iaſon repro-
bant Bald. & Imol. qui in dicto §. ſi eius tenuerunt con-
trarium. Si prædicta ſunt uera, & procedunt in mate-
ria criminali ad probandum homicidium, quantò for-
tius in materia iſta matrimoniali ad fauorem matrimo-
nij, cui eſt fauendum c. fi. de re iudic. Ex prædictis er-
go conſtat concludenter eſſe probatum matrimonium,
licèt teſtes dubiè deponerent, & atteſtarentur per alter-
natiuam de uno die, uel de alio. ¶ Deuenio ad ultimum
dubium, nunquid probatio illorum duorum teſtium
reddatur dubia, ex quo non cognoſcebant dominá Spe-
rantiam ad uocem, quia non habebant notam eius lo-
quelam: dico quòd non redditur dubia ex pluribus con-
iecturis. Primò, quia illi duo teſtes in hoc conueniunt,
quòd Simon uocabat eam pro Sperantia, & ipſa pro Spe-
rantia reſpondebat. Secundò, quia illi duo teſtes depo-
nunt de quodam annulo dictæ Sperantiæ cum qua tunc
Simon loquebatur, ab ipſo Simone dato, & per ipſam ac-
ceptato. & ipſamet Sperantia confitetur reſpondendo
poſitioni, quod illa nocte, & hora, qua fuit contractũ ma
trimonium, accepit (dono tamen) annulum aureum a
Simone: adeo quòd redditur res ita clara, & aperta de
perſona Sperantiæ, quòd fuerit illa, cum qua Simon il-
lo ſero diei ſexto Octobris contraxit matrimonium, ac
ſi ipſi teſtes notam habuiſſent uocem eiuſdem, cum ex

aduerſo non ſit oſtenſum nec probatum, quòd in dicto
loco, eadem hora noctis, aderat alia mulier, quæ uoca-
batur eodem nomine Sperantiæ, ex quo pluralitas per-
ſonarum, nec nominum præſumitur. ita decidit notan-
ter Bart. in ſimili q. in l. ſi in rem. ff. de re. uendic. ubi for-
11 maliter dicit. Nota ex hac lege † quòd ad certifican-
dum hominem, ſufficit dicere nomen proprium, niſi ſint
plures eiuſdem nominis, quia tunc debet de neceſſita-
te alias demonſtrationes facere. Et ſubdit, quòd debet
cautus eſſe aduocatus rei, quod faciat articulos, ſeu
poſitiones, & in eis deducat, quòd ſunt plures homi-
nes eiuſdem nominis, aliàs ſi hoc non docuerit, in du-
bio intelligetur de ſuo clientulo, qui illud nomen ha-
bebat. iſta ſunt uerba ſua formalia. Ex quibus infertur
ad quæſt. noſtram, quòd ex quo conſtat, quòd in domo
magiſtri Iulij, adeſt unica eius filia quæ uocatur Speran-
tia, quæ illa nocte, & hora fuit ad colloquium cum Si-
mone, & ab eo habuit annulum, ut ipſa fatetur. & quæ
unum ſolum, & una uice annulum habuit, & non plu-
res, nec pluries, ut ipſamet fatetur in ſua confeſſione ad
interrogat. domini Petri Arch. de qua conſtat in pro-
ceſſu: & teſtes duo dicunt, quod eademmet nocte, &
hora. qua accepit annulum, fuit cum ea matrimonium
contractum: ſequitur de neceſſitate, quòd eſt, & fuit il-
la Sperantia filia magiſtri Iulij, unica, in dicta domo e-
iuſdem nominis. Ex quo ex aduerſo non fuit nec arti-
culatum, nec probatum de alia muliere in dicta domo
eiuſdem Sperantiæ nominis, ut dicit Bart. multum not.
ad propoſitum quæſt. noſtræ. Ad idem adduco not. de-
* ciſionem Bart. * communiter per omnes docto. appro-
batam in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos in fine. ff. de le-
ga. ſecundo, ubi ponit q. quam habuit de facto: Teſtator
reliquerat centum Clarutiæ in parochia ſanctæ Mariæ:
quædam nomine Clarutia de dicta parochia petebat di-
cta centum, hæres dicebat, quòd non debebat ſibi ſolue-
re, quia poterat eſſe alia Clarutia in dicta parochia: cer
tè concludit Barto. quòd non ſufficiebat dicere, quod
poterat eſſe alia Clarutia. allegat text. in l. ita fidei. ff. de
iur. fiſc. ita dicit Bart. & ratio huius dicti eſt, ut ſupra
12 dixi: † quia non præſumitur pluralitas perſonarum.
qui ergo hoc dicit probet, alias ſuccumbit. ita dixit Ia-
ſon in l. ij. columna tertia. C. de bono. poſſeſ. ſecund. ta-
bul. cum multis concordantibus, quæ poſſent adduci,
de quibus per Alexan. in l. diuus. ff. de iur. fiſc. in addit.
ad Bart. in ſecunda additione. Nec uideatur mirum, ac
nouum, quòd ex præmiſsis reddatur probatio clara de
perſona Sperantiæ in materia iſta fauorabili: quia ui-
demus, quòd in criminalibus, ubi agitur de uita homi-
nis, iudicatur. quandoque ex indicijs urgentibus, de
quibus latè per Bart. in l. fin. ff. de quæſtio. per Ioan. An-
dre. Abb. & alios in capitulo tertio loco de probatio. co
lumna penultima & fin. Et in propoſito dixit notanter
Bar. in l. fur eſt. ff. de furt. quòd ubi quis deprehenditur
in ipſo actu propinquo ad ipſum delictum, uel factum,
tunc tale maleficium, ſeu factum dicitur notoriè eſſe fa-
ctum, per repertum in actu illo propinquo. & iſtud di-
ctum approbat dominus Abb. & alij in dicto capitulo
tertio loco, columna finali. Quod dictum applicatur
optime ad quæſtionem noſtram. nam ex confeſsione
Sperantiæ facta, reſpondendo poſitioni 3. & 4. in ſecun-
da modula: dum fatetur ſe illa nocte ſexto die Octobris
recepiſſe annulum a Simone, conſtat clarè, quòd ipſa
fuit, & erat uicina, ac propinqua ad ipſum factum, ſcili
cet ad matrimonium, quod fuit contractum per Simo-
nem illamet hora, & nocte, cum una, quæ uocaba-
tur nomine Sperantia, prout manifeſte probant illi
duo teſtes: ergo redditur manifeſtum factum, & ma-
trimonium illud contractum per eandem cum Simone
per dictum Bart. approbatum, cum ex aduerſo non ſit
probatum, quòd illa hora, fuerit alia mulier uicina,
ac præſens illi contractui, cum qua potuiſſet geri, & ce-
lebrari. Et quòd fuerit illa, quæ illa nocte contraxit ma-
trimonium cũ Simone, prout fatẽtur teſtes comprobatũ
ex multis argumẽtis: Primò, ipſa Sperantia reſpõdendo
primæ

primæ poſitioni primæ modulæ, fatetur ſe adamaſſe ſimonem cordialiter, ſed negat illum amare de præſenti. ſed poſtea ipſamet contraria ſibi ipſi, reſpondendo 14. poſitioni, fatetur ſe intimaſſe Simoni receſſum de domo ſua ad domum magiſtri Pauli textoris, & pendebat tunc lis inter eos. Secundo, quia reſpundendo ſecundę poſitioni dictæ modulæ, fatetur ſe allocutam cum Simone ad feneſtram articulatam de nocte, ut continetur in capitulo: Et quòd tunc temporis Simon protulit uerba cum ea apta ad matrimunium. Tertiò, quia Sperantia reſpondendo primæ poſitioni ſecondæ modulæ, fatetur ſe poſt aſcenſionem per menſem allocutam cum Simone ad articulatam feneſtram de nocte, & quòd tũc etiam fuerunt inter eos habita nonnulla uerba de matrimonio. Et ſic eſt bene aduertendum, quia ipſamet in reſponſionibus ſuis ad primam & ſecundam poſitiones ſecundæ modulæ, fatetur ſe bis allucutam Simonem de nocte ad dictam feneſtram, & quòd bis fuerunt habita uerba de matrimonio. Et tamen illamet poſtea interrogata a Reuerendiſsimo domino Patriarcha edocta, ac inſtructa, confitetur tantum de una uice, & tempore æſtatis, in qua confitetur ſe tunc habuiſſe annulum a Simone, dum exiſteret in dicta feneſtra, & iſta confeſsio emananit ab ipſa callidè, ut euaderet aliam confeſsionem ſuam aliàs factam ad 3. & 4. poſitiones ſecundæ modulæ. dum confitetur, quòd die ſexto Octobris de nocte, tempore quo fuit contractum matrimonium, ipſa habuit annulum a Simone dono, quæ confeſsio ſemel facta & acceptata, non potuit reuocari, ut bene probat dominus aduocatus in ſuis allegationibus. Et licèt teſtes uideantur contrarij ad inuicem circa nonnulla accidentia, & qualitates, & uideatur durum, quòd uiderint Sperantiam contrahentem ad faciem propter qualitatem
13 feneſtræ, & loci contractus: † tamen, ſatis eſt, quòd teſtes concludant per poſsibile matrimonium cõtractum,
14 & potuiſſe uidere contrahentes. ita concludunt * omnes doctores. in capitulo fraternitatis de hæret. ubi Io. de Anan. colu. 4. uerſ. Item hoc uerum. ubi Feli. colu. fin. uerſ. quarto fallit. poſt Speculat. & Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titulo de teſtib. §. 1. uerſ. item quid ſi de ſuo. & poſt Salic. dicunt. quòd aduocati tota die exclamant hoc in practica. Et ideo Decius poſt alios in conſil. 163. colu. 8. uerſic. undecimò obſtare uidetur. dicit, quòd duobus teſtibus, qui deponebant ſuper matrimonio contracto de nocte, non obſtabat, quòd unus dixerit, quòd erant ad feneſtram ferream alter uero dicebat quòd erant ſub porticu. & inter alios allegat Bart. & Salicet. in l. penult. circa finem. C. de tranſact. & Alexand. in conſi. 5. in cauſa inquiſitionis, colu. fin. lib. 1. ſaluat plures contrarietates teſtium circa accidentia ad factũ principale. idem Alexan. in conſi. 88. quoniam omne datum. colu. 5. lib. 5. ubi dicit, quòd falſitas circa accidentia, & non neceſſaria non nocet teſtibus, dummodo concludãt in facto principali. Idem concludit Iaſon poſt alios in l. ſi ex falſis. col. fi. de tranſact.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba uidentur eſſe de ſubſtantia matrimonij in loqui ualente.*
2 *Fama non probatur ex eo quòd teſtis dicat de fama publica, in uicinia uel in ciuitate.*
3 *Tractatus non probat matrimonium, niſi concurrat tempus decem annorum.*
4 *Confeſſio, quòd talis ſit uxor ſua, in abſentia, non uidetur probare matrimonium.*
5 *Matrimonium ſecundum ueram, & communem opinionem contrahitur per ſigna, & nutus, etiam inter loqui ualentes.*
6 *Per uerba de præſenti prolata etiam ex internallo, contrahitur matrimonium, ſi non probetur per reſpondentem ex internallo, mutatam uoluntatem.*
7 *Communis opinio gloſarum præualet communi opinioni Doctorum.*
8 *Fauore matrimonij, teſtes in quantum fieri poteſt, ſunt concordandi, etiam ut probent.*
9 *Confeſſio præiudicat in dependentibus a uoluntate confitentis, et ſi tendit ad confirmationem matrimonij, uidetur de nouo contrahere, ſi non tractatur de præiudicio alterius matrimonii. & nu. 10.*
11 *Confeſſio facta de matrimonio, maxime repetita, præiudicat confitenti, etiam ſi ſit facta in abſentia partis. & nu. 12.*
13 *Vtrum de æquitate canonica, confeſſio facta in abſentia partis præiudicet confitenti. & nu. 14.*
15 *In confeſſione probanda, non nocet teſtium ſingularitas, quia eſt actus reiterabilis.*
16 *Singularitas teſtium, in quacunque materia, non ſemper nocet, propter qualitatem ipſorum teſtium.*
17 *Confeſſio actus præteriti, propter ſe, etiam per uerba enunciatiua, plene præiudicat.*
18 *Quæ concluſio procedit etiam ſi pars ſit ibi præſens per accidẽs, etiam ſi confeſſio non ſit acceptata expreſsè. & nu. 19.*
20 *Confeſsio mariti ſibi præiudicat, quando fuit facta in præſentia uxoris, ſi legitimè probetur.*

¶ In cauſa matrimoniali, quòd confeſsio mariti extraiudicialis, ſæpius reiterata, præſente uxore, probet matrimonium.

## CONSILIVM CCXLVI.

REDEMPTORIS noſtri inuocato ſuffragio: Viſis atteſtationibus mihi trãſmiſsis in cauſa matrimoniali in curia patriarchali Venetiarum uertente inter dominã Franceſchinam Lando agentem ex una, & d. Io. Baptiſtam Ferro ex altera ſe defendentem: Videretur prima facie dicẽdum, nullum inter prædictos fuiſſe probatum matrimonium,
1 quòd ex pluribus uidetur poſſe probari: † quia uerba de ſignantia mutuũ conſenſum de præſenti, ſunt de ſubſtantia matrimonij, quoad eccleſiam, ut eſt expreſſum in capitulo tuæ, & in cap. tua nos, & in cap. penult. de ſponſal. ita tenet glo. in uerbo. opera, & glo. in l. cum notiſsimi, in principio. C. de præſcript. xxx. ann. & in cap. ſit rector 43. diſtinct. & Innocen. in d. cap. tuæ, & ſanctus Thomas in 4. ſentent. 27. diſtinct. 2. articulo ſecundo. & hoc in loqui ualente, & nullo præcedente tractatu. facit l. 1. ff. de uerborum obligation. & uigeſimaſeptima quæſtio. 1. is qui: & hoc, quia idem eſt in matrimonio ſpirituali. capitulo eccleſia, el primo. & capitulo in Geneſi de elect. Et cum hac concluſione concordat ius diuinum. Geneſ. 24. capitulo, ubi dicitur quòd parentes Rebechæ noluerunt illam tradere, niſi prius requiſita ipſius uoluntate. & licèt gloſ. in dicto capitulo penultimo uelit contrarium: tamen non eſt uera, nullo probato tractatu præcedenti, ut dicit Innocen. & Calder. in dicto capitulo tuæ. Et iſtam partem tenet idem Calder. in ſuo conſil. quinto. in titulo de ſponſal. Sed in præſenti caſu, domina Franceſchina non expreſsit uerbis uoluntatem ſuam, prout deponunt duo teſtes, qui interfuerunt celebrationi contractus, uidelicet magiſter Ioannes Vicentinus primus teſtis, & ſier Leonardus Bucella tertius teſtis qui deponendo de uerbis expreſsis hincinde in contrahendo. Dicit enim primus teſtis, quòd presbyter Alouiſius Treſſa conuerſus ad Ioannem Baptiſtam, dixit eidem, queſta è la mercantia che hauetti comprada ancuo, loquendo de domina Franceſchina, ue piacela, qui Dominus Ioannes Baptiſta reſpondit, miſier ſi, la me piaſe: & dictus presbyter Alouiſius dixit eidem Baptiſtæ. mo toccheli la man, e baſela, & ita tetigerunt ſibi manus, & ad inuicem ſe deoſculati ſunt, & ſic Domina Franceſchina nulla uerba protulit conſenſum exprimentia de præſenti: immo quòd plus eſt, nec ipſe dominus Ioannes Baptiſta, quia ſimpliciter dicendo, miſier ſi, la me piaſe, potuit intelligere, quòd ſibi placebat tenere eam pro ſua concubina, ne quòd ſibi placebat ſecum poſtea contrahere per uerba de præſenti, eo quia tunc temporis multa uerba præceſſerunt prolata ab ipſo domino presbytero Alouiſio

Importantia contractum matrimonij per uerba de præſenti, ut ex ſe patet. Vnde iſte primus teſtis nihil probat, quia non probat hoc eſſe, quòd ab hoc contingit abeſſe. l. neque natales. C. de probatio. l. non hoc. C. unde cognat. capitulo 2. de transla. epi. Item illa uerba Io. Baptiſtæ, dum dixit, miſier ſi, relata ad interrogata præcedentia presbyteri Alouiſij, prout de iure debent referri. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de uerbo. obliga. & in §. præterea inſtit. de inutil. ſtipula. referuntur ad præteritū & enunciant actum præteritum, della mercantia che haueti comprada anchuo, de qua tamē legitimè aliter non conſtat. Quo caſu, in contractibus non inducunt diſpoſitionem de præſenti, ſed probationem actus præteriti, quando agitur de obligatione inducenda. l. publia. §. ſi. ff. depoſit. not. Bar. in l. ex hac ſcriptura, uerſ. quæro quid in contractibus. ff. de donatio. & Cyn. in l. j. C. de falſ. cau. adiect. legat. ita in ſpecie in alio caſu matrimoniali conſuluit Alex. adducendo iſtam rationem contra matrimonium. in conſi. 153. uiſis narratis col. 1. l. b. 5. Et licèt deponeret dictus primus teſtis de uerbis importantib. conſenſum de præſenti, non probaret, quia eſt ſingularis. c. bonæ de elect. c. licet cauſam de probatio. Idem in cauſa matrimoniali conſuluit Alex. reddēdo duos teſtes ſingulares & diſcordes in conſil. 143. quoniam abunde lib. 2. Tertius teſtis, de quo ſupra, non cōcordat cum eo in uerbis, nam dicit tantum, ꝙ presbyter Alouiſius Treſſa, diſſe uerſo M. Giambattiſta queſte parole, M. Zuambattiſta, queſta è la mercantia dellaquale hauemo parlado hozi. qui Io. Baptiſta dixit, in bona hora, & ſic, non dixit, la me piaſe, prout primus teſtis dixit. Et domina Franceſchina nullum uerbum protulit, quod importaret matrimoniū per uerba nec de præſenti, nec de futuro, immo, prout refert ipſe teſtis. ipſa tantum dixit reſpondendo ad uerba Io. Baptiſtæ, Bona ſera M. Zuambattiſta, & ſibi manus tetigerunt, ad inuicemque ſunt deoſculati, prout faciunt boni amici, & amore capti. Nec iſta uerba, de quibus ſupra, cum ſint dubia, poſſunt recipere intellectum ab aliquo tractatu præcedenti circa matrimonium, de quo agitur, quia nō conſtat legitimè de aliquo tractatu. Nam ſolus Leonardus Bucella tertius teſtis, deponit, quòd una die inuenit in domo Io. Baptiſtæ Ferro dictum preſbyterum Alouiſium, & matrem Io. Baptiſtæ, & quandam aliam mulierem, quæ ea auditu a matre, era la gola: & audiuit iſta uerba tantum dici a presbytero Alouiſio. M. Zuambattiſta ſeti uoi cōtento de quello ha fatto uoſtra madre, q dominus Io. Bapt. dixit. miſier ſi: certè iſta uerba ita generalia non concludunt aliquid de tractatu matrimonij dominæ Franceſchinæ. c. in præſentia de proba. ibi. minor annis &c. Secundo ad idem, quia licet famā in huiuſmodi multū poſsit, & debeat attendi. c. illud. ubi caſus. de præſumpt. c. ſuper eo. de eo. qui cogno. cōſang. ux. ſuæ. c. presbyter. c. ſi a plebe. 1. qu 5. & per doctores in dictis locis. tamen in caſu pręſenti nō eſt ſufficienter probata. Nam primus teſtis, de quo ſupra interrogatus ſuper octauo, & ultimo. c. de fama, dixit, quòd eſt publica uox, & fama penes ipſum teſtem, eius uxorem, & alios, qui interfuerunt huiuſmodi contractui, & etiam apud uicinos habentes notitiam de pręd dictis. ſuper qua fama etiam deponit ſier Alouiſius Tromboncinus. 9. teſtis, qui in ratione ſui, dixit io era uiſin di lei, a quel tempo che ſe diceua de queſto matrimonio, del quale inteſi da altri de la uiſinanza de ſanto Antonio, uidelicet da quelli calegeri, & dal ſauro, & da un M. Antonio Contarino. Nam
2 ex prædictis fama non probatur legitimè: † primò, quia nullus de intereſſentibus contractui, excepto primo teſte de fama atteſtatur legitimè, & licèt ipſe teſtis dicat, ꝙ eſt fama apud uicinos habentes notitiam &c. poteſt eſſe quòd apud duos tantum. l. ubi numerus. ff. de teſtib. c. ad noſtram cum glo. 1. de rebus eccl. non alien. c. pluralis de regu. iur. lib. 6. non ergo ſequitur, quòd hoc audiuerit a maiori parte ciuitatis, ſeu uiciniæ, ꝓut debet fieri in probatione famæ, ut not. glo. communiter approbata in l. 3. §. eiuſdem. ff de teſtib. & ibi doct. & Bart. in l. de minore. §. ſi plurimum. ff. de quæſt. & in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. Innoc. & alij in c. ueniens de teſtib. & in d. c. illud de præſumpt. & ſequitur do. Alexan. in ſimili caſu matrimonij in conſi. 150. in cauſa & lite. colu. 4. in fine & in conſi. 101. col. pe. & in conſi. 153. col. fi. l. b. 5. & tradit Imol. in l. hæredes palam. ff. de teſ. 2. in princ. ubi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem. & idem Alex. in conſi. 20. in cauſa appellationis. col. 5. lib. 4. & eodem morbo laborat alter teſtis, qui deponit de fama. & eodem modo reſpondetur ad dictum Leonardi Buccellę tertij teſtis, qui dixit ſuper ultimo capitulo, ꝙ eſt publica uox, & fama apud ipſum teſtē & alios, qui fuerunt pręſentes contractui: nam dicti ſui non adducit bonam rationem, ergo non probat. c. cum cauſam. ubi Inno. & alij de teſtib. & Alexan. not. in d. conſilijs. Bal. & Salic. in l. ſolam & in l. teſtium. C. de teſtib. ¶ Tertio, quod non uideatur probatum matrimonium demonſtratur. Nam licèt primus teſtis interrogatus ſuper ſeptimo capitulo, dicat quòd Ioannes Bapt. Ferro duxit ad domum ſuæ habitationis præfatam Franceſchinam, ubi per aliquot dies manſit cum matre eiuſdem. & ſuper quarto capitulo dicat, ꝙ poſt cōtrāctum. Io. Baptiſtam ſæpe ueniebat ad domum D. Franceſchinæ, & quòd ipſo teſte ſciente, dormiuit una nocte in domo eiuſdem, & licèt presbyter. Petrus ſecundus teſtis dicat ſuper 6. capitulo, quòd Ioan. Bap. haueua dormito cum madonna Franceſchina: & Leonardus Buccella. 3. teſtis, ſuper ſeptimo capitulo, dicat, ꝙ uidit in domo præfati Io. Baptiſtæ dictam do. Franceſchinam habitare per aliquot dies, ubi comedebat, bibebat, & dormiebat cum ipſo, cum quo cōcordat presbyter Io. Andreas Polachus, quintus teſtis, qui ſuper 6. & 7. capitulis dixit, ꝙ uidit ſæpe & ſæpius prædictos D. Franceſchinam & Io. Baptiſtam in lecto ſimul alter apud alterum, cū quibus ſæpius comedebat: tamen non propterea probatur matrimonium, nec præſumptio pro ipſo, quia ius canonicum propter præmiſſa præſumit coitum illicitū, & contubernium, ex quo non conſtat aliter de matrimonio ꝯtracto. Ita glo. & omnes doctores in c. illud, in uerbo uxorem de præſumptio. & probatur in c. 1. in fine ubi glo. magiſtra 30. q. 5. & not. in c. ex parte, & in c. ex tranſmiſſa de teſtit. ſpoliat. Item omnes ſunt ſingulares; ideo non probant. d. c. bonæ, & d. c. licèt cauſam. & licèt propter prædicta, aliquibus uideretur ꝙ Ioan. Baptiſta tractaſſet dom. Franceſchinam ut uxorē, maxime quia prout depoſuit unus teſtis, ipſa extra domum publice incedebat ueſtita ueſte nigra de damaſcho more nouitiarū, aſſo
3 ciata a matre dicti Io. Bap. † tamen huiuſmodi tractatus nō probat matrimonium niſi fuerint de antiquo ſpacio decem annorum, ut tenet Hoſt. & Io. de Imol. & do. Abb. in d. c. illud. & Salic. in l. quidam. ff. de probat. & in l. non nudis. C. eo. tit. & eſt uera opinio prout atteſtatur domi. Alex. in d. conſi. 153. incip. Viſis narratis. in fine lib. 5. ubi not. dicit quòd licèt quis habeat conuerſationē in domo alicuius mulieris, & ibi dormiat, ſed alibi habet habitationem, prout eſt in caſu noſtro, nō reſultat præſumptio ꝙ ſint maritus, & uxor, ſed potius contrarium. & allegat Ant. de Butr. & Imol. in d. c. illud. & idem Alexan. concludit in conſi. 151. Repetitus. col. pen. in uerſ. & dicit etiam ibi Hoſti. lib. 5. & idem latius, & not. concludit idem in d. conſi. 150. col. 4. uerſ. præterea licèt appareret, & uerſ. ſequenti: & col. fi. in fine, ubi dicit, quòd ſecūdum communes concluſiones nō ſufficit tractatus cum fama, nec nominatio, niſi fuerit tractatus x. annorum. ¶ Nec prædictis uidetur obſtare ſi dicatur, quòd dictus Ioan. Bapt. ſæpiſsime nominauit. D. Franceſchinam in eius uxorem, & nouitiam, prout aſſerit tertius teſtis, ſuper octauo capitulo. quia ſi ſingularis, ergo non probat per prædicta:
4 † et quia fuit facta talis confeſsio in abſentia dom. Franceſchinæ, quæ non probat l. certum. §. ſiquis abſente. ff. de confeſſ. l. fi. ff. de interrog. actio. not. in d. c. ex parte de confeſſ. & latè in c. ſi cautio, de fide inſtrumen. Et quia, ut inquit Innoc. in c. ea parte. n. de reſtit. ſpolia. ubi Abb. & Imol. & in d. c. illud. adulteri, ut cooperiāt peccatū, quandoque ſe uocant coniuges, & ſic nō ſufficit concubitus, & quod ſe uocent coniuges, ut prædicta ſequit do. Alex.

in d.

in d.conſi.150.col.4.& licèt quintus teſtis. 8. 9. 10. 11.&
12.omnes atteſtentur de confeſsione Ioannis Bapt.dicē
tis ipſis teſtibus, rocchequi la mana madonna France-
ſchina mia mogliere: tamen ad hoc multipliciter reſpō-
detur. Et primò quia omnes uidentur ſingulares; ergo
non probant, per prædicta. Secundo quia uidetur hoc
confeſſum fuiſſe, & prædicta dixiſſe, ut palliaret deli-
ctum ſuum, & copulam illicitam, ut dictum eſt ſupra
poſt Innoc.& alios. Tertio, quia ipſa Domina nunquam
uerbum protulit propter quod uideatur cōſenſiſſe,& ac-
ceptaſſe uerba prædicta Io. Baptiſtæ aſſerti mariti, pro-
pter quod non debemus arguere matrimonium, ex quo
non conſtat legitimè de conſenſu per uerba, ut latè di-
ctum eſt ſupra in primo fundamento poſt Cald. & Inno.
¶ Et licet prædicta confeſsio cum nominatione, & tra-
ctatibus prædictis præſumptionem uideantur inducere,
pro matrimonio: tamen deficiente fama, de qua legiti-
mè non conſtat per ſupradicta, quæ potens eſt in caſu no
ſtro.d.c.illud.ubi caſus,cum ſimilib.de præſump. & defi
ciente antiquitate temporis decem annorum, quod ſecū
dum communem opinionem debet adeſſe,nō debet, nec
poteſt iudicari probatum ſufficienter matrimonium:
quia cum matrimonium ſit ſacramentum maximum, &
maximi præiudicij,non debet iudicari ex leui pſumptio-
ne.c.litteras de præſumptio. c.licèt ex quadam de teſtib.
Paul.de Caſtr.in conſi.119.& tradit Alex.in d.conſ.143.
Quoniam abunde,col.1.& in d.conſi.150.col.4.uerſ.con
ſtat autem. Nam prout dicit Abb.& do.Anto. in c.ſi pro
debilitate de off.deleg. cauſa matrimonij dicitur res gra
uis.& dicit glo.not.1.in c.mulieri de iure iur. ꝙ ſi mulier
petit aliquem in uirum,& non plenè probat de matrimo
nio: uir abſoluitur,nec ſi haberet unum bonum teſtem,
deferendum eſſet ſibi iuramentum, quantumcūque eſſet
perſona honeſta, quia agitur quaſi de ſtatu hominis. cū
per hoc ſeruitus in ipſo conſtituitur,quam doctores cō-
muniter ſequuntur ibi.& Paul.de Caſtr.& Alex. in l.iij.in
princip.ff.de iure iur. & ideo Alex.in d.conſi.143. & Bal.
in c.ad noſtram col. 1. de probat.æquiparant cauſam ma
trimonialem cauſæ criminali,quantum ad probationes
claras luce meridiana. quam concluſionem latè firmat
dom.Philippus Decius præceptor meus in conſi.133.ui-
ſo proceſſu col.2.& conſi.310.lib.2. quam tamen opinio
nem non approbo, & aliàs latè probaui contrarium.
¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium puto de
iure eſſe uerius, quod pro parte dominæ Franceſchinæ
probatum ſit matrimonium legitimè. Ad quod proban-
5 dum præmitto,† quod matrimonium etiam contrahitur
inter perſonas,quæ loqui poſſunt per ſigna, & nutus, ſine
expreſsione uerborum. ita tenet Abb.per illum text.quē
ad hoc ponderat in c.ex parte.in.in penul. not. de reſtit.
ſpoliat.& ibi in fi.col.in uerſ.ſed circa prædicta, dicit iſtā
eſſe magis ueram opinionem. Idem tenet in d.c.illud in
6.colu.uerſ.ſed circa prædicta,de præſump.& pro iſta o-
pinione,eſt caſus.in c. tuæ. de ſponſal. quem ad hoc pon
derat Hoſti.& eum defendit do.Abb.& do.Cardi.ubi at-
teſtatur dom. Abb.iſtam eſſe communem opinioοem.
Pro qua facit tria, aut quatuor argumenta, reprobando
Innoc.qui aliter uoluit, ibi, & tollendo etiam diſtinctio
nem Io.Andr.ubi not. loquitur, quem excellentia Domi
ni iudicis de nouo uidere dignetur. Idem tenet Abb. in
c.tua nos in fine eo.tit.& idem Abb.in c.pen. in fine poſt
glo.ibi,dicit. ꝙ bis fuit iudicatum pro matrimonio con
tracto per ſigna,& nutos ſine uerbis.Et ponit exemplum,
ſi mulier uiro conſentiente expreſſe, per uerba, porrexit
manum,uel paſſa eſt ſe deſponſari per immiſsionē annu-
li: nam plus eſt facto quàm uerbo conſentire. de appell.
c.dilecti.ff.de leg.l. de quib. l. obligationum ſubſtantia.
ff.de actio. & obligat. & facto datur uoluntas intelligi.l.
Procula.ff.de probar.l.reprehendenda.C.de inſtit.& ſub-
ſtitu.cum allegatis ibi.in glo.nutu etiam declaratur uo-
luntas.l.nutu.ff.de leg.3. Et maxime hoc dicēdum eſt de
iure canonico, ſecundum quod etiam ualet teſtamētum
nutu factum,de benignitate canonica, ita concludit glo.
& Abb.in fi.in c.cum tibi,de teſtam. poſt do.Anto. & eſt
communis opinio,ut ibi atteſtantur moder. col.6.cū ſe-
* quentibus. Et iſta opinio * communis probatur optimè
per tex.in c.ex litteris.1.eo.tit.de ſponſal.ubi Hoſti.not.
illum tex.ad hoc, ꝙ ſi uir profert uerba ad contrahendū
matrimonium apta, quæ mulier alienigena non intelli-
git: tamen parat manū non contradicendo,ſed annuen-
do,quòd contractum eſt matrimonium.& iſtam partem
defendendo latè probat Lap.allegatione.57. incip. Pun-
ctus quæſtionis talis eſt col.pen.& fi.ubi plura argumen
ta adducit pro iſta opinione,& reſpondet ad ea, quæ ad-
duci poſſunt in contrarium,ubi ſi opus erit, Reuerendus
Dominus iudex poterit uidere, licèt in fine uideat tran-
ſire cum diſtinctione Io.Andr.quæ communiter reproba
tur: ut prædixi poſt Abb.& iſtam partē tenet gl.in uerb.
ſubarrhaſſe in c.tenor,ubi Abb.de re iudic. & idem tenet
glo.1.in c.fi.de deſponſ.impub.& in c.ſufficiat 27.q.2.&
glo.not.in d.c.pen. & ſic iſta eſt etiam communis opinio
gloſarum. & licèt gl.in uerbo ſolum, in l.cum notiſsimi
in princip.C.de præſcrip.xxx.annorum,dicat,ꝙ requirā
tur uerba: tamen reprobatur per Aret.in conſ.13. in pri
mo dubio,ubi 2. col.in principio adducit pro iſta parte,
* quam dicit ueriorem, & * communem tex.in d.c.cum a-
pud: eo.tit.& duo alia argumenta, ubi uide. ¶ Et licèt
paſſus iſte reddatur prima facie dubius ex his, quæ latiſ-
ſime tradit Reuerendiſs.dom.Præpoſitus Alexan. in d.c.
tuæ. ubi arguit ad partes, & non eligat opinionem ali-
quam: tamen argumenta pro iſta opinione communi
gloſarum & ſequacium,magis urgent. ad quæ reſpōdet
ipſe Præpoſitus, aſſumendo ſibi pro fundamento, quòd
uerba in matrimonio ſint pro forma,ſicut uerba in ſtipu
latione.l.j.ff.de uerb. Quia dico,quòd cum reuerentia,
male dicit,quod duobus modis probatur. Nam ſi uerba
eſſent pro forma in contractu matrimonij, ſicut in ſtipu
latione,mutus, & ſurdus, non poſſent contrahere matri-
monium; quia non poteſt ſtipulari.d.l.j.in princ.qui ta-
men poteſt matrimonium contrahere.c.cū apud.de ſpō-
ſal.etiam ſi eſſet mutus & ſurdus a natura. ſecundum do
* ctores ibi,& eſt * cōmunis opinio, ut Alex. atteſtatur in
l.ex facto,in ſecundo not.ff.de uulg.& pupilla. ¶ Probatē
etiā & aliter, ꝙ ſolutio, & æquiparatio prædicta Præpo-
ſiti,non ſit uera,per ea,quæ ipſemet not.poſt Cald.dom.
6 Anto.& do.Flori.in c.penul.de ſponſal. ubi dicunt † ꝙ ſi
uir dicat mulieri, recipio te in meam, & mulier ante re-
ſponſionem recedat,& reuertatur ex interuallo etiā ma-
gno,etiam ſi diuertiſſet ad actus extraneos,& reuerſa re-
ſpondeat uiro,dicēdo,& ego accipio te in meum: ꝙ erit
contractum matrimonium,dummodo non probetur ali
ter mutata uoluntas uiri,quod tamen ſecus eſt in ſtipula
tione.l.j.§.1.ubi gl.& doct. & probant in l. continuus in
princip.ff.eo.tit.& ſic corruunt quatuor,aut quinque re-
ſponſiones datæ per eundem ad argumenta pro iſta par
te communi. Nō ſunt ergo uerba neceſſaria pro forma,
ſed ad faciliorem probationem,ut dicit do.Abb. in locis
præalleg.ſicut dicunt doctores communiter de ſcriptu-
ra ad eſſentiam legis in rubrica de conſtitu. ubi conclu-
dunt,ꝙ eſt neceſſaria, quantum ad faciliorem probatio-
nem,non autem quo ad effectum legis. & pro iſta parte
poſſem adducere multa alia. ſed quia Præpoſ.in d.c. tuæ
facit pro iſta parte xx.argumenta. & reſpōdet ad ea,quæ
adduci poſſunt in contrarium, ideò prædictis ſum con-
tentus,eo maximè, quia tempus inſtat,ut audio, & quia
occupatus quotidianis lectionibus,& quia habemus cō-
munem opinionem gloſarū,ut patet ex prædictis, & do-
ctorum,& ueriorem,ut atteſtatur Abb.& Aretinus,a qui
bus in iudicando,& conſulendo non eſt aliquo pacto re-
cedendum,ut not.latè doct.in d.c.1.de conſtit.cum ſimi
libus,ut ibi per modernos,colu.14.in uerſ. Nono fallit.
7 † & maxime quia eſt communis gloſarum,ideo præuale-
re debet,iuxta uulgatam doctrinam Iacob. Butrig. in l.
unica.C.qui pro ſua iuriſd.& ſequitur Imol.in c. cū con-
tingit in 6.char.de iur.iur.& Bal.in l.hæreditas.C. depoſ.
& Salic.in l.traditionibus.C.de pact. Et maxime hoc di-
cendum eſt,quia communis opinio eſt & allegatur ad fa
uendum matrimonium,non autem contra.quo caſu etiā
opinio

opinio minus communis prænalet communi ſtanti con-
tra matrimonium ſecundum Hoſti. & Abb. in c. ſi uir. de
cognat. ſpirit. & Imol. in l. j. col. 2. ff. ſolu. matri. & Abb. in
c. 1. de re iudic. quo ſundamento ſtante apparebit ex in-
fra dicendis ſuſficienter eiſe probatum de matrimonio,
& erit reſpnnſum ad primum argumentum opinionis cõ
trariæ, de quo ſnpra. ¶ Quod modo probatum fuerit
matrimonium inter præfatos, ex pluribus deducitur. Et
primo ex confeſsione præfati Ioannis Bapt. ſæpe, & ſæ-
pius ſacta coram uarijs & diuerſis perſonis, de matrimo
nio prædicto, & in præſentia, & in abſentia dominæ Fran
ceſchinæ. De qua confeſsione atteſtatur Leonardus Bu
cella tertius teſtis, ſuper octauo capitulo, qui dixit ſe au
diuiſſe dictum Io. Baptiſtam dicere ſibi teſti, & alijs per-
ſonis, ꝙ dicta Franceſchina erat eius uxor, in abſentia ta
men D. Franceſchinæ, & habet conteſtem do. Alonißum
de Sanctis ſextum teſtem, qui dicit formaliter, quòd di-
ctus Ioan. Bapt. in domo ipſiusmet in præſentia eius ma
tris, & Leonardi Bucella tertius teſtis dixit eidem teſti,
M. Alouiſe tocche qui la man a mia mogliete: oſtenden-
do dictam Franceſchinam. qui teſtis hoc audito, tetigit
manum eidem Franceſchinæ, dicẽdo, io me ne allegro: &
hoc præſente, & audiente dicto Leonardo, & matre præ-
fata. Et licèt dictus Leonardus Bucella dicat, quòd con-
feſsionibus præfatis non fuit præſens dicta Frãceſchina,
dictum ſuum debet intelligi, quòd nõ erat ipſa præſens,
quando Ioannes Baptiſta confeſſus fuit matrimoniũ co-
ram ſe teſte tantum, ſecus de confeſsione ſacta coram a-
lijs, & ipſo teſte, de qua Leonardus atteſtatur etiã, ut con
cordet cum dicto dom. Alouiſio, qui præcisè recordatur
de præſentia Leonardi, & dominæ Franceſchinæ, tempo-
8 re confeſsionis præfati Ioannis Bapt. † Nam fauore ma-
trimonij teſtes debent concordari, ut deducit Aret. in cõ
ſil. 13. char. pen. & fi. & quia poteſt de facili iſta diſcrepan
tia ſaluari, debet fieri etiam ad effectum probandi, ut cõ
cludit do. Alexan. in conſi. 133. col. 3. in uerſ. quoniam li.
2. Et ſemper debent teſtes ad concordiam reduci, ſi con-
gruè hoc fieri poteſt. ut not. concludit Alex. in conſi. 47.
col. 2. lib. 2. & not. in c. cum tu de teſti. Comprobatur iſta
opinio, quia indefinitus ſermo teſtis non æquipollet uni
uerſali. Abb. in c. auditis, colu. 6. de præſcript. Vnde cum
Leonardus Bucella dicit, ꝙ cõfeſsionibus prædictis &c.
non debent iſta uerba intelligi de omnibus confeſsioni-
bus factis coram ſe teſte tantum. Subijcit etiam idem. 6.
teſtis, quòd pluries intellexit a dicto Io. Bapt. abſente ta
men domina Franceſchina, ꝙ ipſa erat eius uxor. Et idẽ
atteſtatur dominus presbyter Ioan. Andreas Polachus
quintus teſtis ſuper quinto capitulo, qui dixit in princi.
dicti capituli, quòd dum eſſet in domo dicti Ioan. Bapt.
ipſe dixit ipſi teſti. iſta uerba. quod erat factus nouitius,
& quòd acceperat in uxorem unam nominatam France
ſchinam Lando. qui teſtis tunc congratulatus eſt de nu
ptijs prædictis, qui tunc erat ſolus, & in abſentia domi-
næ Franceſchinæ. & de eadem confeſsione atteſtatur do
minus Vincentius Bembo ultimus teſtis, qui dicit, ꝙ per
quinque mẽſes Io. Baptiſta ſemper affirmauit ſibi domi-
nam Franceſchinam eſſe eius uxorem, etiam in præſentia
eiuſdem uxoris; ut patet ex eius dicto, etiam de confir-
matione prædictorum atteſtatur etiam domi. presbyter
Vincentius Cornerius 11. teſtis, dum teſtis cõgratulatus
eſt de matrimonio prædicto cum Io. Baptiſta in præſen-
tia Dominæ Franceſchinæ, ipſo Ioanne Bapt. acceptante,
& gratias referente teſti de congratulatione. per quos
actus datur intelligi uoluntas, ut dicam infra. ¶ Quæ cõ
feſsio de matrimonio, ut ſupra habet præiudicare ipſi
9 Io. Baptiſtæ confitenti, & probare matrimonium: † quia
quando agitur de matrimonio contracto, confeſsio con
iugum attenditur, ſi non uenit in præiudiciũ alterius ma
trimonij, ut not. glo. & Abb. poſt alios in c. ſuper eo. col.
2. uer. ſecundo caſu, de eo qui cogno. conſang. ux. ſuæ. &
probatur in c. 2. ubi Abb. de clandeſt. deſponſat. & idem
tradit Hoſti. in ſumma de ſponſal. & matrim. §. qualiter
cõtrahatur. col. 2. uerſ. ſed ſi ambo confitentur, & proba-
tur hoc manifeſta ratione, quia matrimonium ſolo con-
ſenſu contrahitur, ut latè probatum eſt ſupra ſecundum
ueram, & communem ſententiam. Ergo confeſsio præiu
dicat, quia in dependẽtibus a poteſtate, & uoluntate ſim
plici confitentis, ſtatur eorum cõfeſsioni, ut not. per Bar.
in l. ſi ſorte. ff. de caſtr. pecul. & in auth. ſi quis in aliquo.
C. de eden. not. in l. ſi donatione. C. de collat. cum ſimilib.
facit tex. in l. cum te. C. de tranſact. & ad hoc etiam bene-
10 facit, † quia confeſsio matrimonij contracti in effectu
tendit ad confirmationem matrimonij præcedẽtis, ideò
uidetur, quòd ſaltem tunc inducatur matrimoniũ, quia
in dependẽtibus ab animo, actus qui uidetur fieri ad cõ-
tinuationem, & confirmationem præcedentis diſpoſitio
nis nouam diſpoſitionem inducit. l. ſiquis mihi bona. §.
ſed quid ſi mandauerit uerſicu. aut quid ſi petitam. ff. de
acquir. hæredi. not. Bart. & docto. in l. iij. in princip. ff. de
acquir. poſſeſ. & idem Bar. in l. gerit in 5. q. in princi. uerſ.
Iuxta prædicta quarto. ff. de acquir. hæred. ¶ Fortificatur
iſta concluſio, quia ut apparet ex atteſtationibus prædi-
11 ctis † confeſsio fuit multoties ſacta coram uarijs & di-
uerſis perſonis, & diuerſis tẽporibus, quo caſu ex tali ge-
minatione magis arguitur animus, & deliberata uolũtas
Io. Baptiſtæ mariti d. Franceſchinæ. per not. per Bart. in
l. cum ſcimus. C. de agr. & cenſ. lib. 11. & in l. baliſta. ff. ad
Trebell. & per canoniſt. in c. ſi cautio de fide inſtrumen.
12 † Adeo quod plene confitenti præiudicat etiam ſacta in
abſentia partis, & ſic dominæ Frãceſchinæ, ut tenet Bar.
in d. l. cum ſcimus, & ſequitur Paul. de Caſt. in l. Publia. ff.
depo. ¶ Item Titius. et hinc eſt, quòd uerba enunciatiua
geminata probant ſecundum Ange. in l. j. per illum text.
C. de plus petitio. & Abb. in d. c. ſi cautio. cum ſimilibus,
ut per do. Felinum ibi car. 3. in uer. fallit ultimo, in con-
feſsione abſente parte geminata ubi latiſsime per multa
firmat iſtam partem. Confirmatur etiam, quia etiam
13 data abſentia dominæ Franceſchinæ præiudicat † con-
feſsio ipſi Io. Bapt. de æquitate iuris canonici. pro qua
* opinione allegatur per* omnes gl. in c. quoties in uerbo,
ex parte. 1. q. 7. quam opinionem ſub dubio tamen forte,
tenet do. Ant. in d. c. ſi cautio, ubi Imol. & Card. Idem per
illam gloſam tenet Domin. in §. de his ad fi. 3. q. 9. quam
opinionem ut communem ſequitur dom. Felin. in d. c. ſi
cautio char. 2. in 2. fall. ¶ Veruntamẽ, quia ex præmiſsis
& ex alijs, quæ dicam infra clare cõſtabit de ueritate ma
14 trimonij, non fundo me multum ſuper iſta ratione: † quia
multi damnant, eã ut uideri poteſt per Feli. in loco præ-
allegato. & ideo ipſemet in procemio Grego. col. 7. & 8.
correxit ſe. & quòd illa glo. etiam non ſit uera, atteſtatur
Rom. in conſi. 441. colu. penult. ubi probat eam non eſſe
ueram. & do. Alex. in conſi. 325. incip. In cauſa Angelo-
* rum, col. 2. lib. 2. atteſtatur poſt multos * communẽ opi
nionem eſſe contra dictam gloſam, quicquid dixerit Fe-
li. in d. c. ſi cautio. ¶ Nec prædictæ cõcluſioni obſtat ſin-
gularitas teſtiũ, quia ſunt duo conteſtes Leonardus Bu
cella tertius teſtis, & dom. Alouiſius ſextus teſtis. in alijs
uero teſtibus, non nocet ſingularitas, quia ut dixit dom.
Alex. in conſi. 53. in cauſa uertente, col. fin. lib. 1. uerſ. Er-
15 go, ubi not. dixit poſt glo. & Innoc. † quòd cum cõfeſsio
ſit actus reiterabilis, nunquam teſtes poſſunt dici ſingu-
lares. quam concluſionem loquendo de confeſsione, fir-
mat not. Paul. de Caſtr. in conſi. 280. uiſo proceſſu, & atte
ſtationibus col. 2. & 3. ¶ Alia etiam ratione, poterit non
16 obſtare ſingularitas: † quia poſſunt teſtes eſſe ita nobi-
les, & fide digni, quòd iudicem inducere poſſunt ad indu
bitatam fidem. Ita not. dicit Paul. de Caſtr. in l. admonẽ-
di. ff. de iure iur. quod dictum pro ualde ſingulari, refert,
& ſequitur do. Io. Bapt. de Caccialup. in repetitione. d. l.
admonendi. char. 7. in 2. col. & D. Franciſ. Brunus moder
nus de ſanct. Seuer. in tract. de iud. & tort. in 1. char. in 3.
col. quod committendum eſt prudentiæ. D. iudicis, qui
melius nouit qualitates teſtium in cauſa examinatorũ.
¶ Secũdo & magis ſtrictè, ꝙ ſit probatum matrimoniũ,
deducitur ſic. Nam presbyter Ioannes Bapt. Polachus
quintus teſtis ſuper quinto capitulo, examinatus dixit,
quod dum eſſet in domo dom. Frãceſchinæ inuitatus ad
cœnam, a dicto Ioannes Baptiſta, & ibi adeſſet quidam
fier

ſier Antonius Scorzar & multi alij: ipſe Io. Bapt. dixit in præſentia omnium aſtantium ibi, & ipſius teſtis, ſier Antonio, queſta è mia moglhere oſtendendo. d. Franceſchinam. queſta è uoſtra comare, toccheli la man. qui ſier Antonius ſtatim teti it ſibi manum, & ſecum congratulatus eſt: & poſtea ipſe Io. Baptiſta dixit eidem uxori ſuę, oſtendendo eidem ſer Antonium, io ho rolto queſto per noſtro compare da lancllo & prædictæ confeſsioni plures fuerunt præſentes, ut ipſe atteſtatur, idem atteſtatur ipſe teſtis ſuper octauo capitulo de confeſsione habita in domo presbyteri Iacobi x. teſtis. ipſo præſente, in præſentia ſponſæ, dum dixit Io. Bapt. queſta è mia moglie, requiſitus a dicto presbytero Iacobo, qui presbyter Iacobus x. teſtia deponie de prædicta cōfeſsione habita in domo ſua, coram ſponſa & presbytero Ioanne Andrea Polacho, & alijs, de quibus in ſua atteſtatione. Idem de cōfeſsione prædicta habita in domo presbyteri Iacobi in præſentia ſponſæ, & aliorum conteſtium dominorū presbyterorum Io. Andreæ Polachi, & Iacobi Bernardini eius filij, & ſier Alouiſij Tromboncini, clarè atteſtatur ſer Bartholomęus Tibicina Sereniſsimi ſuper octauo capitulo, interrogatus, qui ſer Alouiſius nonus teſtis, adductus pro cōceſtc a ſer Bartholomeo qui idem atteſtatur, adducendo conteſtes illos, quos adducit ſer Bartholomæus, & idem clarè deponit Bernardinus filius ſer Bartholomæi xij. teſtis, ſe conformando in omnibus cum alijs, qui omnes tetigerunt manus ſponſo, & ſponſæ, ſecū de matrimonio contracto, & ita confeſſato congratulando. Adſunt ergo quinque conteſtes, qui atteſtantur de prædicta confeſsione uidelicet quintus teſtis, qui eſt presbyter Io. Andreas Polachus, presbyter Iacobus Caiti a. teſtis, ſer Bartholomæus octauus teſtis, ſer Alouiſius nonus teſtis, & ſer Bernardinus xij. teſtis. qui omnes concordant de loco, & de uerbis confeſſatis. ſaltem quoad effectum, & de præſentia ſponſæ ſunt etiam conteſtes quinque teſtes cum tertio de confeſsione alia facta per maritum in domo ipſius ut ſupra dictum fuit. quæ confeſsio ſibi plenè habet præiudicare per ſupradicta poſt domi.
17 Abb. in primo fundamento: † Et quia confeſsio actus præteriti, facta propter ſe principaliter, etiam per uerba enunciatiua, & non propter aliud, inducunt diſpoſitionem, & plenè præiudicat. l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. per quem tex. ita dixit. not. do. Abb. in c. fi. col. 3. & 4. uer.
18 oppo. de ſucceſſ. ab inteſt. † quæ concluſio procedit etiā, ſi in præſentia partis ſit facta confeſsio, quæ accidentaliter eſt ibi reperta, quanquam expreſſe pars præſens non acceptet, pro ſe confeſsionem. Ita notanter per illū tex. dicit Abb. in d. c. fina. in 6. not. Vnde licèt domina Franceſchina non fuerit ibi præſens conſultò, & licèt expreſsè non acceptauerit ꝯfeſsiones prædictas: tamen nihil ſibi
91 nocet, † quia præſumitur acceptaſſe, & cōſenſiſſe, ea quo confeſsio erat de actu meritorio, commodo, & concupiſcibili, ut tenet glo. communiter approbata in regula, is qui tacet. de reg. iur. lib. 6. & glo. in c. ſicut de elect. & Innoc. in c. in Geneſi eo. tit. & tradit Bar. & omnes in l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. cum ſimilibus, ut per do. Feli. in c. nō ne de præſumpt. char. 3. in quarta regula. & conſenſus dominæ Franceſchinę arguitur etiam, & habetur quia in ſignum conſenſus porrexit ſemper manum ſecum congratulantibus de matrimonio contracto, ſeu confeſſato, per quem actum poſitiuus colligitur conſenſus. clem. 1. de procurato. c. ex ore de his quæ fiunt a maio. par. cap. ita tradit Abb. in d. c. nonne, cum ſimilibus ut ibi per moder nos char. 1. col. 4. uerſ. fallit quartò. Vnde licèt ipſa nunquā expreſſerit uerba, nihil refert per ſupradicta, ex quo etiam ad eſſe matrimonij, nō requiruntur uerba, ſed ſuffi
20 cit conſenſus, ut latè hoc ſupra deductum fuit. † & quòd confeſsio mariti præiudicet ſibi, plenè, circa matrimonium, quando fuit facta in præſentia uxoris, & ſit probata per conteſtes, tenet expreſſe do. Alex. in conſi. 150. incip. In cauſa & lite, col. 6. & 7. dum ſemper reſpondet ad teſtes, quòd erant ſingulares, uel quod in abſentia mulieris, uel quia erant uerba enunciatiua emanata propter aliud, idem in conſi. 152. Repetitus colu. fi. & idem clarius tenet in conſi. 153. uiſis narratis. col. penul. uerſ. non obſt. & in conſi. 154. uiſo themate col. pen. uerſ. præterea præſupponitur. dum dixit, quod confeſsio Bartholomęi de Zotolis, de quo ibi, facta fuit abſente domina Antonia eius aſſerta uxore. lib. 5. & idem tenet Alex. in conſi. 155. Alias conſultus. in 1. col. eo. lib. dum excuſat ſaluat aſſertum maritum confitentem, quia unus tantum aderat teſtis, & quia uerba ꝯfeſsionis fuerunt enūciatiua prolata propter aliud. At in caſu noſtro, confeſsio Io. Bapt. ſemper emanauit propter hoc ſolum ſimpliciter, ut demonſtraret dominam Franceſchinam eius uxorem, & non propter aliud, & ſunt plures conteſtes, ut ſupra, ergo plenè præiudicat, & iſtam partem, quod confeſsio legitima mariti plenè præiudicet, comprobat dominus & pręceptor meus Decius in conſi. 13 . col. . ¶ Accedit ēt ad prædictorum confirmationem, quia quintus teſtis deponit, quod domina Franceſchina incedebat extra domum, induta ueſtibus more nouitiarum, aſſociata cū matre mariti ſui, quod quidem eſt bonum argumentum, & optima præſumptio mentis mariti & uxoris contractus prædicti. Confirmantur etiam prędicta, quia presbyter Petrus ſecundus teſtis, & Reuerendus dominus Archiepiſcopus Creten. 7. teſtis, & dom. Vincentius Bembus ultimus, atteſtantur ſe congratulatos fuiſſe cum dicto Ioā. Bapt. de huiuſmodi contractu, qui quidem ſemper tacendo, affirmauit, immo gratias referebat illis porrigendo etiam manus, prout faciunt alij quotidie, qui per huiuſmodi ſigna oſtendunt animum & uoluntatem ſuam. quę quidem plurimum poſſunt circa huiuſmodi matrimonia, ut eſt tex. iuncta glo. in c. uno. §. 1. in uer. modum de deſponſ. imp. lib. 2. & latè traditur per Corn. in coſi. 116. lib. 3. & tradit Aret. in ſimili caſu in d. conſi. 13. char. 2. colu. 3. ubi allegat not. in c. licèt ex quadā, & in c. tam litteris de teſtib. Adminiculatur etiam ualde prædictus dominus Vincentius Bembo qui aſsignat in ſuo teſtificatu cauſam diſcordiæ, & diſſenſus inter præfatos maritum, & uxorem, quam habuit ab ipſomet marito, cui cum ſit uir integræ, & bonæ conditionis & famæ, credendum eſt ſaltem, ut faciat ſemiplenam probationem, per not. per Bar. in l. admonendi. fol. ultimo. ff. de iure iur. Concurrit etiam probatio famæ, quæ licèt non ita perfectè deducatur a prædictis teſtibus, prout doctores tradunt in locis præallegatis: tamen multum adminiculatur: eo maximè, quia teſtes ignari litterarum neſciunt ita concludenter deponere de fama, licèt in ueritate adſit. Non eſt ergo dubium, quin prædicta cōfeſsio Io. Bapt. ita ut ſupra, probata, Primò per teſtes ſingulares toties tamen multiplicata & poſtea per 5. conteſtes, & per duos alios ut ſupra, plenam faciat probationem, concurrentibus maximè præſumptionibus, indicijs, & argumentis, de quibus ſupra. proximè, quæ omnia debet ſimul iungi ad plenè probandum. d. c. illud. c. fi. de ſucceſ. ab inteſtat. & tradit glo. fi. & not. ubi doctores in c. cum cauſam de probat. & Alex. in conſi. 13. col. fi. lib. 1. & Corneus in d. conſi. 116. lib. 3. col. fi. cum multis ſimilib. ut per Decium conſ. 163. fol. ultimo. ¶ Non obſtant modo adducta ſupra in contrarium, quia procederent, niſi ex alijs medijs & probationibus, de quibus ſupra conſtaret de matrimonio prędicta. l. quapropter officium iudicis erit pronunciare iuxta petita pro parte dominæ Franceſchinæ.

## *SVMMARIVM.*

1 *Papa poteſt legata ad unum uſum deputata per teſtatorem, in alium uſum conuertere, & commutare.*
2 *Creditur Cardinali dicenti ſe hoc facere ex mentè Papæ, qui ſibi uiuę uocis oraculo commiſit.*
3 *Relatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus ſuis.*
4 *Ad reſcriptum concedendum, ſeu ad obtinendum gratiam non requiritur citatio, nec executor gratiæ tenetur citare aliquē.*
5 *In diſpenſatione, quam facit Papa, non requiritur citatio illorū, quorum intereſt.*
6 *Quando probatio debet ſoli iudici concludere, nō requiritur citatio aliquorum, & ibi dico de clauſula, ſi eſt dignus.*

6 Immo

7 *Immo in huiuſmodi, teſtes probant abſque iuramento.*
8 *Teſtimonium notorium populi, eſt loco examinis.*
9 *Executor gratiæ, etiam cum facultate citandi non tenetur aſſumere partes iudicis.*
10 *Idem ſi in tali materia ponitur clauſula; Si tibi conſtiterit.*
11 *Abbatiſſa cum ſuo capitulo poteſt repudiare legatum, & præiudicare monaſterio in acquirendis.*
12 *Nunquid loca pia, quibus debetur legatum, poſſint bona conſcientia recipere ab hæredibus, quinque pro centenario, donec legata ſibi ſoluantur.*
13 *Si teſtator legat alicui mille exiſtentia ſuper monte Venetiarū, cenſetur etiam legatum lucrum inde proueniens.*
14 *Teſtator non poteſt legata quantitati adijcere, quod hæres ſoluat certum quid annuatim legatario, donec ſoluat legatum. & num. 15.*
15 *Et eiſdem rationibus prohibetur contractus, quando quantitas adijcitur ſolutioni pecuniarum.*
16 *Si teſtator legat mille, & donec ſoluantur, grauat hæredem, ſoluere biginti uni legatario, eſt uſura.*
17 *Nec ualet pactum inter mulierem, & hæredes mariti defuncti, de ſoluendo interuſurium dotis, donec reſtituatur.*
*Non licet fauore alimentorum, nec pro captiuis redimendis uſuram committere.*
18 *Non poteſt licite teſtator grauare hæredem ad ſoluendum uxori ſuæ, ſingulis annis decem pro uſufructu dotis, donec tam petere diſtulerit.*
19 *Dominium legatæ quantitatis non tranſit in legatarium a die mortis teſtatoris.*
20 *Non ualet pactum, ſeu ſtatutum, quòd hæredes mariti defuncti ſoluant certum quid mulieri, pro dote, niſi, non habeat unde ſe alat, & non ſit in mora petendi.*
21 *Vtrum maritus licite percipiat ex re pignorata certū quid pro centenario ratione tardatæ ſolutionis dotis.*
22 *Licita eſt perceptio annualis pro interuſurio de mille exiſtētibus ſuper montem Venetiarum.*
23 *Non poteſt, ſalua conſcientia, promitti certum quid annuatim, pro intereſſe incerto lucri ceſſantis. & nu. 24.*
25 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi a moroſo debitore.*

## CONSILIVM CCXLVII.

IN præſenti conſultatione de pluribus dubitari contingit. Primò, de ualiditate litterarum apoſtolicarum: Secundo, utrum tota quantitas reſidui diſtribuenda aliás pro anima ... Alouiſij Paieli teſtatoris, ſit in dictis litteris comprehenſa: Tertiò, de ualiditate contractuum celebratorum inter quoſdam fratres, & eorum monaſteria legatarios, & nobiles de Capreliis, hæredes. q. executores dicti teſtamenti: Quartò, nunquid pijs locis legatarijs cōpetat ius interuſurij, & ſic quinque, uel ſex pro centenario quantitatis denariorum ſibi ex teſtamento præfato relictorum, donec, & quouſque de capitali ſibi ſatisfiat; Vltimò, nunquid ab executione, ſeu ſententia executorū in litteris apoſtolicis nominatorum poſsit appellari. ¶ Circa primum, pro eius reſolutione, utar uerbis Geminiani in conſi. 63. incip. Dubia ſupraſcripta, in primo du-
1 bio, qui dicit † quod diſputare de poteſtate Papæ, inſtar ſacrilegij obtinet. 17. q. 4. §. quæ autem. non me de hoc intromittam, & maxime, quia uidetur de hoc tex. ad litteram in clem. quia contingit in §. 1. de relig. domi. & in clem. dudum. §. penul. de ſepult. & ubique ſcribentes, ubi dicitur, q licet Papæ legata pia ad unum uſum deputata ex diſpoſitione teſtatoris in alium uium conuertere, & commutare, immo dixit Abb. conſi. 15. inci. Duæ ſunt colu. 2. in medio, lib. 2. q ſolus Papa poteſt deſtinata ad certum uſum pium, in alium conuertere. & etiam in totum remittere, ubi allegat d. clem. quia contingi & ibi not. Idem tradit Romanus in conſ. 177. inci. Licuit ipſi in tertio dubio. Immo in caſu noſtro dici uerè poteſt, q non alteratur in aliquo uoluntas teſtatoris, qui hoc tantum uoluit, quod reſiduum bonorum ſuorum, poſt mortem Dominæ Claræ eius matris diſtribueretur pro anima ſua, quæ bona uidentur relicta pauperibus iuxta interpretationem litterarum apoſtolicarum, circa medium loco quorū ſurrogauit Papa D. Alouiſium de Caprel...s exponentem, in quo ita obſeruatur uoluntas te...atori..., cum in alijs pauperibus, ut expreſſe dicitur in di...is litt...is. ¶ Nec præmiſsis obſtat, ſi diceretur, q litteræ, de quibus loquimur, non emanarunt a ſummo Pont. ſed a Laur...rio Cardinale epiſcopo Peruſino ſummo Penitētiario, de cuius facultate, & poteſtate non conſtat. c. cum in iure de off. deleg. c. præterea, & ibi not. de dilario. quia r... pon-
2 deo, q immo emanarunt de eius commiſsione. † Nam idem Reuerendiſsimus Cardinalis in dictis litt...is, & breui, expreſsè fatetur, q de hoc habet mandatum uiuæ uocis oraculo ſibi factum a S. D. N. Papa, & in hoc ſibi credendum eſt, & propterea cenſetur totum factum a Papa, tam de iure, quam de ſtylo Ro. curiæ diutius obſeruato. ita latè tradit, & per plura comprobat Lap. allegatione ſua 33. incip. An frater minor. uerſ. An credatur & ibi atteſtatur q ita habet mundi conſuetudo, & obſeruātia, & ita uidemus quotidie, obſeruari in practica. & tradit poſt Lap. dom. Alex. in conſi. 106. Perſpectis his. colu. pen. in princip. lib. 2. ¶ Quo ad ſecundum, res admodum clara uidetur, q non indiget diſcuſsione, & ponderanda uerba reſcripti, & litterarum apoſtolicarū ibi exponentem ipſum in locum eorum, quibus dicta bona pro anima dicti teſtatoris diſtribui debeant, ſurrogetis, & ibi omnia, & ſingula bona pro anima ipſius teſtatoris diſtribuerunt &c. quæ uerba, cum habeāt relationem ad teſtamentum, in quo reſiduum bonorum omnium iubebat pro anima teſtatoris pauperibus diſtribuendum, cer-
3 tè illud totum comprehendunt † cum relatio intelligatur facta cum omnibus ſuis qualitatibus. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de uer. declarat Bar. in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 2. cum concordant. ut latè per do. Alex. conſi. 9. col. 3. nu. 5. lib. 1. per Romanum conſi. 80. Confirmanda. & quia cum in litteris dicatur, omnia &c. ergo nihil excludit. c. ſolitæ circa finem de maio. & obedi. l. iij. ff. de off. præſ. c. in memoriam 19. diſtinct. ¶ Nec in materia huiuſmodi eſt neceſſaria aliqua citatio pro ualiditate executionis contentorum in gratia apoſtolica, ut latè per plura tenet Lap. magnus practicus allegatione ſua
4 61. incip. Viſis litteris apoſtolicis. † ubi dicit, q quando Pontifex reſcribit, ſeu cōmittit aliquid alicui in ſuis litteris per uiam gratiæ emanatis, prout eſt in caſu noſtro, etiam ſi in eiſdem apponatur clauſula, ſi eſt ita, prout extat in litteris noſtris circa mēdium, ſatis eſt, q talis executor nominatus pro uerificatione contentorum ſe informet, nemine citato. allegat not. in clem. 1. de off. delega. & in c. fi. de præſumptio. allegat etiam ſtylum Roma. curiæ, quia ſuper materia huiuſmodi non requiritur ſententia, ſed gratioſa diſpenſatio. ad cuius ualiditatem nō requiritur aliquorum citatio, cum ſit donū ſuperioris, ut not. Bal. in l. nam ita diuus. col. 1. ff. de adopt. & quædam donatio dictorum bonorum facta dicto dom. Alouiſio per ſedem apoſtolicam. & ita concludit dom. Alex. in conſi. 77. Viſis codicillis, colu. 7 & in conſi. 1. colu. ... lib. 2. Dicens, quod quando apparet, q princeps uoluit alicui præiudicare, nō oportet illum citare, ex quo actus illo inuito, a ſuperiore expediri poteſt; prout formaliter eſt caſus noſter. Nam abſque dubio Papa potuit donare bona illa diſtribuenda pro anima teſtatoris domino Alouiſio ſupplicanti, etiam inuitis pauperibus, ut di-
5 xi ſupra in primo dubio: ergo non ſunt citandi. Et i..a ratione in diſpenſatione, quam facit Papa in aliquo caſu, citatio illorum, quorum intereſt, non requiritur Inn. in c. niſi cum pridem. in fine de renuntia. Ant. de Butr. in c. debitores. colu. fin. de iur. iur. Abb. in conſi. 84. uidetur primo. colu. penul. lib. 1. Roma. conſi. 369. circa primum in quinto dubio. col. 6. & latius præmiſſa firmauit dominus præceptor meus in canonibus Philip. Decius conſi. 194. Viſo tenore inueſtituræ in ſecūdo dubio, col. 1. & 2. lib. 1. ¶ Ad idem adduco, quia in materia noſtra, de qua
6 in litteris Papæ, † probatio debet concludere ſolum iudici, ut conſtat ex ſerie earum, quo caſu, non requiritur aliquorum citatio, quia non oportet diſputare, niſi cum iudice.

dice. ita expreſſe Bal. concludit in l. certum, col. 2. C. un-
de legit. ubi ponit etiam, de clauſula, ſi eſt dignus, ſolita
apponi in litteris diſpenſationum: nam concludit, ꝙ ta
li caſu ſufficit probationem ſoli examinatori cõcludere,
quia huiuſmodi commiſſio eſt potius conſcientialis,
quàm iudicialis. Cuius doctrinam refert, & ſequitur do
mi. Alex. in conſi. 217. incip. Viſis uerbis D. Grinoldi. col.
2. lib. 2. & cum prædictis concordat do. Iaſon in l. admo-
nendi in repetit. ſecunda. nu. 333. & 334. ff. de iure iuran.
& idem poſt longam diſputationem in d. l. certum col. fi.
7 poſt Alex. in d. conſi. † immo quod plus eſt, dicit do. Iaſ.
in d. l. admonendi, ꝙ teſtes in materia huiuſmodi pro-
bant abſque iuramento. & ita tenet poſt Inno. do. Abb.
in c. 1. in fine de poſtula. prælat. ubi dicit eſſe ualde notan
dum pro iſtis executoribus gratiarum. ¶ Ad idem facit,
quia ubi conditio, quæ debet uerificari ad effectum gra-
tiæ, eſt notoria, non eſt ordo ſeruandus. ita Innoc. in d.
c. fi. de præſumptio. pro quo do. Abb. ibi allegat. c. quo-
niam de fil. presbyterorum. & c. ad noſtram. 3. de iur. iur.
& ad propoſitum dixit Rom. in l. ſi uero. §. de uiro in ter-
8 tia ſallen. ff. ſol. matri. † ꝙ teſtimonium notorium popu-
li, eſt loco examinationis, cum ſimilib. ut per Feli. in d. c.
fi. colu. 9. uerſ. fallit ſextò. Sed conditiones de quibus in
breui apoſtolico, quæ ad effectum gratiæ ſunt uerifican-
dæ, ſunt notoriæ, & ex ſe patent; ergo &c. Nam de nobi
litate familiæ eorum de Caprellis, & ꝙ D. Alouiſius ex-
ponens habeat ſex fratres, & ſorores maritandas, & ſic ꝙ
ſit pauper, attentis qualitatibus & nobilitate prædictis,
notiſſimum eſt in ciuitate Vicentiæ. ¶ Confirmantur
prædicta, quia clauſula, ſi eſt ita, appoſita in litteris im-
portat ſolum monitionem, non conditionem, quo caſu,
actus expediri poteſt per executorem, nulla præuia cita
tione, ut not. Lap. & Alex. in locis præallegatis, docto-
* res * omnes in d. c. fi. ubi do. Feli. colu. 6. uerſ. & procedit
iſta concluſio. Moueor alia ratione. Nam ſi executo-
res teſtamenti prædicti uiuerent, adhuc, poſſet ſolus do.
Franciſcus Bernardinus pater domini Alouiſij diſpenſa-
re, & erogare reſiduum illud bonorum teſtatoris pro ani
ma ipſius, in eius liberos utriuſque ſexus, maxime dotan
do filias, ſtante paupertate allegata in breui apoſtolico;
& hoc abſque alia diſpenſatione ſedis apoſtolicę, ſed de
mero iure communi, ſecundum quod debent alijs paupe
ribus præferri. ita not. conſuluit Petr. de Anchara. conſi.
436. inc. in ijs dubijs decidendis, col. 1. ubi adducit iura,
rationes, & auctoritates, ubi uideri poteſt. Ex qua cõclu
ſione infero, quod pauperes, quib. dicta bona ueniebant
eroganda, non poſſunt conqueri, nec prætendere inter-
eſſe, ex quo dicta bona, de iure magis debentur dicto do
mino Alouiſio, ſtantibus deductis in breui apoſtolico:
ergo nulla citatio de illis requiritur. ¶ Non obſtat præ-
miſſis, ſi dicatur, ꝙ in fine breuis apoſtolici, datur facul
9 tas dominis executoribus citandi &c. † quia reſponde-
tur, quòd non infertur propterea, quòd teneantur aſſu-
mere partes iudicis, ex quo ſubiecta materia eſt merę
executiua gratiæ apoſtolicæ per prædicta: & quia citare
ponitur in eorum facultate, ut dicunt doctores in d. c. fi.
Immo Petr. de Anchar. in conſi. 297. incip. Efficacibus, &
10 quaſi. col. 3. latè conſuluit, † ꝙ ſi in materia executiua gra
tiæ apoſtolicæ apponantur huiuſmodi uerba uidelicet ſi
conſtiterit, & alia ſimilia, quæ aliàs important iudicialẽ
indaginem. c. exhibita de iudic. ꝙ nihilominus iudices,
ſeu executores in dicta gratia deputati, poterunt ualidè
procedere ad executionem gratiæ, nemine citato. quod
puto ualde notandum. ¶ De tertio dubio uideamus,
nunquid ualidè conuenerint legatarij, uidelicet priores,
fratres, & monaſteria ſanctæ Mariæ ſeruorum, & ſanctæ
Mariæ de monte de Vicentia, & ſanctæ Mariæ de Leoni-
co, cum hæredibus executorũ dicti teſtamenti, certo mo
do cum eis concordando, prout in inſtrumentis contine
tur. ex quo non interuenit auctoritas capituli generalis
dictorum ordinum: & concluſiuè loquendo dicitur, ꝙ
ſic, ſaluis tamen inferius dicendis in ſequenti dubio. Ita
conſuluit Romanus, hoc latè cõprobando in conſi. 184.
inci. Viſis quæ narrantur, per totum. ubi ponit caſum in
quadam Abbatiſſa, quæ tranſegit ſuper quibuſdam lega
tis factis conuentui ſuo, cum conſenſu ſui conuentus tan
tum, abſque alia licentia epiſcopi eius ſuperioris, & re-
fert, ita Ioannem de Anan. conſuluiſſe. Hoc probat inter
11 alia, hac ratione. † Nam ſi Abbatiſſa cum ſuo conuentu
tantum, potuiſſet integrum legatum repudiare, ex quo
ſumus in quærendis, non in quæſitis, & incorporatis mo
naſterio irreuocabiliter, ut uoluit Feder. de Sen. conſi. 9.
& not. per gl. & docto. in l. iubemus nullam. C. de ſacroſ.
eccl. & trad. Innoc. in c. fraternitatem de donat. Bal. in l.
bonorum. C. qui admit. & in c. potuit de locat. quãto for
tius ſuper legatis tranſigere, & concordare. & ibi reſpon
det ad ea, quæ uidentur facere in contrarium. Idem te-
net Petr. de Anch. loquendo de quadam tranſactione fa-
cta per quandam Abbatiſſam cum ſuo conuentu, abſque
alia licentia ſui ſuperioris ſuper quodam legato in conſ.
536. inci. Ex conſilijs excellentium doctorum, per totũ.
& ibi idem firmat de totali repudiatione legati, quæ ua-
luiſſet per Abbatiſſam cum conuentu ſolum, ex quo ſu-
mus in acquirendis. & prædicta concluſio maximè pro-
cedit, quando uertebatur lis ſuper ipſis legatis, & quan-
do erat difficilis exactio, ut in caſu noſtro, ut conſtat ex
proceſſibus. Ita Petr. de Anch. ibi. & tradit do. Cardina-
lis conſi. 89. Ex iſto ergo capite, defectus auctoritatis ca-
pituli generalis, non poſſent infringi, nec annullari pa-
cta, & conuentiones, de quibus ſupra. ¶ Capio quartũ
dubium, in quo conſiſtit pondus præſentis conſultatio-
12 nis. † Nunquid dictis monaſterijs, & locis pijs legata-
rijs debeatur interuſurium medij temporis, ſeu annuus
affictus ad rationem quinque, uel ſex pro centenario, do
nec, & quouſque fuerit ſibi per hæredes executiuè ſatisfa
ctum de legatis quantitatis pecuniarum eiſdem fratrib.
& monaſterijs ſanctæ Mariæ ſeruorum, de Monte, & de
Leonico reſpectiuè debitis, prout per inſtrumenta publi
ca conuenerunt cum nonnullis ex hæredibus. ¶ Et uidetẽ
prima facie dicendum, quòd licitè præfati legatarij con
uenerint cum hæredibus præfatis ſuper interuſurio, ut in
eorum contractibus continetur. Primò, per ea, quæ poſt
Paul. de Caſtr. tenet Alex. in l. ſi tibi hõ. §. cum ſeruus, co-
13 lu. fi. ff. de lega. 1. ubi concludit † ꝙ ſi teſtator legat alicuĩ
mille exiſtentia ſuper monte Venetiarum, quòd tunc & 
lucrum inde proueniens cenſetur legatum. allegat tex. in
l. nomen debitorum in princi. ff. de leg. 3. ecce ergo quo
modo de legato quantitatis percipitur licitè interuſuriũ
& utilitas inde proueniens. ¶ Secundò uidetur licita
conuentio ratione intereſſe lucri ceſſantis, quod etiã de
iure canonico licitè petitur, & retinetur, ut per legiſtas
in l. curabit. C. de actio. empt. per canoniſtas in c. conque
ſtus de uſur. per Petr. de Anchar. in regula peccati uenia.
q. 6. de reg. iur. lib. 6. Nam ſi de pecuniarum quantitate le
gata, fuiſſet emptum prædium iuxta uoluntatem teſtan-
tis, fructus perueniſſent ad religioſos legatarios, ut ſo-
nant uerba teſtamenti, quibus deficientibus, uidetur, ꝙ
ratione huius intereſſe licita fuerit conuentio. ¶ Tertiò,
ſuaderi poteſt iſta opinio per ea, quæ latè tradit do. Bar-
tho. Socinus in l. ij. char. fi. ff. de his quæ pœ. nom. ubi po
nit quæſtionem, quæ fuit de facto Florentiæ. Teſtator le-
gauit cuidam mille, hac lege, quòd ſi hæres nollet ſolue-
re illa mille, non poſſet cogi uſque ad decem annos. Sed
pro eo tẽpore, quo ſoluere nollet, ſolueret legatario cer-
tum quid pro centenario. Refert ſe conſuluiſſe una cum
D. Io. Baptiſta de S. Seuerino in fauorem legatarij, ꝙ lici-
tè perceperit certum quid pro centenario ratione dilata
tæ ſolutionis. & dicit quòd ita fuit iudicatum Romæ.
¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium puto ue-
rius, quòd immo contractus præfati tanquam uſurarij
ſint caſſandi, & non obſeruandi, quia continent uſurariã
prauitatem. ex pluribus. Primò ex his quæ not. Bart.
in l. ij. §. fi. per illum tex. ff. de ann. lega. cum quo alij per
tranſeunt, & in l. ij. circa finem. ff. de his, quæ pœ. nomi.
14 ubi dicit † quòd teſtator non poteſt legato quantitatis,
adijcere, quod hæres ſoluat certum quid annuatim lega
tario, donec ſoluatur capitale legati loco uſuræ, cum ho
die de iure canonico prohibitæ ſint uſuræ indiſtinctè, ut
not.

* not.in rubr.de uſur.cum quo pertranſeunt * communiter
ter doct.o.ut patet ex his quæ tradit Soci. in d.l.ij. col. 4.
in fine uer.ſecunda quæſtio,ubi atteſtatur opinionẽ Bar.
eſſe communem,& per Iaſonem in l.j.C.de ſumm.Trinit.
fol.ultimo.nu.59.& nu.60. in prima lectura, & etiam in
ſecunda.fol.2.nu.29.& 30. idem tenet Bar. & Ange.in l.j.
C.de his quæ pœ.nomi.cum ſimilibus, ut ibi per moder.
col.penult. Et licèt Paul.de Caſt.in d.l.j.C.de ſumm. tri.
& in l.apud Iulianum.§. fructus in lectura Bononienſi.ff.
15 de lega.1.poſt Bal.miretur de deciſione Bar. † cum teſta
tor poſsit in teſtamento adijcere hæredi quamcunq; pœ
nam uelit.ut ff.& C.de his quę pœn.nomi.& non dicetur
uſura, ſed relictum nomine pœnæ: tamen uera eſt deci-
ſio Bart.communiter approbata, cum quo uidetur per-
tranſire, idem Paul. de Caſtr.in d.l.j.C.de his quæ pœ.no
mi. ubi ſimpliciter ſe remittit ad not.per Bar. in d.l.ij.ff.
de his quæ pœn.nomi.quæ opinio Bar.maximè procedit
quando pœna adijceretur a teſtatore per dinumeratio-
nem temporis, menſium,uel annorum, ut in caſu q.no-
ſtræ euenit,in quo conuentum eſt, ut ſoluantur ſex pro
centenario ratione affictus, occaſione pecuniæ legatæ,
donec legata ſoluantur. Et in hoc concordant omnes ét
Bal.& Paul.de Caſtr.qui tenebat contra Bart. ut patet ex
relatis per do.Iaſ.in præalleg.locis, & tenent Rom.& alij
in l.ſtipulatio iſta.§.alteri,ubi Alex.col.8.&9.ff.de uerb.
Nec obſtat titulus.ff.& C.de his quæ pœ.nom.ſuper quo
ſe fundant Bal.& Paul.de Caſtr.quia procedunt, quando
pœna adijceretur alicui facto,uel dationi alterius rei, ſe
cus ſi dationi quantitatis,prout eſt caſus noſter, in quo
teſtator legauit quantitatem pecuniarum dictis mona-
ſterijs, cui dationi per dictos contractus, & conuentio-
nes, adiecta eſt certa quantitas annuatim ſoluenda ipſis
legatarijs loco interuſurij, & affictus donec hæredes exe
cutorum diſtulerint ſatisfacere legatis,ut cõſtat ex teno-
re pactorũ. ita poſt alios ſoluit Iaſon in d.l.j. C. de ſum.
trinit.in ſecunda lectura nu.30.& 31.& in d.l.j.colu.2.C.
de his quæ pœ.nom.poſt Bar.in l.qui fine.ff.de neg.geſt.
& in l.cum ſtipulati in fine.ff.de uerbo.& Bal.in l.rogaſti
§.ſi tibi.ff.ſi cert.peta. & Roma. & Alexan.in d.§.alteri.
Vnde ſi non poteſt teſtator in ſuo teſtamento grauare hę
redem,ut ſoluat certum quid annuatim legatario ratio-
ne retardatæ ſolutionis per ſupradicta: multominus
hoc potuerunt legatarij creditores,qui ex prouiſione ſua
ducti cupiditate, conuenerunt,ut ſupra. Et hanc conſide
rationem habuit Paul.de Caſt. in rubr.ff. de his quæ pœ.
nom.& Soci.in d.l.ij.col.5. in princip. ubi Paul.de Caſtr.
approbando factum teſtatoris contra Bar. & communẽ
opinionem,ut dixi. tamen damnauit hanc conuentionẽ
in legatario. ¶ Secundò,ad idem allego deciſionem do.
Iaco.Put.in d.l.iij.§.fi.ubi per illum textũ, & deciſionem
16 Bar.dicit ſe conſuluiſſe,& obtinuiſſe Papiæ. † Pone,teſta
tor in teſtamento legauit Sempronio mille florenos,& di
xit,ꝙ pro maiori commodo hæredis,quando non poſſet
tam cito ſatisfacere legatario ſolueret omni anno eidem
unum biguntinum uini, & erant tranſacti tres anni, fuit
obtentum,ꝙ illud uinum non deberetur legatarijs ultra
ſortem legatam, quia uſura. & deciſionẽ ſimilem refert,
& ſequitur do.Iaſon in d.l.j.in prima lectura col.antepe.
num.60.poſt Iacob.Butrig. ¶ Tertiò,ad idem adduco
Aret.in conſi.152.incip.Viſo themate ad me tranſmiſſo,
ubi in princip.& col.penul.latè probat, ꝙ quicquid ſol-
uitur ex pacto,uel ex diſpoſitione teſtatoris per hæredes
ſuos, aut executores teſtamenti, legatarijs pro legato
quantitatis,ratione tardatæ ſolutionis, totum eſt uſura:
quia quantitas huiuſmodi annuatim ſoluenda, ſoluitur
ratione temporis, quod tempus non poteſt æſtimari, cũ
ſit commune omnibus,uel ratione pecuniæ legatæ, non
ſolutæ,quæ pecunia non poteſt pariter æſtimari,nec aliã
parere pecuniam, ut not. doctores in rubr. de uſur.& in
c.in ciuitate.in c.nauiganti & c. ſalubriter eo.tit. & pro-
batur in c.plerique,& per totum 14.q.3.& 47.diſtin.in c.
ſicut hi cum multis alijs. Quæ concluſio maximè proce
dit,quando in contractu,& conuentione dicitur,ꝙ den-
tur quinque,uel ſex pro centenario,pro fictu, ſiue inter-
uſurio pecuniæ legatæ, non ſolutæ,prout expreſſè dicunt
uerba contractuum in caſu noſtro, quod not. ponderat
Aret.in d.conſi.col.penult.uerſ.quinimmo dicitur hic.
Quæ prauitas uſuraria magis colligitur, quando eſt
facultate debitoris ſoluentis annuam quantitatem ſe:
ea liberare quandocunque, ſoluendo capitale,prout ex-
preſſè in caſu noſtræ q. conuentum eſt. quia iſta poteſtas
extinguendi annuam præſtationem, ſoluto capitali, ar-
guit ꝙ pro ipſo capitali retento, & ſic pro pecunia iſta,
annua præſtatio ſoluebatur: ita Laur.in tractat.de uſur.
in ſecunda parte q.18.Aret. in d.conſi.colu.penult. uerſ.
confirmatur. ¶ Quartò, ad idem contra legatarios ad
duco deciſionem Petr.de Ancha.in fortioribus terminis
in conſi.150.incip. In quæſtione,quæ uertitur col.2.& 3.
ubi per iura,& rationes, & auctoritates quamplures cõ-
17 ſuluit † ꝙ non ualeat pactum inter mulierem, & hæredes
mariti defuncti, quòd ipſi hæredes ſoluant quid certum
annuatim,etiam loco alimẽtorum,donec ſoluatur & re-
ſtituatur mulieri dos: nam dicit, ꝙ licèt cauſa alimento
rum ſit multum fauorabilis,ut patet in l.cum hi,cum ibi
not.ff.de tranſactio.& in l.j.C. de fideicom. tamen nulla
cauſa adeò eſt pia, ex qua poſsit de pecunia plus deberi,
quàm ipſum debitum principale, unde pro alendis pau-
peribus,aut captiuis redimendis, non eſt licitum fœnera
ri. c.ſuper eo de uſur.nec etiam hoc licet in pœnam mo-
roſi,& tardantis ſoluere capitale,ut ibi latè per eum, qui
ad contraria not.reſpondet. Vnde ſi non licet paciſci
aliquid ultra ſortem,fauore alimentorum, multominus
pro interuſurio,ſeu affictu certæ quantitatis pecunię per
ſoluendæ,ut in caſu noſtro. Nec etiam hoc licuiſſet lega
tarijs deducere in pactum ſub nomine intereſſe, uel alte-
rius uocabuli,ex quo dationi quantitatis adijcitur certũ
quid annuatim,& ſic pro dinumeratione temporum ſol-
uendum,ut ibi per eum.col.2. ubi poteſt uideri. Ad idem
eſt clara deciſio eiuſdem Petr. de Anch. in conſi.93.inci.
18 Verba teſtamenti ſic ſe habent. ubi latè probat, † ꝙ ſi te
ſtator grauat hæredem ad ſoluendum uxori ſuæ ſingulis
annis decem,pro uſufructu ſuæ dotis, ſeu pro alimentis,
donec illa dotem ſuam petere diſtulerit,quòd erit uſura.
Vnde ſi non licet aliquid petere ultra ſortem ex diſpoſi-
tione teſtatoris,multominus ex proprio contractu, quia
tunc proprie fit contra diffinitionẽ uſuræ; quæ eſt,quic-
quid exigitur ultra ſortem, ſiue ex pacto, ſiue exactione
ex poſt facto,ut not. Hoſt.in ſumma de uſur.§.1.Ioan.de
Anan.in rubrica eo.tit.& prædicta duo conſilia Petri, re-
fert,& ſequitur do.Alex.in conſi.22.incip. Viſo themate
col.2.& 3.lib.4. Quintò,adduco ad idem,quia cum præ
fati religioſi legatarij ſint creditores ex cauſa lucratiua,
ſine aliquo eorum intereſſe,& damno,non poteſt dici, ꝙ
illud quod ſoluitur annuatim,ſibi cedat loco intereſſe iu
xta not.in c. conqueſtus de uſur. & in l.curabit de actio.
empt.C.eo uel maxime,quia uerba pactorum ſonant cla
rè pro fictu,ſiue interuſurio pecuniæ legatæ,& nõ ſolutę.
19 ¶ Sextò,ad idem: † quia dominium legatæ quantitatis
non tranſit in legatarios a die mortis teſtatoris,ſeu adi-
tionis hæreditatis iuxta tex.in l.a Tirio. ff. de furt.& in l.
ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de lega.1. Moderni poſt gl.
in l.ij.C.com.de legat. & ſic non poteſt dici per ipſos le-
gatarios,ꝙ affictus ſibi annuatim debeatur ratione do-
minij in eos tranſlati, ſicut dicitur de pecunia locata ad
pompam,uel depoſitatam in ſpecie, iuxta text.in l.iij.cũ
ſequenti.ff.cõmod. Vnde illud non poſſumus dicere, niſi
quod affictus legatarijs ſint promiſsi ratione tardatæ ſo
lutionis,& ſic ratione temporis, uel ratione pecuniæ le-
gatæ,quod utrunque & naturaliter prohibitum, ut dixi
ſupra poſt Aret.& ſequaces. ¶ Septimò faciunt not. per
dom.Alexandum in conſi.74.uiſo themate.lib.4.colu.1.
& 2.ubi poſt alios communiter per eum relatos conclu-
20 dit,† quod non ualet pactum,ſeu ſtatutum diſponens,ꝙ
hæredes mariti prædefuncti ſoluant certum quid annua-
tim uxori relictæ ratione dotis retardatæ nec in primo
anno, nec pro alijs ſequentibus etiam loco alimentorũ,
niſi illa mulier non habeat aliunde alimenta neceſſaria
& non ſit in mora petendi dotem. idem tradit Alex.in l.
diuortio.

diuortio.col.6.uerſ.ex prædictis igitur.ff.ſolu.matr.quæ
ratio alimentorũ non cadit in caſu.q.noſtræ. ¶ Octauò
etiam facit deciſio Io.Andr. in d.c. ſalubriter in princip.
cum qua pertranſit Petr.de Anch.in d. conſi.150. & De-
cius poſt alios in d.conſi.183.col.fi. circa finem. ubi uo-
21 luit; † ꝙ licèt maritus licitè percipiat ex re pignorata
fructus incertos ratione tardatę ſolutionis dotis,non li-
cebit tamen marito percipere certum quid annuatim cõ
ſiſtens in pecunia a ſocero, quia certum erit lucrũ,quam
uis maritus ſuſtineat onera matrimonij: quanto minus
licebit præfatis uenerandis fratribus,qui uolunt certum
quid annuatim de affictu, prout conuenerunt, in pecu-
nia; cum tamen uigore dicti teſtamenti, pecunia legata
ipſis,debeat inueſtiri in tot bonis immobilibus,quorum
fructus habeãt,&c.& ſic in certũ quid annuatim.Facit &
doctrina Paul.de Caſt.in l.inſulam.§.uſurus.ff.ſol.matr.
concludentis,ꝙ ſi pecunia erat promiſſa pro dote gene-
ro, & quæratur an poſsit gener petere uſuras promiſſas,
puta tantum pro centenario, ꝙ nõ poterit, quia peteret
ut uſuras: ſed ſolum poterit petere quantum impendit
in uxorem, ratione intereſſe. ¶ Nonò, ad arguendum
contractum prædictorum legatariorum de uſuraria pra
uitate: Pondero uerba duorum contractuum geſtorum
de anno 1522.inter quoſdam nobiles de Caprellis,& fra
tres ſanctæ Mariæ ſeruorum,& de Monte,in quibus dici-
tur,ꝙ incipiant currere affictus ad rationem ſex pro cen
tenario &c. Pondero quòd huiuſmodi affictus nõ poſ-
ſunt habere relationem,nec fundamentum,niſi ſuper pe
cunia legata non perſoluta; aut ſuper re immobili emen
da cum pecunia illa, quorum utrunque eſt illicitum, &
uſurarium. patet de primo quia pecunia legata non po-
teſt æſtimari per annuum affictum ut ſupra dixi. & tradi
tur in rubr.de uſur. Relatio autem ad poſſeſsionem uel
ad aliquid aliud immobile emendum, & ad eorum fru-
ctus pariter non poteſt haberi, cum emptio nunquã fue
rit facta. quo caſu ſuccedit alia iuris regula in materia
uſurarum, quòd lucrum certũ ex re aliena, non licitè per
cipitur,quia eſſet cõtra diffinitionem uſuræ,qua dicitur,
quòd uſura eſt lucrum non iure gratuitũ,certum uel ue-
riſimile ex re aliena, pro ſola temporum dilatione pruue
niens. hanc conſiderationem habuit quidam Guielmus
Bont.in tracta.de uſur.in 5.uolu.tracta.ſol.2. num.42.&
ideò in indiuiduo ad annullandam quandam cõuentio
nem ſimilem conſuluit Decius in d.conſi.183.inci.In cõ
trouerſia quæ agitatur lib.1.col.fi.uer.non obſtat,ubi di
cit,ꝙ licèt propter intereſſe fructuum, poſsit peti inter-
eſſe etiam de iure canonico: tamen hæc conſideratio re-
ſpectu fructuum non poteſt haberi, ſi legatarij nunquam
habuerunt dominium, neque poſſeſsionem bonorum.ex
quibus fructus debebantur. & ideò cõuentio nulla fuit.
Ex quibus conſtare dicitur de uſuraria prauitate dicto-
rum contractuum & conuentionum, ſuper conuento in-
teruſurio,& affictu. ¶ Non obſtant allegata in contra-
rium. & primò not. per Alex.in d.l.ſi tibi homo. §. cum
22 ſeruus col.fi. † quia loquitur. quando lucrum licitè per-
uenit ex legato de mille exiſtentibus ſuper monte Vene-
tiarum: nam huiuſmodi perceptio eſt licita, per iura, &
rationes latè adductas per Abbatem: & Auaniam, poſt
glo.in c.in ciuitate de uſur. ubi ponunt materiam impræ
ſtitorum ſuper montibus Florentiæ, & Venetiarum. idẽ
latè tradit Laur.de Rodul.in d.tract. in 3.parte q.1.in 1.
& 2.dubio. Idem tradunt Bald. Salic. & moder.in l.cun-
ctos populos.C.de ſumm.trinit. ubi etiam latè per Ioan.
Baptiſtam de ſancto Seuerino. quæ rationes adductæ fa
uore publico ciuiatum,& ſtatus, & commitatum ſponte
de publico ſoluentium,ac aliæ adductę ad fauorem mon
tium prædictorum, non militant in caſu.q.noſtræ,per ſu
pradicta. ¶ Non obſtat ſecundum fundamẽtum de in-
tereſſe lucri ceſſantis.iuxta not.in d.c.curabit. & l.Iulia-
nus.§.ex uendito.& in c.conqueſtus.cum ſimilibus.quia
ad hoc reſpondetur ex deductis per Petrum de Ancha.in
23 præallegato conſi.150.colu.pen.ubi dixit,† ꝙ non ualet
obligatio annua in futurum certæ quantitatis propter
intereſſe pecuniæ non ſolutæ in termino, niſi prius con-
ſtet de intereſſe per probationes, aliàs autem per partes
non poteſt in contractu taxari certa quantitas pro affi-
ctu, ſeu interuſurio loco intereſſe lucri ceſſantis,etiam ſi
contrahentes in contractu de conſenſu taxarent illud in-
tereſſe; quia huiuſmodi taxationes ſolẽt ſępe fieri in frau
dem uſurarum. idem ad litteram tradit dom. Abb.in c.
per ueſtras col.3.de dona.inter uirum,& uxor.ubi dixit,
ꝙ licèt ſimus in caſu honeſti lucri: tamen nõ eſt licitum
certum quid annuatim in pecunia per contrahentes ta-
xari pro centenario occaſione dicti lucri ceſſantis. quia
ex pacto hoc minime licet. & ibi inuehit cõtra quaſdam
uiduas,ut ibi per eum. idem tenet do Feli.in c.cum uene
rabilis de exceptio.col.3. & Rom.conſi.520.col.3. Alex.
conſ. 26.col.fi.lib.4.ubi dicunt, ꝙ ſi intereſſe lucri ceſſan
tis eſt per contrahentes taxatum, contractus erit uſura-
rius,quamuis partes confiteantur expreſſe tantũ ſua in-
tereſſe,ita etiam not.decidit Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi.uer
ſic.quid ergo ſi mutuo.ff.ſi cer.peta.cum ſimilibus, ut la
tè per Decium qui in ſimili caſu conſuluit in d. conſilio
183.col.fi. Et dicebat Albericus.in d.l.j.col.penul.C. de
24 ſum.trinit.† ꝙ licèt uſura peti poſsit tanquam intereſſe,
non tamen poteſt taxari, ita ꝙ illa quantitas taxata peti
poſsit,ſed neceſſe eſt probare intereſſe, & lucrum ceſſans
per teſtes,uel alias legitimas probationes. & dicit ſe ita
obtinuiſſe coram collegio Ciuitatis Pergami. Sed in
caſu.q.noſtræ,legatarij cum hæredibus execut.teſtamen
ti,taxarunt.6.pro centenario annuatim pro pecunia le-
gata,& eius affictu,quod eſt fortius, quia non dixerunt
pro intereſſe lucri ceſſantis; ergo conuentio illicita.
¶ Nec obſtat ſi dicatur ad fauorem legatariorum,quod
etiam data nullitate contractuum,& pactorum, de quib.
ſupra, poterunt legatarij conſequi interuſurium medij
temporis uirtute teſtamenti prædicti,ſecundum cuius te
norem, debuiſſent percipere fructus bonorum immobi-
lium de pecunia legata emptorum: quia reſpondetur ꝙ
legatarij non poſſunt conſequi commodum ex teſtamen
to,niſi conſtet, quòd prius ipſi ſeruauerint ſibi a teſtato-
re iniũcta.d.l.Iulianus.§.offerri.d.l.curabit.& l.fructus.
C.de actio.empt.& ibi not.l.filiæ licet. C.de collatio.de-
clarat Decius in conſi.361.incip.Omiſſa longa ſerie.col.
3.lib.2.not.in c.peruenit de iur.iur. quòd ignoro an fue
25 rint ſeruata. ¶ Secundò reſpondetur,† ꝙ intereſſe lucri
ceſſantis non petitur niſi a moroſo,ut not.in dictis iurib.
& in l.mora.ff.de uſur.not.Petr.de Anch.in d. regula pec
cati.q.6.Feli.in d.c.cum uenerabilis col.3. unde licèt reli
gioſi legatarij aliàs obtinuerint in ciuitate Venetiarũ iu
dicari punctum teſtamenti ad leges, iuxta ſtylum ciuita-
tis Venetiarum,cum intromiſsione bonorum hæredita-
tis domini teſtatoris: tamen dicta ſententia,& intromiſ-
ſio fuit ſuſpenſa per officium dominorum ſupragaſtaldio
num de anno 1500.24.Auguſti, ad inſtantiam magnifici
equitis dom.Bartholomæi de Paielis,ex cauſa fideicom-
miſsi,& legitimæ matris teſtatoris,cuius intromiſsionis
uigore,executores non fuerunt in mora, quia auctorita-
te iudicis facta.l.iuſtè.ff.de acquir.poſſeſ. Quæ ſuſpenſio
fuit leuata per magnificum poteſtatem Vicẽtiæ de anno
1521.3.Septembris, quo tempore cœperunt eſſe in mo-
ra. ¶ Non obſtat tertium argumentum per ea,quæ tra
dit Barth.Socinus in d.l.ij.ff.de his cõtra pec.nomi.quia
reſpondetur, quòd fortioribus rationibus contra eũ in
eodem met caſu,conſuluit Areti.in d.conſi.152.quem ſu
✱ pra latè retuli.& eſt communis opinio, ut patet ex his,
quæ deducit do.Iaſon, ſequendo Areti. in locis ſuperius
allegatis. Præterea Socinus ſecundum eius rationes
non loquitur in terminis.q.noſtræ,ſed in caſu, in quo le-
gatarius percipiebat certum quid annuatim ex diſpoſi-
tione teſtatoris,& ex cauſa alimentorum, & ſic non con-
currebat uoluntas legatarij, niſi in conſequentiam, quo
caſu non eſt uſura glo.2.in c.cõſuluit de uſur. Ita forma
liter dicit Socinus. ſed in q.noſtra, legatarij conuenerũt
expreſſe ad rationem ſex pro centenario pro affictu,& in
teruſurio pecuniæ legatæ: & ſic ex diſpoſitione propria
ipſorum,& ex cauſa pecuniæ, quod non licet, ut fatetur
ipſemet Socinus,ut latè ſupra dixi. Ex quib. luculenter
conſtat

conſtat de innaliditate conuentionum, & contractuum
celebratorum inter legatarios, & nonnullos ex hæredi-
bus executorum. Ex quo reſultat conclusio, quòd præ-
fati hæredes contrahentes, non poterunt retinere inter-
uſurium medij temporis ſibi per legatarios in dictis cō-
tractibus remiſſum, & donatum: quia ex contractu uſu-
rario, nulla oritur efficax obligatio. Et ſi legatarij il-
lud petant uigore teſtamenti, opponatur eis, quòd non
adimpleuerunt eis onera iniuncta a teſtatore. Secūdò
quòd executores non fuerunt in mora ſoluendi legata
per præmiſſa, niſi ab anno 1521. citra poſt leuatam ſu-
ſpenſionem D. Supragaſtaldionum. Tertiò quòd in-
teruſurium illorum bonorum quæ nunquā fuerunt em-
pta, & quorum nunquam habuerunt dominium, neque
poſſeſsionem, non poteſt ad legatariorum beneficiū con
ſiderari, ut dictū eſt ſupra in nono fundamento. Ex qui-
bus ſequitur alia concluſio quòd interuſuriū illud, ſi ali
quod conſiderari poteſt a legatarijs, remanebit in reſi-
duo hæreditatis q.D.Alouiſij, quod ſpectabit ſubrogato
loco pauperum a S.D. Noſtro Papa Clemente pro anima
ipſius teſtatoris iuxta uoluntatem teſtantis.
¶ Circa ultimum dubium, utrū ualeret appellatio a ſub-
rogatione & applicatione, & ab executione breuis, & lit-
terarum apoſtolicarum: Breuiter dico quòd non, quia
in litteris dicitur, remota appellatione. & licèt dicatur,
quòd clauſula appellatione remota, intelligatur de fri-
uola, & illegitima, ut not. in c. paſtoralis de appel. tamen
ex quo ſumus in materia executiua gratiæ Papæ, ut dixi
ſupra, non admittitur appellatio, etiam ſi executor litte
rarum, & gratiæ, non cognoſceret prius de ueritate im-
plementi conditionum narratorum in breui: ſecus uero
ſi exequeretur litteras contra intentionem Papę commit
tentis; quia tūc licitè appellaretur. ita concludit in ma
teria do. Io. de Imol. in c. fi. de præſumptio. col. antepe. &
ſequitur ibi Feli. fol. ultimo.

Laus Deo opt. maximoq́;.

## *SVMMARIVM.*

1 *Alienatio bonorum eccleſiæ facta in potentem, ut bona recupe-
ret de manu alterius potentis, uidetur ualida.*
2 *De alienatione facta bonorum eccleſiæ auctoritate legati de la-
tere, quando ualeat.*
3 *Solus prælatus, qui non habet capitulum poteſt conſentire alie-
nationi bonorum eccleſiæ.*
4 *Ex diuturnitate temporis præſumitur alienatio facta de bonis
eccleſiæ ſolenniter.*
5 *Et tempus decem annorum uidetur ſufficiens, ut præſumantur
ſolennia.*
6 *Receptio canonis arguit ratificationem contractus.*
7 *Alienatio bonorum eccleſiæ facta in caſu, & iure permiſſo ui-
detur ualida, etiam omiſſa forma ſi eccleſia ſenſit commodum.*
8 *Bona eccleſiæ conſueta alienari poſſunt per prælatum alienari,
ſine auctoritate Papæ.*
9 *Emphyteoſis de bonis eccleſiæ perpetua dicitur alienatio: &
ideo non ualet ſine cauſa, & ſeruata forma iuris, ſecundum
communem.*
10 *Allegantí cauſam non creditur, niſi probetur.*
11 *De cauſa alienandi debet conſtare per inſtrumentum, & non ſta-
tur aſſertioni partium.*
12 *Quæ forma requiratur, et quorū conſenſus in dicta alienatione.*
13 *Non eſt credendum uerbis notarij, nec partium quòd fuerit ad-
hibita cauſæ cognitio in alienatione niſi aliter probetur.*
14 *Etiam in conſuetis alienari requiritur auctoritas Papæ, niſi pri-
ma conceſſio, fuiſſet facta ex cauſa uera, & apparenti, quæ du
raret in ſecunda alienatione.*
15 *Si poſſeſſio aliàs inculta fuerit alienata, ut cultiuetur, ſi ſequa-
tur cauſa, & reuertatur ad eccleſiam cultiuata, non poterit ex
eadem cauſa, ſine Papæ auctoritate alienari.*
16 *Quando dicatur quòd res ſit conſueta dari in emphyteoſim.*
17 *Contractus factus per ſubditum cum tyranno ibi regnante,
non ualet.*
18 *Regula, quæ habet, quòd ex curſu temporis decem annorū præ-
ſumantur ſolennia, procedit in epiſcopo, uel capitulo. Secus in
perſona Papæ, cuius auctoritas requiratur, quia non præſumi-
tur infra illud tempus interueniſſe. & nu. 19*
19 *De intellectu legis, ſi filius. C. de peti. hæred. cum ſimi. & nu. 20*
21 *Solemnitas extrinſeca præſumitur ex curſu temporis, ſi in inſtru
mento ſit nunciata.*
22 *Et ſolennitas ex tempore præſumitur, quando poterat interue-
nire tempore celebrati contractus.*
23 *In præiudicium tertij non præſumitur ſolennitas in alienatione,
niſi per ſpatium triginta uel quadraginta annorum.*
24 *Præſumpta ſolennitas ex curſu temporum non ſufficit, ſi non ſub
eſt cauſa legitima alienandi.*
25 *Scientia, & patientia prælati non impedit quin nomine eccleſiæ
agere poſſit de nullitate alienationis.*
26 *Receptio penſionis, ſeu liuelli cum proteſtatione iuris ſui conſer-
uandi non præiudicat recipienti.*
27 *Immo ſine illa proteſtatione ſaluum ius manet recipienti pen-
ſionem ueniendi contra contractum.*
28 *Conſuetudo alienandi debet intelligi ſaltem per binas inueſtitu-
ras ſpatio quadraginta annorum.*
29 *Non eſt credendum doctori atteſtanti ita eſſe de conſuetudine,
quia cum ſit facti, debet probari.*
30 *Conſuetudo non poteſt operare, quòd ualet alienatio de bonis ec-
cleſiæ, non ſeruatis de iure ſeruandis.*
31 *Eccleſia læſa enormiſſimè, ex alienatione bonorum poteſt pete-
re reſtitutionem, non obſtante lapſu 4. annorum a die ſcientiæ.*
32 *In contractu emphyteotico, quando datur poſſeſſio cultiuata, nō
licet diminuere de uero reddito annuo niſi pro ſexta parte.*

## CONSILIVM CCXLVIII.

REDEMPTORIS Noſtri inuocato ſuffragio:
In cauſa conceſsionis in emphyteoſim ad reno
uandam in annis 29. tornaturarum ducentarū
terræ aratiuæ, & pratiuæ, factam aliàs per bon. memo. q.
Reueren. domini Iulij de Glauarinis, tunc præceptoris
prioris nuncupati eccleſiæ ſancti Antonij de Bononia,
de anno 1505. & die 28. menſis Auguſti, in Illuſtrem D.
Hermetem, tunc Illuſtris & potētis domini Ioannis filiū
de Bentiuolis, & ſecundo loco in nob. D. Gaſparem, & cō
ſortes de Blanchis de Bononia, de anno 1506. & die 16.
Ianuarij, ut conſtat per publica documenta: contingit
de duobus principaliter dubitari. Et primò de ualidita-
te dictorum contractuum: ſecundò data eorum ualidi-
tate, nunquid eccleſiæ ratione deceptionis enormiſsimè
competat remedium reſtitutionis in integrum. ¶ Circa
primum uidendum eſt de utroque contractu alienatio-
nis: & de primo uidebatur prima facie dicendum, aliena
tionem illam ualidam de iure fuiſſe, in perſonam Illuſtr.
domini Hermetis, qui promiſit bona illa recuperare de
manibus occupantium, & potentium, & priſtinam poſſeſ
ſionem pacificam reſtituere dictæ eccleſiæ ſancti Anto-
nij, & præceptori eiuſdem, ut conſtat ex tenore inſtrumē
ti præfati, cui inter partes eſt ſtandum etiā in uerbis nar-
ratiuis. l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. &
not. Bar. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. quādo ſunt
neceſſaria ad actum, de quo agitur, ut not. do. Anto. in c.
illud de præſumpt. cum ſimil. ut per Decium conſil. 118.
1 uiſo inſtrumento col. 3. lib. 1. Ex qua cauſa † permiſſa eſt
alienatio bonorum eccleſiæ in potentem, qui poſsit bo-
na illa occupata recuperare, ut eſt caſus in c. 2. de feud. in
tertio, & ultimo caſu, ibi alicui laico in feudum concede
re, qui & illud recuperet, & in feudum recognoſcat. iun-
cto fine. c. ibi poteris ei licenter cōcedere, per quem illud
2 eccleſia ualeat rehabere, & ad hoc ibi doct.* omnes alle-
gant illum tex. cum alijs ſimilibus, ut per eos. Vnde ex
hoc conſtare uidetur de cauſa legitima alienationis.
¶ Secundò ad idem: quia interuenit in dicta conceſsio
ne auctoritas Papę Iulij. ij. media perſona Reuerēdiſsimi
tunc legati Bononiæ commorantis, ut in dicta cōceſsio-
ne narratur. quæ auctoritas, quia repræſentat perſonam
Pontificis, c. hi qui auctoritate de præbend. lib. 6. iuncto
extrauag. Pauli. ij. in tit. de rebus eccl. non alien. uidetur
ualidum reddere contractum cū conſenſu ſolius prælati
illius

illius eccleſiæ, quæ capitulum non habet. prout eſt in
caſu quæſt. noſtræ. ut in terminis de auctoritate Papæ,
2 † uel eius commiſſarij tradit Abb. in conſi. 41. uidendum
eſt. lib. 1. ubi conſuluit prædicta ſufficere. & de legati au-
ctoritate tradit Rota in nouis deciſione 229. in diſmem
3 bratione, & tradit Decius conſi. 174. col. 2. lib. 1. † & quia
(ut dixi) ex quo ille Reuerendus dominus Iulius erat ſo
lus prælatus tantam habet poteſtatem in alienationem
bonorum eccleſiæ, quantam haberet prælatus, cum ca-
pitulo. ut eſt glo. not. in cap. potuit, in uerbo, potuiſſet,
quam ibi Abb. & doctores ſequuntur de locat. & ideò a-
lienatio facta a tali prælato non poteſt impugnari ex
defectu tractatus, qui aliàs requiritur in alienatione bo-
norum eccleſiæ iuxta text. & ibi not. in c. 1. de rebus eccl.
non alien. in 6. ut tradit Roma. in conſ. 36. uiſa diſcepta-
tione, Deci. conſ. 142. col. 1. cũ ſimil. ut per Feli. in c. edo-
ceri col. pen. de reſcript. ¶ Tertiò ad idem facit, quia li-
cèt ex tenore dicti contractus non conſtet, quòd Reuerẽ
diſſimus tunc legatus apoſtolicus adhibuerit cauſæ co-
gnitionem in huiuſmodi alienatione, prout de iure re-
quiritur, ut not. in d. c. 1. cum ſimilibus, ut latè per Paul.
de Caſtr. in conſ. 91. ſuper eo, ſecundum antiquam im-
4 preſſionem: † tamen ex diuturnitate temporis omnia
præſumuntur ſolenniter facta, licèt ſint extrinſeca. l. ſi fi-
lius. C. de petit. hæred. l. qui in alienam in principio. ff. de
acquiren. hæredita. l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. &
quod ibi per Bart. cuius dicta in hac parte probat Abb.
in capitulo peruenit de cenſibus. & in dictis locis per do
ctores in capitulo Albericus de teſtibus. et ita in caſu cu
iuſdam alienationis bonorum eccleſiæ arguit Petr. Phi-
lip. de Corneo. conſi. 181. Viſis nonnullis columna ſexta.
uerſ. & uidetur reſultare libro ſecundo. cum ſimilibus, ut
per Decium in conſilio 36. columna ſeptima, uerſ. quar-
to, & per Alexand. in conſ. 79. Circa primum in ſecundo
dubio columna tertia lib. 1. & in conſ. 45. Viſa facti nar-
ratione columna fin. libro tertio. & Areti. in conſ. 36. ca-
ſus talis eſt. columna ſecunda. & per Feli. in cap. ſicut co-
5 lu. 20. uerſ. ſeptimo. de re iudica. † Vbi uidetur uelle tem-
pus longum decem annorum ſufficere, ut præſumantur
ſolennitates extrinſecæ, quæ potuerunt tempore aliena-
tionis interuenire. idem ibidem columna 17. uerſ. fallit
tertiò. ubi latius inſiſtit, cum ſimilibus. ut per eundem
Decium conſi. 341. Viſo puncto columna ſeptima. & con
ſil. 409. Viſo conſi. columna prima. Ex quibus omni
bus prædictis uidetur ualidam fuiſſe conceſſionem illam
in emphyteoſim perpetuam, ex quo concurrunt requiſi-
ta de iure; ſcilicet cauſa legitima, auctoritas ſuperioris;
& ſolennitas debita. capitulo primo præallegato, & in ca
pitulo ſecundo de rebus eccleſ. non alienand. & in clem.
prima. eodem tit. & in capitulo primo, de in integr. reſti-
tutio. & in capitulo quæ in eccleſiarum. ubi glo. & docto.
de conſtitut. & in capitulo ea noſcitur. de his quæ fiunt a
prælat. & in ſumma 12. quæſt. 2. & in extrauag. præalleg.
Pauli. ij. & in prædictis locis per doctores. et uidentur
confirmari poſſe propter ſcientiam, & patientiam Reue-
rendi domini moderni præceptoris dictæ domus, qui a-
ctum impugnare poterat, qui ueriſimiliter non tantum
tacuiſſet ſi alienatio iſta ex defectu ſolennitatis. & cauſæ
impugnari potuiſſet, ut dicit Alexand. conſi. 9. Viſo the-
mate, columna fin. lib. 3. & Decius præallegato conſilio
6 409. in ſecunda columna, uerſ. & pro uera. † Et quia ſin-
gulis annis cenſum, ſeu canonem recepit a prædictis de
Blanchis, per quam receptionem, ratificatio inducitur,
ut not. Bald. conſi. 184. Ad intelligentiam libro ſecundo.
facit. l. Paulus. ff. rem rat. habe. cum ſimilibus. ut tradit
Alexand. conſi. 175. perſpectis uerbis, colum. fina. lib. 5.
vnde ſibi uidetur præiudicaſſe, ut per Petr. de Anchara.
conſi. 157. ex narratis in facto. colu. 4. ¶ Quartò princi-
paliter pro ualiditate primæ, & ſecundæ inueſtituræ, fa-
cit, quia omnis contractus emphyteoticus etiam in bo-
nis eccleſiæ debet ſaltem de conſuetudine obſeruari, ut te
net Specul. in titu. de locat. §. nunc aliqua, uer. ſexto quæ-
ritur. & ſentit Ange. in §. quia uero, columna prima. uerſ.
ſed tunc quæro in auth. de non alienan. colla. 2. refert, &

ſequitur Alexand. in dicto conſi. 79. circa primum. colu.
6. lib. 1. De qua conſuetudine latè tradunt doctores, ubi
Feli. colu. 4. & 5. in cap. cum cauſa de re iudica. & doctori
aſſerenti ita eſſe de conſuetudine credendum eſt, ut not.
Bar. in l. de quibus. ff. de legib. ¶ Quintò pro defenſione
7 utriuſque inueſtituræ facit, † quia ualet alienatio bono-
rum eccleſiæ facta in caſu a iure pmiſſo; uidelicet ad uti
litatem eccleſiæ, etiam ſine ſolennitate, & forma a iure re
quiſita, bona gloſa in l. cum hi. §. eam tranſactionem in
uer. Alimentarius. ff. de tranſactio. quam Bald. & Angel.
ibi ſequuntur. & idem Bald. in l. contra iuris in fine. ff. de
pact. quæ glo. ſatis probatur in d. §. tam tranſactionem;
ubi ualet tranſactio ſuper alimentis in fauorem pupilli,
non ſeruata ſolennitate legis, ſi pupillus fecit conditio-
nem ſuam meliorem. & hoc comprobatur: quia talis ſo-
lennitas a iure in fauorem eccleſiæ requiritur, ad effectũ,
ut eccleſia utiliter contrahat præſumptiue, ut dicit Bald.
in c. 1. colu. 2. uerſ. quærit Iacobus. qui feud. dar. poſſ. ſe-
quitur Alexand. in dicto conſ. 79. colu. 2. lib. 1. idem Bal.
in cap. ſicut in fine de re iudic. Si ergo conſtat de utilita-
te eccleſiæ, ſumus in caſu claro, ideo non eſt opus conie-
cturis, & ſic ſolennitate aliqua quæ uerſatur circa tracta-
tum, & cauſæ cognitionem, & ita cum iſta opinione per-
tranſit Decius in c. quæ in eccleſiarum colu. 3. in 5. not. de
conſtitut. ¶ Quod autem in caſu q. noſtræ, cõſtet de ca-
ſu licito, & permiſſo a iure, apparet ex contractu, in quo
dicitur, quod illuſtris dominus Hermes debeat recupera
re poſſeſſionem illam de manibus occupantium, & poten
tium, quę cauſa a iure approbatur. d. c. 2. de feud. & ſupra
dixi. ¶ Sextò pro ualiditate ſecundæ inueſtituræ in nob.
D. Gaſparem & conſortes de Blanchis, quæ reperitur fa-
cta per ſolum prælatum illum. d. Iulium, ſine conſenſu le-
gitimi ſuperioris, tanquam de bonis ſolitis alienari, & da-
ri in emphyteoſim, prout in inſtrumento, deſuper confe-
cto dicitur, uidetur text. in dicto cap. 2. de feud. in primo
8 caſu. ubi probatur † quòd prælatus liberè & ſic ſine ali-
cuius auctoritate poteſt bona eccleſiæ ſuæ conſueta alie-
nari, dare in feudum, etiam ſi iuraſſet non infeudare incõ
ſulto Romano Pontifice. ubi doctores ad hoc not. illum
tex. & ibi Abb. in ſecundo not. multum cõmendat. Nam
ex quo res fuit facta alienabilis, non dicitur amplius de
menſa eccleſiæ, ut declarat idem Abb. do. Anto. & Imol.
in c. ut ſuper colu. 2. uerſ. Ego crederem. de rebus eccleſ.
non alien. & tradit Roma. in conſi. 70. col. 1. & 2. Bal. ita
dicit. in l. cum hi. præalleg. §. eam tranſactionem. in fine,
ubi allegat. d. c. 2. & Alexand. idem conſuluit. in conſ. 80.
col. 6. viſo. lib. 1. & in conſ. 188. uiſo columna penultima.
lib. 2. & in conſ. 9. per totum libro tertio. & tradit Petr. de
Anchar. in conſ. ultimo. columna quinta. Decius conſilio
329. columna finali. Iaſon in l. uoluntas. C. de fideicom-
miſſ. & Calderi. in conſi. 11. in titulo de feudis, ubi dicit
in 1. colu. quòd bona eccleſiæ conſueta infeudari, poteſt
ſolus prælatus ſine alia ſolẽnitate alienare, & eſt commu-
nis concluſio, ut latè deducit, & atteſtatur Corneus in d.
conſi. 181. col. 13. uerſ. Nec etiam obſtat, & Felin. in præ-
allegato cap. cum cauſa col. 9. in tertia fallentia.
¶ Sed prædictis non obſtantibus, quæ ulterius cogitan-
ti uerè non obſtant contrarium de iure uerius eſſe arbi-
tror, quòd talis conceſſio fuerit, & ſit nulla. Nam clarum
9 eſt de iure † quòd emphyteoſis perpetua, de qua agitur,
dicitur alienatio. capitulo nulli de rebus eccleſ. non alie-
nan. in §. alienationes in auth. de non alienand. caſus eſt
apertus in extrauaganti Pauli, de rebus eccleſ. non alien.
incip. Ambitioſa. Tradit Bart. in auth. hoc ius de ſacroſ.
eccleſ. col. 1. Nam propriè dicitur alienatio, quando uti-
le dominium transfertur. ut not. Bal. in cap. 1. §. aut fi-
lii illario circa finem. quibus mod. feud. amit. & in conſi-
lio 47. ad euidentiam. uerſ. ſecundo præmitto libro pri-
mo cum ſimilibus, ut latè per Alex. conſ. 16. viſo. colu. 2.
lib. 4. & per Decium conſ. 142. colu. 2. lib. 1. & not. docto-
res poſt gl. in clem. 1. de rebus eccl. nõ alien. & in c. ad au-
dientiam. eo. tit. Et ideo talis alienatio non potuit fieri,
niſi in caſib. a iure permiſſis, vez. in cauſa neceſſitatis, uel
utilitatis dictæ domus, ſeu eccl'iæ cũ ſolẽnitate req̃ſita in

alienatione bonorum eccleſiæ d.c.nulli,ubi not.& in d.c.
1. & 2. de rebus eccl.non alienan. lib.6.& in d.clemen.1.
& tradit gloſa magiſtra in ſumma. 12. quæſt.2. per text.
in cap.ſine exceptione ea. cauſ. & quæſt. ubi iſta duo co-
pulatiuè requiruntur; cauſa legitima,& ſolennitas.& ita
tenent glo.pen.Abb.& alij communiter in c.1.de reſtitu.
in integrum.& in cap.quæ in eccleſiarum per illum text.
de conſtitu.ubi Feli.colu.1.& 2.atteſtatur eſſe communem opinionem. Abb. in c. tua colu.5. de his quæ fiunt
a prælat. Geminianus poſt Archidiac.in d.c.2.col.2.uer.
quid ſi alienatio,& in conſ.48.inclp. Presbyter. colu.4.&
5.Bal.conſ.313.Reuerendus pater.in tertio lib.& in con-
ſilio 431. Ad euidentiam eodem lib.3. Alexand. in dicto
conſ.16.colu.2.Decius,qui etiam ita atteſtatur & conſu-
luit in conſilio præallegato 142. colu. 3. & in conſ.36. &
in conſ.174.colu. 1. & conſ. 409. Viſo. & conſ.341.Viſo
puncto,quicquid dixerit aliàs diſputatiuè legendo idem
Decius in dicto capitulo quæ in eccleſiarum colu. 3.in 5.
not.contra communem, & contra ueritatem,ex quo iu-
ra requirunt iſta duo copulatiuè. Et ſecundum iſtam
partem communem conſuluit Socinus conſ.15.colu.11.
& 12.lib.1.& in conſ.52. Viſo inſtrumento ſyndicatus,co
lumna ſecunda,uerſic.poſtremo . lib.4.& Petr. Philip.de
Corne.in dicto conſ. 181. Sed in caſu propoſito non ap-
parent iſta duo interueniſſe, ut ſtatim dicam : ergo alie-
natio huiuſmodi nulla, iuribus præallegatis.

¶ Incipiamus a cauſa,& dico,quòd conceſsio prima, &
ſecunda fuit, & eſt nulla ex defectu cauſæ, quæ iuſta non
apparet interueniſſe. Nec obſtat quòd allegetur in pri-
mo inſtrumento conceſsionis factæ de anno 1505. in il-
luſtrem tunc uiuentem, Dominum Hermetem Bentiuo-
lum, ut poſſeſsionem illam tornaturarum 200. recupe-
raret e manibus occupantium, & potentium uirorum,&
priſtinam poſſeſsionem reſtitueret dictæ eccleſiæ alienan
ti,ut dixi ſupra in prima ratione dubitandi. Quia reſpon
10 detur, † quòd allegauti cauſam non creditur, niſi per
eum probetur fuiſſe ueram,ne detur materia fingendi, &
decipiendi eccleſiam. ut eſt tex. clarus cum gloſa in uer-
bo tenues in dicto capitulo 1.de rebus eccl. non alienan.
lib.6. & probatur in principio cap.ubi allegabatur cau-
ſa, iuncto fine,in uer.& præſertim ibi ,:cum euidens ne-
ceſsitas uel utilitas non ſubeſſet. quem text. poſt gloſ.
not.ibi Petr. Gemin.& Philip.& ita per illum tex.bis con
ſuluit Federic.de Sen.conſ.142.Domini Ioanni.col.2. &
143.conceſsio facta colu.2.uerſ. ad ſecundum, ubi dicit
quòd ad ualiditatem alienationis bonorum eccleſię,duo
requiruntur , ueritas cauſæ, & auctoritas ſuperioris ad-
hibita cum cauſæ cognitione, nec in hoc ſtandum eſt aſ-
ſertioni partium, ut ibi probatur : quia prælatus non po
teſt præiudicare eccleſiæ.Ioan.Andr.in rubr.de rebus ec-
cleſ.non alienan.c.ſi quis presbyterorum eod. titu. & ibi
not.regula delictum.de regu.iur.lib. 6. cum allegatis ibi
per gl.argumento.l.teſtamentum.ff. de probat.l. ſi forte,
& quod not.ibi Ang.ff.de caſtr.pecul. & quod tradit glo.
& docto.in l.ſi donatione. C. de collat. & conſul. Decius
d.conſ.142.col.5.in fine, cum multis ſimilibus adductis
per Bartholomæum Socinum in præallegato conſ. 52.co
lu.2.ubi latè probat,ꝙ non eſt ſtandum aſſertioni præla-
ti alienantis,nec illius in quem fit alienatio de tractatu;
nec de cauſæ cognitione adhibitis, ſed debent probari
11 per allegantem. † & ꝙ debeat conſtare de cauſa alienan-
di per alia inſtrumenta, & non per aſſertiones partium,
latè tenet Marianus Socinus conſ.15. uiſis prædictis col.
7.& 8.uerſ. primò cum pluribus ſequentibus lib.1. & ibi
col.9.dicit,ꝙ ex quo multa requiruntur ſeruata eſſe in ta
li alienatione, conſuluit eſſe abſtinendum ab huiuſmodi
contractibus,ſicut a ueneno ſo ſerpente. Vnde ſequitur ꝙ
incumbit onus probandi illi, qui uult dicere, & allegare
bona illa tunc temporis primæ conceſsionis in d. Herme
tem fuiſſe per potentea occupata, & poſtea per eundé re-
cuperata & reſtituta eccleſiæ , & conſolidata cum ea.

12 ¶ † Videamus de ſolennitate,& ſic de ſecúdo requiſito,
utrum interuenerit. & eſt de iure, ꝙ requiritur in aliena-
tione,de qua agitur,utrunq; cóſenſum, proprij rectoris,
auctoritas Papæ,uel legati habentis poteſtatem, uel alte
rius commiſſarij eiuſdem, ut legitur,& not.in c.2.de reb.
eccl.non alien.lib.6.& in clem.1.eo. tit. & tradit Abb.in
conſ.41.cum ſimilib. ut dixi ſupra in ſecunda ratione du
bitandi,& Feder.conſi.præallega.143.col.2.& in extrau.
Pau.in tit.de reb.eccl.non alien.ubi eſt caſus ibi inconſul
to Romano Pontifice. & tradit Marianus Soci.in d.conſ.
25.quæ auctoritas locumtenentis tunc Bononiæ pro Iu-
lio.ij.Pontifice reſidentis,ſeu eiuſdem commiſſarij, licèt
dicatur interueniſſe,ut narratur in dicto inſtrumento pri-
mæ conceſsionis : tamen ex pluribus nihil ſuffragatur.
Primò,quia non conſtat, quòd habuerit ad hoc faculta-
tem a Papa,maxime de re tanti momenti, & ualoris. Se-
cundò, quia non creditur illis uerbis narratiuis in dam-
num eccleſiæ, & ſucceſſoris in ea, ut dictum eſt ſupra in
proximo fundamento : tum quia etiam ſi uerba illa nar-
ratiua facerent fidem,non conſtat decretum illud ſeu li-
centiam impartitam cum cauſæ cognitione, ſeruatis ſer
uandis,& quòd pronunciauerit alienationem illam ce-
dere in euidentem utilitatem dictæ eccleſiæ; iuxta for-
mam traditam per Paulum in d. extrauaganti. & prout
quotidie ſeruari uidemus. Vnde ad hæc probanda, ſeu
præſumenda, requiritur, quòd celebratum ſit aliud in-
ſtrumentum, in quo ſaltem narretur adhibitam fuiſſe
cauſæ cognitionem,habita relatione per teſtes, uel alios
peritos, per quod declaretur cauſam alienandi ſubeſſe,
& alienationem illam tendere in euidentem utilitatem
eccleſiæ,ut docet Abb.in dicto conſilio 41.& Decius con
ſilio præallegato 341.colum.6.cum ſimilibus,ut ibi latè
per eum, ubi ſpecialiter loquitur de auctoritate legati
Bononienſis impartita ſuper alienatione certorum bo-
norum eccleſiæ, cum illuſtriſs.Duce Ferrariæ de manda-
to Papæ. Et quòd decretum, ſeu licentia requiratur cum
cauſæ cognitione,tenet expreſſe Federic.in d. conſil.142.
& ſequenti,alias,quòd eſt nulla. & ita late in decreto alie
nationis bonorum minorum conſuluit Paul.conſi.91.ſu-
per eo, quod quæritur,per totum,ubi infert ad alienatio-
nem bonorum eccleſiæ per legem. cum hi. §. ſi prætor. ff.
de tranſactio.l.magis.§.non paſsim.ff. de rebus eo. cum
ſimilibus, ut ibi per eum, ubi ponit practicam ſe infor-
13 mandi de cauſis allegatis,& de modo pronunciandi, † &
concludit non eſſe credendum uerbis notarij, nec partiũ
circa huiuſmodi cauſæ cognitionẽ,cum ſint ſolennitates
extrinſecæ, quæ tunc temporis,quando fit alienatio, non
potuerunt interuenire,iuxta notata per glo.& Bart.in l.j.
C.de fide inſtr.& iu.haſ.fiſc.lib.10. & in l.ſciendum. ff. de
uerb.& not.per Bart.in d.l. ſi forte.ff. de caſtr.pecul.& in
auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.& ideo docet, ꝙ fiat in-
ſtrumentum ſeparatum de prædictis,antequam deueniat
ad contractum alienationis, prout etiam docet Specula-
tor in tit.de locat.§.ſequitur,uer.& ſcias,& tradũt docto
res in d.c.1.& 2.de rebus eccl.non alien. ¶ Tertiò princi
paliter contra ſecundam conceſsionem factam per eun-
dem q.Reuerendum dominum Iulium præceſſorem Re-
uerendi domini moderni præceptoris, in illos de Blan-
chis,ad oſtendendum de ipſius nullitate, adduco in ter-
minis tex.clarum in d.extrauag. Pauli, ubi dicitur, ꝙ ad
hoc ut ualeat contractus emphyteoſis de bonis immobilib.
eccleſiarum plura requiruntur copulata: primum, ꝙ fiat
in caſibus a iure permiſsis,de quib.per gl.in d. ſumma, &
in d.c.ſine exceptione.12.q.2.Secundum,ꝙ fiat de bonis,
& rebus ab antiquo in emphyteoſim cócedi ſolitis : Ter
tium requiſitum, ꝙ fiat cum eccleſiarum euidenti utilita
te: Quartum cum auctoritate Romani Pótificis,aliás eſt
nullius roboris,& mométi omnino, & ſic nulla ipſo iure.
c.2.in fi.de fil.presbyt.li.6.clem.1. de præb.c.ad audien-
tiam 2.de reſcr.ubi Abb.& moder. & in c.cæterú eo.titu.
not.Salice.de his uerbis omnino, & penitus in l.decerni-
mus.C.de ſacroſanct.eccleſ. Sed alienatio prædicta non
fuit facta ex cauſa neceſsitatis, uel utilitatis eccleſiæ
nec in euidentem utilitaté,immo in manifeſtam,& maxi
mam læſionem, ut ex ſe notoriè patet, nec interuenit au-
ctoritas, aut decretum Papæ, uel alterius legitimi ſu-
perioris, ut conſtat ex tenore inſtruméti dictæ alienatio-
nis:

14 nis: ergo nulla ipſo iure. † ¶ Nec obſtat quòd in dicto
inſtrumento dicatur, quòd ſit facta de bonis ſolitis in-
feudari, ſeu dari in emphyteoſim, quo caſu, non requiri-
tur auctoritas, ſeu licentia Papæ. d. c. 2. de feud. & latè di
ctum eſt ſupra in ſexta ratione dubitandi. Quia reſpon-
detur, præſuppoſita illa opinione pro uera, quòd in con-
ſuetis concedi non requiratur licentia Papæ in terminis.
dicto cap. 2. quod procedit, quando prima conceſsio fuit
facta ex cauſa uera, & apparenti, & ſeruatis de iure ſer-
uandis, de quibus ſupra dixi. & quando tempore ſecun-
dæ conceſsionis, duraret cauſa primæ alienationis, a-
liàs non, ut notanter declarat dom. Abb. in dicto cap. ut
ſuper. columna ſecunda, uerſic. Ego crederem. de rebus
15 eccleſ. non alienan. † Vnde infert. quòd ſi poſſeſsio a-
liàs inculta ex cauſa culturæ fuerit alienata ſeruatis ſer-
uandis, ſi poſtea reuertatur ex aliqua cauſa ad eccleſiam
bene cultiuata, quòd eccleſia non poterit illam poſſeſsio
nem alienare ſine licentia Papæ, ac aliàs ſeruatis ſolen-
nitatibus debitis, quia ceſſante cauſa primæ conceſsio-
nis, bona illa efficiuntur de menſa, & aſſumunt ſibi na-
turam, & qualitatem rerum eccleſiæ a ceſſante ratione.
capitulo cum ceſſante de appellatio. Secus ſi cauſa anti-
qua perſeueraret tempore ſecundæ conceſsionis. ponit
exemplum Abb. Eccleſia habebat caſtrum, quod pro-
pter cuſtodiam, & alia onera erat ſibi magis damno-
ſum, quàm utile, deliberauit ſemel cum ſolennitate de-
bita dare in feudum, & dedit: ſi tractu temporis redeat
ad eccleſiam, poteſt illa iterum de nouo alij concedere
ſine ſolennitate caſtrum illud, durante eodem graua-
mine, & cauſa cuſtodiendi. quia iſta ſecunda non eſt
noua alienatio, ſed quædam executio ordinationis an-
tiquæ legitimè facta, ut latè dixi ſupra in prima & ſecun-
da ratione iſtius partis. Ergo non poteſt dici quòd illa
bona ſint ſolita alienari. argumento l. j. §. ſtatuerit. ff.
quod quiſ. iur. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. &
iſta tenet Alexand. huic rationi reſpondendo. in conſi-
lio nono, Viſo. columna ſecunda uerſi. nec prædictis ob-
ſtat. ubi allegat Imol. in dicto capitulo ut ſuper. libr. 3.
& dato, quòd cauſa primæ conceſsionis uera apparuiſ-
ſet, & ſic quod bona illa recuperata forent per illum D.
Hermetem, & reſtituta eccleſiæ, profecto ceſſante cau-
ſa primæ conceſsionis, ſecunda non ualet. ſine debita
ſolennitate, ut dixit Abb. & ſi duraſſet cauſa eadem tem
pore ſecundæ alienationis, debuiſſet in contractu ſal-
tem exprimi, & tunc ſeruari debita forma dictæ extra-
uagantis, ex quo in prima conceſsione non fuerat bene
ſeruata, quod minime factum, nec ſeruatum apparet:
ergo ſecunda conceſsio nulla ex defectu cauſæ & ſolen-
16 nitatis. ¶ Secundò huic obiecto reſpondetur, † quia tūc
demum dicitur res conſueta dari in emphyteoſim, ut
poſsit per ſolum prælatum iterato concedi, quando per
ſpatium triginta, uel ſecundum aliquos quadraginta an-
norum fuerat prius alienata, ut poſt Iacob. de Bel. tenet
Alexand. in dicto conſilio nono. columna ſecunda, uerſ.
Præterea. Immo requiritur ſecundum eundem, quòd præ
ceſſerit bina conceſsio ad inducendam conſuetudinem
alienandi. per l. iij. in fine. C. de epiſcop. audien. cum ſi-
milibus, ut ibi per eum. Sed in quæſtio. noſtra, quando
fuit facta. ſecunda conceſsio, quæ fuit de anno 1506. die
26. Ianuarij, non diſtabamus a prima, quæ facta fuit de
anno 1505. die 28. menſis Auguſti, niſi per quinque men
ſes, & unica, & illa nulla præceſsit; ergo nulla conſuetu-
do concedendi in emphyteoſim. Vnde ſecunda conceſ-
ſio in illos nob. de Blanchis fundata reperitur, ſuper falſa
cauſa; ergo nulla. l. præſcriptionem. l. & ſi legibus. & ibi
not. C. ſi contra ius, uel util. publi. l. j. C. ſi rem. ex. reſc. pet.
cap. ſuper litteris. c. ad audientiam cum ibi not. de reſcri.
l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. idem tenet Alexan. conſ. 188.
Viſo. colu. penult. lib. 2. idem Alex. conſ. 5. ſi uera ſunt nar
rata. cod. lib. 3. Ioannes de Imol. in dicto cap. 2. de feud.
in ultimo folio. Bald. in l. de quibus col. 10. uer. quæro er-
go quantum tempus. Decius conſi. præallegato 142. col.
3. uerſ. ſolum ſupereſt, & conſi. 341. col. 6. uerſ. & ulterius,
ubi ſequitur prædicta. & allegantı talem conſuetudinem
incumbit onus probandi, quia in facto conſiſtit, ut per
glo. in d. l. præſcriptione. Bart. in d. l. de quibus colu. fin.
Et quod requiratur tempus præcedens xl. annorum, be-
ne facit text. cum ibi not. in c. cum de beneficio de præb.
lib. 6. Ex quibus omnibus corruunt prima, & ſecunda cō
ceſsio, & multipliciter eſt reſponſum ad ſextam rationem
dubitandi, ſuper qua fundatur ſecunda conceſsio.
¶ Quartò principaliter oſtenditur nullitas primæ con-
ceſsionis, quia facta in dominum Hermetē Bentiuolum,
tunc in ciuitate Bononiæ, ubi contractus ille fuit celebra
tus, tyrannum, qui multa alia enormia contra ibi habitan
17 tes exercuit, ut bene ſciunt domini Bononienſes, † quo
fit, ut fuerit nulla, ut tenet Bar. in tracta. de tyran. q. 7. dum
loquitur de contractu geſto cum tyranno, per text. in l. j.
C. de contract. iudi. ubi non ualet contractus celebratus
per ſubditum cum iudicibus, de quibus ibi, multo minus
cum tyranno, ne ſit melioris conditionis ſtultus quàm ſa-
piens. c. cum qui de præben. lib. 6. Item quia tyrannus di-
citur tenere ſubditos in ſeruitute. cap. non minus de im-
munit. eccle. quod dictum refert, & ſequitur Philip. Corn.
Peruſ. in conſi. 127. incip. Primo aſpectu. colu. 6. lib. 2. &
damnat Bald. qui aliter uoluit in l. decernimus. C. de ſa-
croſanc. eccleſ. colu. fi. uerſ. Circa tertium. ubi uoluit, quod
contractus geſtus per ſubditum cum tyranno ualeat me-
ro iure, niſi dolus, uel impreſsio probaretur. quæ præſu-
mitur ſecundum eum, quando magna deceptio interue-
nit. Sed opinio Bart. uidetur ipſa ueritas per d. l. j. ut latè
deducit Corneus in dicto conſ. ſed data etiam opinione
Baldi pro uera, dico, quòd ex quo in contractu illo cele-
brato cum q. domino Hermete, non conſtat de uera cau-
ſa alienandi, & quia eccleſia ex illo contractu fuit enor-
miter læſa, immo enormiſsimè, ut conſtat in facto, ex quo
poſſeſsiones illæ, tunc erant partim pratiuæ, & partim a-
ratiuæ, ut dicitur in contractu, & conceſſæ pro modica
penſione annua ducat. 8. uel circa, conſtat de dolo, & im-
preſsione præſumptiuè, ut dicit Baldus eo, maximè, quia
ille, non obtemperantes uoluntati ſuæ, conſueuerat male
tractare, ut longa experientia in pluribus caſibus rerum
magiſtra, docuit. et prout in proceſſu deſuper formando
probari poterit. Ex quibus ſequitur, quòd non poteſt ali
quod fundamentum, fieri ſuper illa prima conceſsione, ſu
per qua fundatur ſecunda. ¶ Modo ſupereſt reſpondere
ad deducta ſupra in contrarium, ad quæ licèt ſatis in ge-
nere appareat reſponſum: tamen ſpecialius reſpondetur.
Et ad primum, dico illud non obſtare, quia cauſa illa de-
ducta in prima conceſsione fuit ſolum allegata, ſed non
probata, ut debuit, ergo alienatio nulla. d. c. 1. de reb. eccl.
non alienan. lib. 6. & ſupra latè dictum in ſecunda ratio-
ne iſtius partis. Nec obſtat, quòd uerba narratiua probēt
inter partes. d. l. optimam, quia non operantur in præiudi
cium eccleſiæ & ſucceſſorum, ut dixi ſupra, & per d. cap. ſi
quis presbyterorum. ¶ Secundò reſpondetur data etiam
ueritate illius cauſæ, quòd tex. ille in d. c. 2. in tertio caſu,
de feud. procedit in bonis ſemel feudalibus eccleſiæ alie-
natis per uaſallum in potentes, a quibus eccleſia non po-
teſt de facili recuperare, quia tunc poteſt illa dare poten-
tiori, ut recuperet, & reſtituat eccleſiæ, ſecus in bonis libe-
ris, & de menſa eccleſiæ occupatis, quia iſta non eſt cauſa
legitima alienandi in potentem, ut recuperentur. ita limi
tat illum text. Ioan. Andr. ibi, & ſequitur Abb. in ultimo
not. Nam dicit Abb. ſi iſta eſſet bona cauſa alienandi poſ
ſet fraus committi per prælatum, qui permitteret bona ec
cleſiæ occupari, ut illa poſſet poſtea alienare conſangui-
neo, uel amico. Vnde cum non appareat bona illa, de qui
bus agit, fuiſſe prius feudalia, uel emphyteoticaria; ideo
allodialia, ſeu de menſa prælati, & eccleſiæ dicuntur, ideo
non alienabilia, ut eſt glo. in clem. 1. de exceſſ. prælato. in
uerbo. de menſa, & declarat Alex. in d. conſ. 9. col. 2. lib. 3.
¶ Non obſtat ſecunda ratio, quia auctoritas, ſeu decretū
legati, ſeu locumtenentis Papæ, non fuit legitimè interpo
ſita, nec ſeruata forma conſueta, quæ ſeruatur in aliena-
tione bonorum eccleſiæ, iuxta. d. extrauag. Paul. ut latè
deduxi ſupra in ſecunda & tertia ratione iſtius partis.
¶ Non obſtat tertia ratio, quòd ex diuturnitate tem-

potis præſumantur omnia ſolenniter geſta. d.l.ſi filius.
& d.l.qui in aliena cum ſimilibus, quia Alex.de Imola
18 in d.conſ.9.lib.3.colu.fi.reſpondet. † ꝙ ſi tractaretur de
præſumendo conſenſu epiſcopi, uel capituli, ad huiuſmo
di alienationem, procederent contraria, propter uici-
nitatem, & identitatem eiuſdem loci uel ptupter coniun-
ctionem, iuter epiſcopum & capitulum. Et ita loquun-
tur dictæ leges in contrarium allegatæ, de præſumendo
conſenſu, & iuſſu paterno in additione ſacta pet filium
propter coniunctionem eorum, qui cenſentur una caro.
l.fi.C.de impuber. & ita ſoluit Romanus in l.ſciendum.
ff.de uerb.obliga. Feli. poſt eum, & Bal.in cap.Albericus
19 de teſtibus.colu.fin. † quæ ceſſant in perſona Papæ, cu-
ius auctoritas requiritur; quia dici non poteſt, quòd
infra dictum tempus decem annorum, uel plurium, con-
ſtet uerè, uel præſumptiuè Papam habuiſſe notitiam di-
ctorum contractuum, & per conſequens quòd ex eius
tolerantia, præſumatur ipſius licentiam interueniſſe,
cum ignorantia regulariter præſumatur. l. uerius. ff. de
probatio. l. ſuper ſeruis. C. qui mili. non poſſ. lib. 12. idem
dicendum de præſumenda auctoritate & licentia, ac de-
creto ipſius Papæ cómiſſarij, ſeu legati Bonon. quia ſunt
temporales; ideò per ſpatium tot annorum, non poteſt
præſumi ex eorum tolerantia, & ſic non ſumus in caſu di
ctarum legum. ſi filius. & d.l.qui in aliena cum ſimilib.
& cum dicto Alex.in d.conſi.9. illud magnificando con
cordat Felinus in d.cap.ſicut colu. 20.uerſ.bene fateor.
de re iudica. ubi limitat totam materiam d.ll.ſi filius, &
l.qui in aliena, cum ſimilibus, ut non procedant in alie-
natione bonorum eccleſiæ, ad cuius ualiditatem requi-
ritur conſenſus Papæ, ex quo prælati in eorum promo-
tione iurant non alienare Romano Pontifice inconſulto,
& uult, quòd ex diuturnitate temporis non præſumatur,
quia cum ipſo non ſequitur aliqua diuturna obſeruan-
tia actus, nec aliqua continuata eius notitia, & ita dicit
ſe conſuluiſſe, apud Lucam per illud dictum Alex. Et iſta
uidetur mihi ueriſsima reſolutio, & reſponſio ad contra
20 rium. ¶Secundò reſpondetur. † quia ut inquit Salic.
in d.l.ſi filius, ideo ibi præſumitur præceſsiſſe iuſſus pa-
tris, ex diuturna patientia illius, quia pater ita allegabat
ſe iuſsiſſe filium adire hæreditatem, aliàs non præſume-
retur. & ſequitur Alexan.in d.conſi.uerſ. poteſt etiam a-
liter reſponderi. Vnde infert, quòd ſi Papa, uel eius com
miſſarius non allegant ſe conſenſiſſe, non poteſt dici,
quòd præſumatur eorum conſenſus ex dioturnitate.
21 † ¶Tertiò reſpondetur ſecundum Card. & domi. Abb.
in d.cap. Albericus, quòd præſumitur ex tempore ſolen-
nitas extrinſeca, dummodo fuerit narrata, ſeu enuncia-
ta in inſtrumento decreti, ſeu licentiæ, uel auctoritatis
interpoſitæ, aliàs non, & ita in ſpecie in cauſa aliena-
tionis bonorum eccleſiæ, tradit Abb.in d.conſ.141.col.
3. uerſ.præſumitur. & Decius in præallegato conſi.34.
colum.6. Nam ut dixi, ſupra, in alienatione huiuſmodi
requiritur decretum, ſeu authoritas Papæ, uel commiſ-
ſarij, cum cauſæ cognitione, ad effectum, ut poſsit uide-
ri, cognoſci, & declarari alienationē illam cedere in eui-
dentem utilitatem eccleſiæ, ut probatur in d.extrauag.
Pauli. Vnde ſufficit ſecundum prædictos, quòd narrent
cauſæ cognitionem adhibitam, & tunc præſumitur pro
decreto, & pro iudice. cap.ad audientiam, de præſumpt.
c.cum parati de appellat. quæ non reperio narrata in q.
22 noſtra. ¶ Quartò reſpondetur, † quòd.ll. allegatæ in
contrarium, loquuntur in ſolennitate, quæ poterat in-
teruenire, tunc temporis actus geſti, & celebrati contra-
ctus, ut patet in iuſſu, & auctoritate patris. idem in ca-
ſu.d.l.cum de in rem uerſo. cum ſimilibus. ubi agitur de
præſumendo conſenſu in ſorte ex ſolutione uſurarum.
Sed in caſu quæſt. noſtræ, agitur de præſumendo decreto,
cum cauſæ cognitione, quæ præcedere debet actum alie-
nationis, quæ propterea non poteſt interuenire contem-
poranea cum ipſo ꝯtractu, ideò non præſumitur, ut not.
glo. & Bar.in d.l.j.C.de fide inſtru. & iur.haſt. fiſc. lib.10.
& Bar.in auth.ſi quis in aliquo.C.de edēdo. Ita do.Abb.
in d.c.Albericus.col.pen.unde illæ leges allegatæ in con-
23 trariū non faciunt ad q. ¶Quintò reſpondetur: † quia
in præiudicium tertij non præſumitur ſolennitas extrin-
ſeca in materia alienationis bonorum eccleſiæ, niſi per
ſpacium triginta annorum, ſecundum unam opinionem,
uel quadraginta, ſecundum aliam ueriorem. per cap.de
quarta cum ibi not.de præſcript. Ita Petr.Philip.de Cor.
in d.conſi.181.col.6.lib.2. poſt Imol.in cap. peruenit de
empt. & uendit. & alios, ut ibi per eum. idem tenet Alex.
in d.l.ſciendum.col.5. Feli. in d.c.Albericus circa finem,
poſt Salicet.in d.l.ſi filius quod dicit notandum. Sed in
quæſt. noſtra tractatur de præiudicio eccleſiæ & ſucceſſo
ris in dicto prioratu: ergo talis ſolennitas non debet
præſumi minori ſpatio quadraginta uel triginta anno-
rum. Sed adhuc non ſunt elapſi 28. anni, ut conſtat ex
tenore inſtrumentorum; ergo &c. & quòd tempus ſal-
tem triginta annorum requiratur, tenet Petr.de Anchar.
conſi. 136. ex conſilijs excellen. uirorum. Alexand. latè
conſi.79. Circa primum. lib.1. in ſecundo dubio, & de
tanto tempore conſuluit Decius poſt prædictos, & alios,
quos refert, in conſilio præallegato. 36.colu.6. uerſ. ul-
timo non obſtat. & in conſil.409. colu.1. lib.3. inci. uiſo.
Magis tamen mihi placet, prima reſponſio Alex. & Feli.
in d.cap.ſicut, ſed teneas quam uis, in omnibus Reueren
dus do. præceptor. modernus habet intentionem ſuam.
Sed ad unum aduertendum puto, quia ſi lapſi eſſent e-
tiam anni xxx. et præſumeretur auctoritas Papæ cum
debita ſolennitate, adhuc non eſſet ſublata nullitas di-
24 ctorum contractuum, † ex alio capite defectus cauſæ,
quæ non ſubeſt, ut latè deduxi ſupra in ſecunda ratione
pro Reuerendo domino præceptore. ſed doctores, qui lo
quūtur in materia præſumptæ ſolennitatis ex curſu tem-
porum ad ſaluandum inſtrumentum alienationis, lo-
quuntur cæteris de iure requiſitis, concurrentibus. arg.
cap.1. de ætate & qualita. lib. 6. ibi, ſi aliud canonicum
non obſiſtat. & de ſolennitate tantum erat quæſt. & erit
ultima, & not. reſponſio ad adducta in contrarium.
¶Non obſtat ſcientia, & patientia domini præceptoris,
25 † quia reſpondetur, quòd talis ſcientia non nocet ec-
cleſiæ, quin, idem nomine illius, agere poſsit de nullita-
te alienationis, etiam ſi expreſsè illi conſenſiſſet, ut eſt
caſus, ubi glo. & docto. not. illum in dicto capitulo ſi
quis presbyterorum, de rebus eccleſ. non alienan. immo
ad hoc ſub pœna tenetur, etiam ſi iuraſſet ſeruare contra
ctum, ut ibi probatur. & not. Abb. unde patientia huiuſ-
modi ſibi non nocet. ex quo ſciebat ius eccleſiæ eſſe ſal-
uum. argumento. l.ſicut. §.non uidetur. ff. quibus mod.
pigno. uel hipp. ſoluat. ¶Non obſtat receptio canonis,
ſeu penſionis, & liuelli per præfatum Reuerendum d.mo
dernum præceptorem, quia reſpondetur dupliciter, pri-
26 mò, † quia facta cum proteſtatione iuris ſui conſeruãdi,
quæ ualet, & ius conſeruat, ut tenet glo. magna, & ſuper
ea doctores in c.potuit de locat. & doctores in l.ij.C.de
iure emphyt. & probatur communi regula doctorum in
materia proteſtationis, quòd proteſtatio ſuper actu mul
tipliciter intelligibili, dat ſenſum actui ſecundum prote-
ſtationem, nec tollitur per factum contrarium, ut decla-
* rat Bart. & alij * communiter ſequuntur, in l.non ſolum.
§.morte. ff.de no. oper. nuncia. Abb. poſt eum, & Inno.in
c.cum.m.de conſtitut.in 6.colu.in tertio membro prin-
cipali, unde licèt receptio canonis potuerit forſan duo-
bus modis intelligi, uidelicet animo remittendi nullita-
tem contractus, & illud approbandi, uel ſibi ius dicendi
de nullitate reſeruandi, & cum intentione tantum liuel-
lum iam decurſum conſequendi, ſtandum eſt intentioni
illius ſecundum proteſtationem in præſentia ſoluentis
27 factam. † immo dicendum puto, ꝙ etiam ſine proteſta-
tione aliqua ſaluum eſt ſibi ius dicendi de nullitate illa-
rum conceſsionum, cum recipiendo ſolutionem, ſciebat
ius ſibi ſaluum. d.l.ſicut. §. non uidetur. ex quo conſen-
ſus ipſius etiam expreſſus non ualidaſſet cõtractum nul-
lum in damnum eccleſiæ. quin etiam ipſe etiam ſi iuraſ-
ſet, de nullitate agere poſſet, & male alienata reuocare ad
ius, & proprietatē eccleſiæ ſuæ, ut eſt tex.in d.c.ſiquis pre
sbyterorū.de reb.eccl.nõ alien. et determinat do. Abb.in
d.c.potuit

d.c.potuit col.4.in fortiorib.terminis in prelato remittẽ
te caducitatem per receptionẽ penſionis,ſine proteſtatio
ne iuris ſui conſeruandi,in quo caſu, nõ tractatur de alie
nando bona eccleſiæ, prout in q.noſtra tractatur: ſed de
non acquirendo,ut ibi in caſu ſuo,& glo. Et tó uoluit re
ceptionem canonis ſimpliciter ſactam non remittere ca
ducitatem, licèt potuerit, & licèe, multi in hoc teneant
contra Abb.ut patet ex not.in d.l.ij.Tamen in quæſt.no-
ſtra non expedit dubitare, ex quo præceptor etiam ex-
preſſo conſenſu non poſſet ſuæ eccleſiæ præiudicare, ut
dixi. & eſt regulare, quod ubi uerſatur intereſſe eccleſia-
rum, conſenſus clericorum non operatur,ut not.Innoc.
in capitulo accedentibus de priuileg.doctores in capitu
lo dilecto de præben. & in capitulo cum acceſsiſſent de
conſtitut.glo. & docto.in capitulo ſtatutum in princip.
in uerbo non comitantur.de reſcri.lib.6.& in c.ſi diligen
ti,& ſignificaſti. de foro compet. ¶ Non obſtat quarta
ratio de conſuetudine allegata poſt Speculat. quia Spe-
culator loquitur de conſuetudine circa ſolennitatem,
28 non circa cauſas alienãdi,& ita loquitur expreſsè.† Pre-
terea illud dictum intelligitur in rebus conſuetis dari in
emphyteoſim,ſaltem per binas inueſtituras ſpatio anno-
rum quadraginta. Bald.in d.l. de quibus, colu.11.uerſ.
quæro ergo de legibus. Imol.in d.cap.2.in ultima char-
ta.de feud. Calde. conſilio præallegato. 11.colum.1.de
feud.Alexan.conſi.5. ſi uera ſunt.col.3.lib.3. & conſi.9.
uiſo.colu.2.eo.lib.cum ſimilib. ut per Decium,qui ita ad
hoc argumentum reſpondet,in conſi.142.col.3.uerſ.ſo-
lum ſupereſt,& tenet idem Feli. in c.cum cauſa.colu.5.in
2. fallen.de re iudic.quod non fuit factum in caſu q. no-
ſtræ. Præterea alleganti cõſuetudinem incumbit onus
probandi,ut per glo.in d.l.præſcriptione.C.ſi cõtra ius.
29.Bar.in d.l.de quibus in fine.† Nec credendum eſt docto
ri atteſtanti de tali conſuetudine, quia cum conſuetudo
ſit facti,debet probari. ut not.Bal.in l.conſentaneum in
5.oppoſitio.in fine.C.quo.& quand. iud.Alexan. poſt a-
lios in l.poſt dotem in ultimo fol.ff.ſolu. matrim. & hoc
idem tenet,& latè probat Areti.in conſ.133.in cauſa quę
uertitur.colu.3. & tradunt moder.in d.l.de quibus,& ſe-
quitur Decius in præallegato conſi.142. ¶ Vltimò reſpó
detur,quòd contra Speculatorem, qui allegatur pro iſta
opinione ſupra in quarta ratione dubitandi,tenet gl.ubi
* Abb.& alij* communiter doct.in d.c.cum cauſa, Abb.&
Imol.in d.c.nulli.de rebus eccl.non alienan. Bal.in auth.
hoc ius. col.3.cum ſimilib.ut latè per Feli. in d.c.colu.4.
in uerſ.cæterum inquantum. ubi facit regulam genera-
30 lem,& communem ſecundum doctores: † ꝙ non poteſt
conſuetudo operari, ut ualeat alienatio bonorum eccle-
ſiæ,non ſeruatis de iure ſeruandis. & probatur ratione,
quia eſſet damnoſa eccleſijs; ergo inualida. c.1. ubi ca-
ſus de conſuetud. ¶ Non obſtat quinta ratio dubitan-
di, quia ſublata remanet ex his quæ dicta ſunt in prima
ratione iſtius partis, ubi latè ſuit probatum, quód duo
immo plura requirebantur copulatiuè ad ualiditatẽ alie
nationis bonorum eccleſiæ, damnata opinione ꝯtraria.
¶ Non obſtat ſexta, & ultima ratio,quia ſublata ſuit la-
tè per dicta ſupra in tertia ratione, & ſundamento prin-
cipali iſtius partis, quæ non repeto. Ex quibus omni-
bus firma,& indubitata ſit concluſio,ꝙ utraq; conceſsio
in emphyteoſim prima,& ſecunda fuit & eſt nulla. Repe
tantur ergo bona illa alienata & occupata per illos no-
biles de Blancbis, per modernum præceptorem nomine
ſuo,& eccleſiæ prædictæ. & omni alio meliori modo &c.
tanquam indebitè, & male alienata,cum reſtitutione fru
ctuum hucuſque per eos perceptorum. Cum nulliter de
facto, & mala fide tenuerint, & poſſederint illa. Qua
nullitate ſtante, ſuperflua relinquitur ſecunda quæſtio
principalis de reſtitutione in integrum eccleſiæ compe-
tenti ratione læſionis, ſuper qua.q.unum tantum dicam.
31 quòd etiam data ualiditate alienationis prædictæ, † ec-
cleſia tamẽ illa poſſet petere reſtitutionem in integrum,
ex capite enormiſsimi damni, non obſtante lapſu 4.an-
norum a die ſcientiæ læſionis, ut eſt glo.ſi.in fine.in cap.
1. de reſtitut. in integrum lib.6. quam ibi ſequuntur do-
ctó. Abb.in cap.ad noſtram colum.2. de rebus eccl.non
alienan.ubi dom.Anton.& in c.1.in 2.not. de reſtitut. in
integr. Romanus conſi.125.colu.fin.circa primum.mo-
der. in cap.1.de præſcriptio.colu.7.uerſ.ad illud.cum ſi-
milibus. ut ibi per eos, & per Decium conſi.præallegato
36.col.ſi.in fine. quibus áddo latè Bartholomæum Soci-
num in conſi.266.in cauſa, colum.11. & 12.lib.2.
¶ De enormiſsima læſione patet, quia illæ.200.tornatu-
ræ locatæ fuiſſent annuatim ad minus pro centum au-
reis, ut præſupponitur in facto, ex quo erant cultiuatæ
partim aratiuæ, partim pratiuæ, ut dicitur in inſtrumen
tis alienationum: ſed datæ fuerunt in emphyteoſim pro
penſione annua ducatorum octo,uel circa, cum certo a-
lio onere parui momenti, ut patet in inſtrumentis deſu-
32 per confectis. † Sed de iure in emphyteotico contra-
ctu, quando datur res cultiuata, non ſterilis, nec rui-
noſa, nec paludiua, uel arenoſa, non licet diminuere de
uero redditu annuo, niſi pro ſexta parte. Ita probatur
in authen.perpetua.C.de ſacroſanc.eccleſ.& 10.quæſtio.
11.in cap.2.§.perpetua, & §.ſi quas ruinas. & declarat
latè Speculator.in titu.de locat.§. nunc aliqua in uerſic.
ſextó.& in uerſ.ſeptimó quæritur. Ex quibus notoriè,&
euidenter conſtat de maxima læſione.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio imperialis bonorum cum exemptione à decimis non ualet.*

2 *Papa poteſt à ſolutione decimarum quaſdam perſonas, & loca particularia eximere.*

3 *Verba narratiua Imperatoris de priuilegijs papalibus utrum probent illa: et ſic utrum clem.1.de proba. procedat in Imperatore & alio principe.*

4 *Quando ſumus in tempore, a quo diſtamus per cẽtum annos, uerba narratiua etiam propter aliud faciunt plenã fidem. et nu.5*

6 *Verbis narratiuis principis ſtandum eſt, quando ex narratis colligitur clara intentio narratorum.*

7 *Quando diſputatur principaliter de ipſo enunciato, tunc uerba enunciatiua non probant.*

8 *Verba narratiua Papę non probant in præiudicium tertij, etiam in beneficialibus.*

9 *Verba narratiua probant in excedentibus memoriam hominum in probandis confinibus, & in leuioribus.*

10 *Confirmatio Papæ non ualidat alienationem niſi fuerit facta de certa ſcientia. & nu. 11*

12 *Non ualet alienatio bonorum eccleſiæ niſi in caſu licito, & ſeruata forma.*

13 *Prælatus ſolus in decimis acquirendis de noualibus poteſt præiudicare eccleſiæ.*

14 *Epiſcopus, uel Prælatus cum capitulo ex cauſa legitima poteſt transferre iura unius eccleſiæ, in aliam eccleſiam ſine alia ſolennitate.*

15 *Valet tranſactio facta ſuper decimis inter duas eccleſias ſine auctoritate ſuperioris.*

16 *Tractatus præcedens alienationem, & alia ſolennia præſumuntur per lapſum centum annorum, & ultra.*

17 *Quæ concluſio procedit etiam ſi ex tenore contractus appareret de defectu.*

18 *Quid operetur obſeruantia tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium. & nu. 19*

20 *Nam operatur etiam in acquiſitione directi dominij, licèt non oſtendatur aliud priuilegium.*

CONSILIVM CCXLIX.

IN facto, caſus talis eſt. Sanctæ Memoriæ Belli-
nus olim,& tunc epiſcopus Paduæ,de conſenſu
capituli ſuæ eccleſiæ, de anno 1144. conceſsit
tũc priori,ſeu abbati,& monaſterio ſanctæ Mariæ ad car
ceres Paduanæ diœceſis,pro ſe,& ſucceſſorib. ſuis in per
petuum tres portiones omnium decimarum frugũ. quę
iam natæ erant,quæ ue naſcentur in perpetuum,in cam-
pis,ſeu amplis de Scudaſia, quæ nouiter tunc erant ron-
chata,quæ ue ronchabuntur in futurum.Et ſpecialiter in
Coracedolo.& in ſtrata triũ comitatuũ, & in Agutiano:

& quartam partem reſeruauit eccleſijs, quibus compè-tebat ius decimandi. Quæ donatio, ſeu priuilegium ſuit poſtea confirmatum per plutes Paduanos epiſcopos & in ſpecie per Papam Eugenium tertium de anno 1145. & per Martinum Papa v. Gregor. ix. & Innocen. viij. Et ſuper huiuſmodi decimis ad fauorem dictorum prioris & fratrum, lata aliàs ſententia arbitraria, quæ fuit confirmata auctoritate apoſtolica de anno 1151. Et ſuperinde lata etiam diffinitiua ſententia pro dictis priore, & fratribus per bon. memo. tunc Gerardum epiſcopum Paduanum de anno 1198. contra Archipresbyterum, canonicos, & capitulum eccleſiæ collegiatæ beatæ Mariæ de Montagnana, prætendentes ius ſuper decimis prædictis, in locis, de quibus in donatione, quæ tranſiuit in rem iudicatam cum pluribus confirmationibus dictæ ſententiæ. Et nouiſsime ad fauorem dictorum dominorum prioris, & fratrum, lata fuit ſententia, quæ etiam tranſiuit in rem iudicatam, per tunc bon. memo. dom. Hieronymum Lando, patriarcham Conſtantinopolitanum, & archiepiſcopum Creten. apoſtolicæ ſedis commiſſarium de anno 1489. contra eoſdem do. Archipresbyterum & capitulum eiuſdem eccleſiæ de Montagnana. per quam pronunciatum fuit ius decimandi pro tribus portionib. in locis prędictis, de quibus in donatione Bellini, competijſſe, & competere dictis priori, conuentui, & fratribus ad carceres, & impoſitum fuit ſilentium aduerſarijs.

¶ Item in facto præſupponitur, quód xij. campi, de quibus eſt quæſtio poſiti & ſituati in ȝta della Rouinacha, comprenduntur inter cõfinia & loca donationis Bellini: & quód prædicti domini Priores, & fratres dictæ Abbatiæ ad carceres pro tempore exiſtentes, fuerunt & ſunt in longiſsima, & pacifica poſſeſsione iam annis. 300. & ultra, & ſic a tempore donationis prædictæ citra, locandi decimas, ſeu ius decimãdi fruges pro illis tribus portionibus, naſcentes in, & ſuper dictis xij. campis della Ronſuacha. & ꝙ extant quamplura inſtrumenta locationũ, ac alia antiquiſsima munimenta, & iura.

¶ Ex aduerſo uero Abbas modernus monaſterij ſancti Nazarij: & prior hoſpitalis ſancti Ioannis de hieroſolyma de Gazolo de Verona, allegant quoddam priuilegiũ Ottonis primi Romanorum Imperat. de anno 1169. cum confirmatione Federici primi Imperat. per quod conceſſum apparet prędictis abbati, & priori, iuriſdictio, merum, & mixtum imperium inde, & ſuper tota Campanea Gazoli, cum cohærentijs ſuis: necnon omnes terræ, & poſſeſsiones iacentes in dicta Campanea Gazoli, & in campanea Perſanæ, & Rouereti, quæ ſunt 48. camporum & xij. camporum in campanea marchionum Eſtenſium: in rouinacha, Paduani diſtrictus, liberaliter abſolutos a præſtatione decimæ primitiæ, quarteſij uigeſimæ. &c. & in tali priuilegio narrantur hæc facta ex priuilegijs Papalibus. quæ tamen non eduntur, nec uiſa fuerunt.

Modo eſt q̃ſtio inter p̃fatos Reuerẽdos do. Priorem, & fratres ad carceres ex una: & abbatem, & priorem monaſterij ſancti Nazarij, & ſancti Ioannis ex altera, de & ſuper iure decimandi fruges naſcentes ſuper dictis xij. campis in Rouinacha. Pro cuius quæſtionis deciſione, uidendum erit de infraſcriptis. Primò, nunquid Otto Imperator potuerit concedere campos illos liberos, & excẽptos a ſolutione decimarum. Secundò ſi credendum ſit uerbis narratiuis illius priuilegij imperialis de priuilegijs papalibus. Tertiò de præualiditate donationũ Bellini, uel Imperatoris. Quartò de ualiditate antiquatæ, & diu obſeruatæ conſuetudinis annorum 300. & ultra, in locando decimas prædictorum xij. camporum pro conuentu & priore ad carceres. ¶ Capio primum,
1 in quo concludo, † conceſsionem imperialem cum exemptione a ſolutione decimarum non ualuiſſe. per text. ad litteram in c. tuæ, el primo de decim. qui loquitur de imperiali exemptione, & in c. dudum. §. cæterum. eo. tit. qui loquitur in exemptione ſolutionis decimarum conceſſa a Rege, & dicitur, ꝙ eſt nulla, & ꝙ ſacrilegium cõmittit ille, qui tale priuilegium de manu recipit laicali. & ratio allegatur ibi per glo. & doct. quia licèt Imperatores, & Reges oleo ſacro ungantur. c. uno de ſacr. uncti. nihilominus non conſequuntur poteſtatem diſponendi de iuribus eccleſiaſticis, ſed in laicorum numero continentur, qui de ſpiritualibus, & ſacris nõ poſſunt diſponere. c. eccleſia de conſtitutio. c. decernimus de iudic. c. fi. de rebus eccle. non alien. c. bene quidem. 96. diſtinct. & maxime de decimis, quæ a domino ſunt ſpecialiter reſeruatæ in ſignum uniuerſalis dominij, ut tradantur ſacerdotibus, ut habetur Deutero. 18. & Exod. 21. & tradunt docto. in Rubrica de decimis. & probatur in c. 1. & in c. tua nobis el ſecundo. eo. titu. Et intantũ procedit concluſio prædicta, quòd talis titulus imperialis, uel Regalis non parit iuſtam cauſam præſcribendi, ut probatur apertè in d. c. dudum, ubi Hoſtien. Abb. & alij not. & faciunt not. per illum tex. in c. cauſam quę de præſcript. cum ſimilib. & hęc ſufficiant de primo. ¶ Deuenio ad ſecundum, pro cu-
2 ius reſolutione eſt ſciendum. † ꝙ Papa poteſt eximere per ſuum priuilegium quaſdam perſonas, & loca particularia a ſolutione decimarum de frugibus naſcentibus ſuper eorum terris, & poſſeſsionibus. ita tradunt docto. maxime dom. Abb. in cap. a nobis per illum tex. de decimis, ubi habetur de priuilegio exemptionis a ſolutione decimarum, & de ſimili priuilegio papali locis religioſis conceſſo, habetur in c. ſuggeſtum & in c. ex parte tua eod. titulo cum ſimilibus. Stante ergo communi concluſione prædicta pro uera: ideò in donatione prædicta Ottonis Imperatoris fit mentio de priuilegijs papalibus conceſsis dicto Imperatori ſuper conceſsione dictarum terrarum, & poſſeſsionum facta tunc abbati ſancti Nazarij, & priori hoſpitalis ſancti Ioannis, cum exemptione a ſolutione decimarum: ergo talis donatio dicitur facta auctoritate Papæ, in qua non requiritur alia ſolennitas etiam ſi fuiſſet alienatio de bonis eccleſiæ, ut trad. dom. Abb. in conſi. 41. Videndum eſt. colu. 3. lib. 1. allegat tex. in c. ad audientiam ſecundo, cum gloſa de eccleſij. ædific. & Archid. in cap. antepenult. 12. quæſtio. 2.
3 Vnde uidendum eſt, utrum † per uerba illa narratiua prolata per Imperatorem in dicta donatione, ſuper quibus fundatur intentio ſua, probentur priuilegia papalia ſuper tali materia. & uidetur quòd ſic. quia text. in clemen. prima. de probatio. qui loquitur de uerbis narratiuis Papæ, ut probent. procedit etiam in imperatore, ut in ſpecie conſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. 134. incip. Notandum. col. 1. etiam ſi uerba narrata per Imperatorem ſint de facto alieno, prout in caſu noſtro, in quo narrantur priuilegia papalia. Idem de Imperatore uidetur tenere do. Felinus. in c. cum a nobis col. 3. uerſ. tertio noto. de teſtib. Idem in alio principe narranti de facto ſuo, uel prædeceſſoris, quòd plenè probent. conſuluit Alex. in conſi. 15. incip. Viſis narratis colum. 2. lib. 5. ubi etiam not. concludit, quòd etiam ſi eſſent uerba narratiua facti alieni in totum, non ſui uel prædeceſſoris, & ſuper ipſis fundaretur intentio principis, & eſſemus in antiquis, quòd tunc huiuſmodi uerba facerent plenam probationem, ſicut quando Papa narrat factum ſuum, uel alienũ, ut not. glo. & ſuper ea docto. communiter in d. clem. 1. in uerſ. feciſſe narramus circa fi. cum qua glo. pertranſit do. Feli. poſt alios in d. c. cum a nobis col. 2. in uerſ. & ut intelligas, & Romanus in conſ. 350. col. pen. in tertio dubio, & de uerbis narratiuis principis facti alieni, ꝙ plenè probent trad. Lap. alleg. 7. Et prædicta procedunt, quando princeps fundat intẽtionem ſuam ſuper narratis per ipſum. d. clem. 1. uerſ. ſuper quibus gratia, uel intẽtio noſtra fundatur &c. quæ tunc dicitur fundari, quando narrata ſunt talia, quæ aut conferant aut neceſſaria ſunt ad diſpoſitionem principalem ipſius principis, ut probatur & not. in d. clem. & per Alexan. in d. conſi. 15. colu. 2. Sed in caſu noſtro priuilegium papale, allegatum per Imperatorem in ſua donatione fuit neceſſarium ad ualiditatem exemptionis conceſſæ, ut ſupra dictum eſt: ergo Imperator intentionem ſuam fundaſſe dicitur ſuper illo.
4 Confirmant prædicta, † quia ex quo ſumus in antiquis, & in tempore a quo diſtamus per centum annos, uerba narratiua etiam propter aliud, faciunt plenam fidem,

fidem, ut not. per Butr. in cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſtat.
& ita concludunt Bald.Salice. & moder. in l.cum aliquis
colu.2.C.de iur.deliber. & Alexand. in d.conſil.15. colu.
2.in fine,cum ſimilibus.ut per dom.Iaſ.in l.ex ijs uerbis.
colu.2.in quarta limitatione.C.de teſtam.milit.cum alijs
adductis per dom.Alexan.conſi.90.in cauſa, & lite,colu.
4.uerſ.& per prædicta.lib.6. ubi tenet, ſufficere tempus
quod exedit memoriam hominum. & per modernos in
capitulo cum cauſam de probatio. Et ad præmiſſa con-
fert deciſio glo.in cap.ſi Romanorum 19.diſtinct.in uer.
deſunt. per quam dicit dom.Iaſon in auth. ſi quis in ali-
quo.C.de edend.colu.fi.uerſ. Additio, quòd licèt uerba
enunciatiua unius inſtrumenti, non exhibiti, non pro-
bent illud.d.auth.ſi quis,& not. in c.quoniam contra de
5 probatio. † tamen limitatur,ut non procedant in ſcriptu
ra principis, ſaciente mentionem alicuius inſtrumenti
principaliter ad actus ualiditatem, prout in caſu.quæſt.
noſtræ, Imperator facit mentionem de priuilegijs Papa-
libus ad ualidandam exemptionem conceſſam. Et hæc
prima facie ingerere uidentur difficultatem. Quibus ta
men non obſtantibus contrariũ puto uerius in q.noſtra,
6 ex pluribus. Et primò, † quia iura loquentia in materia
de uerbis narratiuis principis,loquuntur quando ex nar
ratis colligitur clara intentio narratorum, ſuper qui-
bus fundatur intentio diſponentis. ita probatur in d.cle
men.1. ibi noſtræ collationi reſeruaſſe, aut reſignationẽ
beneficij alicuius recepiſſe, uel aliquem excommunicaſ-
ſe,& in c.ſi Papa de priuileg. lib.6. ibi eccleſiam ueſtram
ad ius Romanæ eccleſiæ pertinere, & in l.ex hac ſcriptu-
ra.ff.de donatio.ibi, ueſtem uniuerſam illi, & illi libertis
* meis donaſſe, cum ſimilibus.& ita loquũtur * omnes do
ctores in materia loquentes. Sed in caſu q.noſtræ, uerba
Imperatoris enunciatiua priuilegiorum Papalium non
ponunt intentionem narratorum,nec oſtendunt quid cõ
tineretur in enunciatis priuilegijs. Sed ſolum dicitur in
donatione imperiali, & ex priuilegijs Papalibus etiam
do uobis omnes terras, & poſſeſſiones, abſolutas a prę-
ſtatione decimæ. Quæ facultas ergo data fuerit Impe-
ratori per priuilegia Papalia, ex illis uerbis, nõ conſtat;
ergo non poſſumus dicere, quòd illorum uigore Impe-
rator illam exemptionem conceſſerit. ergo nulla fuit,
ex defectu facultatis, & iuriſdictionis. ¶ Secundò ad
7 idem, † quia quando diſputatur principaliter de ipſo e-
nunciato, tunc uerba enunciatiua non probant. Caſus
* eſt ſecundum Hoſti.Io.Andr. & * communiter docto. in
c.illud de præſumpt. & ita in propoſito concludunt ibi
dom.Anto.& Abb.modern.ubi etiam Ioan. de Imol. &
eſt de mente Bal.in l.ad probationem uerſ. quæro inſtru
mentum.C.locat. Et ita tradit conſulendo Bartho. Soci.
conſi.39.In quæſtione quæ uertitur. col.2. uerſ.4. & ulti.
lib.3. Dum reſpondet ad l.optimam.C. de contr. ſtipul.
& eſt de mente gloſæ,& docto. in d.l.& trad.Alex.& mo-
der.in l.ex his.C.de teſtam.milit. & Alexan.in conſi.136.
uiſo, & examinato colu.pen. circa fin. lib.1. Sed in caſu
quæſt.noſtræ,contingit principaliter diſputari de priui-
legijs papalibus enũciatis per Imperatorem in dicta do
natione, cuius tenoris, & facultatis fuerint, ex quo ex
narratis non colligitur, ut dixi, ſupra; ergo huiuſmodi
8 enunciata nihil probant. ¶ Tertiò reſpondetur, † quia
uerba narratiua Papæ, ſine alterius principis nihil pro-
bant in præiudicium tertij, maximè in materia quæ non
conſiſtit in libera diſpoſitione ipſorum. Ita ſignanter &
in indiuiduo tenet do.Abb.per illum tex.in d.clem.1. cir-
ca finem,uerſ. Ego limitarem de probatio. & ponit exẽ-
plum,quid ſi Papa donaret uni Comitatum alicuius, uel
caſtrum,dicens illum Comitem ſibi illud donaſſe, uel in
ſuis manibus illud reſignaſſe,certe talia uerba narratiua
non facerent fidem in præiudicium Comitis, idem latè
conſuluit Paul.de Caſtr.in conſi.158. uiſo, & examinato
puncto. col.fi.ubi dixit, quod in præiudicium iuris quæ
ſiti tertio uerba narratiua Papæ, ſeu Imperatoris,nõ pro
bant, & trad. Innocen.in capitulo cum in iure de off. de-
leg. cum ſimilibus. ut ibi. per dom.Feli.uerſ.quando au-
tem, Et tradit Cardi. conſi. 92. colu. 2. & Anto.de Butr.
poſt Calder.in capitulo poſt ceſsionem colum. 7.uerſic.
octauus caſus de probatio. & Decius in conſ.357. In cau
ſa magnificæ dominæ colum.4. uerſ. Nec obſtare uide-
tur.lib.2. & tradit Petr.de Anchar.in conſi.398.Præmit-
to pro clariori. circa finem,ubi dicit, quòd clemen. pri-
ma. de probati.non procedit. quando alteri eſt ius quæ-
ſitum, quia tunc non eſt intentionis principis uelle ter-
tio præiudicare in materia, in qua non habet liberam
diſpoſitionem. Et ita etiam reſpondet ad prædicta do.
Alexand.in conſi.136.uiſo, & examinato columna penul
tima.in fine uerſic. Item eſt uerum libro primo, dicens,
quòd dicta l. optimam procedit inter perſonas, inter
quas fuit confectum inſtrumentum, ſed non quoad a-
lias, ubi allegat quamplures hoc tenentes. Et ita repe-
rio fuiſſe deciſum aliàs in Concilio Baſilien. in ultimo
capitulo. uigeſimatertia Seſsione,incip.Licèt in apoſto-
licis, ubi cauetur expreſsè, quòd uerba narratiua Pon-
tificis etiam in materia beneficiali nemini præiudicent,
ſed ueritas narratorum debet per teſtes, uel aliàs legi-
timè probari. ita etiam reperio deciſum in Concilio no
uiſsimo Lateranen. per Leonem Papam x. in undecima
ſeſsione in impreſsis folio 180. Vbi expreſsè cauetur,
quòd etiam in materia beneficiali, non ſtetur uerbis nar
ratiuis, nec aſſertiuis Pontificis in præiudicium tertij,
niſi aliunde legitimè probentur per publica inſtrumen-
ta: Sed in caſu quæſtio. noſtræ, & ſic ante donationem
imperialem, quæ fuit de anno 1169. fuerant per bon.
memo.Bellinum epiſcopum Paduanum donatæ tres por
tiones decimarum, ſeu iuris decimandi de & ſuper dictis
terris, inter quas comprehenduntur illi duodecim cam-
pi in la Rouinacha, præfato domino Abbati,& conuen-
tui ad carceres de anno 1144. quibus erat ex conceſsio-
ne illa, & ex confirmationibus ſecutis, etiam apoſtolica
auctoritate factis, ius quæſitum, quas tunc temporis e-
tiam poſsidebant,ergo in præiudicium ipſorũ,talia uer
ba narratiua non operantur, nec probant enunciatã au-
ctoritatem apoſtolicam. ¶ Non obſtat ꝙ ſupra dixi, ꝙ
in excedentibus memoriam hominum uerba narratiua
probant etiam inter alias perſonas,quia reſpondetur du
pliciter. Et primo,quod concluſio illa procedit,quando
ex narratis apparebat intentio narratorum clara, ut pro
batur.in d.clem.1.& in d.cap.ſi Papa, & in d.l.ex hac ſcri
ptura, & in d.l.optimam cum ſimilibus, quod non eſt in
caſu quæſtio.noſtræ. ex quo ex illis uerbis enunciatiuis
imperatoris ſimplicibus; uidelicet, & ex priuilegijs Pa-
palibus,non poteſt colligi intentio priuilegiorum Papa-
lium, quæ, & qualis fuerit. ¶ Secundò reſpondetur, ꝙ
concluſio prędicta,& doctores qui tenent ipſam loquun
9 tur † ſolum in probandis confinibus,& ijs quæ ſunt leuis
præiudicij, & in quibus regulariter leuis probatio requi
ritur. ita not. docto. in c. cum cauſam de probatio. ubi
latè per do.Feli. & dom.Philip.Decium,& not.per glo in
uerbo inſtrumentis. & in c.cum olim de cenſib. & in d.l.
cum aliquis.C.de iur.deliber. Secus in his,quæ ſunt gra-
uis præiudicij,& requirunt plenam probationem, quia
tunc procedunt contraria ſupra per me adducta ad limi-
tationem.d.clem.1.de probatio. Quæ maxime ſunt uera
in his,quæ non ſunt in liberam diſpoſitionem principis,
ut eſt exemptio a ſolutione decimarum, quæ cum ſint de
iure diuino debitæ eccleſijs, & clericis & reſeruatæ adeo
in ſignum uniuerſalis dominij. c. tua nobis. ſecundo de
decim.& ſupra dictum eſt. non poteſt a Papa concedi ita
ſimpliciter,ſine cauſa,per not.in cap.quæ in eccleſiarum
de conſtitutio. in l.fin.C. ſi contr.ius, uel utilit.publi.&
per glo. & docto.in capitulo nouit de noto. cum ſimi-
libus. Ex quibus concluſio fit, quòd uerba narratiua
imperatoris, non probant priuilegia papalia, maximè
in præiudicium conuentus ad carceres, & quod dona-
tio illa quatenus concernit exemptionem decimarũ non
ualet. ¶ Sequitur modo uidere de tertio dubio principa
li, uidelicet de ualiditate donationis trium portionũ iu
ris decimandi cõceſſæ per Bellinum de anno 1144.dictis
priori,& fratrib.ad carceres. Et primò aſpectu vĩ dicen-
dum illã fuiſſe nullã, qa ſine decima illa, & iua decimãdi

 ſpecta-

ſpectauerit eccleſię Paduanæ.ſiue inferiori parochiali ec
10 cleſiæ, † ex quo tale ius fuit perpetuo alienatum ab illis,
& conceſſum Priori & fratribus ad carceres, & ſuos ſuc-
ceſſores; talis alienatio fuit nulla,ſine conſenſu,& licen-
tia ſedis apoſtolicæ; attento maximè iuramento ſolito
præſtari per omnes epiſcopos de non alienando bona ec
cleſiarum inconſulto Romano Pont. ut eſt hodie aperta
deciſio Papæ Pauli Veneti in extrauag.de rebus eccl.non
alienan.& tradunt do.de Rota. deciſ. 230. incip.Si Papa
confirmando : & eſt communis doctorum concluſio , ut
trad.in c.1.de his quæ fiunt a præl. & in c.2. de tranſacti.
cum ſimilibus,ut per Alex.conſi.9. uiſo themate,colu.3.
uerſ.ſed non idem uidetur lib.3. ſed de huiuſmodi licen-
tia non apparet ;ergo &c. ¶ Nec obſtat allegata ipſius
11 donationis,& alienationis confirmatio Papalis , † quia
reſpondetur,quòd ad hoc , ut ualidetur debet conſtare,
quòd fuerit facta de certa ſcientia ; Videlicet quòd Papa
habuerit notitiam tenoris rei confirmatæ, & quod totus
tenor conceſsionis Bellini in confirmatione inſertus fue
rit,& cum cauſæ cognitione,ut legitur, & not. in c.ſ. de
tranſacti.in c.1.& 2.& pen.de confir.util. uel inutil.aliàs
dicetur conceſsio epiſcopi Bellini perſonalis,non realis.
c.ueniens de tranſact.c.niſi eſſent in fine de præb.c.con-
ſtitutus de relig.domib.& trad.Rot.in præallegata deci-
ſione.230. Sed quòd præmiſſa fuerint ſeruata non uide-
tur conſtare ; ergo &c. Præterea ſecundum omnes do-
12 ctores † duo principaliter requiruntur ad ualiditatem
alienationis bonorum eccleſiæ uidelicet ſolennitas, quæ
conſiſtit in tractatu præambulo legitimè habito, & cau-
ſa iuſta alienandi,neceſsitatis , uel utilitatis . c. 1. & 2.de
rebus eccl.non alien.lib.6.clem. 1.eo.tit.glo.pen.in fine,
& ibi doct.in c.1.de reſti.in integr.glo.fi. in c.quæ in ec-
cleſiarum de conſtitu . ubi Abb. in 4.not. & habetur per
eundem in c.1.in c.nulli.de rebus eccl. non alienan. in c.
ſine exceptione,& in ſumma 12.q.2. Sed de tractatu non
apparet,de quo etiam deberet conſtare per aliud inſtru-
mentum ſeparatum ab illo alienationis, ex quo tracta-
tus debet præcedere,ut tradit Speculat. qui dat formam
in titulo. de locat.§.ſequitur uerſi. & ſcias,quòd de ipſo
tractatu,quem refert,& ſequitur Paul.de Caſtr. conſi.92.
Super eo,quod quęritur,utrum circa finem,& Alexan.in
conſi.16.uiſo inſtrumento.col.3.uerſ.quia reſpondeo.li.
4.cum ſimilibus,ut ibi per eum. & latius poſt Feder.& a-
lios trad.Barth.Socinus conſi.52.uiſo inſtrumento ſyndi
catus,colu.2.lib.4.ſed de tractatu non conſtat ; ergo de-
ficit unum de requiſitis neceſſarijs. Deficit etiam cauſa
alienationis huiuſmodi , quæ licèt allegetur per epiſco-
pum Bellinum in inſtrumento conceſsionis , tamen ipſi
non creditur,niſi aliunde probetur uera , ut in terminis
decidit Io.Andr.in additio.Specul.in rubr. de reb.eccleſ.
non alien. Probatur ratione , quia in prohibitis, & certo
caſu permiſsis,non eſt ſtandum domino caſum permiſ-
ſum alleganti.l.ſi forte. ubi Barto.ff. de caſtr.pecul. & ita
conſulendo decidit Barth. Socinus in præallegato conſi.
52.col.3.uerſ. Nec habet obſtare : ergo uidetur nulla ex
* defectu cauſæ,ſecundum communes* opiniones docto-
rum,de quibus dixi ſupra . ¶ Vltimò uidetur nulla,quia
ſi decimæ illæ ſpectabant eccleſiæ parochiali,reprobatur
cōſenſus rectoris illius,aut ſi uacabat , debuiſſet dari per
epiſcopum defenſor,etiam ſi cauſa alienādi adfuiſſet , ut
not.per glo. & docto. in d.c.1. in uerbo tennes de rebus
eccleſ.non alienan.in ſexto.per tex.in c.eccleſiæ 16.q.1.
¶ Præmiſsis tamen non obſtantibus , quæ uere non ob-
ſtant,contrarium uidetur uerius in q.noſtra,ex pluribus.
Primò,quia conceſsio illa Bellini fuit facta de tribus par
tibus decimarum de noualibus quæ nouiter ronchata
13 ſunt,& quæ ronchabuntur, † & decima, ſeu ius decimā-
di in noualibus ſpectat ad epiſcopum in ſua diœceſi,niſi
doceatur,quòd fuiſſent illa noualia tunc infra limites a-
licuius parochialis eccleſiæ orta . quo caſu , quia ſumus
in acquirendis,non in quæſitis, & incorporatis adhuc ec
cleſiæ,ipſe ſolus abſque alia ſolennitate, & conſenſu capi
tuli ſuæ eccleſiæ potuit illā conceſsionem loco religioſo
feciſſe.ita probatur in c.quoniam,& in c.cum cōtingat ,
ubi doctores & maxime do.Abb.de decim. ubi in d. cap.
quoniam.uerſ.ſed hic quæro. poſt Io.de Deo , atteſtatur
* hanc eſſe * communem opinionem, nam epiſcopus tunc
non dicitur alienare, ſed non acquirere,& ideo dicitur ꝙ
ſolus prælatus abſque capitulo poteſt repudiare legatū
factum eccleſiæ,nondum incorporatum,ut not.gl. & do
ctores in regula delictum de regul.iur.lib.6.cum ſimilib.
quæ nota ſunt. & per iſtud primum fundamentum habe-
tur una generalis reſponſio ad omnia oppoſita ſupra ,
quæ procedunt in alienatione ; nos uero ſumus in non
acquirendo eccleſiæ . Secundò ad idem principaliter ad
duco not.per glo.primam,cum qua pertranſeunt ibi cō-
muniter ſcribentes,maxime Abb.& Imol.in c.1.de rebus
14 eccl.non alien.ubi habetur,† quòd ex cauſa legitima po
teſt epiſcopus,uel prælatus cum conſenſu capituli trans-
ferre iura unius eccleſiæ in aliam eccleſiam , uel aliquem
alium pium locum abſque ſolennitate de iure , aliàs re-
quiſita in alienatione bonorum eccleſiæ , idem tradunt
docto.in c.cum apoſtolica . de his quæ.fiu. a prælat. ubi
Imol.col.6.ſuper gloſa in uerbo,reuocare, adducit ratio
nem,quia unica eſt eccleſia uniuerſalis, cuius aliæ ſpecia
les ſunt membra.c.loquitur dominus.24.q.1.unde trans
ferre iura etiam debita uni eccleſiæ alteri , non cenſetur
alienatio,ex quo cenſetur quodammodo prima eccleſia
* ſoror alterius ; & ita tenet gloſa * communiter approba
ta in d.c.eccleſiæ.16.q.1.& glo.& ſuper ea docto. in d.c.
1.in uerbo renues de rebus eccleſ.non alien.lib.6. & glo.
in uerbo,quocunque circa finem,in c.conſtitutus , de re-
lig.domib.pro qua concluſione eſt bonus tex.in c.ad au-
dientiam primo. & in c.fi. de eccl.ædif. ubi epiſcopus ex
cauſa aſsignat nouæ eccleſiæ conſtructę partem iurium,
& decimarum ſpectantium eccleſiæ matrici abſque alia
ſolennitate, quia tunc , non dicitur alienare bona eccle-
ſiæ . & facit glo.not.in c.uno in uerſ. alteri de iur.patro.
lib.6.quæ dicit per illum tex. quòd ſolennitas aliàs de iu
re requiſita in conceſsione iuris patr. de perſona ad per-
ſonam,non habet locum,quando transfertur in eccleſiā,
uel alium pium locum,& not.per Ioan.Andr. Hoſt.Abb.
Card.& alios.in c.illud.& in c.cum ſeculum col. penul.&
fi.de iur.patr.ubi tenent , ꝙ ualet translatio iuris patro.
per laicum in clericum ſine licētia epiſcopi ; ſecus in lai-
cum. & beneſacit tex.in l.uoluntas.C.de fideicomm. ubi
prohibitus alienare bona , non prohibetur in familiam ,
cum ſimilib.ut ibi per do.Iaſonem.col.1 . & per Feli.in c.
cum cauſam.col.1.de probat. Sed in caſu q.noſtrę,etiam
ſi fuiſſet ius decimādi prius eccleſię cathedrali,uel paro-
chiali quæſitum,quod tamen non apparet,cum eſſent no
ualia,ut dixi,ualida fuit conceſsio epiſcopi, cum conſen
ſu capituli, & clericorum ſuæ eccleſiæ,qui omnes ſe ſub-
ſcripſerunt manu propria inſtrumento illo donationis
decimarum factæ monaſterio Beatæ Mariæ ad carceres .
quę ſubſcriptio eſt neceſſaria ad probandum conſenſum
eorum,ut probatur in d.c.ſine exceptione.& tradit Abb.
in c.nulli col.2.de rebus eccleſ.non alien.& talis donatio
fuit facta ex cauſa propter paupertatem dicti monaſterij
ad carceres,& pro remedio,& ſalute animæ cōcedentis ,
& ad uſus neceſſarios fratrum dicti monaſterij . Et pro
ſuſtentatione pauperum. & hoſpitum ad illud declinan-
tium,ut expreſsè narratur in inſtrumento conceſsionis ,
quæ cauſæ approbatæ ſunt de iure,ut eſt gl.in c.a nobis .
in uerbo,exemptus de decim.& not.in d.c.1. & 2.de reb.
eccl.non alien. lib.6. & in ſumma 12.q. 2. ergo ex dedu-
ctis in hac ſecunda ratione , apparet de ualiditate dictæ
donationis factę monaſterio ad carceres . ¶ Tertiò con
firmo prędicta,per not.per Abb.in c.cum homines in ul-
timo not.de decim.ubi poſt alios, quos refert concludit
15 † ꝙ ualet tranſactio ſuper decimis inter duas eccleſias
abſque ſuperioris auctoritate aliàs neceſſaria , quia per
hanc compoſitionem,non ceſſat cauſa alimētorum,cum
decimę debeantur propter alimoniam clericorū,& pau-
perum Chriſti. quæ ratio remanet apud quamcunq; ec-
cleſiam, & locum religioſum remaneat decima. cap.quo
niam.16.q.1. Sed in q.noſtra , nedum adeſt hæc ratio le-
gis,ſed expreſſa fuit in inſtrumento dictæ conceſsionis ,
ut

ut dixi: ergo ſolennitas aliàs neceſſaria de iure nõ requi
rebatur in ea. Quartò principaliter ad omnia ſupra in
contrarium oppoſita, etiamſi eſſemus in caſu alienatio-
16 nis, reſpondetur † quia ex quo ſumus in caſu conceſsio-
nis illius, a qua diſtamus per tercentum quinquaginta
annos, & ultra, præſumuntur propter antiquitatem tem
poris tractatus, & aliæ ſolennitates interueniſſe. c. perue-
nit. ubi glo. de empt. & uendit. not. doct. in c. illud de præ
ſumpt. & in c. Albericus de teſtib. in l. qui aliena in princ.
ff. de acquir. hæredit. Angel. & moder. in l. ſciendum. ff. de
* uerb. obliga. ubi Alex. dicit iſtam eſſe * communem opi
nionem. & illam ſequitur. Et in alienatione bonorum
eccleſiæ, hoc ſpecialiter tradit Petr. de Anch. in cõſi. 136.
inci. Ex conſilijs, ubi concludit, quòd ex curſu. 30. anno-
rum, tollitur omne uitium, & defectus, qui allegari poſ-
ſit contra contractum eccleſiæ. & in terminis de aliena-
tione bonorum eccleſiæ facta per epiſcopum, quæ nõ ap
parebat approbata per capitulum, nec de cauſa aliena-
tionis, ꝙ in ea præſumantur omnia requiſita a iure inter
ueniſſe per lapſum quadraginta annorum, poſt multas
rationes, & auctoritates conſuluit Alex. in conſi. 79. Cir-
ca primum, col. 3. uerſ. ſed præmiſsis omnibus. li. 1. idem
Alex. conſuluit in conſi. 45. uiſa facti narratione, colu. fi.
lib. 3. ubi allegat not. per Bar. & Bal. in l. ſi filius. C. de pe-
tit. hæred. & per do. Ant. in c. ea noſcitur. de his quæ fiunt
a prælat. & concludit, ꝙ ex quo quis cum titulo aliena-
tionis poſſedit bona eccleſiaſtica per tempus decem uel
uiginti annorum, patiente, & conſentiente epiſcopo alie
nante, ac alijs quampluribus in eodem epiſcopatu ſuc-
ceſſoribus, uel quocunque alio intereſſe habente, ꝙ præ-
ſumptio eſt, quòd interuenerint tractatus, & ſolennita-
tes de iure requiſitæ. Quæ concluſio maxime procedit
in caſu noſtro, in quo adſunt plures confirmationes Pon
tificiæ, & dominorum epiſcoporum Paduæ, & deſuper
ſententiæ prolatæ ſuper ualiditate dictæ donationis. Idẽ
conſuluit Aretinus in conſ. 36. caſus talis eſt. col. 2. & cũ
prædictis concordat Decius in conſ. 36. colu. 6. & 7. uerſ.
ultimo non obſtat lib. 1. & in conſi. 341. uiſo puncto. col.
7. uerſ. Poſtremò. lib. 2. Vnde ex prædictis apparet iſtam
* eſſe * communem opinionem. † Quæ concluſio proce-
17 dit, & eſt uera, etiam ſi ex tenore contractus alienationis
appareret de effectu ſolennitatum, maxime concurrente
patientia longæua concedentis. Ita poſt Petr. & Alexan.
& Imol. concludit do. Feli. in c. ſicut. fol. ult. colu. 20. uerſ.
7. & ultimo. de re iudica. & Decius in d. conſ. 341. colu. 7.
uerſ. Non obſtat ſi dicatur. & idem conſuluit Decius in
conſ. 329. Pro defenſione, col. fi. ubi in terminis loquitur
de conſenſu Papæ. Iuxta conſtitut. Paulinam, ut præſu-
matur interueniſſe propter antiquitatem temporis, ut
tradit Marianus Soci. conſ. 15. incip. Viſis col. 14. pe. & fi.
ubi loquitur de lapſu temporum quinquaginta annorũ.
Ex quibus concluditur prædictam donationem epiſco
pi Bellini ualidam eſſe, & per eam ius fuiſſe quæſitum D.
priori & fratribus, & conuentui ſanctæ Mariæ ad carce-
res, nec eidem in aliquo præiudicium factum, per priui
legium exemptionis aliàs cõceſſum dictis abbati, & prio
ri aduerſarijs, tum quia nullum, & inualidum, iuribus, &
rationibus, de quibus ſupra, tum quia etiam data ipſius
ualiditate, non fuit, nec apparet derogatũ iuri prius quæ
ſito dicto monaſterio ad carceres, cui nõ potuit fieri præ
iudicium. ¶ Circa quartum, & ultimum dubium prin-
cipale, paucis agendo concludo: ꝙ ex quo prædicti do-
minus Prior, fratres, & conuentus ad carceres, fuerunt, &
ſunt in poſſeſsione iuris quarteſimandi huiuſmodi & lo-
candi decimas pro tribus partibus dictorum duodecim
camporum in Rouinacha per tantum tempus, cuius in
18 contrarium memoria non extat, † quòd talis conſuetu-
do, & obſeruantia, & uſus dicti temporis habet uim con-
ceſsionis, & priuilegij, etiam in his, quæ ſunt principi re-
ſeruata. c. ſuper quibuſdam. §. præterea de uerb. ſignif. &
ibi not. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quoti. & æſti.
c. 1. in fi. de reſcript. lib. 6. & talis obſeruantia æquipollet
ueritati. l. 3. ubi glo. magiſtra. hoc not. C. de ſeruit. & aqu.
Et ſiue dicamus talem uſum eſſe conſuetudinem ſeu præ-
ſcriptionem tanti temporis, neutro caſu eſt neceſſarius
titulus, aut ipſius allegatio. d. c. 1. cum ibi not. de præſcr.
& in c. ad decimas. de teſtit. ſpoliat. eo. lib. Nec etiam eſt
neceſſe docere de aliqua bona fide utentium, ut not. in lo
cis proxime allegatis, & Ant. de Butr. in c. fi. de cõſt. quia
ex uſu longiſsimi tẽporis præſumitur bona fides. l. poſſi
deri. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſeſ. & ita conſuluit Alex.
in conſi. 16. col. 2. lib. 5. & in conſi. 6. uiſo themate colu. 1.
19 lib. 1. † & in tali præſcriptione, non requiritur ſcientia,
* nec patientia ſuperioris ſecundum ueram, & magis * cõ
munem opinionem, ut poſt Bart. do. Ant. Ioan. de Imol.
Bal. & Rom. conſuluit idem Alex. in d. conſ. 6. col. 2. uerſ.
Verior tamen. & idem Alex. conſi. 23. col. 5. in 5. uolu. &
Decius latè conſ. 85. col. 2. ubi atteſtatur iſtã eſſe uerã, &
* communem opinionem, poſt Alex. ubi etiam dicit, quòd
ſi nobilis eſt uſus imperio in aliquo loco tanto tempore,
quòd initij memoria non exiſtit, habet fundatam inten-
20 tionem ſuam; † etiã in directo dominio, licèt aliud pri-
uilegium non oſtendat, ut Ang. dicit in d. §. ductus aquæ.
Et Bald. Salic. & Alex. in l. traditionibus. C. de pact. & fa-
ciunt not. per Bart. de ciuitatibus Italiæ, quæ ſibi præſcri
pſerunt merum imperium in l. quamuis. in 2. quæſt. ff. de
flumi. & in l. hoſtes. ff. de capti. & tradunt moder. Papien.
in l. imperium. fol. 3. ff. de iuriſd. omn. iudi. Ex quibus
apparet de uiribus dictæ conſuetudinis, & obſeruantiæ,
quæ ſola tribuit titulum priuilegij Romani Pontificis,
ſeu alterius ſuperioris habentis facultatem in conceden
do iura decimandi ſuper terris, & poſſeſsionibus præfa-
tis, licèt pro parte dicti conuentus ad carceres non oſten
deretur aliqua alia conceſsio, nec priuilegium.

*SVMMARIVM.*

1 *In cauſis beneficialibus, & alijs ſpiritualibus maior. 14. annis ha
bet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*
2 *Quæ concluſio procedit etiam in dote, quæ dependet a ma-
trimonio.*
3 *Et procedit etiam ſi laicus principaliter ageret ſuper dote.
Et ideo quanto magis maior. 14. annis poterit ſtare in iudicio,
petendo penſionem eccleſiaſticam.*
4 *Textus in c. ſi annum de iudi. lib. 6. procedit etiam in omnibus
bonis acquiſitis per clericum poſt clericatum, licèt non cauſa
beneficij.*
5 *Laicus maior. 14. annis ualidè agit, & conuenitur abſque cura-
tore, quia tex. in d. c. ſi annum, procedit etiam in patrono.*

## CONSILIVM CCL.

REVERENDVS Dominus Angelus Lip-
pomano, aliàs dum eſſet annorum 22. cõtra-
xit cum Reuerendiſs. dom. epiſcopo Bergo-
men. & in inſtrumento ſe obligauit ad non-
nulla ſub pœna amiſsionis certæ annuæ penſionis duca-
torum 300. quam idem dom. Angelus conſequi debebat
ſuper fructibus dicti epiſcopatus. Modo dubitatur utrũ
dictus dom. Angelus potuerit ſe obligare ad dictam pœ
nam amiſsionis penſionis, ſtante minoritate ætatis 25.
1 annorum. Et uidetur mihi dicendum ꝙ ſic, † & primo
quia in beneficialibus ac in depen. & connexis, ac in alijs
cauſis ſpiritualibus, maior 14. annis habet legitimã per-
ſonam, ac ſi eſſet maior 25. Ita, ut poſsit agere, & conue-
niri. c. ſi annum de iudi. lib. 6. cæteraq; extraiudicialia ne-
gocia exercere abſque curatore, ut ibi per Domin. & Phi
lip. ſuper gl. in uerbo 25. ann. Sed quæſtio, & materia fru
ctuũ beneficij ſunt dependentes ab ipſo beneficio, ut pro
batur in c. ſiquis obiecerit. 1. q. 3. ubi inter alia dicitur, ꝙ
ſicut corpus non poteſt ſubſiſtere ſine anima, & e contra,
ita nec eccleſiæ & prælaturæ, ac ſacerdotium poſſunt ſta
re ſine dote, & redditibus, ut tradunt do. de Rota in ſimi
li. q. in nou. deciſ. 46. incip. Capitulum ſi annum. & in an-
tiq. 418. c. incip. Nota ꝙ capitulum ſi annum, ubi conc u
dunt, quòd d. c. habet locum ne dum ſi agatur de iure de-
cimandi, ſed etiam per laicum ſuper fructibus earum. Et
adducunt rationem hanc, quia fructus decimarum ſunt
dependentes

dependentes a decimis, & ſequuntur Gemin.& Philip.in
d.c.in princip. Sed nemini dubium ꝙ penſio abſorbet
partem fructuum beneficij,& eſt pars eorum, ut habetur
per doct.in c.ad audientiam.2.de reſcript.in c.conſtitu-
tus de relig.domib.ergo do.Angelus licèt minor 25.dũ-
modo maior 14. potuit de huiuſmodi pẽſione tanquam
de connexis, & depẽdentibus a beneficialibus abſq; alio
curatore diſponere. ¶ Secundò ad idem facit, quia ſi-
cut maior 14. habet legitimam perſonam in matrimo-
2 nio, & dependentibus ab eo.d.c.ſi annum,† ita & pariter
in dote, quæ pendet ab eo.c.de prudentia. de donat.in-
ter uirum & uxo. licèt dos ſit quid merè temporale ca-
dens in laicum, ut tenet glo. approbata per omnes in d.
3 c.in uerbo, dependentibus. † quæ glo.procedit etiam ſi
laicus principaliter ageret ſuper dote, ut poſt Io. Andr.
Specul.Innoc.& Lap.tenet Gemin.ibidem,& Imol.Ang.
& Alexan.in l.j.ff.ſolu.matri. Roma. in l.ij. §.quòd ſi in
* patris eo.titu.& eſt * cõmunis opinio, ut atteſtantur do.
Alexan.in auth.quod locum.C.de colatio.& ibi dom.Ia
ſon.col.pen.in 4.not.& idem Alexan.in cõſ.20.uiſo pro-
ceſſu.col.fi.lib.2.& not. per glo.& doct.in d.c.de pruden
tia. Vnde ſi tex. in d.c.ſi annũ procedit in dote, ſine qua
matrimonium ſtare poteſt, & quæ eſt merè prophana ca
dens in laicum, & quæ ſpectat etiam ad cognitionem iu
dicis ſecularis: a ſortiori habebit locum in pẽſione,quæ
licèt cadat etiam in laicum, auctoritate tamen apoſtoli-
ca, tanquam res prophana,ut not.in c.cum.m. de conſti
tutio.& in d.c.ad audientiam,& in c.quamuis.primo,de
præben. lib.6. Nihilominus non poteſt aſsignari alicui,
abſque auctoritate Papæ, ſeu epiſcopi, ex maxima cau-
ſa,nec de ipſa cognoſci per ſecularem, ut not.in prælle-
gatis iuribus tanquam de materia cõnexa ſpiritualibus.
c.quanto de iudic.cum materia. ¶ Tertiò ad idem fa-
4 cit,quia tex.in d.c.ſi annum. † procedit in omnibus bo-
nis acquiſitis per clericum,poſt clericatum,licèt non cau
ſa beneficij. ita tenent Specul.in tit.de actore.§.1.uerſic.
ſed cum clericorum. Lap.& Gemin. & Philip. in d. c. ſu-
per in uerbo, ſpiritualibus. & in uerbo dependentibus.
Vnde licèt dominus Angelus poſſet allegare ſe nõ acqui
ſiuiſſe huiuſmodi penſionem beneficij cauſa, cum aliud
ſit beneficium propriè aſſumendo, & ſtrictè,& aliud pen
ſio.d.c.quamuis,ubi docto.not.& latius per Feli. & mo-
der.in d.c.ad audiẽtiam,& per Io.de Sylu.in tract.de be-
neficio.in 3.q.primæ partis: Tamen non poteſt inficiari,
quin pẽſionem illam acquiſierit poſt clericatum, ut eam
haberet loco beneficij: ergo de ipſa potuit diſponere,li-
cèt minor xxv. annorum tunc fuerit per prædicta.
5 ¶ Quartò, idem uidemus in iure patronatus,† pro quo
laicus maior 14. ualidè agit, & conuenitur abſque cura-
tore ratione connexitatis cum ſpiritualitate.d. c.quãto.
Nam tex.in d. c.ſi annum in patrono laico minore pro-
cedit. ita Archid.Io.Andr.Petr. Gemin. & Philip.in d.c.
col.2. Ergo,& pari ratione in caſu q.noſtræ,dicendum
eſt,quòd dominus Angelus ratione minoris ætatis xxv.
annorum, non poſsit uenire contra obligationem pœ-
nalem amiſsionis dictæ penſionis,iñ euentum contrauẽ-
tionis dicti inſtrumenti alias canonicè celebrati, & au-
ctoritate apoſtolica in ualida forma confirmati.

*SVMMARIVM.*

1 *Populus, uel uniuerſitas, quæ a principio habuit malam fidem, nunquam præſcribit.*
2 *Vniuerſitas incipit præſcribere poſt mortem omnium, qui a principio de debito ſciuerunt.*
3 *Prælatus non poteſt uti præſcriptione ſui prædeceſſoris malæ fidei, ſed debet incipere a ſua.*
4 *Ignoranti ius ſibi competere ad agendum concurrit præſcriptio.*
5 *Et prædicta procedunt etiam in actione perſonali præſcribenda.*

¶ In materia præſcriptionis. quando uniuerſitas, uel
collegium incipiat præſcribere.

## CONSILIVM CCLI.

IN cauſa dominæ Lucretię Carolæ, cõtra mo
naſterium, & fratres ſanctæ Mariæ Gratiarũ
de Venetijs, præſati fratres ad excluſionem
intẽtionis domi.Lucretiæ agentis ad quan-
dam pecuniarum ſummam, oppoſuerunt exceptionem
præſcriptionis xxx.annorum,iuxta text. cum materia in
c.1.de lit.conteſta.lib.6. Sed actrici nõ obſtat talis præ-
ſcriptio. Primò,per doctrinam Bal.in l.imperium.ff.de
iuriſd.om.iudi.quem refert, & ſequitur Corne.Per.conſ.
1 ſuo 22.col.4.lib.1.in littera.L.ubi dicit, † ꝙ populus,uel
uniuerſitas, quæ a principio habuit malam fidem nun-
quam præſcribit: quia cum uniuerſitas ſit idem nume-
ro,ſemper uidetur continuari mala fides. allegat in ar-
gumento nonnulla iura, ut ibi per Corneum. Sed cõuen
tus,& nonnulli de fratribus dicti monaſterij, qui contra
xerunt debitum cum patre dominæ Lucretiæ, fuerunt a
principio in mala fide. ergo &c. ¶ Secundò adduco do
ctrinam Bart.in l.poteſt pluribus in fine.ff. de uſucap. &
2 Innoc.in c.cura paſtoralis.de iur.patro.ubi dicit † quòd
uniuerſitas,tunc demũ incipit præſcribere,quando mor
tui ſunt omnes illi de uniuerſitate, qui a principio de de
bito ſciuerunt. quod dictum pro not. refert, & ſequitur
Corneus.in d.conſi.& Soci.conſ.187.in controuerſia co
lu.pen.& fi.in tertio dubio lib.2.& tradit poſt prædictos
quidam Franciſcus Balbi in tracta. præſcriptio. ſol.17.
uerſ.17. quæro. Pro quibus benefaciunt not. per Feli.
poſt do.Abb.in c.de quarta,col.8.de præſcrip. ubi dicit,
3 † ꝙ prælatus debet incipere præſcriptionem a ſua perſo
na,nec poteſt uti præſcriptione iam inchoata a ſuo præ-
deceſſore exiſtente in mala fide. Vnde dato, quòd præ-
ſcriptio procedere poſsit, debet inchoaſſe poſt mortem
omnium illorum quatuor fratrum,qui debitum contra-
xerunt,ut ſupra. Sed per teſtes ipſa dom.Lucretia proba
uit, quòd non ſunt xxx.anni elapſi, quòd tres de illis fra
tribus adhuc uiuebant; ergo &c. Nam quælibet actio
perſonalis durat ſpacio xxx.annorum.l. ſicut.C.de præſ.
xxx.anno.l.omnes.C.eo.tit. Comprobatur, quia cum
iam xl.anni prædicti quatuor fratres uiuerent, & debitũ
contraxerint, cum non appareat eos deceſsiſſe,nec ſit ue
riſimile, quòd deceſſerint infra annos x. uel xv. ita quòd
poſt mortem,decurſa fuerit interim præſcriptio comple
ta xxx.annorum: & fundata ſit intentio dom. Lucretiæ
ſuper eorum uita, & ſic ſuper mala fide, dicendum eſt, ꝙ
nõ ſit excluſa præſcriptione, ita Corne.Peru.in d.cõſ.22.
¶ Ex alio etiam capite dicendum puto, non obſtare hu-
iuſmodi allegatam præſcriptionem, per not.& elegantẽ
doctrinam Petr.de Vbald.de Peruſ.in tract. de quarta ca
4 nonica in fine ſecundi dubij. Vbi uoluit † quòd ignoran
ti ius ſibi competere,ex quo reſultet ſibi ius agendi, non
currat aliqua præſcriptio, & ibi allegat bona iura, & ra-
tiones & reſpondet adductis per Bar.in l.j.§.ſi quis antè.
ff.de itin.act.priuat. Sed domina Lucretia in minori æ-
tate conſtituta ſucceſsit patri ſuo ab inteſtato. ergo præ-
ſumitur ignoraſſe ius ſibi competere contra præfatũ mo
naſterium,per regulam,qui in alterius.ff.de regul. iur.c.
cum quis.de reg.iur.lib.6.bo.tex.in l.j.§.fi. ff. depoſ. ubi
in hærede cadit probabile dubium de contractu depoſiti
facto cum defuncto. cum ſimilibus, ut in d. regulis, per
gloſas. Pro qua opinione,ultra adducta per Petr.in d.tra
cta. facit tex.in l.j.in fi.C.de an.exceptio. ubi dicitur, ꝙ
contra filiumfamilias nõ currit præſcriptio, & eſt ratio,
quia non poteſt agere. quæ ratio bene militat in eo,qui
neſcit ius ſibi competere. Pro quo benefacit doctrina
Bart.cum quo reliqui pertrãſeunt in l.qui Romæ.§.duo
fratres in 3.q.principali.ff.de uerbo.obligat.ubi dicit,ꝙ
in ſuo hærede præſumitur ignorantia eorum, quæ dicun
tur eſſe deſcripta in teſtamento. niſi per coniecturas pro
betur contrarium. Et ſic poſſumus dicere idem in dom.
Lucretia,ut præſumatur ignara iſtius crediti, cum ſit fa-
ctum patris ſui,& ſic alterius, niſi conſtet cõtrarium per
indicia,ut clare decidit ibi Bart.quod non eſt probatum
in caſu

in caſu noſtro. Et quæ ſupradicta ſunt de mala fide
5 præfaturum religioſorum † procedunt etiam in actio-
ne perſonali præſcribenda. de qua in q. nuſtra, & eſt com
* munis * opinio ductorum in c. ſi. de præſcrip. ſecundum
quam deducendu plures rationes conſuluit pluries do.
Alexan. in cunſ. 5 t. per totum. lib. 5. & in conſi. 184. Viſo.
fol. ultimo. lib. 2. & in cunſi. 34. col. 1. lib. 3. & in conſi. 60.
in princip. per tres colum. lib. 4. & in conſil. 97. Videtur
eodem libro 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſuetudo rationabilis in patria, qua non tangit ſpecialiter priuilegia, & perſonas clericorum, ligat clericos, & laicos.*
2 *Idem quando eſt inducta in ciuitate per clericos, & laicos mixtim.*
3 *Conſuetudo ciuitatis poteſt quandocunque allegari, & probari ante ſententiam, etiam poſt concluſum in cauſa.*

¶ In cauſa Carola.

## CONSILIVM CCLII.

1 QVANDO † conſuetudo eſt mixta in ciui-
tate, & communis tam clericorum quàm lai-
corum in mareria licita, & honeſta, quæ non
tangit priuilegia, nec perſonas clericorum
in ſpecie, ligat etiam clericos in utroque foro, ita dom.
Abb. in c. cum cauſa in 30. not. de re iudica. idem tenet in
c. cum ueniſſent, de eo. qui mittit in poſſ. cau. rei in 2. not.
2 † idem quando eſt conſuetudo inducta in ciuitate tã per
laicos, quàm per clericos, ſecundum Imol. in c. ad noſtrã
de probatio. refert, & ſequitur Feli. in cap. eccleſia ſanctæ
Mariæ de conſtit. col. 31. & 32. Quę conſuetudu cum ſic
3 notoria in ciuitate iſta Venetiarum, † poteſt deduci, &
probari etiam poſt concluſionem in cauſa, ſaltem per be
neficium reſtitutionis in integrum, ex clauſula generali
ſi qua mihi iuſta cauſa præſtito iuramento, quod mali-
cioſe hoc non petatur, uel ſaltẽ ex officio iudicis, ex not.
per Feli. in c. ad petitionem in 5. not. col. 5. & 6. de accuſa.
poſt Innoc. Specul. & Cardinalem, ac alios, & per Feli. in
c. cum dilectus, col. 6. in duodecima limitatione, ubi lo-
quitur de reſtitut. de fide inſtrum. Sed iuſta cauſa oritur
ex eo, quia de exceptione iſta, quæ non proponitur poſt
concluſionem in cauſa, nulla fit mentio in toto proceſſu,
niſi per uerba generalia, quæ non releuant. ut per Ang.
in rubr. de except. col. 25. uer. et colu. 32. uer. Decimò, &
per Feli. in c. paſtoralis col. 5. de exceptio. uer. ſigna gluſ.
tertiam. Proponitur enim modo, quòd libris mercatorũ
non debet dari fides in foro eccleſiaſtico contra religio-
ſas perſonas, per not. in c. quod clericis. de for. compet.
per dom. Abb. ꝙ ſi prius fuiſſet oppoſitum probatum eſ-
ſet, quòd immo de conſuetudine ciuitatis, datur fides li
bris mercatorum in utroque foro tam contra laicos quã
contra clericos, & ita ſæpe fuit iudicatum, quia conſuetu
do hæc eſt communis totius populi, & ciuitatis, & ſic a-
pud omnes indifferenter. Eſt uerum, quòd iſta facultas
probandi eſt reſtricta ad certũ tẽpus per ſtatuta Veneta.
Confirmatur, quia ex quo religioſi conuenti, in ſuis ex-
ceptionibus, opponunt pactum de non petendo, except.
ſolutionis, & præſcriptionis ad excludendam intentio-
nem dominæ Lucretiæ actricis, probabile oriebatur du-
bium, utrum uiderentur debitum confiteri, per not. per
docto. maxime modernos in l. Iulianus uerum debito-
rem. ff. de cond. indebi. Per canoniſtas in c. cum uenera-
bilis de except.

*SVMMARIVM.*

1 *Non ualet inhibitio delegati iudicis ad quem ab interlocutoria, iudici a quo, niſi ſibi prius conſtiterit de medio deuolutiuo.*
2 *Cauti appellantes portant ſecum ſententiam, & appellationem.*
3 *Non ualet reſcriptum contra rem iudicatam, niſi de illa fiat mentio.*
4 *Nec ſufficit de illa facere mentionem, niſi etiam illi derogetur, quod tamen curia non facit.*

## CONSILIVM CCLIII.

INHIBITIO Reuerendiſsimi epiſcopi Pa-
phen. prętenſi iudicis delegati facta parti ſen
iudici a quo non ligat manus ipſorum, nec
1 inducit attentata poſt eam, † niſi prius corã
eodem per partem appellantem ab aſſerto grauamine,
fuerit doctum de appellatione, ſaltem prima facie legiti-
ma, & per eum prius uiſa, & admiſſa, tanquam tali. Ita
decidit Rota deciſ. 412. in no. incip. Itẽ ſi appelletur cir-
ca medium. & probatur in c. non ſolum §. illa uero. de
appellat. ibi poſtquam ſibi cõſtiterit, &c. quem tex. not.
ibi Philip. in ſecundo not. idem probatur in c. Romana.
§. ſi uero. eo. tit. lib. 6. per quem idem firmant ibi Domi-
nicus, & Philip. & maxime ſuper glo. in uerbo, ſimile, ſu-
per qua Philip. in finalibus uerbis dicit, Tenementi ex
textu. & gloſa, unam regulam, quòd iudex appellationis
nunquam poteſt inhibere iudici a quo priuſquam ſibi cõ
ſtet legitimè, & debito tempore appellatum. Et ſi ante
inhiberet, diceretur grauare partem, & eſſet legitima cau
ſa appellandi, ſecundum Archidia. & Io. Andr. ibi, immo
nec inhibitio tenet, nec inducit reuocationem attentato
tum, ut probatur in dictis iuribus. Et propterea Ioan.
2 Andr. dicit † ꝙ cauti appellantes portant ſecum ſenten-
tiam, & appellationem, ad effectum inhibendi, & ſubdit
ibi Philip. col. 1. non ſolum hoc eſſe cautum, immo ne-
ceſſarium per illum tex. in d. §. ſi uero. Procedatur er-
gu audacter ad ulteriorem executionem cenſurarũ illa
aſſerta inhibitione non obſtante, ſtante maximè ſubre-
ptione, & nullitate aſſertæ apoſtolicę commiſsionis, quę
3 nullam illi epiſcopo tribuit iuriſdictionem † cum de ſen
tentia, & re iudicata, & de pronuncia ſuper tranſitu, in il
la non fiat mentio, ſaltem ſufficienter, ſed tantum ſub
certo inuolucro uerborũ, doloſè, & fraudulenter, ut effu
giat aduerſarius deliberatam mentem Pontificis reſcri-
bentis, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur, in l. cauſas, uel
lites. C. de tranſact. & in l. fi. C. ſent. reſ. non poſſ. & in c. ſu
per litteris de reſcr. ubi Feli. coln. 10. in 7. regula, latè tra-
dit Alex. conſi. 94. in cauſa, & lite uertente lib. 2. ubi con-
4 cludunt, † quòd non ſufficit expreſſam facere mentionẽ
in reſcripto de ſentẽtia, & re iudicata, ad effectum, ut per
illud tribuatur iuriſdictio, niſi etiam derogetur illi rei iu
dicatæ per clauſulam, non obſtante ſententia & tranſitu
in rem iudicatam. quæ tamen clauſula non ſolet dari,
ſed in reſcripto ponitur alia clauſula, ſine præiudicio rei
iudicatæ, uel legitimæ executionis, uel cũ clauſula, ſiquid
legitimè exequendum ſit exequatur: ut ſcribunt practi-
ci Ro. Curiæ, & docet experientia Reſcriptorum, d. Rom.
curiæ, quæ quotidie emanant.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum clericus obligatus in ampliori forma cameræ cum clauſulis ſolitis, & conſuetis, non ſpecificando aliter, nec extendendo uim, & formam uerborum & clauſularum, intelligatur efficaciter obligatus perinde ac ſi uerba dicti inſtrumẽti fuiſſent ſingulariter expreſſa. Teneo quod non.*
2 *Quòd ſi in inſtrumento notarius dixerit de conſenſu clerici, quòd tenor inſtrumenti, obligationis, in forma cameræ, habeatur pro expreſſo.*
3 *Priuilegio competenti alicui, ne conueniatur ultra quàm facere poſsit, utrum poſsit renunciari.*
4 *Notarius poteſt extendere inſtrumentum ſecundum conſuetum etiam ſi in prothocollo fuerit tantum ſub compendio.*
5 *Quia notarius cenſetur rogatus de conſuetis.*
6 *Inſtrumentum ſemel extenſum in publicam formam, & datum parti, & deductum in iudicio utrum poſsit alterari etiam auctoritate iudicis.*
7 *Conſenſus, qui eſt de ſubſtantia contractus, non poteſt ſuppleri.*
8 *Suppletio non poteſt fieri ad inſtrumentum de aliquo, quod bonus uir non arbitraretur.*

*9 Extenſio,*

9 *Extenſio, quæ poteſt fieri ad inſtrumentum intelligitur de con-
ſuetis communiter, ſed non de raro, prout eſt renunciare bene
ficio. c. Odoardus.*
10 *Illud quod in inſtrumento non legitur, non poteſt mandari exe-
cutioni.*
11 *Quæ ueniunt in inſtrumento ex præſumptione tantum, non me-
rentur executionem ſicut expreſſa.*
12 *In inſtrumento extrinſeca non præſumuntur, ſi non exprimant.*
13 *Solennitas extrinſeca dicitur illa, quam natura uerborum non
comprehendit.*
14 *In obligatione in forma cameræ, ſub pœnis, & cenſuris, et clau-
ſulis ſolitis, non concluditur obligatio ad carceres, nec renun-
ciatio priuilegiorum, nec ceſſio bonorum et capituli Odoardus,
nec renunciatio feriarum, nec conſtitutio procuratorum.*

## CONSILIVM CCLIIII.

VTRVM, Ven. dominus presbyter Paulus
S. Agnetis, dicatur obligatus in forma came
ræ, quoad omnes effectus clauſularum, renũ
ciationum, appoſitarum extenſè, ac aliàs
ſpecificatarum in inſtrumentis obligationum in forma
cameræ, iuxta ſtylum notariorum, & maximè beneficio
c. Odoardus, ac alijs beneficijs competentibus fideiuſſo
ribus obligatis, principaliter, & in ſolidum: Ex eo, quòd
in inſtrumento fideiuſſionis, notarius ſimpliciter, dixe-
rit, obligans ſe dictus presbyter Paulus in ampliori for-
ma cameræ, ſub pœnis, & cenſuris ſolitis, & conſuetis,
aliter non extendendo, nec ſpecificando uim, & effectum
huiuſmodi contractuum in forma cameræ, nec clauſulas
1 renunciat. nec obligationum. † et puto, quod non, pri-
mo. per text. & ibi not. in l. j. ff. ſi quis in ius uoc. non ie.
ubi probatur, quòd fideiuſſor de iudicio ſiſti, alterius fo
ri non obligatur, licèt renunciet generaliter exceptioni-
bus ſibi competentibus, ſed debet ſpecialiter renunciari
priuilegio fori. Sed in caſu q. noſtræ, presbyter Paulus
non renunciauit exceptionibus, nec priuilegijs, nec bene
ficijs ſibi de iure competentibus, nec generaliter, nec ſpe
cialiter, ergo &c. Ad idem bonus text. in l. iij. incip. ſed
& ſi quis. §. quæſitum cum materia. ff. ſi quis cautio. ubi
obligans ſe non uti aliqua exceptione, non ritè obligat,
niſi præcedat aliqua ſpecialis renunciatio ſecuta clauſu-
la generali, quia tunc trahitur ad ſimilia. c. qui ad agen-
dum de procurat. lib. 6. §. 1. clem. non poteſt. de procura.
Et ratio adducitur ibi per Ang. & docto. quia non debet
aliquis decipi ſub obligatione, & renunciatione genera-
li, & inuolucro uerborum. Sed in caſu q. noſtræ, huiuſmo
di obligatio non poſſet eſſe magis generalis, ſtantib. præ
miſſis in facto narratis. Ad idem bon. text. in d. c. qui ad
agendum, ubi clauſula generalis appoſita in contractu,
ſeu inſtrumento procuræ, non ſe extendit ad ea, quæ re-
quirunt ſpeciale mandatum ex defectu mentis conſtituē
tis. Quanto minus in q. noſtra huiuſmodi ɔtractus obli
gationis in forma cameræ cum ſuis clauſulis debet ope-
rari effectum ſuũ, ex quo nec in genere, nec in ſpecie, ali-
qua de illis fuit ſpecificata. Secundò principaliter ad
idem, nam obligatio in caſu noſtro cauſatur ex conſen-
ſu. l. ex conſenſu. l. obligationum ſubſtantia. ff. de actio. &
obliga. ſed conſenſus non extēditur ad incognita. l. tres
fratres. ff. de pact. l. mater. ff. de inoff. teſtam. nec extendi-
tur ad non deducta in cōtractu. l. Aurelius. §. Titius. ff. de
libe. legat. & ideo tantum operatur obligatio quantum
uerba ſonant, quia imputandum eſt &c. l. ueteribus. ff. de
pact. l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. oblig. Ergo obli
gatio in forma cameræ non extenſiua, nec ſtipulata, non
debet habere effectum. ex quo non apparet de conſenſu
fideiubentis, quoad clauſulas, & efficaciam obligation.
in forma cameræ non expreſſas, nec extenſas, quas igno-
rabat. ¶ Tertiò ad idem, & fortius. Ponamus, ꝙ nota-
rius ultra uerba prædicta appoſita in inſtrumento de cō-
2 ſenſu presbyteri Pauli, ſcripſerit † cuius obligationis, &
inſtrumenti obligationis in forma cameræ, tenor, ha-
beatur pro expreſſo, nũquid ſatis hoc fuiſſet, ac ſi tenor
extenſus fuiſſet, dicendũ eſt quod non, per not. per Ang.
in d. §. quæſitum. Circa finem, ubi dixit, ꝙ licèt talia uer-
ba in legibus, uel reſcripto principis operentur, ac ſi ex-
tenſè poneretur ſeries inſtrumenti, & obligationis. l. om
nes, ubi idem Angel. C. de præſcrip. triginta uel quadra-
ginta anno. Secus eſt in priuatis, & ita refert, & ſequitur
poſt alios. dom. Iaſon in d. §. colu. 2. & in d. l. j. colu. fi. ff. ſi
qu. in ius uoc. non ier. & in l. prætor ait in princi. col. 3. ff.
de no. oper. nunci. Item quia, ut dicit Bal. in c. capitulum
col. 6. uerſ. quid ſi Papa, talis clauſula, ꝙ habeatur pro ex-
preſſo eſt captioſa, & deceptoria, ideo in priuatis diſpo-
ſitionibus, & etiam in obtentis a principe ad inſtantiam
partis, non ſufficit, quod tale habeatur pro expreſſo, ex
quo debet fieri ſpecialis mentio de illo. ut not. Cyn. in l.
j. quando imper. inter pupil. & uid. & Feder. conſi. 233. ca
ſus talis eſt. Calde. conſ. 11. habet ordo ſanctæ Claræ de
priuileg. cum ſimilib. ut per Decium conſ. 142. colu. pen.
3 ¶ Quartò, ad idem facit, † quia beneficio perſonali ali-
cui competenti de iure, ne conueniatur ultra quam face
re poſſit, non poteſt renunciari, etiam expreſſè. ita Hoſt.
& Io. Andr. in c. Odoardus de ſolutio. ubi Imola. colu. 4.
refert, & ſequitur. l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matr. Sed cle
rico eſt indultum huiuſmodi beneficium d. c. ut non exi-
gatur ultra quam facere poſſit. ſed in q. noſtra, nec in ſpe
cie, nec in genere presbyter Paulus dicto beneficio renun
ciauit, dato quòd poſſet, ergo &c. ¶ Quintò, ad idem
adduco id quod uoluit Specul. in titu. de inſtrum. edit. §.
inſtrumentum, uerſ. item oppon. quòd res alter. uerſi. hic
4 autem puro fol. 249. † ꝙ ſi notarius ponat in prothocol-
lo formam contractus ſub compendio, ꝙ ipſe, uel is qui
ei ſucceſſit, poteſt poſtea in publico inſtrumento uerba
contractus ampliare, addere, & mutare, ſeruata tamen
forma ipſius contractus, & ſubſtantia non mutata. Sed
in q. noſtra, nec ipſe notarius, qui rogauit inſtrumētum,
nec alius qui ei ſucceſſit ad illud extrahendum, extendit
ampliando, nec addendo, nec deſcribendo formam con-
tractus in forma cameræ, ſed remanſit ſub compendio.
ergo tanquam imperfectum & non extenſum, non habet
ſuum robur. Nec obſtat ſi dicatur. quòd poterit de nouo
5 extendi in forma conſueta, † quia de conſuetis notarius
cenſetur rogatus, & ea poteſt ex ſe ſupplere, per l. fi. in fi.
C. de fideiuſſ. quem ad hoc not. ibi Bald. cum ſimilib. ut
per do. Feli. in c. ex litteris, de fide inſtrum. col. 11. in uerſ.
ſeptima declaratio. Quia ad hoc reſpondetur multipli-
citer. Primò, quia extenſio talis nō poteſt amplius fieri.
6 † ex quo ſemel fuit extractum inſtrumētum in publicam
formam & authenticam, & datum parti, & etiam dedu-
ctum in iudicio, quo caſu, ſine authoritate iudicis ſupe-
rioris in materia iſta, non poteſt amplius extendi, cum
ſit functus officio ſuo, ita Io. Andr. in additio. Specul. in
tit. de inſtrum. edit. §. inſtrumentum, ergo, uerſ. Sed nun-
quid confecto inſtrumento. in additio. in uer. reficiat, ubi
dicit, quòd conſilium Specul. ibi in d. uerſ. ſed nunquid.
eſt neceſſarium de licentia iudicis, quādo data eſt copia
parti, & eſt mota quæſtio ſuper inſtrumento. & ſequitur
do. Feli. in d. c. ex litteris. col. 3. uerſ. quarta cōcluſio, uer.
ſecundus caſus, cum ſimilibus. ut ibi per eum. ¶ Secũdò
reſpondetur, quòd inſtrumentum dicitur eſſe abbreuia-
tum, & ſub compendio, quando in prothocollo diceret,
talis promiſit &c. renunciauit &c. fideiuſſit &c. habent
poſtea certum intellectũ, aut ex diſpoſitione iuris cōmu-
nis, uel conſuetudinis, uel communis intellectus. ita Spe
culator in d. tit. §. oſtenſo, uerſ. quid ergo ſi in imbreuia-
tura. & uerſ. præcedenti, quid ſi abbreuiatura. ubi Ioan.
Andr. in additio. incip. Inſtrumentum in littera. E. circa
medium uerſ. Antiquam &c. Et tunc poterit fieri exten-
ſio per notarium a principio, antequam extrahat illud,
& tradat partibus, ut de dictione &c. tradit Barto. & alij
in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & poſthum.
7 ¶ Tertiò reſpōdetur † quod nec iudex, nec notarius poſ-
ſunt ſupplere ad contractum aliquid de ſubſtantialibus
ad illud, quia illud a principio ſic ineſt, quod ſine illis ui-
tiatur. l. teſtamentum. C. de teſtam. c. tuæ, cum ſequenti,
in fine, de ſponſali. l. pacta, ubi not. ff. de contrah. emptio.
ubi habetur, quòd conſenſus, qui eſt de ſubſtantia con-

tractus

tractus ex defectu ipſius, ita tradit Io. Andre. in d. addit.
in d. §. inſtrumentum, uerſ. quid ſi a contrahentibus data
eſt tabellioni &c. in additio. magna. in uer. inſtitutio. cir
ca medium, & tradit Feli. in d. c. ex litteris col. 7. uerſ. ſed
ad hæc, & ſimilia. Prout & de pretio rei uendita: omiſſo
inſtrumento, quod cum ſit de ſubſtantia ꝯtractus a prin-
cipio, non poterit ſuppleri per notarium, etiam ſi partes
dederint ſibi facultatem addẽdi, & minuendi &c. Ita ibi
Speculat. Sed uirtute illorum uerborum ſolum poterit
ſuppleri circa naturalia, uel accidentalia inſtrumenti, iu-
xta not. in d. l. pacta. Sed in q. noſtra deficit conſenſus a
principio ipſius presbyteri Pauli, ex quo non conſtat, ꝙ
ſe expreſsè, uel ſub compendio, obligauerit ad carceres,
nec realiter, nec quòd renũciauerit legibus, nec exceptio
nibus ſibi de iure competentibus, nec beneficio. c. Odoar
dus. uel aliarum legum, nec beneficio de fideiuſſo. nec au
then. præſente. C. eo. tit. nec ꝙ conſtituerit procuratores
ad confitendum debitum: ergo, illa uerba, ſe obligauit
in forma cameræ, de quibus ſupra in themate, ſunt ſuper
flua, & irrita manent, nec poſſunt aliter declarari quia cõ
ſenſus eſt de ualidantibus contractum, ergo non ſupplen
dum. Io. And. in d. §. inſtrumentum, in additio. recorde-
tur poſt medium Abb. conſi. 34. col. 2. ¶ Quartò reſpon-
detur, ꝙ etiam ſi eſſemus in caſu, in quo poſſet fieri exten
ſio de ꝯuetis ſub clauſula promiſit &c. fideiuſsit &c. re-
8 nunciauit &c. conſtituit &c. † Dico, ꝙ huiuſmodi ſupple
tio, non poſſet fieri de his, quæ bonus uir, non arbitrare-
tur, quia de his non uidetur actum, nec cogitatum. ita
Ioan. Andr. in d. additio. in uer. inſtitutio. circa medium.
Sed quis bonus uir arbitraretur. d. Paulum, qui nihil ha-
buit de bonis illis peruentis in totum ad debitorem, pro
quo fideiuſsit, & a quo nunquam aliquod ſeruitium ha-
buit, uoluiſſe ſe obligare in forma cameræ, cum tot uin-
culis, & renunciationibus, promiſsionibus etiam ad car
ceres, cum renunciatione beneficiorum ſibi a iure com-
petentium? Certè nemo: ergo ceſſat extenſio. ¶ Quin-
tò, quia illud, quod dicitur de extenſione ad conſueta,
intelligitur ſecundum naturam contractus principalis,
de quo agitur, ut apparet ex not. per Feli. in d. c. ex litte-
ris, col. 6. uer. ſeptima declaratio. Vnde licèt fatẽdum ſit,
quòd notarius rogatus de inſtrumento fideiuſsionis. in
q. noſtra uel ſubrogatus, potuerit forſan extendere ea,
quæ ſunt de natura, & ſolennitate inſtrumenti fideiuſſo-
rij, ſi ita fieri conſueuit, ſecus tamen in caſu noſtro de in-
ſtrumento obligationis in forma cameræ appoſito com-
9 pendioſè, & troncatè in inſtrumento fideiuſſorio, † ut nõ
poſsit extendi, ex quo non conſueuit talis obligatio ap-
poni in eo, ſed de raro; ergo non extendibilis, ut proba-
tur in l. Seio. §. medico. ff. de an. legat. ubi Bar. not. & alle-
gat in ſimili. l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. &
trad. do. Feli. in d. c. ex litteris colu. 8. uer. ſecunda conſide
ratio. Cum ergo de raro in partibus iſtis, & maximè in
ciuitate Venetiarum in inſtrumento fideiuſsionis ſoleat
apponi obligatio in forma cameræ extẽsè, multo minus
poterit troncatè, & compendioſè appoſita extendi.
¶ Sextò ad idem moueor per tex. in l. j. in princ. ff. de his
10 qui in teſt. dele. ubi dicitur. † ꝙ illud quod in inſtrumen-
to non poteſt legi, quia non expreſſum, non poteſt man-
dari executioni, quoniam legi ſic accipiendum eſt nõ in-
telligi, ſed oculis perſpici, quæ ſunt ſcripta. Cæterum ſi
extrinſecus ueniunt, non uidenᷣ legi poſſe. & ideo Ang.
ibi, & Bar. dicunt, ꝙ inſtrumenta non habebunt executio
nem paratam in his quæ non leguntur in eo, ex defectu
mentis diſponentis, niſi uirtualiter ex legis diſpoſitione
contineantur: vt puta, quod in obligatione unius, lex
ſuppleat, de ſuo hærede, idem in hypotheca & alijs clauſu
lis, quæ in obligatione inſunt a lege ſupplẽte, ut latè per
Alex. conſi. 126. Repetitus. per totum lib. 6. Sed in q. no-
ſtra, non leguntur, nec promiſsio ſtricta, ſecundum for-
mam cameræ, nec obligatio perſonalis, nec renunciatio
beneficiorum legum, nec conſtitutio procurat. nec renũ-
ciatio fori, nec ꝙ quis poſsit cõueniri ubique &c. Et hoc
ex defectu mentis obligantis ſe uti fideiuſſor. nec talia a
lege ſubintelliguntur. ergo obligatio in forma cameræ,
non poterit mitti executioni contra presbyterum Paulũ.
¶ Non obſtat ſi replicando dicatur, ꝙ reſultat præſum-
ptio pro inſtrumento, quoad omnes clauſulas ſolitas ap-
poni in obligat. in forma cameræ, ſecundum quas appa-
ret fideiuſſorem noluiſſe obligari, licèt non fuerint exten
ſæ, quia reſpondetur, quòd iſta, quæ ueniunt extrinſecus,
non præſumuntur, cum non legantur. l. ſciẽdum, ubi Bar.
& Alex. ff. de uerb. obliga. cum ſimilibus. ¶ Secundò, eſto,
11 quòd uenirent ex tacita mente promittentis, tamen † quæ
ueniunt ex præſumptione tantum, nõ merentur executio-
nem, ſicut expreſſa. ita in terminis trad. Bal. in l. iuris gen
tium. §. quod ferè. ff. de pact. col. fi. ubi dixit, quòd tacita
ſtipulatio dotalis, quæ uenit ex præſumptione tantũ, non
meretur executionem, quam meretur inſtrumentum do-
tis in uerbis expreſsis ex forma ſtatutorum. Idem Bal. in
l. generaliter col. 2. C. de non nume. pecu. Bart. in l. penul.
C. de apo. publ. lib. 10. & facit. d. l. j. in princip. de his quæ
12 in teſta. dele. ¶ Septimò confirmo prædicta: † quia in in
ſtrumento ſolennitas extrinſeca non præſumitur, niſi in
eo de illa fiat mentio. l. quæcunque, & ibi not. ff. de publi.
13 l. optimam. C. de contr. ſtipul. † ſolennitas autem extrin-
ſeca dicitur illa, quam natura uerborum prolatorum in
inſtrumento non comprehendit, & ſine qua poteſt eſſe a-
14 ctus, ut declarat Bar. in d. l. ſciendum colu. 1. † Sed natura
uerborum prolatorum per notarium in caſu q. noſtræ, dũ
dixit, quòd presbyter Paulus ſe obligabat in ampliori for
ma cameræ ſub pœnis, & cenſuris ſolitis, non comprehen
dit obligationem perſonalem ad carceres, nec renuncia-
tionem exceptionum, & priuilegiorum ſibi competentiũ,
maxime ceſsionis bonorum. & c. Odoardus, nec renũcia-
tio feriarum, nec conſtitut. procurat. &c. quæ extendun-
tur in obligation. in forma cameræ: nec de iſtis fit mẽtio
in d. inſtrumento ſub dictione &c. ergo tanquam extrin-
ſeca non ueniunt, nec præſumuntur.

## SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, & inferior a Papa non poteſt diſpenſare ad duo, uel tria incompatibilia beneficia, niſi forſan pro utilitate, uel neceſſitate eccleſiarum, & ita ſeruatur.*

2 *Per adeptionem ſecundi curati, habita illius poſſeſſione, uacat primum, et ſi contendas retinere utrunque ſit inhabilis, & utroque priuatur.*

3 *Poſſunt retineri plura beneficia ſimplicia, ſine diſpenſatione de conſuetudine generali, dummodo deſeruiatur per ſubſtitutum quando eccleſia indigeret.*

4 *Vtrum in una eccleſia, quis poſsit tenere plura beneficia ſimplicia conformia, & quid operetur diſpenſatio epiſcopi.*

5 *Beneficium non dicitur curatum licèt ſacerdos teneatur ad miſſas, & alia diuina officia celebrandum.*

6 *Qui tenetur dare clerico tot beneficia ad ſummam ducatorum 300. de redditu annuatim liberorum ab omni onere, utrum teneatur ad onera capellanorum, & collectarum, & decimarũ, & penſionum.*

7 *Plura beneficia unita, cenſetur unum tantum.*

8 *Quando duo beneficia unita etiam per Papam poßint diſſolui per ordinarium.*

9 *Vtrum ille, qui poßidet plura beneficia unita, poßit uni tantum ante diſſolutionem renunciare.*

10 *Quando beneficium dicatur litigioſum.*

11 *Quando dicatur beneficium eſſe curatum.*

12 *Vtrum clericus abſens poßit inueſtiri de beneficio media perſona, ſine mandato, uel cum mandato generali. & utrum requiratur ratihabitio.*

13 *Renunciatio dicitur ſimoniaca, quando fit in manibus ordinarij, ut alteri conferatur, hoc pacto, ut illud ſibi reſtituatur, & ibi latè.*

*Et quid ſi ordinarius, illi reſignanti interim prouideat de re ſpirituali.*

14 *Pactum eſt ſimoniacum inter fratres, quo cauetur, quòd alter teneatur renunciare bonis ſuis paternis pro beneficijs eccleſiaſticis ab altero conſequendis.*

15 *Beneficia acquiſita per ſimoniam, poſſunt tanquam uacantia impetrari.*

## CONSILIVM CCLV.

REDEMPTORIS omnium inuocato ſuffra
1 gio. Circa primom dubium, † Nunquid epi-
ſcopus poſsit diſpenſare cum uno,ut ualeat te
nere licitè tria uel quatuor beneficia curata:
Reſpondeo q non. Solus enim Papa ſuper hoc poteſt di-
* ſpenſare,ut tenet gl. fi.& ibi docto. * communiter in c. de
multa de præbend.quam opinionem ſeruat Curia Roma
na,ut atteſtatur ibi Hoſtien.& Io.And. & ita probatur in
tex.in fine ibi cum ratio poſtulauerit, poterit per ſedem
apoſtolicam diſpenſari. idem tenet gl.in uerbo intitula-
* tum &:docto.* communiter ſuper ea in c.dudum el ſecun
do de elect.per illum tex.in §. nos igitur ibi per ſedē apo
ſtolicam diſpenſatum,ubi gl.in uerbo,diſpenſatum ,quæ
expreſſe tenet,quòd epiſcopus nō poſsit diſpenſare ſuper
pluralitate beneficiorum cum cura, & text. loquitur de
duobus tantum curatis.& ita etiam loquitur. d.c.de mul
ta.unde ſi non poteſt epiſcopus diſpenſare de duobus per
illa,multo minus ſuper pluribus.& q ſolus Papa poſsit di
ſpenſare,eſt tex.cum gl.ubi docto.in c.1.de cōſuetud. lib.
6.idem tenet gl.in uerbo ſui in c.ordinarij de off.ord.lib.
6.per illum tex.& in c.non poteſt in uerbo, apoſtolica ſe-
* des.de præbend.eo.libro.et iſtam opinionem eſſe * com-
munem,& ita practicari in curia,atteſtatur Abb.in repe-
tit.c.extirpādæ.§.quia uero fol.6.uerſiculo quintum exa
minandom. Eſt uerum,quòd Abb.in d. c. de multa in fi-
ne,& in d.§.quia uero fol. 6. in d. uer. quintum,tenet, q
in punto iuris, epiſcopus poſsit diſpenſare ſuper duobus
curatis tantum, tenendis, quando diſpenſaret pro utili-
tate,uel neceſsitate eccleſiarum,& ita ſaluat c.ſanctorum
70.diſtinct. quod permittebat epiſcopo diſpenſationem
circa pluralitatem beneficiorum,ſecus ſi propter prærro-
gatiuam uel nobilitatem clerici,cū quo diſpenſaret,quia
ſolus Papa hoc poteſt.& ita ſaluat communem opinionē
per d.c.de multa in fine. Sed non expedit diſputare de ue
ritate opinionis do. Abb. ex quo in q.noſtra quæritur de
diſpenſatione circa tria uel quatuor curata,& de illa,quæ
fieret intuitu perſonæ tantum uidelicet propter nobilita-
tem,& literaturam.et hoc eſt reſeruatum ſoli Papæ ut fa-
* tentur * omnes doctores,& ita practicatur. Et ampliando
concluſionem ſupra factum,dicit Specul.in tit. de diſpen
ſatio.§.uidendum reſtat,col.pe.uerſi.quid ſi habeat duo
curata uel aliàs incompatibilia ex diſpenſatione Papæ,
ſi tertium curatum adipiſcatur ſine diſpenſatione, quòd
habebit locum pœna priuationis, & inhabilitationis,de
qua in d.cap.de multa,& extrauag.Execrabilis Io.22. de
2 præben. ¶ Secundum dubium, † utrum per adeptionem
ſecundi beneficij curati,uacet primom ipſo iure: Reſpon-
detur quòd ſic.et eſt priuatus titulo primi,ita ut ordina-
tius poſsit illud conferre ualidè alteri,ut probatur in d.c.
de multa,dummodo habuerit poſſeſsionem pacificam ſe
cuodi curati.c.licet epiſcopus de præb.lib.6.ubi gl. & do
cto.Immo ſi poſt habitum ſecundum ille clericus, uellet
utrunque tenere, & poſsidere de facto,ſtando in poſſeſsio
nem amborum,priuatus eſt & illo ſecūdo,& eſt factus in-
habilis ad alia beneficia,ut eſt tex.in d.extrauag.execra-
bilis Io.22.in §.ſtatuimus, ubi datur illi clerico menſis
ad renunciandum primo in manibus ordinarij, & not.
docto.in d.c.de multa,ubi Abb.col.3.in glo.2. ¶ Ad ter-
3 tium, † utrum poſsint teneri plura beneficia ſimplicia in
diuerſis eccleſijs ſine diſpenſatione: Reſpondetur quòd
ſic.ita approbante conſuetudine generali totius orbis,
quam Papa ſcit,& tolerat,ut atteſtatur Innoc. in c.dudū
ſecnudo de elect.in c. cum iamdudum de præb.quem re-
fert & ſequitur gl.Io.And.in uerbo de iure in prima opi-
nione in c.gratia de reſcri.lib.6.ubi Gemin.in ſua diſtin-
ctione,ſupra ea refert, & ſequitur, & approbat ibi Philip.
Card.& Imol.in clem.gratię de reſcrip.& eandem opinio
nem Inno.refert,& ſequitur Lap.alleg.36.incip. utrū abſ-
que diſpenſatione. Et ad hanc concluſionem faciunt
not.per docto.in c.cum omnes.de conſtitut. ubi Abb. in
not.& ſuper gl.fi.qui concludunt, quod de conſuetudine
quis non tenetur reſidere in beneficijs ſimplicibus, & q
uigore conſuetudinis quis in foro conſcientiæ,percipit li
citè fructus beneficiorum ſimplicium,in abſentia, dum-
modo teneat ibi ſubſtitutum, quando eccleſia indigeret
miniſtris, aliàs nō tenetur etiam deſeruire per ſubſtitutū.
idem tenet gl.& docto.in c.fi.de reſcrip.lib.6.& in d.cap.
dudum,ſuper glo.in uerbo intitulatam, quæ loquitur de
iſta conſuetudine,cum ſimilibus,ut per Felin. in d.c.cum
omnes col.20.ſuper gl.fi.et ibi latè dixi in 1.not.Nam cō
ſuetudo generalis in toto orbe præſumitur nota pontifici
& ideo potens eſt tollere iura, ut tenet gloſa magiſtra in
c.de libellis.20.diſtinct.& in c.in iſtis.4.diſtinc. & in cle-
ment.ſtatutum de electio. ¶ Quot aūt poſsint teneri,
hoc non reperio iure deciſum, ideo ſtandum eſt conſue-
tudini. Conſulo tamen propterea ut habeatur diſpenſa-
tio a Papa generalis, ſuper his beneficijs ſimplicibus te-
nendis cum curatis ut euitentur opiniones, & ut conſciē
tia tuta ſit, & quieſcat, licèt hoc non ſeruetur. ita dicit
Card.in d.clem.gratiæ. ſed cauendum eſt etiam tibi, ne
cum diſpenſatione Papæ poſsit euadere peccatum,& lici-
tè plura retinere,niſi ſubſit iuſta cauſa diſpenſandi, ſine
qua dicitur diſsipatio,per ea,quæ latè trad. Io. de Sylua,
in tract. de benef.in 3.parte. quæſt.39. col. penultima.
4 ¶ Quarto quæritur, † utrum in una,& eadē eccleſia quis
poſsit tenere plura beneficia ſimplicia,& quid de dignita
te,uel curato cum ſimplici in eadem eccleſia. Io. And. in
c.litteras de conceſſ.præben.tenet.quòd cum diſpenſatio
ne epiſcopi,poteſt clericus habere duo ſimplicia diffor-
mia tamen,puta,poteſt eſſe canonicus præbendatus,& ha
bere unum altare ſeu capellam, ſeu aliud ſimplex bene-
ficium, uel poterit habere dignitatē uel curatū cum uno
ſimplici,ſed non poterit habere duo conformia,puta non
poterit habere duos canonicatus cum præbēdis, nec duo
altaria,etiam cum diſpenſatione epiſcopi. cum qua do-
ctrina tenet Abb. in c.cum iam dudum col.3. de præben.
& in d.c.litteras,circa finem,ubi allegat Fede. de Sen.con
* ſilio 115.& ibi atteſtatur hanc eſſe * communem opinio-
nem,quam refert & ſequitur idem Abb.in repet.d.§.quia
uero in quinta q.principali,fol.6.uerſi.ſecundo caſu prin
cipali. Idem tenet glo.ubi Card.& Imol.in clem.fi.de præ
ben.quæ dicit,quòd iura magis abhorrent, quòd unus in
eadem eccleſia habeat duo beneficia etiam ſimplicia cō-
formia,quàm quòd in diuerſis duo curata,uel duas digni
tates. et eadem glo. in principio tenet, quòd in eadem ec
cleſia,quis nō poteſt eſſe triplex, ſine diſpenſatione Papæ,
licèt beneficia ſint difformia,ut probai in c.1.de conſuet.
lib.6.ubi reprobatur etiam conſuetudo in contrarium.
epiſcopi ergo diſpenſatio operatur in duobus difformi-
bus,ut dixi.quæ concluſio probatur in d.c.1. de conſue-
tud.lib.6.ubi gl.in uerbo niſi unicum.& ſuper ea Gemin.
& Phili. & cum dicta diſtinctione tenet etiam Gemin. in
d.c.gratia.col.4.in ſua diſtinctione magna, & Feder.con-
ſilio.120.quæſitum fuit.ubi tenet,quòd quis in eadem ec
cleſia poteſt eſſe canonicus, & habere altare perpetuum
cum ſua dote, cum epiſcopi diſpenſatione. Idem Feder.
conſilio 205. & 206.tenet,quòd cum epiſcopi diſpēſatio-
ne unus poteſt eſſe archiprebyter in una eccleſia, & cano-
nicus præbendatus,ſecus ſi archipresbyteratui eſſet anne
xa duplex præbenda & ratione conſuetudinis eccleſię uel
ſtatuti,poſſet unus eſſe decanus uel archipresbyter, & ca-
nonicus,uel altariſta,& ſic habere dignitatem cum cano
nicatu uel cum altari in eadē eccleſia.c.eā te de reſcript.
c.poſtulaſti de conceſſ.præbend.c.quia ſæpe.c.cum in ec
cleſia de præb.lib.6.c.a collatione de appel. eo. libro. &
ita tenet etiam glo.præall.in d.c.1.in uerbo unicum. Idē
latè poſt longam diſputationem firmat Lapus allegatio.
116.Philippus, & 117.factum tale eſt. ¶ Quinto quæri-
5 tur † utrum beneficium,dicatur curatū,ex quo ſacerdos,
qui tenet illud,eſt obligatus ibi miſſas,& alia diuina offi
cia celebrare: Reſpondeo,quòd non, ut patet ex not.per
Feder.de Sen.conſilio 80.Factū tale eſt.et in conſilio 135.
inc.Quidam habens, & per tex.& ibi not.glo.& docto. in
c.cum ab eccleſiarum prælatis de off.ordi.& in c. dudum
ſecundo de elec.& in d.c.de multa, cū ſimilibus,ut tradit
Rot.

Rot.in antiqui.deci.878.incip.Pręmiſſa in fine,ubi decla
rat nonnulla , quæ reddunt eccleſiam curatam , & dicam
6 etiam infra in decimo dubio. ¶ Sexto quærit̃ † utrũ obli
gatus dare clerico tot beneficia eccleſiaſtica ex quibus
clericus ille percipere debeat annuatim ducatos tercen-
tũ de affictu,ſeu redditu ex illis beneficijs locatis , libe-
ros ab omni onere,teneatur ſubire onera Capellanorum
& collectarum,quę ordinariè illuſtriſs.dominio ſoluũtur,
uel debeant expenſæ huiuſmodi deduci : Reſpondetur,
quòd clericus ille non teneatur ſubire onera prædicta , ſed
debet habere illos ducatos tercentum liberos , quia cum
debeat habere tercentum ducatos annuatim de fructib.
beneficiorum locatis,de fructibus iſtis deducuntur expẽ
ſæ,& onera incumbentia beneficijs.ita decidit Bal.in l.j.
col.2.uerſi.pone impetraui a Papa.C.de fruct.& lit.expẽ.
argumento illius l.ubi probatur , quòd fructus dicuntur
tunc demum aſcendere ad tantam ſummã, ſi deductis ex
penſis,tantum ualent.idem probatur in l.fructus.ff.ſolut.
matri.ubi do.Iaſon,col.4.refert,& ſequitur dictum Bal.et
dicit Paul.de Caſtr.in l.amplius in principio. ff. de leg.1.
per illum tex. quòd uera æſtimatio rei dicitur , deducto
prius eo , quod ſoluitur ex cauſa grauaminis,& oneris rei
imminentis. Vnde infert,quòd tantum habet beneficium
eccleſiaſticum in reddim,& tantum ualet,quantum ſupe-
reſt deductis oneribus.et dicunt do. de Rot. deciſ.52. in
antiq.in titu. de conceſſ.preb.quòd in computando ua-
lore beneficij debent deduci onera,& quod aliàs articu-
lus impugnans ualorem expreſſum eſt ineptus , niſi dica-
tur in eo,quòd tantum ualet , deductis oneribus. et dicit
Bal.in l.cohæredibus.ff.famil. erciſ. & in l. neque in fine.
C.de compenſat. quòd quoties fit mentio de redditibus
tantæ ſummæ ex re locata,debent deduci onera , allegat
tex.in l.fundi Trebatiani in princ.ff.de uſuf.leg. ibi ex lo
catione fundi redigere.refert,& ſequitur Feli.in c. ad au-
res col.pe.in 12.cõcluſione.de reſcrip. & tradit do. Iaſon
in l.illud in 1.not.C.de collatio.& in d.l.non amplius. et
ideo infero , quòd ſi beneficia aſsignata eſſent grauata
onere penſionum,talis penſio deberet deduci,& quòd ſu-
pereſt,computãdum uenit in ducatis tercentum . ita poſt
alios,quos refert conſuluit Decius conſi.156.inc.Statutũ
7 cathedralis eccleſiæ. ¶ Septimò quæritur † utrum duo
uel plura beneficia unita , cenſeantur plura uel unicum
tantum : Reſpondetur,quòd cenſent̃ unum tantum , non
plura,c. ſuper eo de præben.& in c.quia ſæpe eo.tit. lib.6.
c.extirpandæ.§.quia uero,ubi latè tradit Abb. & alij eo.
tit.ubi probant,quòd habens unam eccleſiam curatam,
quæ reperitur annexa canonicatui, non prohibetur habe
re aliud beneficium curatum,& ratio eſt,quia illa curata
annexa,non cenſetur beneficium ſeparatum a canonica-
tu : Vnde in iſto caſu,non habet locum prohibitio,& pœ-
na concilij generalis.d.c.de multa,& d.extrauag.execra-
bilis.de duobus curatis nõ tenendis.inde dicit Rot.370.
incip.Nota in antiqu. quòd beneficium alteri unitũ per
dit nomen beneficij,& quòd ſeparata ante unionem fa-
ciunt duo,& unio unicum tantum. et alia deciſio.27. in
antiquis inc.Nota quòd ubi dicit,quòd beneficium uni
tum non dicitur uacare, quia de per ſe, non poteſt conſi-
derari.et dicit Calder.cõſilio ultimo.in tit.de reb. eccleſ.
non alienan.quòd beneficium mutat naturam per unio-
nem.& Federicus de Senis.conſ.200.incip.quòd permuta
tio concludit,quòd beneficium unitum perdit nomen be
neficij,&ꝙ propterea quis non tenetur in litteris alterius
gr̃æ facere mẽtionem de beneficio unito,ſed de principa-
li,cui facta eſt unio,& latè tradit Fel.in c.in noſtra correl.
8 33.de reſcript. ¶ Octauum quæſitum, † utrum duo bene
ficia unita poſsint diſſolui per ordinarium : Reſpondetur
quòd ſic,ſiue ſint unita per Papam,ſiue per legatum , ſiue
per ordinarium,dummodo unio fuerit facta per Papam ,
uel legatum ex poteſtate ordinaria , non eximendo illa a
poteſtate ordinarij . ita tenet Petr. de Peruſ. in tractat. de
reuocatione unionis in 4.c.principali in 1.2.& 3.q. Sed
diſſolutio debet fieri ex cauſa legitima,quando uidelicet
ceſſant cauſæ,& rationes ex quibus unio facta fuit,ut pro
baſ in c.1,ne ſed.uac.& ibi per doct.& per Petr.in d.trac.
in 1.cap.& de conſenſu prælati uel clerici,qui poſsidet be
neficia unita,uel aliàs illo citato, de cuius intereſſe agi-
tur,ut per eundem,in d.tractat.in 6.c.principali, & proba
tur in d.c.1.& tradit Deci. conſi.233.& 275.& probatur
ratione,quia ſicut epiſcopus ordinaria ſua poteſtate po-
teſt ex cauſa unire c.ſicut unire.de exceſſ. prælato. & diſ-
ſoluere,prout ita arguunt doctores in locis præallegatis.
9 ¶ Ex quibus infero ad aliud dubium , † utrum ille , qui
poſsidet illa unita, ualeat renũciare antequam diſſoluan
tur,quia reſpondetur,quòd aut uult renunciare unum tan
tum,& alterum retinere , iuxta lat. not. per eundem Petr.
in d.tracta.in ſeptimo capite. & tunc opus eſt, quòd præ-
cedat diſſolutio,modo quo ſupra : Aut uult ambo renun-
ciare ita unita prout ſunt : & tunc non eſt opus diſſolutio
ne aliqua . Infero etiam ad aliud dubium annexum , ꝙ
ſi duo beneficia ſunt unita archipresbyteratui , quòd an-
te diſſolutionem legitimè factam , non poteſt ille archi-
presbyter renunciare illa duo ſimplicia unita,quia ſtante
unione,non poſſunt de ſe conſiderari,uti beneficia ſepara
ta per dicta ſupra in ſeptimo dubio . Idem dico ſi unum
ſimplex ſit unitum curato,quia non poterit ille, qui poſsi
det ambo,renunciare non curatum unitum niſi prius fiat
diſſolutio . Poterit tamen ut dixi , renunciare utrunque ,
ita ut tranſeant cum ſua unione niſi unio eſſet facta intui
tu perſonæ poſsidentis,quia unio non egreditur cauſam
ſuam,nec perſonam,ut latè per Petr.in d. tractat. c.1. ne-
ceſſaria eſt tamen diſſolutio præcedens. ¶ Nonò princi-
10 paliter dubitatur, † quando beneficium dicatur litigio-
ſum : Reſpondetur ſecundum quòd determinat text. in
auth.litigioſa. C.de litig.quia res dicitur litigioſa,quãdo
reus ab actore conuentus eſt coram ordinario,ſaltem per
citationem legitimè executam,& quando coram delega
to actor præſentauit reſcriptum,quòd per citationem de-
cretam & executam fuit reo cognitũ , ſeu intimatum per
inſertionem ipſius reſcripti in primo citatorio,ut ibi dici
tur,& not.per docto.& datur practica in c. cum in iure de
off.deleg.& in c.2.de dilatio.ita declarat gl. magiſtra , &
ſuper ea docto.in c.1.in uer.litigantibus ut lit. pend. li.6.
& quòd ſufficiat citatio legitimè executa contra reum,
eſt tex.in c.gratum,& in c.licet.de off.deleg.& in c.fin.in
fi.de off.leg. ubi docto. * communiter ita tenent, & Bar.
& moder.in l.more aliàs,& quia.ff.de iuriſd.omn.ind.Ad
idem eſt tex.in clem.2.ut lit.pend.cum ſuis gloſsis,ubi di
citur,quòd lis dicitur pendere inter duos ſuper re aliqua,
quando a iudice decreta fuit citatio, quæ ad inſtantiam
actoris fuit reo intimata , & per eam , reus cognouit cau-
ſam,ſuper qua conuenitur.& in curia Romana dicitur lis
cœpta,& beneficium litigioſum,quando reus fuit citatus
per curſorẽ,qui illi dimiſit polizã citationis more Rom.
curiæ, licèt aliàs , non ſibi tradat copiam commiſsionis
ſeu reſcripti.ita determinat Rot.in antiq. in deciſionibus
Bell.699.inci. Suppoſito. & in nouis deci.279.& 469.Re
ſpectu uero actoris dicitur lis cœpta,ſeu beneficium liti-
gioſum,quando obtinuit a iudice decretum citationis tã
tum,licèt adhuc nõ fuerit executa contra reum, ita tenet
Rota in nouis. deciſi.75.quod dicitur, & in antiq. deciſ.
426.& 457.& in deciſ.Bell.380.& in recollect.p Bernard.
deciſ.2.in titulo de appell. & declarat Feli.in c. ſuper lit
teris col.9.& 10.uerſi.limita primo de reſcript. ¶ Deci-
11 mum dubium † quando dicatur beneficium curatum :
Reſpondeo ſecundum do.Abb.in d. c.de multa col.fi. ꝙ
dicitur curatum, quando rector illius habet curam ani-
marum,ſiue in foro contentioſo,quia habet iuriſdictionẽ
& poteſtatem excommunicandi,& abſoluendi , item au-
diendi confeſsiones parochianorum ſuorum , & illis ad-
miniſtrandi eccleſiaſtica ſacramenta,& paruulos bapti-
zandi,& corpora defunctorum tumulandi iure ſuæ paro-
chiæ,& quando parochiani tenentur ad ſacerdotem ſuũ
rectorem pro præmiſsis recurrere,ut declarat glo. not. in
clem.dudum in uerbo impendant,de ſepul.quæ gl.infert,
quod religioſi priuilegiati a Papa , ut poſsint prædicare ,
& audire confeſsiones uenientium ad eos , non dicuntur
curati.et de ſignis præmiſsis, ex quibus denotatur cura-
tum beneficium , tradit Rot. in antiqu. deciſ.878. incip.
Præmiſſa

Præmiſſa in fine, et tractat Paul, Card. & Imol. in clem. 2.
de baptiſ. Verum per collationem ſolius baptiſmatis, uel
alterius ſacramenti tantum, dicatur eccleſia curata, idem
l eder. in conſilijs duobus, de quibus ſupra dixi in quinto
dubio, ita etiam declarat Abb. in c. dudum ſecundo in no
no not. de electio. & ibi latè per Innoc. & Hoſtien. Vnde ſi
aliquod dubium orietur ſuper hoc pūcto, ſpecialius re-
ſpōdetur ad caſum occurrentē. Ex quibus infertur, quòd
ſacerdos obligatus tantum celebrare miſſas in certa ec-
cleſia uel ad altare, non dicitur habere curam animarum,
ut eſt dictum ſupra in quinto dubio. ¶ Vndecimò quę-
12 ſitum fuit, † utrum clericus abſens poſsit inueſtiri de be
neficio media perſona, acceptante nomine abſentis: Re-
ſpondetur diſtinguendo, quòd aut ille, qui inueſtitur no
mine abſentis, habet mandatum ad hoc ſpeciale, ad cer-
tum, uel ad incertum beneficium, & ualet inueſtitura, &
ſtatim acquiritur ius domino abſenti c. accedēs, ubi ſcri
bentes poſt Io. And. & Abb. col. fi. & in primo not. not. il-
lum tex. de præben. Benefacit lex. 1. C. de acqu. poſſ. & in
l. j. §. per procuratorem. ff. eo. tit. ſi uero inueſtitus habeat
mandatum generale, ſecus, ſecundum communem opi-
nionem, licèt aliqui contra, ut not. per Alex. in d. l. j. §. per
procuratorem. Vnde ſecundum * communem ſententiā,
ſi inueſtiretur procurator generalis pro domino abſente
non acquireretur ius domino, niſi poſt ratificationem, ſi
cut dicam in ſequenti caſu, ideo ſi inueſtiretur pro abſen
te aliquis amicus illius ſine mandato tanquam negocio-
rum geſtor, ualebit inueſtitura, ſed non acquiritur ſtatim
ius abſenti, cum deficiat animus, ſed tunc ſequuta ratifi-
catione, ut eſt caſus, in l. ſi ego & ibi not. ff. de neg. geſt. &
tenet gl. not. & magiſtra in c. quam ſit de electio. lib. 6. in
uerbo petere, ibi, ſed pone, ꝙ amicus allegat l. licèt. ff.
de iud. & in l. fi. C. ad Maced. in l. j. §. quoties. ff. de ui, & ui
armat. & quia ratihabitio mandato æquiparatur. c. cum
quis de ſent. excom. regula ratihabitionē. de reg. iur. li. 6.
& ita tenent Abb. do. Anto. & Imol. in d. cap. accedens.
¶ Adhuc dico, quòd ſi beneficium cōferatur abſenti, nul
la perſona media, licèt abſenti nō acquiratur ius, ſtatim,
cum deficiat animus, tamen poteſt illam collationem ra
tam habere poſtquam ius abſenti acquiritur ut eſt ca-
ſus, in c. ſi tibi abſenti de præb. lib. 6. Idem dicendum eſt
de poſſeſsione beneficij capta per amicum pro amico ab
ſente, ſine mandato, quia attēditur tempus ratificationis
ut tenet gl. not. in clem. 1. in uerbo collato. ut lite pend.
ubi doctores cum ſimilibus, ut per Feli. in c. nonnulli. §.
ſunt. & alij. col. 11. de reſcript. ¶ Duodecimò quæſitum
13 eſt, † utrum clericus beneficiatus committat ſimoniam
ſi renunciat ſuo beneficio in manibus ordinarij, ut alteri
conferatur, hoc tamen pacto præcedente, ut ſibi illud re-
ſtituatur: ita tamen quòd interea ille ordinarius proui-
deat ſibi de redditu æquiualenti. Ad iſtud reſpondetur,
renunciationem, & pactum ſimoniaca, ut tenet Abb. in c.
non ſatis. de ſimo. in fine, uerſ. & hæc faciunt ad q. ubi
format q. in terminis de illo, qui renūciat ſuo beneficio,
alteri conferendo per Papam, cum pacto conſequendi
certam pecuniam: nam tunc reſignando pro conſequen
da pecunia dat ſpirituale pro temporale. ergo ſimonia.
c. ſi quis epiſcopus. c. ſi quis dator. 1. q. 3. & in d. c. non ſa-
tis. Dico idem ſi in recōpenſationem ſeruitij in reſignan
do, ordinarius interim daret quid ſpirituale illi reſignan
ti. c. de hoc eo. tit. declarat Abb. in c. cum eſſent. in fi. eod.
tit. ubi concludit etiam quòd pro ſpirituali ſeruitio, non
licet recipere promiſsionem beneficij conferendi. ¶ Prę
terea pro tali ſeruitio præſtito ſpirituali per reſignantem
beneficium ut alteri conferatur, non licet paciſci, de con
ſequēdo beneficio ſpirituali uel temporali ab ordinario,
ut tenent Abb. do. Ant. Card. & alij communiter * decla-
rando Hoſtien. in d. c. cum eſſent. circa finem, per illum
tex. iuncto. d. c. de hoc. pro quo facit tex. in c. ſunt nonnul
li. 1. q. 1. ubi probatur quòd committitur ita ſimonia prę
ſtando ſeruitium temporale pecuniarium, uel ſpirituale,
pro conſequendo iure ſpirituali, ſicut dando pecuniam.
14 ¶ Vltimum dubium fuit, † utrum pactum illud fuerit
& ſit ſimoniacum, quo cautum eſt, quòd frater teneatur
renūciare bonis ſuis paternis ad commodum fratris pro
beneficijs eccleſiaſticis conſequendis: & utrum beneficia
huiuſmodi ita acquiſita, poſsint ab aliquo impetrari. Ad
primam partem dubij reſpondetur, quòd ſimonia fuit hu
iuſmodi pactio, etiam ſi bona illa renunciata debuiſſent
expendi ad commodum eccleſiarum, & pro ipſarum re-
paratione, uel ad alium pium uſum, ut eſt caſus apertus
in c. ex multis in uerſi. conſtituimus. 1. q. 3. per quem text.
ita conſuluit Gemin. conſi. 84. Quia iſtud dubium colu.
pe. uer. non obſtat, ubi dicit, quòd ſi clericus permittit de
ſuo patrimonio aliquid ſoluere pro titulo beneficiorum,
ſimonia committitur, quia cum patrimonio fit emptio
beneficiorum. Secundo pro iſta concluſione eſt tex. in
c. cum ſuper de confeſſ. ubi probatur, quòd crimen ſimo
niæ committitur nedum recipiendo actualiter tempora
le per ſpirituale ut habet per gloſam. 1. q. 1. in ſumma &
not. docto. in rubrica de ſimon. ſed etiā recipiendo obli
gationem temporalium tantum, pro conſequendo, uel
dando iure ſpirituali, ut probatur etiam 1. q. 1. ſunt nōnul
li, & probatur amplius in d. c. quòd huiuſmodi pactio eſt
ſimoniaca, etiam ſi ille qui recipit hanc obligationem re
nunciandi bonis pāṫnis, non recipit illā ad ſui commodū,
ſed alterius, puta ad fauorem fratris renunciantis, ut glo.
fi. ibi in primo intellectu dat exemplum, & ita illum text.
ad prædicta probanda allegat & ponderat Abb. & alij cō
muniter in 1. & 2. not. per quem tex. deciditur pręſens du
bium. Et nedum principales inuoluuntur uitio, & cri-
mine ſimoniæ ſed etiam mediatores ad pacta huiuſmo-
di, ut not. & probatur in d. iuribus, & in c. 1. ubi gl. prima,
& docto. ſuper ea de teſt. lib. 6. & probatur in d. c. non ſa-
tis, ubi doctores de ſimon. De ſecunda parte iſtius du-
15 bij, reſpondetur, † quòd huiuſmodi beneficia ita per ſi-
moniam acquiſita, poſſunt tanquam uacantia impetrari
per quemcunque clericum; Nam prouiſiones, & collatio
nes factæ de illis, ſunt nullæ, & inualidæ, nec ius aliquod
fuit acquiſitum illi, cui facta fuit collatio, ideo uacant ip
ſo iure, nec ille facit fructus ſuos, & eſt etiam excommuni
catus excommunicatione Papali, & nedum ipſe, ſed etiā
mediatores ad huiuſmodi pacta illicita, ut eſt extraua-
gans Pauli Veneti. ij. in titulo de ſimo. inci. cum deteſtabi
le ſcelus, & multas alias extrauagantes allegat Feli. in c.
de ſimoniace in fine de ſimon. & tradit idem Felin. in c.
inſinuatum col. 3. eo. tit. ubi poſt alios cōcludit ibi, quod
ſimoniacus in beneficio, eſt priuatus ipſo iure titulo be-
neficij, idem concludit in c. in noſtra col. decima de re-
ſcript. Vndè ut beneficia iſta taliter acquiſita licitè te-
neantur, conſulo quòd ante omnia; petatur abſolutio a
cenſuris & narrata ueritate ſummo Pontifici, obtineatur
a ſua ſanctitate diſpenſatio in releuanti forma obtinendi
iſta beneficia, non obſtante quacunque illicita ac ſimo-
niaca pactione, in ſimul cum fructibus iam illicitè perce
ptis, poteſt enim diſpēſare ex quo in beneficialibus ſimo
nia fuit inducta de iure poſitiuo, ut tenent docto. * com-
muniter poſt gl. in c. ex parte primo de off. deleg. Et de
facultate Papæ in caſu noſtro tenet glo. in c. cum pridem
de pact. in uerbo illicita, & ſuper ea docto. cum alijs alle
gatis per Feli. in c. ad audientiam ſecundo colu. 4. de re-
ſcrip. & Decius conſuluit conſ. 436. Viſa. col. 3. & 4. lib. 3.
Sed ſuper fructibus retinēdis opus erit componere cū ca
mera apoſtolica, uel cum datario * communis tamē opi
nio, non eſt ſine dubio ut aliàs tale dixi. Ex quibus ad
ad laudem Dei puto omnibus dubijs ſatisfactum.

## SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorum percepti, ſunt facti domini locantis, idem de penſione debita, licèt adhuc non uenerit ſolutionis tempus; Ideò tranſmittuntur ad hæredem uſufructuarij non ad proprietarium.*

2 *Commendatarij fructus perceptos lucrantur: et ideo illos trāſmittunt ad ſuos hæredes. Idem de penſione debita, nondum tamen exacta.*

3 *Qui habent eccleſiam in titulum in morte æquiparātur uſufructuarijs.*

4 *Clerici perſonaliter beneficiati ut ſunt canonici, & capellani, et alij*

*alij ſimiles omni tempore æquiparantur uſufructuarijs, Ideo fructus perceptos faciunt ſuos, & tranſmittunt ad hæredes.*
5 *Commendatarij æquiparantur clericis ſimpliciter beneficiatis, ideo lucrantur fructus.*
6 *Per mortem commendatariorum non uacant beneficia, ſed modo, quo prius uacabant ante commendam.*
7 *Succeſſor in canonicatu non uendicat fructus iam perceptos etiã extantes.*
8 *Ante omnia debent ſolui debita prædeceſſoris de fructibus beneficij contracta in ſtudio per defunctum.*
9 *Commendatarius uiuens ex cauſa honeſta licitè obligat fructus beneficij ſibi commendati.*

¶ In cauſa affictus tercentorum ducatorum Abbatiæ de Roſatio.

## CONSILIVM CCLVI.

CASVS eſt; Reuerendiſsimus epiſcopus Vero
uenſis modernus commendatarius Abbatiæ
ſancti Petri de Roſatio, petit ducatos. 300. a
domino Marco Antonio de Martijs condu-
ctore fructuum dictæ abbatiæ, quos habebat penes ſe, &
quos debebat domino.q.Nicolao de Grimanis, tunc cõ
mendatario dictæ abbatiæ ex cauſa fructuum iam perce
ptorum de anno 1526. Et dictus Reuerendiſsimus epiſco
pus dicit quòd ſibi debentur uti ſucceſſori in abbatia
per text. in c.quia ſæpe de electio.lib.6.in clem. ſtatutum
eo.tit.in c.in præſenti de off.ord. eo. libro. ibi, ſucceſſori
debentur fructus fideliter reſeruari &c. Item ex alio, quia
prælatus dum uiuit æquiparatur uſufructuario, dum in-
cipit infirmari uſuario, iuxta determinationẽ gloſæ nul-
gatæ in d.cap.præſenti.cum ſimilibus.ſed q.dominus Ni
colaus Grimani obijt de anno 1527. die 12. uel 13. Mar-
tij, non exactis dictis ducatis 300.a præfato conductore.
Sed pro alia parte, dominus Marcus Antonius dicit ex-
cipiendo, quòd idem modernus commendatarius nõ ha
bet actionem aliquam ad dictam quantitatem, quia ſibi
uti ſucceſſori non debita, ſed uel hæredibus ſanguinis di
cti q.domini Nicolai, uel eiuſdem creditoribus ex eo,
1 † quia fructus de anno 1526.ex quibus debebatur dictus
affictus, qui currebat de anno 1527. iam erant percepti,
& recondiri, & ſic facti domini locantis; iuxta tex. in l.ſi
fur.ff.de uſufr.in l.ſi uſufructuarius.ff.qui.mod.uſufruct.
amitt. Et propterea idem iudicandum de affictu debito
ex cauſa fructuum iam perceptorum, licèt adhuc non ne
nerit dies ſoluendi dictum affictum, per text. in l.defun-
cta uſufructuaria.ff.de uſufr.ubi eſt caſus, de hac q.ubi di
citur. quòd talis penſio, ſiue affictus debitus uſufructua-
rio ex cauſa fructuum iam perceptorũ, eo mortuo tranſ-
mittuntur ad hæredem uſufructuarij, non ad proprieta-
rium, licèt dies ſoluendi penſionem adhuc non uenerit.
quam concluſionem per illum tex.& nonnulla alia tradit
Barto.in l.ſi.colu.ſi.ff.de iur. fiſ. & Salicet. in l.fructus.C.
de actio.emptio.& poſt eos dom.Maria. Soci. conſi.100.
In cauſa domini Baptiſtę.columna prima.lib.1. Vnde do
minus conductor dicit, quo ad te liberas ædes habeo.
Quæritur modo, quid iuris in propoſita quæſtione.
Et quia res agitur coram ſapientiſsimo, & integerrimo
iudice? ideo omiſsis ſuperfluis argumentis deueniam
immediatè ad punctum. ¶ Et dico quòd huiuſmodi af-
fictus ducatorum 300. non debentur ſucceſſori. Primò,
2 † quia commendatarij moderni temporis, quibus fiunt
commendæ ad utilitatem eorum, non eccleſiarum pro-
ut erat commenda dicti.q.domini Nicolai, lucrantur o-
mnes fructus, ac eos perceptos faciunt ita ſuos, quod nõ
debentur ſucceſſori, ſed ad hæredes ſanguinis clerici de
feruntur: ſecus ſi commendæ fierent, prout antiquitus
fiebant ad utilitatem eccleſiarum principaliter.ita in ter
minis conſuluit Romanus conſi. 350. incip. In caſu pro-
poſitæ conſultationis, col.2.ubi allegat iura, & rationes,
ubi uidendum, quia decidit caſum noſtrum. Et iſtud
eſt, quod noluit dicere gloſa magna circa medium in c.
nemo deinceps de elect.lib.6.in illa.q.utrum commenda
tarius faciat fructus ſuos &c. ubi dicit, quòd non. poſtea
conſuluit, quod aliud de facto ſeruatur. & doctores ibi
declarant hoc eſſe uerum in commendis moderni tem-
poris. et ita declarat Gemin.in conſil. ſuo 17. incip. Pro
declaratione clarioris, col.ſi. Si ergo commendatarius
talis facit fructus ſuos perceptós, & reconditos: ergo
mero uſufructuario comparatur, qui fructus tales, & pen
ſionem exinde debitam, etiam non exactam, tranſmit-
tit ad hæredes ſanguinis, non ad proprietarium licèt
uſufructus morte finiatur. §. finitur. inſtitu. de uſufruc.
per tex.clarum.in dicta l.defuncta.ff. de uſufruct. qui de-
cidit quæſtionem noſtram. Cui non obſtat reſponſio
accommodata per d. Aduocatum dicti Reuerendiſsimi
domini epiſcopi, quòd ille text. loquatur in profanis,
in quibus datur ſucceſsio: ſed nos loquimur in bene-
ficialibus, in quibus non datur, capitulo primo.de præ-
ben. capitulo relatum. capitulo cum eſſes de teſtamen.
ſed tales fructus reſeruantur ſucceſſori in beneficio iu-
ribus præallegatis pro fauore dicti Reuerend. dom. epi-
3 ſcopi. Quia ad hoc replicatur, † quòd dicta iura loquun
tur in clerico, & prælato, qui habet eccleſiam in titu-
lum, prout expreſſe loquuntur in dicto capitulo præſen-
ti. & capitulo quia ſæpe, qui in morte æquiparantur u-
ſuarijs, ut dicit glo. in dicto capitulo præſenti, quæ ſecun
* dum omnes doctores eſt communiter * de conſuetud ne
approbata. Sed ſecus eſt in fructibus clericorum, qui ſunt
ſimpliciter, & perſonaliter beneficiati ut ſunt canonici, &
capellani, ac alij ſimiles, quia tales omni tempore æqui-
parantur uſufructuarijs etiam dum moriuntur. ut noluit
glo. in dicto capitulo præſenti, quam approbat genera-
lis obſeruantia, ut atteſtantur ibi docto. & in quamplu-
4 ribus locis. † qui clerici propterea tranſmittunt ius pe-
tendi, uel retinendi fructus iam reconditos, & a ſolo ſepa
ratos ad hæredes ſanguinis non ad ſucceſſorem in bene-
ficio, ut uoluit glo.not. quæ loquitur de clerico præben-
dato in l.j.in gloſ. fina. C. de ano.ciuil.libro undecimo.
quam ibi referunt, & ſequuntur Barto. Bald. & Angel.
idem Paul. de Caſtr. in l.diuortio.§. non ſolum. circa fi-
nem. ff.ſolut.matrimo. & Alberic. in dicta l.diuortio. in
princip.colum.6. uerſ. Item quæro de eo. quod ſæpe ui-
di &c. dicit quòd generalis conſuetudo approbat, quòd
clericus ſimpliciter beneficiatus facit fructus ſuos ſepa-
ratos, & reconditos, & hæredes ſanguinis clerici ipſos
percipiunt poſt eius obitum, ſecus ſi moriatur ante fru-
ctus perceptos. & Alexan.ibidem col.3. appellat hanc o-
* pinionem * communem eſſe. qui doctores omnes in præ
allegatis locis, & in d.l.defuncta poſt glo.in d. l.j. C. de
ano.ciuil.arguunt de uſufructuario ad clericum præben
datum, qui facit fructus ſuos omni tempore. Ergo tex. in
d.l.defuncta decidit caſum noſtræ.q.non obſtante reſpõ-
ſione ex aduerſo deducta. ¶ Secundò principaliter ad
5 idem moueor, † nam commendatarij noſtrorum tempo-
rum æquiparantur canonico, qui dicitur ſimpliciter, &
perſonaliter beneficiatus, & qui propterea omni tempo-
re, & in uita, & in morte æquiparatur uſufructuario, ut not.
* glo. * communiter per docto. & per conſuetudinem ap-
probata in dicto capitulo præſenti, iſtam æquiparatio-
nem facit Geminia.conſi.præallega.17.colum.2.uerſ.Ita
dicamus in commendatario. quæ æquiparatio coadin-
uatur, quia commendatarius non dicitur prælatus, nec
habere beneficium in titulum. Sed ſolum dicitur bene-
ficiatus ratione fructuum, & cenſetur fructuum depoſita-
rius, ut dicit Ludou.Roma.dicto conſi.350. & glo. in d.
cap.nemo. Et propterea ſi Papa daret millies beneficium
6 unum in commendam, † nunquam per mortem com-
mendatariorum dicitur uacare, ſed per mortẽ uel ceſsio-
nem illius ultimi titulati, & ueri prælati, qui habebat il-
lud in titulum, ut tradit Federic.de Sen.in tract.de rerum
permutati.q.15. Gemin.conſi.8.quidam Cardinalis.col.
ſi. Et ita quotidie in Romana curia practicatur.
7 ¶ Modo arguitur ſic. † Succeſſor in canonicatu, non uen
dicat fructus iam perceptos per canonicum prędeceſſorẽ
* etiam extantes, ut uolunt * omnes docto. in capitulo rela-
tum ſecundo.de teſta.nec in canonicis ſuccedentib.alijs,

habet locum diſpoſitio. dicto capitulo quia ſæpe. & di-
cto capitulo præſenti, ut ibi tradit Philip. Franch. co-
lu.3. quæ iura loquuntur in prælatis ſuccedentibus alijs,
qui habent titulum prælaturæ. ergo nec commendata-
rius uendicare poterit fructus iam perceptos & recon-
ditos per prædeceſſorem &c. nec affictum ex cauſa illo-
rum debitum, licèt non exactum. d.l. defuncta. et ideo ex
præmiſsis concluditur, ſine ulteriori diſcuſsione, q ob-
ſtat eidem Reuerendiſs. domino epiſcopo, iſta exceptio,
tua non intereſt ita petere. ¶ Tertiò ex præmiſsis infer-
tur, q præmiſſa quantitas ducatorum tercentorum legiti
mè ſoluta, & data fuit magnifico dom. Stephano Triuiſa-
no, uti creditori præfati. q. dom. Nicolai de Grimanis,
cui de anno 1526. de menſe Octobris, mutuauerat duca
tos quingentos, dum d. Nicolaus exiſteret Paduæ, & ibi
litteris daret operam ut cõſtat publicis, & auctenticis do
cumentis, quę ſolutio dictorum ducatorum 300. fuit ſibi
facta auctoritate duorum iudicum ſecularium, cauſa co-
gnita cũ magnifico domino Vincentio de Grimanis pa-
tre præſati. q. domini Nicolai commendatarij, tanquam
cum hærede ipſius in huiuſmodi affictu. Et fuit iuridica
determinatio, attento, quòd de fructibus beneficiorum
8 etiam debitis ſucceſſori, † ante omnia debent ſolui de-
bita prædeceſſoris contracta maxime in ſtudio pro utili-
tate, pro ueſtibus & alimentis ſtudentis, ut uoluit Rom.
conſil. 440. incip. Non eſt dubium habetur in d. esp. præ-
ſenti. §. porro. ibi, ſolutis debitis &c. & tradit Card. con-
ſilio 110. Et hoc maxime in caſu noſtro, in quo dictus
dominus Nicolaus pro tali quantitate ſibi mutuata, o-
bligauit omnia bona ſua, ut dicitur in inſtrumento mu-
9 tui. † quæ obligatio fuit legitima, attento, quòd com-
mendatarius ſuper fructibus commendæ, licitè contra-
hit, tranſigit, & eos obligat. ut latè per Gemin. conſilio
prællegato 17. columna finali. Et propterea dicebant
dom. Cardin. & Abb. in capitulo peruenit de fideiuſſor.
quod generalis eſt obſeruantia, & conſuetudo, quicquid
ſit de iure, quòd clerici approprient ſibi omnes reddi-
tus beneficiorum, ut inde ſatisfiat creditoribus ſuis, ad
hoc ut inueniant contrahentes ſecum, & qui auxilien-
tur eis in eorum neceſsitatibus, aliàs enim eſſent cleri-
ci, uti iudæi inter Chriſtianos. Et hanc partem tradit
approbando Ioan. de Imol. in capitulo fi. in fi. uerbis. de
pec. cler. ubi loquitur de quocunque debito cõtracto per
clericum, excepta cauſa donationis.

## SVMMARIVM.

1 *Si iudex mandat per officiales ſuos malefactorem capi, ut fiat iuſtitia, ſi per officiales occidatur, uel mutiletur reus, iudex non incurrit irregularitatem.*

2 *Quæ concluſio procedit quando in mandante ceſſat culpa.*

3 *Si epiſcopus ſubditis mandat, quòd arma capiant, & defendant caſtrum, homicidia, quæ ſequuntur non imputantur epiſcopo.*

4 *Vtrum clericus qui ad mandatum principis legit litteras, quibus cauebatur, quod talis interficeretur, ſequuto homicidio, fiat irregularis.*

5 *Si ex conſilio non ſequitur homicidium, quia iudex omnino erat facturus, conſulens non efficitur irregularis.*

6 *Et quid ſi clericus legit litteras coram principe, quibus lectis, ſtatim ſequuta fuit captura, & mors capti: Vtrum fiat irregularis.*

7 *Doctrina Ioannis Andre in capitulo ſententiam. ne cler. uel monac. non uidetur uera.*

8 *Irregularitas contrahitur ex homicidio, uel mutilatione ſecutis ex facto, uel ex præcepto, uel ex conſilio, ſuggeſtione, uel defenſione non neceſſaria.*

9 *Quando defenſio eſt iuſta, ſi clericus armatus conduxit milites pro defenſione ciuitatis, in quo bello multi occiduntur, utrum incurrat irregularitatem. & nu. 10*

11 *Si clericus perſuaſerit alicui, ut pro patria, uel pro eccleſia, uel proximo, uel pro iure ſuo, ſe exponat periculo, nullam incurrit irregularitatem etiam ſi ille occidatur.*

12 *Homicidium commiſſum præter uoluntatem, & culpam non impedit promotionem ad ſacros ordines.*

¶ Super materia irregularitatis pro domino Paulo
de regno Vngariæ.

## CONSILIVM CCLVII.

REDEMPTORIS omnium inuocato ſuffra
gio iuxta ordinem dubiorum. Ad primum
uidebatur dicendum. d. Paulum incurriſſe
irregularitatem, clamando, & iubendo mi-
niſtris, & ſeruitoribus ſuis, ut caperent patrem illius ca-
pti a familia, exibendo etiam perſonam ſuam illi captu-
ræ etiam euaginato enſe, ex quo in loco habebat iuriſ-
dictionem per tex. & ibi not. per docto. in c. ex litteris de
exceſſ. prælat. ubi Abb. in 1. not. & in glo. 2. Nam uidetur
exhortãdo milites ad capturam, & exibendo perſonam
ſuam, præſtitiſſe conſilium ad mortem, ſaltem in conſe-
quentiam. propter quod contrahitur irregularitas. 50.
diſtinc. cap. ſiquis uiduam. c. ſicut dignum. §. fi. de homi-
cid. Nec uidetur poſſe excuſari ex illa proteſtatione, ne
procederent ad cædem, ſed ſolum ad capturam, quia de-
buit cogitaſſe ex captura illa, quam præcipiebat fieri cũ
inſultu armorum cum patre illo, qui uiriliter ſe armis
tuebatur, homicidium poſſe de facili ſequi, per text. ubi
uidetur caſus. in c. fi. de homic. lib. 6. ibi cum mandando
in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe debuit cogitare.
¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium puto ue
rius, per ea quæ not. Innoc. & alij docto. communiter in
1 d. c. ad audientiam de homicid. † ubi in terminis ponunt
q. de officiali, qui mandauit capi malefactorem, non ani
mo, ut occideretur, quia ſi exinde ſequatur mors, uel mu-
tilatio membrorum per ſatellites capiẽtes illum, officia-
lis mandans non incurrit aliquam notam irregularita-
tis, ex quo mandatum licitum fuerat, & ſequitur Abb.
ibi, & ita tenet Specul. in titu. de diſpenſatio. §. iuxta. co-
lu. 14. uerſ. Sed ſi inſiſteret conſilio liciti operis, ubi alle-
gat tex. in cap. de occidendis. 23. quęſt. 5. ibi. Abſit enim,
ut ea quæ propter bonum finem facimus, ſi quid per hoc
contra uoluntatem noſtram cuiquam malum accidat,
nobis debeat imputari, niſi ſequuta morte officialis man
dans illum capi, ratum habuiſſet homicidium. ita Spe-
cul. in d. §. iuxta. col. 19. in princip. uerſ. Sed quid ſi agen-
ti. nu. 28. ¶ Secundò ad idem allego deciſionem Ioan.
Andr. Petr. de Anchar. Gemin. & Philip. in d. c. fi. in not. &
ſuper glo. in uerbo culpa. ubi ſumendo argumentum ex
2 illo text. per ſenſum contrarium, dicunt, † quòd ſi ceſ-
ſat culpa in mandante, quia mandat aliquid licitum fie-
ri per familiam, & ſubditos ipſius, nulla incurritur irre-
gularitas, licèt inde ſequatur homicidium, uel mutila-
tio, & allegat not. in d. capitulo ad audientiam. & Petr.
3 de Anchar. in d. cap. fi. in tertio not. ponit exemplum, † ſi
ad expugnandum caſtrum epiſcopi, plures armati conue
niunt, & epiſcopus ſubditis mandat, quòd arma capiant
& uiriliter ſe defendant, homicidia, & mutilationes, quæ
ſequuntur ſibi non imputantur, ex quo epiſcopus dabat
operam rei licitæ, prout faciebat dominus Paulus in ca-
ſu quæſt. noſtræ, mandando capi tantum illum inobe-
dientem, & rebellem mandatorum ſuorum, qui etiam
de manibus familiæ eripuerat captum cõtra iura, & not.
per docto. in l. 1. §. primo. incip. Quod prætor. ff. ne quis
eum cum ſimilibus, ut per Iaſonem in §. pœnales inſti. de
action. Non obſtant contraria. et primo text. in d. c. ex
litteris, quia ibi ille epiſcopus exibuit pñtiam ſuam ſcien
ter homicidio. Secundò, quia protulit uerba propter
quæ ille captus, fuit occiſus, ut ibi probatur. & not. o-
mnes docto. Sed in quæſtio. noſtra uerba ipſius domini
Pauli, & præſentia ſua, tendebant ſolum ad capturam li
citam, cum expreſſa proteſtatione, quod non procede-
rent ad ulteriora. Secundò non obſtat tex. in d. c. fi. q a
ibi mandatum erat illicitum, q etiam tendebat ad uerbe
ra & percuſsiones, ex quibus de facili ſequitur homici-
dium, ut probat tex. ille, & tenent omnes docto. ut ſupra
retuli, & Alexan. conſ. 140. Videtur coln. fi. lib. 2. Decius
conſi. 234. In effectu. columna fin. lib. 2. & in conſi. 482.
pro

pro reſolutione. columna tertia, libro tertio. Et pro fa-
uore domini Pauli, & approbatione prædictorum facit.
tex. in capitulo dilectus. & in capitulo ſignificaſti. primo
de homicid. per quæ iura not. dicit ibi Abb. quòd ho-
micidium, non imputatur ad irregularitatem, ceſſante
uoluntate, & culpa occidentis, ſed in quæſt. noſtra, ceſ-
ſabat uoluntas, & culpa domini Pauli, ut dixi, ergo &c.
Animus enim plurimum in hoc operatur. capitulo ſicut
dignum. §. illi autem. ubi docto. eodem titulo.
¶ Ad ſecundum uidebatur prima facie dicendum. d. Pau
lum, ex lectura litterarum banni, incurriſſe irregulari-
tatem, ut in terminis tradit Ioan. Andr. in capitulo ſen-
tentiam, columna prima. ibi quid ſi litteræ, ne cleric. uel
4 monach. † ubi ponitq; caſum de quodam clerico, qui ad
mandatum principis ſecularis legit litteras, quibus ca-
uebatur, quod princeps ille, cui litteræ a ſuperiore ſcri-
bebantur, qnòd talem bnmicidam in tali hoſpitio mo-
rantem, caperet, & ſuſpenderet, qui princeps lectis lit-
teris per clericum, iuſsit homicidam capi, & ſuſpendi.
Refert enim Ioan. Andre. Clementem. iiij. pronunciaſſe
illum clericum ex ſimplici lectura irregularem. Cum
qua deciſione Hoſtien. Petr. dom; Anto. & Abb. ibi. per-
tranſeunt. Qua ratione, ſeu uerius auctoritate non ob-
ſtante, contrarium in caſu noſtro puto uerius. Primo
ad hoc moueor per notabilem deciſionem Hoſtien. in di
cto capitulo ex litteris. quem refert, & ſequitur Abb. ibi
5 in fine, ubi dicit, † quòd ſi ex conſilio, uel ex reſponſio-
ne, non ſequitur homicidium, puta, quia iudex omnino
erat facturus, non efficitur reſpondens, irregularis: quod
dictum per not. refert, & ſequitur Felin. poſt alios in di-
cto capitulo ſicut dignum. colu. 3. in fine, & colum. 4. in
uerſ. fallit ſecundo. Argumento illius text. §. qui uero.
quem ad hoc dicit ualde notabile. Sed in caſu propoſi-
to, iudex ille malefactorem iam prius captum, & ban-
nitum ſtatuerat interficere, quia iam per bannum diffi-
datus erat. Propterea iudex ille non occidit illum pro-
pter lecturam litterarum banni, quia dominus Paulus
illas non legit coràm illo iudice exequente. Sed tantum
coràm conſanguineis dicti. d. Pauli. ut in facto narratur.
Ergo nulla irregularitas. Et ad hoc ſeruit in terminis
deciſio Abb. in dicto capitulo ex litteris in fine, ubi ſal-
uat ab irregularitate quendam, qui uerba nonnulla a-
pta ad homicidium protulit, interrogatus non a iudice,
ſed a quodam alio tertio, prout in puncto fecit d. Paulus.
Et hoc modo, conſiderando, tolluntur not. per Ioan.
6 Andre. & doctn. in dicto capitulo ſententiam. † quia il-
le clericus legit illas litteras coram principe, quibus le-
ctis, ſtatim ſequuta fuit captura, & mors illius capti.
Et ſic uno modo reſponſum eſt ad illam doctrinam.
7 † Secundò reſpondetur, cum bona uenia ſemper lo-
quendo: quòd doctrina illa Ioan. Andre. a qua omnes
poſteriores, ſumunt fundamentum, non ſit uera, quia
eſt contra caſum in capitulo tua. §. fin. de homicid. ubi
ille ſcholaris furem captum a ſe tradidit iudici malefi-
ciorum, & dederat interſigna ad illum cnnuincendum,
unde ſequuta fuit mors, media iuſtitia, & tamen eidem
ſcholari non imputatur mors ad irregularitatem, & glo.
fin. ibi Hoſtien. Ioan. Andre. & omnes alij docto. addu-
8 cunt rationem, † quia irregularitas contrahitur, quan-
do homicidium, uel mutilatio ſequitur, ex facto, uel
ex præcepto, uel ex conſilio, uel ſuggeſtione, aut de-
fenſione non neceſſaria. capitulo ſicut dignum. §. fina.
ubi glo. magiſtra, & ibi ſcribentes. eodem titu. dicto ca-
pitulo ſi quis uiduam. 50. diſtinct. cap. ſecundo. de cle-
ric. pug. in duel. unde ſi in caſu dicto capitulo tua, non
fuit contracta irregularitas, ubi ad ulteriores actus fuit
proceſſum, multo minus in caſu Ioan. Andre. in quo
ceſſant omnia, & ſingula prædicta. ut patet ex facto,
ergo nulla irregularitas. Comprobatur iſta opinio
per doctrinam Abb. & aliorum in dicto capitulo ſigni-
ficaſti, il primo. & in dicto capitulo dilectus. eodem ti-
tulo. de homicid. ubi per iura, & rationes concludit,
quòd homicidium ſine uoluntate, & culpa ſequutum
non imputatur ad irregularitatem. Sed clericus in ca-
ſu Ioan. Andre. ex ſimplici lectura litterarum, non ha-
buit uoluntatem ad homicidium ſequutum, nec in cul-
pa fuit: ergo male dicunt docto. ibi. et propterea Card.
in dicto capitulo in 5. quæſt. dicit, dictum Ioan. Andre.
uideri nimis rigidum, attento quòd litteræ, & non ſim-
plex lectura, dederunt cauſam capturæ, & morti. Et
pro iſta opinione mea, quam ſentit Cardinalis contra
communem faciunt ea, quæ dicam infra in quarto du-
bio. Et licèt Ioan. Andre. alleget Clementem iiij. ita
pronunciaſſe: tamen ſibi ſoli in re tam graui non uide-
tur credendum, habet enim relationem tantum ad illam
deciſionem, quæ non reperitur, ideò non poteſt alle-
gari. authen. ſi quis in aliquo, cum ibi not. C. de edend.
Et mirandum eſt, quòd doctores poſt Ioan. Andr. qui ſe-
quuntur eum, non allegauerint pro eo, nec legem, nec
aliquam bonam rationem. Ab illa ergo communi opi-
nione, poſſumus in iudicando, & conſulendo cum bona
conſcientia recedere, quando conuincitur bonis ratio-
nibus. capitulo capellanus de fer. l. j. circa medium. C.
de uete. iu. enucl. tradunt Abb. & alij in capitulo primo.
columna penultima. & fina. de conſtitutio. & alibi ſæpe
doctores uarijs in locis. ¶ Ad tertium dubium reſpon-
deo, quòd dominus Paulus non eſt factus irregularis
ex eo, quòd de commiſsione Reuerendiſsimi domini ſui
epiſcopi. &c. pro defenſione uillæ, ſeu caſtri, cuius ille do-
minus epiſcopus eſt dominus in temporalibus, & ſpiri-
tualibus, hortatus fuit ſubditos ad pugnam cum inimi
9 cis domini ſui, in qua nonnulli fuerunt occiſi: † quia de-
fenſio fuit facta iuſtè, & pro defenſione tantum dicti ca
ſtri, nec non perſonarum, & bonorum: ex eo maxime,
quia præfatus d. Paulus ſe retraxit ad montes, & non in-
terfuit perſonaliter in pugna. ita in terminis conſuluit
dominus Cardin. in conſilio 19. incip. Quidam presby-
10 ter. ubi conſuluit in caſu, de quodam presbytero, † qui
etiam armatus conduxit gentes armatorum pro defen-
ſione certi caſtri epiſcopi domini ſui, & bonorum ſuæ
eccleſiæ, qui ſacerdos cœpta pugna cum inimicis ſe re-
traxit ad partem, & permiſit pugnam illam marte ſuo
curſum finire, in qua multi hincinde fuerunt occiſi, &
mutilati, conſuluit in fauorem dicti presbyteri ducto-
ris armatorum, ut propterea non fuerit irregularis,
quia exequutus fuit commiſsionem domini ſui, & quia
non interfuit pugnæ, allegat not. per Innocen. & alios
in capitulo penultimo de homicid. Et iſtud conſilium
refert, & ſequitur Felin. in dicto capitulo penultimo. in
fine. Idem de iuſta pugna, tenet Abb. poſt alios. in di-
cto capitulo ſententiam. columna quarta, & quinta. uer-
ſicu. uenio nunc ad tertiam partem. Immo Cardin. in
dicto conſilio idem concludit, ſi bellum fuiſſet iniuſtum,
dummodo de iniuſtitia, non conſtet notoriè, & hoc pro-
pter auctoritatem domini committentis. Et ad prædi-
cta allegat text. in capitulo igitur. ubi glo. ſecunda. & in
capitulo hortatu. & in capitulo omni timore, & in ca-
pitulo ut pridem 23. quæſt. ultima. & tex. in capitulo do-
minus. 23. quæſtio. 2. cum multis alijs, & eſt deciſio Spe-
cul. in titulo. de diſpenſat. §. iuxta. columna 16. uerſ. por-
11 ro ſi quis. Vbi dicit, † quòd ſi quis perſuaſerit alicui,
ut pro patria, aut proximo, uel eccleſia, aut pro iure
ſuo, periculo ſe exponat, non efficitur irregularis, e-
tiam ſi ille ibi moriatur, ubi allegat plura iura. Ad idem
facit deciſio eiuſdem Speculat. in dicto §. iuxta colum-
na uigeſima. uerſ. ſed nunquid clericus, & colum. 21. in
principio. uerſic. Poteſt etiam clericus, ubi ſequitur præ-
dicta, dummodo ille clericus non hortetur milites ad
homicidia, ſed tantum ad pugnandum uiriliter, & etiam
ad capturam, uel ad expellendos inimicos de loco, ut
ſe, & iura ſua tueantur, prout formaliter euenit in per-
ſonam dicti. d. Pauli. quas deciſiones Speculat. refert, &
ſequitur Card. in dicto conſi. 19. Abb. & Cardin. & dom.
Anton. in dicto capitulo ſententiam.
¶ Ad quartum, & ultimum dubium, de illo falſo accu-
ſatore, qui induxit præfatum d. Paulum ad mittendum

familiam ſuam ad capiendum aſſertum ſurem, qui cognita calumnia accuſatoris, fuit de carceribus liberatus: Dico nullam contractam irregularitatem ex eo, quòd dictus falſus accuſator poſt nonnullos dies, fuerit a domino aſſerti furis propter illam falſam proditionem captus, & occiſus, qoia dominus Paulus noo fuit in aliqua culpa, ad illod homicidium ordinata, per not. per docto. in dicto capitulo fina. de homicid. libro ſexto. Et per ea, quæ dixi io primo dubio, ſed ipſemet dedit cauſam morti ſuæ, propter falſam proditionem, ſeu denunciam, ex qua ut præſupponitur in facto fuit captus & occiſus, unde ſibi imputandum, & oon alteri. capitulo presbyterum, & capitulo lator, de homicid. capitulo ad audientiam. in fine. ibi ſi ille ex alia infirmitate obierit, declarat Abb. in dicto capitulo tua nos. §. fin. colum. fin. eod. titu. Et faciunt ad boe not. per Abb. & alios in dicto capitulo ſignificaſti primo. & in dicto capitulo dilectus de homicid. & per Specul. in dicto §. iuxta. colum. 19. nerſ. Idem dico, quòd irregularitas, ubi concludunt,

12 † quòd homicidium commiſſum præter uoluntatem, & culpam, non impedit promoueri ad ſacros ordines. Et ideo Abb. poſt alios. in capitulo Petrus. eod. titu. dicit quòd ſi clericus rixabatur cum armis, & conſanguinei clerici ſuperuenientes interfecerunt unum de rixaotibus cum clerico: ſi interfectus erat prins inimicus conſanguineorum illius clerici, ille non incurrit irregularitatem. adducunt rationem, qoia ille non intuitu clerici, ſed propter inimicitiam præcedentem fuit interfectus. & ſequuotur ibi Ioan. de Anan. & moder. Quanto minus in caſu propoſito: mors iſtius falſi accuſatoris debet aſcribi domino Paulo, qui nullam cauſam, nec anctoritatem, conſilium, uel fauorem dedit huic homicidio? quinimmo ab illo abſuit omnis eius uoluntas. Et ſi culpa, ſeu cauſa poteſt in eo imaginari, ex eo, quia uſus fuit opera illius ioterfecti, quia ſociauit familiam dicti domini Pauli ad capiendum illum aſſertum furem: Dico cauſam huiuſmodi fuiſſe multum remotam ad illud homicidium, poſtea ex interuallo ſequutum io perſonam dicti falſi accuſatoris. qoæ cauſa non inducit irregularitatem. dicto capitulo de cætero. ubi glo. & docto. de homicid. Ex quibus io omnibus dubijs conclodo præfatum dominum Paulom, fore, & eſſe immunem ab omoi irregularitate, & propterea non indigere aliqaa diſpenſatione, ſeu habilitatione apoſtolica. Maneat itaque mente, & animo ſereno, & admioiſtret in ordinibus etiam ſacris, in quibus reperitur, ac ad maiora, & altiora (bene ſibi faneote deo) aſcendat.

## SVMMARIVM.

1 *Quando incidit quæſtio circa interpretationem priuilegij, & dubitatur de mente Papæ, inferior non poteſt mentem ipſius interpretari.*

2 *Quando priuilegia exemptionum ſunt ſæpe confirmata, utrum inferior a Papa ſine ſpeciali commiſſione, poſſit ſe impedire.*

3 *Quando uerba priuilegij ſunt clara de exemptione, non ſunt aliter interpretanda.*

4 *Idem quando res eſt ualde dubia.*

5 *Bona iam allibrata ad onera laicorum, ſi acquirantur eccleſiæ poſt priuilegium exemptionis, tranſeunt cum ſuo onere, ad eccleſiam.*

6 *Priuilegium exemptionis a decimis, de quibuſcunque poſſeſſionibus, &c. Vtrum extendatur ad decimas, in quibus exigendis eccleſia erat in poſſeſſione.*

7 *Papa poteſt quibuſdam perſonis, & locis remittere ius ſoluendi decimas.*

8 *Verba priuilegij exemptionis, debent latè interpretari, quatenus uerba ſonant. Etiam ſi materia ſit odioſa.*

9 *Licèt priuilegia exemptionum præiudicent ordinariis, ualent tamen, nulla facta mentione, de iure, uel poſſeſſione ordinariorum.*

10 *Si res, & bona non priuilegiata deuenerunt in priuilegiatos, mutant naturam, & utuntur priuilegio.*

11 *Priuilegium de non ſoluendis decimis noualium, non ſe extendit ad decimas nouolium per alium poſſeſſas.*

¶ In cauſa decimarum eccleſiæ Noneſi. cum monaſterio fratribus & conuentu ſancti Dominici de Iadra.

## CONSILIVM CCLVIII.

IN priuilegio Martini Papæ V. prædictis fratribus, & conuentui conceſſo reperiuntur huiuſmodi uerba exēptionis inter alia. Quòdque Priores, fratres &c. ratione bonorum, aut poſſeſſionum, quæ in præſentiarum habent & iuſtis modis habebunt in futurum, ſeu alia quauis occaſione, decimam uel aliam portionem, aut annuos redditus, ſiue cenſus, uel procurationem aliquam, ſeu aliam ſubuentionem legatis, ſiue nuncijs. d. ſedis, aut ordinarijs locorum, uel alijs quibuſcunque pedagia &c.

¶ Idem ſtatuitur, & conceditur per priuilegium Bonifacij. viij. Et Sixtus. iiij. extendit talia priuilegia exemptionum, ut non teneantur ad decimas etiam Papales pro fidei fauore impoſitas, & imponendas. Et idem Sixtus, exemptionem prædictam extendit, ſeu declarat procedere etiam ſi poſſeſſiones cultineutur per alios, quam per ſubditos, & ſeruitores dictorum monaſte. & fratrum, & in eodem prohibet fieri proceſſus, & ſententias per aliquem contra huiuſmodi priuilegia, ſuper ſolutione hmōi decimarum caſſando, & annullando. &c.

¶ Pars aduerſa pro do. epiſcopo, capitulo, & eccleſia Nonen. opponendo cōtra huiuſmodi priuilegia dicit, quòd ante huiuſmodi conceſſiones exemptionum, iam erat ius quæſitum Epiſcopo decimandi, & quòd non eſt ueriſimile, quòd Papa uolnerit tollere ius iam quæſitū &c. Et quia priuilegia debent intelligi ſioe præiudicio tertij &c. Item contra huiuſmodi exemptiones allegatur præſcriptio iuris ſoluendi decimas contra eadem priuilegia. ¶ Pro parte fratrum, & conuentus, producta eſt quædam ſententia de ſacr. Rom. eccleſ. auditorio ad fauorem fratrum ſancti Franciſci, cootra epiſcopum, decanum, canonicos, & capitulum eccleſiæ Zamorenſis, quòd non teneantur ipſi fratres ad ſolutionem quartæ decimarum oblationum, & funeralium &c. Et antequam deueniatur ad merita cauſæ, uidendum eſt, utrum R. Do. veſtra poſsit in cauſa huiuſmodi iudicare.

Et puto abſque dubio, quod non, per not. docto. maxi-
* me dom. Abba. cum quo alij * communiter pertranſeunt in capitulo cum ueniſſent de iudici. columna ſecun-
1 da & tertia. ubi concludit, quòd quando incidenter eſt quæſtio de priuilegio Papæ circa interpretationem mentis concedentis, inferior quicunque a Papa, ſine ſpeciali mandato ſuo, non poteſt de tali cauſa ſe intromittere, Sed caſus noſter eſt huiuſmodi. Nam licèt uerba priuilegiorum ſint clara de exemptione a ſolutione decimæ, tam reſpectu terrarum, & poſſeſſioonum tempore priuilegiorum habitarum, quam io futurum acquirendarum: nihilomious pro parte Reuerendi dom. epiſcopi & capituli eccleſiæ Nonen. excipiendo, contra huiuſmodi priuilegia dicitur, quòd non fuit nec eſt intentionis Papæ uelle dictæ eccleſiæ præiudicare, maximè in poſſeſſionibus iam allibratis, & prius oneratis iure ſoluendi decimas: & ſic diſputatur de mente concedentis. Quo præiudicio ſtaote, pars ipſa dicit, quòd priuilegia debent reuocari, & caſſari, ut eſt text. in capitulo ſuggeſtum de decim. Sed huic rationi reſpondetur, quod de iſta quæſtione, utrum priuilegium debeat reuocari propter enorme damnum, hoc eſt officium Papæ concedentis, ſiue eius delegati, ut traduot dom. Anton. & Abb. io dicto capitulo ſuggeſtum. colum. 1. & not. in l. ex facto. ff. de uulg. & popill. Præterea priuilegia exemptionum huiuſmodi fueruot ſæpius a Romanis Pontificibus
2 confirmata etiam ex certa ſcientia: † ergo de talibus ioferior

inferior a Papa ſine ſpeciali commiſsione non ſe poteſt intromittere. capitulo primo. ubi caſus.& glo. & docto. & in cap.2. de confirmat.uti.uel inutil. Et licèt doctores uarij ſint.in dicto capitulo cum ueniſſent. utrum ualeat ſententia inferioris ſuper huiuſmodi materia, uel ſit nulla ipſo iure, quia dom. Anton. tenet quòd ſit nulla. ſed Abb. quod ſit ualida in præiudicium litigantium: Tamen quæſtio. iſta deciditur per priuilegium Sixti. iiij. de quo in proceſſu, in quo fit prohibitio iudicibus quibuſcunque, ne forment proceſſus, nec ferant ſententiam, decernentes irritum, & inane &c. ut ibi latius. Et ſic eſt ſublata facultas unicuique inferiori a Papa procedendi ſuper deductis,& contentis in dictis priuilegijs. Opus ergo erat ſpeciali commiſsione Pontificis.

¶ Et ſi per partem aduerſam negaretur diſputari de uerisimili mente Pontificum, contra id quod aliàs aſſeruit, ut in proceſſu, tunc dico, quòd ex quo ſunt uerba priuilegiorum clara, & aperta eximentia fratres, & conuentum a ſolutione decimarum debiti aliàs ordinarijs, reſpectu poſſeſsionum, & terrarum tam acquiſitarum, quàm in futurum de nouo quocunque modo acqui
3 rendarum: † tunc Reuerenda P. V. non poteſt aliter interpretari, nec iudicare, niſi prout uerba ſonant, ut not. Bart.in l.ab executore in princip. columna penultima, de appellatio. Bald.in l.ea quæ.C.com. uel epiſt. Aret. conſilio 61. Poſt abſolutum, cum ſimilibus, ut per Decium in dicto capitulo cum ueniſſent. colu.3. nu.5. Et ſic etiam iſto caſu, conuentus, & fratres ueniunt abſoluendi a petitis. ¶ Si uero dicatur in hoc paſſu uerſari ardua difficultas, utrum dicti fratres rei conuenti, teneantur ad
4 decimas, eodem modo reſpondetur, † quòd R. D. V. non poteſt ſe de huiuſmodi re in caſu iſto ualde dubio impedire, ſed remittenda eſt ad principem, uel habenda noua commiſsio ab eodem. ut Abb. concludit in effectu in dicto capitulo cum ueniſſent. & in cap.1. de iur. calum. Ita not. cum ſimilibus, ut per Decium in dicto capitulo cum ueniſſent.col.3.uerſ.ſimiliter. Et in euentum, quòd uideretur. R. D. V. poſſe de iure, In cauſa procedere, deuenio ad merita. ¶ Et prima facie uidebatur dicendum, quòd religioſi præfati, tenerentur ad decimas terrarum poſt priuilegium acquiſitarum, de quibus prius per laicos poſſeſſores, qui terras monaſterio donauerant, epiſcopo, & eccleſiæ cathedrali decima ſoluebant, per tex.in capitulo penultimo, de decimis, ubi eſt caſus, quòd Ciſtercien. de quibus ibi, priuilegiati ſuper decimis non ſoluendis de eorum terris, & poſſeſsionibus, non ſunt exempti, reſpectu poſſeſsionum ex poſt facto acquiſitarum eorum monaſterijs, ſi prius decima ſoluebatur per laicos
5 poſſeſſores. ¶ Secundò, † nam priuilegia huiuſmodi debent ſtrictè interpretari, cum ſit ſtricti iuris, ut not. Bal. in l.j.in principio.C.de legi. Ioan.Andr. & dom. Anto.in capitulo olim de uerborum ſignificatio. per capitu. priuilegia.3.diſtinct. Et in terminis in priuilegio exemptionum a ſolutione decimarum tradit Oldrad. latè in conſi. 268. incip. Quæſtio eſt utrum per priuilegium &c. ubi
6 concludit † quòd priuilegium huiuſmodi exemptionis a ſolutione decimarum de quibuſcunque poſſeſsionibus &c. non intelligatur de decimis, in quarum poſſeſsione eas percipiendi, erat eccleſia cathedralis, tempore conceſsionis priuilegiorum, allegat pro præcipuo fundamento text.in capitulo ſecundo de decim.libro ſexto. capitulo dudum de priuileg. et hoc ne tertio poſſeſſori inferatur præiudicium.capitulo ſuper eo.ſecundo.de off.delega.l.ij.§. ſi quid a principe. ff. ne quid. in loc.public.not.Oldrad. eodem conſil. 268. Et Roma. conſilio 180. in fine, ſi admittimus. Et iſta ſunt, quæ breuibus agendo uidebantur in cauſa ingerere difficultatem: attento, quòd eccleſia cathedralis Nonenſis, ut uerisimiliter creditur, erat in poſſeſsione, ſeu quaſi iuris decimandi omnes terras ſuæ diœce. tempore conceſsionis dictorum priuilegiorum, de qua poſſeſsione non eſt facta ſpecialis mentio in eiſdem. ¶ Sed prædictis non obſtantibus, contrarium de iure eſſe arbitror, quod immo fratres, & conuentus præfati uigore ſuorum priuilegiorum præfatorum, plenam immunitatem conſequantur a ſolutione decimarum omnium terrarum, & poſſeſsionum etiam ex poſt facto de nouo acquiſitarum, iuxta tenorem uerborum eorundem, non obſtante ex aduerſo allegata poſſeſsione. ¶ In primis ſi quidem non eſt dubitandum Papam hæc priuilegia concedere potuiſſe. Nam licèt decimæ dicantur de iure diuino.capitulo tua.
7 de decim.cum ſimilibus, ut ibi per glo. & docto. † tamen quibuſdam perſonis, & locis remitti poſſunt a ſummo Pont.ut eſt glo. magiſtra in capitulo a nobis. in uerbo exemptus. quam Hoſtien. Ioan. Andre. Abb. & alij ibi ſequuntur de decim. Et quia ſuper hoc non dubitatur, ideò ultra non proſequar. Et ſicut Papa poteſt hoc concedere in præiudicium tertij. capitulo ſi de terra. capitulo accedentibus. capitulo dudum de priuileg. Ita pariter conſtat eum ſic in caſu noſtro noluiſſe, dum expreſſam facit mentionem in priuilegijs de ordinarijs lo-
8 corum, quibus intendit præiudicare, † et talia priuilegia exemptionis debent latè interpretari, quatenus uerba ſonant, ita not. in terminis. Angel. in l.finali. ff. de conſtitutio. princip. columna fina. uerſicu. tertio quæritur. domi. Anton. in dicto capitulo olim. de uerborum ſignificatio. Nam licèt materia ſit odioſa, tamen non excluditur lata interpretatio, quæ ex uerborum proprietate inſurgit. ut eſt tex.not.in l.cum lege. ubi Areti. not. ff.de teſtam. Calder.in capitulo primo de conſanguin. & affinit.bo.text.in capitulo porro. in capitulo accepimus de priuileg. ubi habetur, quòd priuilegia interpretantur prout uerba ſonant. ¶ Et in priuilegijs huiuſmodi, li-
9 cèt ordinarijs præiudicetur, † non eſt tamen opus facere mentionem de iure ipſorum, quibus præiudicatur, quia ex natura exemptionis hoc ſatis intelligitur. quia uerbum, exemptio nihil aliud importat, quàm ut exemptus liberetur ab ordinario, ut not. gloſa. quam poſt alios, Abb. ſequitur ibi in capitulo cum olim. primo de priuileg. Vnde ſi prædicta procedunt, licèt in priuilegijs de ordinario non fiat mentio, ut poſt alios latè conſuluit Decius. conſil. 113. uiſo tenore priuilegij. columna penultima. Et Bartho.Socinus in conſi.297. Viſo. columna tertia,& quarta.libro ſecundo. ubi loquuntur in terminis priuilegiorum exemptionis a ſolutione decimarum: Quanto fortius ſunt uera in caſu quæſt. noſtræ, in quo uerba priuilegiorum faciunt expreſſam mentionem de ordinarijs, quibus de iure decimæ debentur. quod ius Papa ſcit. capitulo primo de conſtitu. lib.ſexto. Et quod in terminis quæſt. noſtræ non ſit in conſideratione ius, nec poſſeſsio ordinariorum, adduco text. in capitulo accedentibus de priuileg. ubi illi monachi actores fuerunt ante tempus priuilegiorum templarijs conceſſorum, ſuper decimis non ſoluendis, in poſſeſsione iuris decimandi illarum terrarum. Quæ poſtea deuenerunt ad manus illorum templariorum exemptorum: & tamen ibi text. decidit in fauorem monachorum, illa duntaxat ratione, quia illi templarij præiudicarunt eorum priuilegijs, ac eis tacitè renunciarunt per ſolutionem decimarum per annos quadraginta continuatam. et ſi illi monachi hoc non probaſſent, templarij fuiſſent exempti a ſolutione decimarum reſpectu illarum terrarum de nouo acquiſitarum, licèt monachi fuiſſent prius poſſeſſores illius iuris decimandi, ut expreſsè probat text. ille. Et propterea dom. Anton. hoc ſeotiens colligit. ibi primum not.
10 dicens † quòd ſi res, & bona non priuilegiata deuenerunt in priuilegiatos: quod mutant naturam, & utuntur priuilegio perſonæ priuilegiatæ: nam bona, & terræ illæ, antequam deuenirent ad manus templariorum, ſoluebant decimas, poſtea deuenerunt ad manus templariorum priuilegiatorum, ideò factæ fuerunt exemptæ ab huiuſmodi ſolutione decimarum.

¶ Ad idem allego apertam deciſionem dom.Card.in capitulo penultimo de decim. columna prima. ubi dando intellectum ad illum text.dicit, quòd ideò Ciſterſienſes tenentur ad decimas prædiorum, quæ acquiſierunt poſt priuilegium exemptionis, quia a iure prohibiti ſunt de nouo acquirere prædia, ab his qui tenentur ad ſolutionem

tionem decimarum. Vnde infert ſecus eſſe, ſi acquiſi-
tio nuua fieret a religioſis, non prohibitis acquirere
nona prædia. quia tunc non tenerentur ad decimas de
illis tertis, licèt prius de illis decimæ ordinario, uel ec-
cleſiæ parochiali ſoluerentur ab earum poſſeſſoribus, al-
legat rationem, quia res tranſeundo ad perſonam ec-
eleſiaſtieam priuilegiatam, mutat ſuam naturam, alle-
gat text. in capitulo uno de iur. patron. lib. 6. cum qua
deciſione eam referendn, pertranſit dom. Bartho. Soci-
nus couſi. 297. incip. Viſo priuilegio, colu. fina. circa fi-
nem. dum reſpondet ad d. cap. nuper lib. 2. Sed religioſi
couuentus ſancti Dominici de Iadra, de quibus in caſu
noſtro, non ſunt prohibiti acquirere bona, & terras eiſ-
dem pro anima legatas, ergo &c. Et per hæc remanet re-
ſponſum ad d. e. pen. de decim. de quo ſupra fuit oppoſi-
tum. ¶ Ad ultimum. Ad fauorem conuentus, & fratrũ,
addnco in terminis claram deciſionem Ioannis Andre.
Card. & dom. Abb. in d. e. dudum. de priuileg. col. 1. quod
ſi aliquis impetrauit priuilegium ſuper deeimis non ſol-
uendis de terris &c. tale priuilegium ualet etiam in præ-
iudicium illius, qui erat in poſſeſsione, ſeu quaſi iuris de
eimandi etiam nulla facta de poſſeſsione illius mentio-
ne. et adducunt rationem, quia decimæ cum debeantur
ecclesiæ cathedrali uel parochiali de iure diuino & cano
nico, & ſic ab aliqua eccleſia poſsideantur, Papa per pri-
uilegium aliquem a ſolutione eximendo cum ſciat ius.
d. c. 1. de conſtitutio. lib. 6. uoluit per priuilegium dero-
gare poſſeſſoribus decimarum: et tacitè facit mentio-
nem de poſſeſsione, & maximè faciendo mentionem de
ordinarijs, prout in caſu quæſt. noſtræ. Per quas doctri-
nas deciditur caſus noſter. Cum quibus eas, referendo
& conſulendo pertranſijt Decius in prælleg. conſi. 113.
colu. penult. & fin. ubi in terminis poſt Ioan. Andr. Card.
& Abb. reſpondet ad eonſilium Oldr. prælleg. 268. quia
Oldrad. loquitur in priuilegio de non ſolnendis decimis
noualium, de quibus loqnitur text. in dicto capitulo ſe-
cundo. de decim. lib. 6. & in d. cap. dudum. allegati per
11 eum, † quia tale priuilegium, non ſe extendit ad decimas
noualium, per alium poſſeſſa, ut ibi probatur. ſecus in
priuilegio ſimpliciter conceſſo de non ſoluendis deci-
mis terrarum, & poſſeſsionum, prout in caſu noſtro. Ra
tiones diuerſitatis uideatis per Ioan. Andre. Card. Abb.
& Decium in locis prællegatis, qui clare loqunntur, &
uideri poſſunt; ideo non laborabo ſuper hoc ulterins.
Et ſi Oldradus in dicto conſil. ſenſit idem in priuilegio
ſimplieiter cunceſſo, prout in caſu noſtro. male conſu-
luit, & contra iura, ratinnes, & anctoritates prællega-
tas. Et ſic remanet reſponſum ad conſilium illud Oldra-
di, quod prima facie urgere uidebatur.
¶ Nnn obſtat modo quòd priuilegia huiuſmodi ſint
ſtrictè interpretanda, quia hoc uerum in dubio, ſecus
quando ſecundum tenorem priuilegij iudicatur. quia
lata ſit interpretatio ſecundum tenorem uerbotum. di-
ctn capitulo porro. cap. accepimus, ut ſupra dixi.
¶ Non obſtat allegatum præiudicium eccleſiæ cathedra
lis, & epiſcopi Nonenſis, cui non uidetur Papa uoluiſ-
ſe præiudicare dicto eapitulo ſuper eo. quia hoc in caſu
dubio conſideratur: ſecus in materia noſtra priuilegia-
tiua, quæ ex natura & qualitate rei tertio præiudicat,
pront dictnm fuit ſupra, poſt glo. & not. in dicto capitu-
lo cum olim primo. de priuilegijs. cum qua ibi pertran-
ſeunt latius declarando Hoſtien. dom. Anton. Cardi. &
Abbas. ¶ Et in terminis quod rectori parochiali, præ-
iudicetur per priuilegium de nnn ſnluendis decimis, li-
cèt aliàs de illo nnn fiat mentio, tradit expreſsè domi.
Abb. adducendo tationes in capitulo cauſam ſecundo.
columna penultima, circa finem. de teſtib. ſuper gluſa
in uerbo commiſimus. ubi etiam ipſe decidit pro fra-
tribns. Ex quibns remanent ſoluta omnia, quæ in eon
trarium adduei poſſunt, & præſens quæſtio deeiſa re-
manet pro ennuentu, & fratribus ſancti Dominici de
Iadra: qni propterea ueniunt abſoluendi a petitis, cum
expenſarum eondemnatione.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Per iſta uerba, damni la mano, che ti prometto la fede mia, de non torre mai altra moiere che te, & uerſa uice mulier eadem uerba repetit ergà uirum, contrahitur matrimonium, uel ſponſalia.*

2 *Non ſufficit probare ſponſalia, & copulam ſimpliciter, ſed oportet probare copulam ſubſequutam.*

3 *In dubio confeſſio rei in eius fauorem interpretatur.*

4 *Teſti amico, & conuerſanti in domo minus creditur. Idem ſi ſit pauper, & uilis.*

5 *Sola paupertas non repellit teſtem, niſi ex alijs reddatur ſuſpectus.*

6 *Teſtis, qui dicit ſe hoc anno non confeſſum, nec euchariſtiã ſumpſiſſe, non repellitur à teſtimonio.*

7 *Excommunicatus non repellitur à teſtimonio, niſi etiam ſit declaratus, & publicatus.*

8 *Qui fuit in cauſa procurator, admitti poteſt in teſtem, ſi cum dicto ſuo concurrunt alia indicia: & ſolus examinatus facit indicium.*

9 *Dictum extraiudiciale ſine iuramento, cum quo concurrunt indicia ueroſimilia præfertur dicto iurato iudiciali.*

¶ In cauſa matrimoniali dominæ Polixenæ cum domi-
no Franciſco fructarolo.

## CONSILIVM CCLIX.

VERBA contractus, & promiſsionis fuerunt
huiuſmodi. mo da qna la man, che ti pro-
metto de non tuor mai altra moier ehe ti, &
dita Poliſena li dete la mã, & diſſe, te promet
to la fede mia de non tuor mai altro marito ehe ti. & coſi
ſe toccorno la man uno e laltro. et in hoc adſunt duo cõ-
teſtes, licèt alter alterum non uiderit, ex qno, ut aſſerunt
Sanctus ſartor erat ab extra ſuper ſtrata, reſpiciens per fi-
xuram portæ, & Maria de Muſeſtro, tunc maſſaria Poli-
xenæ erat intus penes contrahentes. Quæritur modo,
utrum per dicta uerba dicatur contractum matrimoniũ
per uerba de præſenti, an de futuro. Et nõ inſiſtendo ubi
non eſt opus, dico ꝙ non matrimonium, ſed ſpõſalia de
futuro importãt, per tex. in c. de illis de ſponſal. ibi, ſe du-
cturos in uxores &c. & ibi do. Abb. in 1. not. colligit, quòd
per uerba habentia tractum ad futurum, nõ contrahitur
matrimoniũ de præſenti, ſed de futuro, idem tradit Abb.
in c. ex parte col. 2. uer. quãdoq; uerba &c. eo. titu. ubi di-
1 cit, † ꝙ ſi uerba coutrahentium denotant principinm a-
ctus, ut ſi dicatur, promitto ꝙ te ducam in uxorẽ, uel me
ducturum te, uel quid ſimile, ꝙ tunc cõtrahuntur ſponſa-
lia, nt de hoc dieit eſſe caſum in d. c. de illis, & in c. pe. eo.
tit. idem tradit in c. ueniens ſecundo. in 2. not. per illum
tex. eo. tit. ubi dicit, ꝙ ſi promitto te ducere in uxorẽ, nõ
contrahitur matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia de
futuro. Ex cum prædictis concordant antiqui, & moder-
ni ſcribentes in dictis iuribus, ſed uerba, de quibus ſupra
in caſu noſtro, habent tractum de futuro, dum dicitur,
te prometto de non tuor altra mogliere &c. quæ impor-
tant idem, ac ſi dixiſſent, promitto, ꝙ non aecipiam aliã,
niſi te in uxorem; ergo &c. Idem expreſsè in terminis
q. noſtræ. conſuluit do. Alex. conſil. 153. incip. Viſis nar-
ratis in themate. colum. 1. 3. & 4. lib. 5. ubi allegat tex. in
capitulo iurauit de probatio. & ibi notant ſcribentes, &
Ioannes Andr. in c. ex litteris. primo de ſponſali. cum alijs
adductis per eum, qui decidit caſum noſtrum. Ex quibus
liquidò conſtat, non eſſe a parte dominæ Polixenæ agen
tis probatum aliqnod matrimonium. Et ſi modo dica-
tur per eam, ſponſalia fuiſſe ſaltem probata per dicta uer-
ba, & eopulam ſecutam inter eos, ut fatetur dominns
Franciſcus reſpondendo ſextæ poſitioni, quo caſu ſpon-
ſalia tranſeunt in matrimonium ex præſumpto conſenſu
de præſenti. c. is qui fidem. de ſponſ. Ad hoc dupliciter
reſpnndetur. Et primo negando, quòd ſint probata ſpon
ſalia, cum teſtes illi duo patiantur multas exceptiones,
ut dicam

ut dicam inferius. Secundò reſpondetur, quòd Fran-
ciſcus non confitetur ſe carnaliter cognouiſſe Polixe-
nam poſt contractum huiuſmodi, ſed ſimpliciter dicit,
non credit ſe cognouiſſe Polixenam uti uxorem, ſed uti
amaſiam, unde ex uerbis ipſius non apparet de tempo-
2 re copulæ, utrum fuerit ante, uel poſt contractum. † Quo
caſu talis probatio, & confeſsio dubia non releuat domi-
nam Polixenam. ita in terminis not. domi. Abb. & alij
in dicto capitulo ueniens ſecundo, in primo not. de ſpon
ſal. ubi formaliter dicit, quòd probans ſponſalia, & co-
pulam ſimpliciter, non concludit matrimonium, cum
copula potuerit præcedere, & probatio debet neceſſario
concludere, ut in capitulo in præſentia de probatio. cum
ſimilibus, ut late per moder. ibi, & per Decium, qui mul-
ta ad hoc accumulat in 13. not. ubi refert doctrinam Ab-
batis. Nec obſt. ſi dicatur, quod poſitio continet in ſe, quòd
copula fuit ſequuta inter eos poſt matrimonium, quia re-
ſpondetur, quòd dominus Franciſcus non confitetur po
ſitionem ueram quòd cognouerit eam, ut amaſiam, poſt
contractum, nec ante, & ſic dubia reſponſio, & probatio,
unde non releuat. Pono exemplum in teſtibus, qui in ca-
ſu q. noſtræ depoſuiſſent ſuper articulo illo, & dixiſſent,
qualiter dominus Franciſcus cognouerat carnaliter do-
minam Polixenam, non deponendo utrum ante, uel poſt
contractum, certè probatio huiuſmodi dubia non con-
cludit intentionem producentis, per not. in locis præal-
legatis, & in l. non hoc. C. unde legit. cum concordanti-
3 bus ut ibi per docto. Eo maxime, † quia in dubio confeſ-
ſio rei, in eius fauorem interpretatur, ut dicit dom. Anto.
in capitulo ex litteris, il primo in fine de ſponſal. & uidea-
tur Decius in dicto capitulo in præſentia. in 13. not.

¶ Ex alio etiam capite dicendum puto, non eſſe funda-
tam intentionem dominæ Polixenæ etiam reſpectu ſpon-
ſaliorum, quia illi duo teſtes Maria, & Sanctus patiuntur
infraſcriptas oppoſitiones. Et primò contra Mariam
primam teſtem, quæ loquitur de ſponſalibus, obſtat ex-
4 ceptio, † quia fuit, & eſt amica Polixenæ, & conuerſatur
in domo ſua, & aliàs ſtetit pro ſua famula in eius domo,
ut ipſamet fatetur in ſuo dicto ſuper interrogat. additio-
nalibus, & ita etiam atteſtatur Auguſtinus de Muſsis pri
mus teſtis de reprobatorijs ſuper ſecunda oppoſit. qui at
teſtatur de maxima familiaritate, ideò ipſi minus credi-
tur, & ſic non eſt integer teſtis, ita poſt multos relatos
per eum in cauſa matrimoniali contra fœminam amicá,
& conuerſantem in domo mulieris, pro qua atteſtaba-
tur, concludit dom. Alexand. conſi. 154. Viſo themate.
columna tertia, in principio. lib. 5. ¶ Præterea detrahi-
tur fidei ipſius, quia eſt perſona pauper, & uilis, & aliàs
fuit lena, & mediatrix, ut dominus Franciſcus fructaro-
- lus carnaliter cognoſceret Polixenam, ut atteſtatur di-
ctus Auguſtinus, per not. in capitulo ſi qui teſtium. de te-
ſti. & in l. iij. in princip. ff. de teſtib. & tradit Maria. conſi.
17. ſupra dicta cauſæ poſitio, columna fin. Nec obſtat ſi
dicatur quòd pauper non repellatur a teſtimonio ſimpli-
citer, prout multi tenent in locis præallegatis, & Areti.
conſi. 13. columna noua. uerſ. Ad ſecundum, de pauper-
5 tate. cum ſimilibus, † quia reſpondetur, quòd opinio iſta
procedit, niſi pauper ex alija reddatur ſuſpectus. ut con-
* cludit glo. fin. cum qua doctores * communiter pertran
ſeunt in d. cap. ſi qui teſtium. unde cum dicta Maria ex
præmiſsis, amicitia, conuerſatione, & familiaritate red-
datur ſuſpecta, ideo qualitas paupertatis repellit eam, ut
taliter ipſa ex omnibus exceptis debilitatur, quod non fa
cit ſemiplenam probationem. ¶ Contra Sanctum ſutoré
ſecundum teſtem, ſuper uerbis ſponſaliorum, obſtat pri-
mo, quia fuit, & erat tempore ſuæ atteſtationis domeſti-
cus, & amicisſimus, immo amaſius Polixenæ, & riualis
ipſius Franciſci, contra quem atteſtatur præfatus Augu-
ſtinus de Muſsis primus teſtis, ſuper quarta oppoſitione,
cum quo concordat alius teſtis. 5. in ordine, qui uocatur
Franciſcos, & magiſter Hieronymus. 3. teſtis. qui etiam
de uiſu deponunt, qualiter ſæpius uiderunt dictum San-
ctum in domo dominæ Polixenæ, de die & de nocte, ſolú
cum ſola, etiá in camera, ita ut dici poteſt, quòd ſit inter eos
probata copula ueriſimiliter, quæ probatur ea indicijs.
c. litteris. c. tertio luco de præſumptio. & in c. præterea de
teſtibus. et iuxta illud. A. iuuene cupido credatur reddita
uirgo, cum quibus concordat magiſter Hieronymus ſu-
tor tertius teſtis, ſuper interrogatis Polixenæ. qui teſtes
ex quo deponunt de eadem materia præſumuntur conte-
ſtes, ut poſt alios conſuluit Socinus conſi. 143. Diu an-
ceps col. 3. lib. 1. & Alex. conſ. 147. ponderatis. col. 4. cir-
ca medium lib. 2. num. 5. aliàs in conſi. 290. Qui magiſter
Hieronymus dicit etiam, quòd uidit Sanctum ſolum cú
Polixena laruatá. ita, quòd ex omnibus prædictis ueri-
ſimile ſit Sanctum ex amore, quo proſequitur Polixená,
dixiſſe falſum, prout ipſemet Sanctus confeſſus eſt, ut at-
teſtatur Franciſcua quintus teſtis, qui audiuit ex ore ip-
ſius Sancti dicentis, non fatu che per amore el ſe diria che
Dio, non e Dio, loquendo de falſa eius depoſitione, ſuper
ſponſalibus aſſertis. Coadiuuantur prædicta, ex eo,
quia dictus Sanctus fuit & eſt ex cauſa Polixenę inimicus
Franciſci, ut deponit dictus Franciſcus quintus teſtis, qui
hoc audiuit ex ore ipſius Sancti, & de inimicitia etiam de
ponit magiſter Hieronymus tertius teſtis, qui adducit
duas rationes, ut ex ſuo dicto apparet. Ex quibus pa-
tet, quòd prædictis duobus teſtibus multæ obſtant exce-
ptiones, quæ detrahunt fidei ipſorum in totum, maximè
ipſius Sancti. qui Sanctus etiam ex ore proprio conuin-
citur de falſitate dicti ſui, ſuper ſponſalibus, ut patet ex
depoſitione dicti magiſtri Hieronymi, & presbyteri Si-
monis conteſtiú, ſuper articulo additionali, quando exi-
ſtens cum domina Polixena dixit erga eam, Tu perderai
la cauſa, anchora che io habbia ditto tutto quello, che tu
hai uoluto, & me hai fatto dire &c. Cum ergo falſum di
xerit in hoc, in omnibus præſumitur falſum dixiſſe, iu-
xta not. per Innocen. & alios in capitulo fraternitati de
hæretic. cum ſimilibus. Quorum dicta comprobantur
ex eo, quia in alio loco ipſe Sanctus aperto ore confeſſus
fuit ſe falſum depoſuiſſe pro fauore Polixenæ ex amore,
quo ipſam proſequitur, ut atteſtatur præfatus Franciſcus
quintus teſtis, qui licèt ſit in hoc ſingularis, nihilominus
multum adminiculatur, iuxta not. in capitulo fin. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. Ex alio etiam non eſt credendum Sancto,
quia conuincitur de falſitate, nam in fine ſui dicti ſuper
interrogatis, dixit ſe non habere amicitiam cum Polixe-
na, niſi quia portat ei ad ſuendum &c. & mentitur, quia
per tres teſtes probatum eſt, quòd Sanctus eſt amaſius
Polixenæ, & quòd uiſus fuit cum illa in eius domo, & in
camera, de die, & de nocte, & laruatus. Ex quibus con-
ſtat, quòd dicto iſtius Sancti, non eſt danda fides, quia
contra ipſum obſtát exceptiones, amoris, familiaritatis,
& domeſticitatis cú domina Polixena, & præſumptæ co-
pulæ, & inimicitiæ cum Franciſco, contra quem teſtifica-
tur, & exceptio falſitatis dicti ſui, ſuper qua deponút tres
teſtes, Franciſcus quintus teſtis de auditu, ea ore ipſius
Sancti: & magiſter Hieronymus 3. teſtis: & presbyter Si-
mon ultimus teſtis. qui ambo conteſtes deponunt de au
ditu, & de uiſu ex ore ipſius Sancti dum eſſet cum Polixe-
na, ut ſupra dixi. Nec obſtat ſi dicatur exaduerſo, quòd dictus
6 Hieronymus fatetur in fine dicti ſui, † quòd non fuit confeſ-
ſus hoc anno, nec euchariſtiam ſumpſit, quia non propte
rea repellendus a teſtimonio propter peccatum mortale
in quo reperiebatur tempore ſuæ atteſtat. ex eo, quia non
confeſſus, ut per illum tex. dicit do. Abb. in pen. not. in c.
Inquiſitionis. §. tertiò de accuſa. & declarat Feli. in c. ue-
niens 2. col. fi. de teſti. & do. Card. in c. teſtimonium. de te
ſtib. col. 1. Nam ſi quodlibet peccatú mortale, repelleret
teſtem, pauci poſſent teſtificari, cum nemo ſine crimine
uiuat, & quia ſepties in die cadit iuſtus, & trad. etiá Abb.
7 in d. c. teſtimonium. † Nec etiam ex eo, quia excommuni
catus, quia non repellitur quis a teſtificando propter ex-
communicationem, niſi ſit prius declaratus, & publica-
tus pro excommunicato, ut traditur latè per Felinum. in
capitulo Rodulphus. de reſcript. Federic. de Senis conſi-
lio 118. Rector. columna prima. ¶ Nec obſtat quòd
presbyter Simon alter conteſtis, fuerit in cauſa procura-
tor, & ideo repellendus. c. Romana, & ibi not. de teſtib.

8 lib.6.l.fina.ff.de probatio.† quia reſpondetur, quòd cum
ſit ſacerdos quotidie miſſam celebrans, & in cauſa non
habeat aliquod aliud intereſſe, & habeat conteſtem. &
deponat ſuper uериſimili, concurrentibus tot indicijs con
tra Sanctum, quòd falſum dixerit. de quibus ſupra, & ita
etiam ſe falſum dixiſſe fuerit confeſſus, ut atteſtatur Fran
ciſcus 5.teſtis. Et quòd Sanctus fuerit captus amore Poli-
xenæ, & domum ſuam ingrederetur, & reddatur etiam ſu-
ſpectus, ultra præmiſſa quod colligitur ex dicto ipſius Sã-
cti, ſuper quinto capitulo, quando deponit ſe uidiſſe Fran
ciſcum fructarolum ingredi domum Polixenæ, & dum di
cit, ꝙ mater Polixenæ non erat in domo: nam per huiuſ-
modi conſtat, ꝙ Sanctus obſeruabat ueſtigia Franciſci, &
Polixenæ, & ſciebat quis eſſet in domo, & quid ageretur
in ea, & de foramine in hoſtio Polixenæ, quæ omnia con-
firmant dicta per teſtes ſuper oppoſitionibus: Dicen-
dum puto, quod omnibus his conſideratis, iudex debet
fidẽ adhibere dicto dicti presbyteri uериſimili, iuxta not.
in capitulo quia uериſimile de præſumpt. nam ut ibi ha-
betur, ſicut quando probandum eſt id quod non eſt ue-
riſimile, requiruntur clariores probationes, ita econtra,
quando probandum uenit id quod ex multis alijs indi-
9 cijs eſt uериſimile, leuiores probationes ſufficiunt. † Vi-
* demus in ſimili, nam ſecundum * communem opinio-
nem, dictum iuratum iudiciale præualere dicto extraiudi
ciali etiam primo loco emanato, fallit, niſi cum primo
extraiudiciali concurrant uериſimilia, & aliqua indicia
ut not.do. Abb. & moder. in cap. per tuas de probatio. in
not. & in c. litteras de præſumptio. colu. pen. & maxime
quia etiam ceſſantibus prædictis, ille qui fuit procurator
examinatus facit præſumptionem ut uoluit Io. de Imol.
in c. cum a nobis col. 3. de teſtibus. Alber. de Roſat. in tra
ctat. de teſtib. nume. 61. in tertio uolu. tract. fol. 144. & eo
magis cum habeat conteſtem. ¶ Comprobantur præ-
miſſa, quia iudex poteſt, & debet iudicare ex coniecturis,
& indicijs, quando ex ipſis poteſt animus ſuus moueri ad
probationem, iuxta not. per gl. in l. ij. in uerbo, legitimis,
ubi docto. ff. de excuſat. tuto. l. Procula. ff. de probatio. &
quia iudex non ad unam ſpeciem probationum animum
ſuum alligare, ſed argumentis, & teſtibus ipſum informa-
re, & his quæ aptiora ſunt, & uериſimiliora. ff. de teſt. l. iij.
§. eiuſdem, & l. ob carmen. & quia probationes multum
dependent ex animo iudicis. d. l. iij. §. tu magis, & not. in
c. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. & in l. iudicia. C. de rei uendicat.
Et ita per hæc, & alia conſuluit Paul. de Caſtr. conſi. 293.
Viſo puncto, columna penultima & fina. & conſi. 304. In-
dex eſt miniſter Dei, ubi uidendum, & uide etiam Roma.
conſi. 7. columna prima. Nam ex pluralitate præſumptio
num probatio inducitur. capitulo ad noſtram de empti.
& uendit. cap. illo nos de pigno. ubi not. per docto.

¶ Ex quibus ſatis liquido conſtat, quod non ſunt proba-
ta ſponſalia, ſtantibus tot oppoſitionibus contra teſtes
illos duos, maxime contra Sanctum, qui in cauſa tanti
momenti, deberent eſſe abſque aliqua exceptione, ut præ
dixi. Vnde actore non probante, dominus Franciſcus
reus uenit abſoluendus. l. qui accuſare. C. de edend. cum
ſimilibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vtrum reſcriptum ſit ſubreptitium, ſi erratum ſit in titulo eccle ſiæ ſuper qua eſt lis.*

2 *Commiſſa cauſa ſimpliciter intelligitur ſuper petitorio, & poſ ſeſſorio.*

3 *Quando erratum eſt in qualitate terrarum uenditarum, Vtrum ualeat uenditio, ſi fuit bene confinata.*

4 *Demonſtratio falſa rei quæ non reperitur in eſſe uitiat diſpo ſitionem.*

5 *Si non poteſt conſtare, Papam de alio ſenſiſſe, quàm de illo, qui eſt demonſtratus falſo tunc uitiatur diſpoſitio.*

6 *Taciturnitas qualitatis quando reddat reſcriptum ſubre ptitium.*

7 *Si in reſcripto erratum eſt in nomine proprio illius, contra quem fuit impetratum, utrum uitietur.*

## CONSILIVM CCLX.

1 DATA † eſt exceptio contra commiſsionẽ de
mala expreſsione tituli eccleſiæ ſancti Grego
rij, cuius ſuper ſpolio eſt quæſtio, ut conſtat
ex deductis. Sed in commiſsione dicitur, ec-
cleſia ſancti Geruaſij; ergo ſubreptio conſiderabilis in re
ſcriptis. Bar. in l. demonſtratio falſa. q. 5. de condit. & de-
monſt. Nec ex circunſtantijs per relationem ad acta cau-
ſæ, conſtat de corpore. patet, quia in cõmiſsione dicitur,
quòd uertitur quæſtio ſuper ea, tam in petitorio, quã poſ-
ſeſſorio, quorum utrunque eſt falſum, cum uertatur quæ-
ſtio ſuper illa ſancti Gregorij, ſolum ſuper ſpolio, ut con-
ſtat ex deductis. Quòd autem in commiſsione, utrunque
ſit expreſſum, patet ex ipſius tenore, ibi, de, & ſuper paro-
chiali eccleſia & c. & ibi. & illius prætenſo poſſeſſorio, &
ibi, tam ſuper petitorio, & poſſeſſorio prædictis: ergo re-
latio, & circunſtantiæ falſæ, cum nomine parochiæ.
2 ¶ Ad idem, † nam commiſſa cauſa ſimpliciter dicitur ſu
per utroque petitorio, & poſſeſſorio commiſſa. cap. 1. ubi
Abb. in 4. not. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Ad idem, quia poſ-
ſeſſorium, quo ſolum agebatur, non fuit expreſſum. Quod
quidẽ eſt multiplex adipiſcendæ, retinendæ, & reintegran
dæ, quod quidem reintegrandæ, ut dixi non fuit expreſ-
ſum, ergo circunſtantiæ falſæ: Et ſic non conſtat de cor-
pore, Alex. in l. ſi quis in fundi uocabulo. col. 2. in glo. ſu-
per uer. nominauerit. ff. de leg. 1. Bar. qui dat modum do-
cendi, quando non conſtat de corpore. in d. l. demonſtra-
tio. colu. pen. q. 7. ¶ Ad idem ſeruit deciſio Alex. in d. l. ſi
quis in fundi. col. 3. ubi allegat Ang. ſuper glo. in uer. cor-
3 pore, dum conſiderat † errorem ſolum in qualitate petiæ
terræ, quia uitiatur diſpoſitio, licèt fuerit in diſpoſitione
bene confinata. ita ad caſum noſtrum, licèt uideatur de
eccleſia ſancti Gregorij ſenſum, per relationem ad perſo-
nam auditoris legati: tamen, quia erratum in nomine pa
rochiæ, & in circunſtantijs petitorij, & poſſeſſorij, ut dixi,
4 uitiatur diſpoſitio. ¶ Confirmo, † quia demonſtratio fal-
ſa rei, quæ non reperitur in eſſe, uitiat. l. j. §. ſed ſi dotem. ff.
de dot. præleg. Bar. in d. l. colum. 3. q. 3. ſed eccleſia ſancti
Geruaſij, non reperitur, nec in Taruiſio, nec in proceſſu co
ram auditore, nec aliqua alia eccleſia, cuius lis ſit ſuper
5 petitorio & poſſeſſorio, ergo & c. ¶ Confirmo † quia quan
do non poteſt conſtare Papam de alio ſenſiſſe, quia de nul
lo alio ſenſit, quàm de illo, qui demonſtratus eſt, uitiatur
diſpoſitio, Bar. in d. l. q. 5. & col. 4. uerſ. & breuiter conclu-
do, ſed in caſu noſtræ. q. non poteſt conſtare Papam de a-
lia eccleſia ſenſiſſe niſi de illa, ſuper qua uertitur lis, ſuper
petitorio, & poſſeſſorio, quod eſt falſum, de eccleſia ſan-
cti Gregorij, ut dixi, de illa auth. ſuper qua uertitur ſuper
ſpolio tantum, non ſenſit, quia contra iura. c. 1. de reſtitut.
ſpoliat. quòd inuito ſpoliato Papa committat cauſam, ſu-
per petitorio, & poſſeſſorio ſimul ergo & c. ¶ Non obſtat
præmiſsis ſi dicatur, ꝙ taciturnitas qualitatis, qua expreſ-
ſa Papæ, conceſsiſſet pariformiter, non cauſat ſubreptio-
6 nem. Feli. in c. ſuper litteris. colu. 2. de reſcript. † quia iſta
concluſio non eſt uera, quando de tali qualitate, de iure,
aut de ſtylo debet fieri mentio. ita Feli. in d. col. 2. uerſ. li-
mita primo. ſed in eccleſijs inferioribus, a cathedralibus,
debet fieri mentio de nomine ſancti illius, & de iure, & de
ſtylo. Ita glo. antepen. ubi Io. Andre. Gemin. & Philip. in
c. quamuis. 1. §. quanquam. de præb. lib. 6. ſed in nomine
eſt erratum. ergo & c. ¶ Præterea ſecundò reſpondetur,
quòd immo tacita eſt qualitas ſpolij, & alia de quibus in
proceſſu reiectio articulorum cõcernentium petitorium,
& ipſius totalis ſuſpenſio, & quòd auditor per expreſſas
pronuncias, mandauit in ſolo ſpolio procedi, quæ pro-
nunciæ tranſiuerunt in rem iudicatam. quæ omnia ſi
fuiſſent Papæ narrata, abſque dubio, non mandaſſet pro-
cedi unico contextu, ſuper utroque. Vnde narrata uerita
te Papæ, dediſſet adiunctũ, ut proceſſum fuiſſet cũ Dño au
ditore, in ſtatu, & eſſe, in quib. cauſa reperitur, ſuper ſpolio,
& non ſuper utroque de nouo. Nam intentio Papæ, fuit
dare adiunctum, propter allegatam ſuſpitionem, non au-
tem

tem alterare naturam cauſæ de mero ſpolio,ad petitoriũ, quia hoc fieri non poteſt ſine præiudicio Hieronymi Menegaldi, cui eſt ius quęſitum in ſpolio,& de iure,& per ꝓnuncias præſatas. cui iuri quęſito, Papa non intendit in dubio derogare.c.ſuper eo.de off.deleg.cum ſimilibus.et eſt expreſſa regula cancellariæ de non tollendo ius quæſitum & quia ſunt reijcienda reſcripta,quæ emanant cõtra ius l.reſcripta. C. de precib. imperat. offeren. ¶ Vltimo
7 in iſta materia eſt ſpeciale,† quòd ſi in reſcripto fuit erratum,in nomine proprio illius,contra quem impetratur, licèt ex circumſtantijs per relationem ad ſuam eccleſiam, conſtet de corpore eius: tamen reſcriptum uitiatur, iſta ratione,quia eſt materia ſtricti iuris, quæ non extenditur ad non expreſſa.c.1.& 9.de off. delegat.c. Rodulfus de reſcr.ita do. Iaſon poſt Ioan.And.in additio.ad Specu.in d. l.ſi quis in fundi,col.1.nu.5.& in l.in nomine.col.2. C. de teſtamen.& eſt magna limitatio ad.d.leges & ſimiles,quę uolunt,quòd error in nomine proprio non uitiet, ſi aliàs conſtet de corpore.Et hoc propter naturam reſcriptorum Sed quãto fortius in caſu.q.noſtræ debet uitiare? ex quo erratum eſt in nomine parochiæ, ſeu eccleſiæ, & etiam in circunſtantijs &c.

## SVMMARIVM.

1 *Si notarius errauit in anno,die & ſimilibus,non nocet parti.*
2 *Si dies,locus & tempus ſint omiſſa in inſtrumento,notarius poteſt illa addere quæ ſunt neceſſaria ad inſtrumentum.*
3 *Error notorius poteſt ſuppleri per notarium abſque citatione partis,& licentia iudicis.*
4 *Si in prothocollo eſt appoſita dies,quæ omiſſa fuit in inſtrumento extenſo,dies uidetur in eo repetita.*

## CONSILIVM CCLXI.

1 ERROR † notarij in indictione,& die,& milleſimo omiſsis,non nocet parti. l. ſi librarius. ff.de reg.iur.l.errore. C. de teſtam. l. imperator.ff.de ſtat.homin.ubi docto.de materia.et ideo notarius poteſt ſupplere etiam in prothocollo, apponendo indictionem,diem,& milleſimum,ut not.Bar.in d. l.ſi librarius col.1.Quanto magis poterit milleſimum appoſitum in prothocollo addere, ſeu ponere in inſtrumento ſecundo extracto,cui ſecundo ſtãdum eſt tanquam pleniori,& magis extenſo? ita in terminis decidit Bal.in l.imperator col.pe.uerſi. ſed nunquid per unum inſtrumentũ. ff. de ſtat.homi. dum allegat tex. in l.ſi ita ſcriptum fuerit Titius.ff.de hæred. inſtit. quia per unam ſcripturam ſuppletͬ alteri deficiẽti.l.ſi quis ex argẽtarijs.§. ſi initiũ.ff.de eden.refert,& ſequitͬ do. Alex. i ꝯl.70.Viſo proceſſu.col.2. uerſi.Ad cõfirmationẽ prædictorũ lib.1. ¶ Et rõ eſt,quia
2 † in neceſſario concomirantibus inſtrumentum, ut ſunt dies,locus,& tempus.c.abbate ſane.de re iud.lib.6.ſi ſunt omiſſa etiam in prothocollo,poſſunt per notarium addi, ſi bene recordetur de die,loco,& anno, etiam ſine auctoritate iudicis.ita Io.And.in additio.ad Specul. in §. inſtrumentum.uerſi.ſed nunquid confecto inſtrumento in additio.in c.recordetur circa medium in littera E. Idem tenet
3 do.Feli.poſt Bal.in errore † notorio, prout in caſu. q. noſtræ.in c.ex litteris.col.3.uerſic.tertius eſt caſus. de fid.inſtrument.ubi dicit,quòd iſto caſu,non requiritur,nec auctoritas iudicis nec citatio partis. Idem tenet Feli. ibidẽ in ſequenti.4.caſu dum loquitur de notario ſupplente indictionem auctoritate propria;quæ apparet ſupplenda ex iuris diſpoſitione,per calculationem annorum. Ita dicendum in q. noſtra in milleſimo annorũ, quia error in ipſo apertè colligitur ex ſubiecta materia,& ex tenore,& tempore prouiſionis dominarum monialium &c. Item, quia Io.Dominicus,cui facta eſt prouiſio nõ erat in rerum natura de anno.1500.Et quia ſi poteſt fieri huiuſmodi ſuppletio in prothocollo,quando tempus non eſſet in eo appoſitum,a fortiori poteſt extendi aliud inſtrumentum ſecundum extractum ex prothocollo, in quo appareret de milleſimo extenſo. Et ideo dicebat Ang. in d. l. imperator col.2.uerſi.aut non eſt uis,quòd cum ad notarium ſpectet tradere parti inſtrumentum perfectum, ſed tradidit imperfectum,prout in q. noſtra, quòd poteſt auctoritate propria,etiam poſt datam copiam parti, facere aliud inſtrumentum perfectum,& utile,ne pars lædatur negligentia uel culpa notarij,nec ipſe notarius per exhibitionem inſtrumenti defectiui & inutilis, dicitur functus officio ſuo. Et ſecundum prædicta latè in terminiſ cõſuluit do. Alex.conſi.190.Plura narrata,col.1.& 2. lib.6. ubi tenet, quòd notarius auctoritate propria poſsit, & debeat corrigere, & ſupplere indictionem,& diem omiſſam ponere in prothocollo,ſi recordetur. quod quidem eſt plus quã poſitum diem uel milleſsimum in prothocollo extendere in ſecundo inſtrumento,quia notarius iſto caſu,nihil addit, ſed ponit ueritatem temporum omiſſa incuria, ſeu negligentia.immo Alex.ibi noluit, quòd ſi inſtrumentum non appareat confectum clarè de tali milleſimo, ſed dubitetur ex lectura prothocolli, an fuerit confectum de anno domini 1428.uel 1429.quòd notarius hoc dubium poſsit ex ſe declarare in exhibitione inſtrumenti extenſi.

¶ Vltimo pro deciſione.q.noſtræ, eſt in terminis deciſio Speculato.in d.titulo de inſtrum.edit.§.inſtrumentum ergo,uerſ.quid ergo,ſi in no. prothocollo diẽ appoſuit &c.
4 ubi concludit † quòd ſi in prothocollo eſt appoſita dies, ſed poſtea notarius extendit inſtrumẽtum ſine die,utrum inſtrumentum ualeat,& uideatur in eo repetita dies, ſicut in prothocollo.& concludit,quòd ſic,& ibi allegat bona iura. ſi ergo tẽpus appoſitum in prothocollo,& omiſſum in primo inſtrumento extenſo, uidetur repetitum, ita ut ualeat, quanto fortius debet ualere ſecundum inſtrumentum,in quo tempus milleſimi extẽſum reperitur, prout in prothocollo,& ita atteſtatur notarius,cui ſtandum eſt;Ex quo de neceſsitate inſtrumentum fuit confectum aliquo anno, menſe, die, & loco, ut dicit Io.And. in præalleg.addition.

## SVMMARIVM.

1 *Conſultor utrum poſſit conſulere ex his,quæ non fuerunt producta coram iudice in proceſſu, ſed aliunde prouenientibus.*
2 *Vtrum ualeat compromiſſum,quòd arbiter teneatur iudicare ſecundum conſilium doctoris.*
3 *Quando cauſa eſt remiſſa ad conſilium ſapientis,antequam ſit in cauſa concluſum,poſſunt coram conſultore produci iura,& inſtrumenta liquida.*
4 *Si in una ſententia fuit expreſſa una cauſa ſufficiens,et una falſa, ſuſtinetur ſententia,ex uera.*
*Idem ſi ex tenore ſententiæ poteſt colligi bona ratio.*
5 *Iudex poteſt obligari in iudicando,ſequi conſilium doctoris.*
6 *Si unus tanquam Iudex,& arbiter tulerit ſententiam, illa ſuſtinetur,ex illa qualitate magis habili,& ex qua ſuſtineri poteſt.*
7 *Partes non poſſunt uelle,quòd ſententia nulla,ualeat in uim ſententiæ, ſed tantum in uim pacti.*
8 *Iudex,qui tenetur ſequi conſilium,non tenetur ſcrutari iura, & rationes eiuſdem.*
9 *Et tunc ualet ſententia relatiua ad conſilium, etiam antequam ſit productum apud acta.& 11.*
10 *Et ualet ſententia relatiua ad illud.*

¶ In cauſa Reuerendi domini Franciſci Pampani Archidiaconi Paduañ.

## CONSILIVM CCLXII.

VIDERETVR prima facie dicendum, ſententiam Reuerendi Domini auditoris Reuerendiſ. domini legati nullã mereri executionem ex pluribus. Et Primo, quia uidetur ſundata ſuper quodam conſilio in preſenti cauſa reddito per clariſsimum dominum Antoniũ Franciſcum de Doctoribus de Padua,qui male uidetur conſuliſſe,eò,quia in tertio & ultimo dubio ſui conſilij mouetur ad conſulendum in fauorem Reuerendi domini Archidiaconi ex duabus coniecturis,prima reſultante ex quodam inſtrumẽto ceſſionis

ſionis matris filiorum,de quorũ intereſſe in præſenti cau-
ſa principaliter agitur,celebrato de anno proximo decur-
ſo,ſub die 18.menſis Iunij. Secunda ex facto domini Io.
Antonij de Rompiaſe patris & legitimi adminiſtratoris
dictorum filiorum reſultante poſt mortem Franciſci Ma-
nolij ex eo,quia acceſsit manu armata ad domum domi
ni Franciſci,& omnes ſcripturas exiſtentes in domo præ-
fati Franciſci ſubripuit,ut latius in d.conſilio continetur:
quod quidem inſtrumentum, ac factum, non fuerunt in
proceſſu tranſmiſſo conſultori,neque deducta neque alle-
gata,prout expreſſe fatetur dominus conſulẽs, & conſtat
in proceſſu celebrato coràm domino auditore. unde ſu-
per coniecturis prædictis non colligibilibus ex deductis
1 in proceſſu † non potuit conſultor moueri ad conſulendũ
tanquam ex nouiter deductis,ac probatis,ut tradunt glo.
Bar.Bal.Alex.& alij moder.in l.fi.circa finem.ff.de fer. &
Bal.ibi aſsignat rationem,quia,quando cauſa remittitur
doctori cum proceſſu conſulenda,cenſetur in cauſa con-
cluſum: Quàm concluſionem firmant ſcribentes omnes
in l.cum a nobis.C.de dilatio. & in l.j.§. quæſitum. ff. de
appell.cum ſimilibus. ¶ Secundò præfata ſententia ui-
detur nulla,quia Reuerendus dominus Archidiaconus &
dominus Io. Antonius de Rompiaſe nomine ſuorum filio
rum,uidentur compromiſiſſe in Reuerendum dominum
auditorem,ut tanquam arbiter iudicaret in omnibus, &
per omnia iuxta conſilium conſulentis ſuper deductis in
2 proceſſu † quo caſu compromiſſum eſt nullum,quia tollit
liberam arbitrandi facultatem. ita Bart.& alij ſcribentes
per illum tex.in l. item ſi unus. §. idem Pomponius. ff. de
arbit. Et tradunt Io.And.do.Ant.Abb.Imol. & moder.in
c.ſi pro debilitate colum.penul.& fi.de off.deleg. ¶ Ter-
tiò ex alio capite, uidetur nulla, quia uidetur lata, non
prius lecto,ac maturè toto conſiderato tenore dicti conſi
lij,ut uoluit Bal.in l.j.col.1.C. de ſent. ex peric. recit. quã
opinionem uidetur poſt alios firmare Feli.in cap. cum ue-
nerabilis.char.pe.uerſi. tertio ſallit de exceptio. Quartò
uidetur nulla propter terminos ſubſtantiales non ſerua-
tos iuxta ſtylum,nam fuit lata, nulla facta litis conteſta-
tione,nullo dato termino ad articulandum,nec ad produ
cendum omnia,ac ad dicendum contra producta,ac nul-
la facta in cauſa concluſione,attento,quòd cauſa eſt pro-
fana, ut tradũt latè Bar.& Bal. in l.prolatam.C.de ſent.et
inter om.iud.gl.& docto.in c.1.de lit.conteſt.in auth.niſi
offeratur.C.de lit.conteſt.in c.fi. ubi glo. magna & doct.
de re iud.lib.6.& not.in clement.ſæpe de uerbo.ſignif.
¶ Quibus tamen non obſtantibus,teneo ſententiam præ-
fetam ualidam fuiſſe,& eſſe,& per conſequens mereri exe
cutionem. ¶ Primò per illud,quod conſuluit not.Bal.in
conſi.176.inc.quæritur utrum adulta in ſecundo puncto
lib.1.ubi conſuluit,quòd poſtquam remiſſa eſt cauſa con
ſulenda,antequã ſit facta expreſſa cauſæ concluſio per iu
3 dicem remittentẽ, † quòd coràm conſultore poſſunt pro-
duci inſtrumenta liquida,& authentica,quæ faciant pro-
bationem probatam,potuit ergo moueri dñs cõſulto ad
conſulendum ẽt ex colligibilibus ex dicto.inſtrumento
ceſsionis liquido producto per dominum archidiaconũ
eidem conſultori. Pro quo dicto Bart.Bal. ibi allegat bo
num tex.in l.cũ a nobis.C.de dilatio.ubi eſt caſus, quòd
poſtquam iudex remiſit cauſam imperatori cõſulendam
ab eodem imperatore nõn eſt danda aliqua dilatio parti
bus,ad aliquid faciendum.dicit Bald.ibi, quòd ille text.
procedit,quando coràm iudice,eſt in cauſa concluſum,et
Bald.ibi & alij inferunt per illum tex.ad q. præſentem de
conſultore.Contraria ergo non obſtant,quia loquuntur,
quando eſt in cauſa a iudice ante remiſsionem conclu-
ſum,ſecus ſi ante non ſit concluſum.d.l. cum a nobis. Itẽ
procedunt quando conſultor aſſumeret indicia uel argu
menta ex teſtibus productis coràm eo ſecus ſi ex inſtrumẽ
tis liquidis,& publicis,ut tenet Bald.in d.conſi. ¶ Secun
dò ad idem,quòd ualidè conſuluerit,conſidero, quod cõ-
ſultor in toto ſecundo dubio, mouetur ad conſulendum
in fauorem domini archidiaconi ex tribus coniecturis,
quæ colliguntur ex proceſſu,& per ea,quæ legũtur, & not.
in l.Procula.ff.de probatio.ſuper quibus fundauit totam
eius deciſionem.Nam remiſsio debiti,de quo in proceſſu,
cauſatur primo propter coniunctionem ſanguinis inter
B.q.Petrum Mauoli creditorem,& Reuerendum dominũ
archidiaconum aſſertum debitorem,de qua conſanguini
tate apparet in teſtamento ſecundo propter temporis an
tiquitatem,de quo conſtat per chirographum in proceſſu
producto de anno 1480. ¶ Tertiò,quia dominus Petrus
erat homo diligentiſsimus in retinendo cõputa,& ratio-
nes de datis,& receptis, & quia dominus archidiaconus
dum eſſet ſecularis multum ſe exercebat patrocinando
circa negocia dicti Petri. Ex quibus omnibus colligi-
bilibus ex proceſſu in ſecundo dubio,fundata remanet in
tentio conſulentis. ¶ Non obſtant modo adducta in cõ-
trarium per dominum conſulentem in tertiò dubio circa
finem conſilij,quia ultra prædictam reſponſionem, conſi
dero quòd per D.conſulentem adducuntur ad abundan-
tem cautelam pro maiori corroboratione iurium domi-
ni Archidiaconi,ex quo in ſecundo dubio ex colligibili-
bus ex proceſſu concludit in fauorem archidiaconi. Vn-
de licèt tanquam friuola non eſſent ponenda in conſilio,
tamen ex abundanti poſita,non habent annullare, neque
* illud uitiatum reddere, iuxta doctrinam ſingularem & *
communiter approbatam Innoc.in c.in præſentia in fine
4 de renunciatio. Vbi dixit † quòd ſi in ſententia ſit expreſ-
ſa una cauſa uera,ſufficiens ad iudicandum, & una erro-
nea,ſeu falſa,ſententia ſuſtinetur ex cauſa uera.quam do-
ctrinam referunt,& ſequuntur do.Ant.Abb.Imol. & mo-
der.in c.ſicut nobis de re.iudicat.cũ ſimilib.ut per Feli.in
c.1.eo.tit.char.2.in 2.fallentia.& latè do. Alex. in l. qui
Romæ.§.duo fratres char.9.uerſi.ſeptima poteſt eſſe limi
tatio.ff.de uerb.oblig. Pro qua opinione adduco tex. in
fortibus terminis in c. per tuas qui filij ſint legit. quem
ponderat ibi do. Anto. Abb. & do. Præpoſ.in 11.not.ad
hoc,quòd ſi iudex in ſententia fundet ſe in falſa cauſa, &
non adducibili,ſi ex tenore ſententiæ, poteſt colligi uera
ratio,ex illa,ſententia ſuſtinetur,confirmatur ratione.Nã
in ſeparabilibus utile non uitiatur ab inutili.Regula uti-
le,ubi gl.melior de iure,de reg.iur.in 6.l.j.§. ſed & ſi mihi
de uerb.oblig.ubi Alex.& moder.inferunt ad quàm plu-
res notabiles quæſtiones, quæ inſeruiunt ad propoſitum.
¶ Ad ſecundum obiectum,de quo ſupra, reſpondetur ꝙ
Reuerendus dominus auditor non proceſsit in dicta cau-
ſa,nec ante pactum,nec poſt tanquam arbiter,ſeu arbitra
tor,ſed tanquam auditor,& iudex electus a partibus. Nã
in ipſo pacto regiſtrato in proceſſu bis aut ter denomi-
natur auditor,non arbiter, a quo pacto & conuentione
ſumenda eſt ſubſtantia obligationis,& fundamentum iu
riſdictionis.l.obligationum ſubſtantia.ff.de actio,& obli
gatio.l.j.ff.de pact.l.j.§. conuenit.ff.eo.c. prætera, & ibi
not.de dilatio. c. ſuper litteris de reſcript. & ſucceſsiue in
quampluribus locis proceſſus,& præſertim quando mo-
nuit partes ad audiendam ſententiam tanquam auditor
commiſit citationem,ut conſtat in proceſſu. Vnde per pa
ctum celebratum inter partes,non fuit alterata qualitas
iuriſdictionis domini auditoris, ſed ſolum partes uolue-
runt lites abbreuiare, & anfractus iudiciorum fugere.
5 ¶ Ex quibus ſequitur concluſio † quòd aliquis tanquam
iudex bene poteſt obligari ſequi conſilium cõſultoris in
omnibus & per omnia,ut tradunt Innoc. & alij ſcribẽtes
in d.c.ſi pro debilitate. ſuper gl.in uerbo cõſulere.de off.
delegat.& Abb.ibi col.fi.aſsignat rationem diuerſitatis
inter arbitrum, & iudicem. Et aduertendum eſt ꝙ pars
aduerſa fatetur in ultima ſua ſcriptura producta coràm
D.V.Reuerenda quòd Reuerendus Dominus auditor pro
ceſsit uti iudex, & auditor, non tanquam arbiter. Et licèt
in ſententia dominus auditor dixiſſet ſe arbitrum, & arbi
tratorem: Reſpondetur,quòd eadem protulit etiam tan-
6 quam auditor,& iudex,ut expreſſe in ea dicitur. † Et ex di
cto capite ſuſtentari debet tanquam ex capite habili per
prædicta latè in prima difficultate.Et quia etiam in caſu
dubio debet attendi qualitas habilis non inhabilis,ut eſt
caſus in l.j.§.1.ff.quòd cum falſ.tut.auct.ubi probatur ꝙ
qualitas perſonæ inhabilis non uitiat actum geſtũ a per-
ſona habili.Et probatur in l.3.ff.de teſtam.milit.& Abb.
in c.

in c.niſi eſſent de præb.in 2.not.per illum tex.& per text.
in d.c.niſi,cõcludit,qnòd iudex in quem ſit compromiſ-
ſum,ſi retenta iudiciali auctoritate procedit in cauſa, &
facit ſententiam, ualent geſta per eum & ſuſtinentur ab
utraque poteſtate.& quatenus uti iudex excederet iuris
metas,totum illud,quod eſſet ſactum cõtra ius attribue-
retur arbitrariæ ſacultati,& e contra,quæ ſunt notanda,
pro deciſione iſtius difficultatis, ubi legendum. & tolli-
tur etiam iſtud obiectum per not.per eundem Abbat. in
c.cum ſuper.col.3. in ſolutione oppoſit. de dicta. l.j.§.1.
ad dictum c.cum ſuper. ¶ Non obſtat. quartum obiectũ,
fundatum ſuper non obſeruantia terminorum, quia re-
7 ſpondetur, † quod licèt partes nõ poſsint uelle, ꝙ ualeat
ſententia in uim ſententiæ,non obſeruatis terminis ſub-
ſtantialibus, & ita loquuntur contraria, poſſunt tamen
paciſci.quòd ualeat ſententia in uim pacti, & ꝯuẽtionis,
terminis non ſeruatis.ita tenet gl.magna,& ibi docto. in
c.fi.de re iudic.lib.6.& Hoſt.Io.Andr. Abb. & alij omnes
in c.de cauſis ſuper gl.2.ff. de off. deleg. ¶ Secundo re-
ſpondetur,qnòd in quantum non ſeruauit terminos ſoli
tos ꝑ iudices ſeruari, ſaluabit proceſſus ex arbitraria po
teſtate,ſecũdum doctrinam Abbatis.in d.c.niſi in 2.not.
per illum tex. ¶ Non obſtat Tertia & ultima exceptio
de non matura lectura conſilij &c. quia non procedunt
in caſu.q.noſtræ,in quo iudex tenebatur in omnibus, &
per omnia iudicare, ac ſeqni conſilium conſultoris, ut
8 conſtat ex tenore pacti.† Nam iudex tunc nõ tenetur per
ſcrutari ueritatem eorum,quæ in conſilio deducta ſunt,
ex quo ita iudicat ſecnndum conſilium emanatum a con
ſultore,de uolũtate expreſſa ipſarum partium.l. ſi conue
nerit.ff.de re iudic.nbi Bart.Alex.& moder. Papien. poſt
gl.dicunt qnòd tali caſu, index qui iudicauit ſecundum
conſilium etiam iniuſtum, non ſacit litem ſuam,
nec tenetur,neque in conſcientia,neque in ſyndicatu. Ad
quid ergo ponderanda eſt lectura conſilij, cum iudex ab
eo non potuerit recedere, etiam ſi cognouerit illud ini-
quum? ut concludit Bar. Alex.& Iaſon in d.l.col.pe. Pro
iſta ſententia adduco Bal.& Salicet.in l.cum iudex. C. de
9 ſent.& interl. om.iud.colum.2. ubi uolunt † quòd quan
do ſtatutum artaret iudicem ad ſequendum conſilium
doctoris,ualet ſententia,quæ ſe refert ad conſilinm',etiã
antequam productum ſit apud acta.Accedat adhoc do-
ctrina Bal.approbata in l.1.circa finem,uerſi.ſed quæro,
quid ſi iudex.C.de ſent.ex peric.recit.Vbi dixit, quòd ua
let ſententia,qua iudex pronunciat ſeruandum eſſe id qđ
continetur in tali charta.abſque eo,quod reciter eius te-
norem,dummodo ſit prodncta apud acta, & ſit liqnida,
quia ſatis eſt,quòd ſententia reddatur certa &per relatio
nem ad acta.gl.Bald. & Salicet. in l.3. C. de ſent.quæ ſin.
cert. quantit. ¶ Adducco pro iſta opinione conſilinm
Domini Alex.conſ.184.Viſo titulo.quæſtionis,col.fi.lib.
10 2.qui conſuluit † ualere ſententiam, quando conſilinm
eſt productum apud acta,& ſaltem apertum ad quod in-
dex ſe referat iudicando,& tradit do.Abb.in c.cum uene
rabilis de except.col.antepe.uerſi.Et hæc ſaciunt ad quæ
ſtionem.ubi dicit iſtam eſſe communem opinionem. ſed
in caſu.q.noſtræ,conſilium uedum fuit ante pronunciam
productum,apud acta cauſæ,& notarium, ſed fuit aper-
tum,& lectum ſaltem in concluſione,ut conſtat ex tenore
ſententiæ,in qua inſerta ſunt formalia nerba conſilij.
Quinimmo,fortius concludit Feli.in d.c.cum uenerabi-
11 lis.char.fi.nerſi.nihilominus adhuc dubito† quòd ſi con
ſilium non ſit adhuc productũ in actis, & per conſequens
per iudicem non lectum,neqne uiſum, dnmmodo certũ
ſit illud emanaſſe,ac extare,ualebit ſententia ſimpliciter
relatiua ad cõſilium,ex quo habita relatione ad illud po-
teſt certificari ubi inter alia mouetur per illum tex.ſecun
dnm communem lecturam; & reſpondet ad nonnulla,
quæ nidebantur dubitationem facere. ¶ Nec obſtat prę
dictis dictum Bald.in d.l.j.col.1.C.de ſent. ex peric.reci-
tan.quòd dictum fecit aliqualiter titubare do. Felinum
in d.c.cum uenerabilis,chart.pen.uerſic.fallit tertio, ubi
Bald.noluit, qnòd non ualeret ſententia lata ſecundum
conſilium,niſi prius ipſum diligenter,ac maturè perlege-
rit,quia debet illnd dictum intelligi, quando iudex nc n
tenebatur ſeqni illud,prout regulariter, non tenetur ut
not.Bar.in l.j.§.cum plures.ff.de exerci. Abb. & alij in c.
cum in neteri de electio.& in c.cum olim de arbitr. alias
Bal.cõtradiceret ſibi met in eadem l.in fine prout. ſupra
retuli in uerſi.accedat adhoc,& dictis per ipſum, & Salic.
in d.l.cum iudex.col.2.ut ſupra dixi.& dictis per Alex. in
d.conſi.184.& dictis per Bart.Alex.& modernos Papi. in
d.l.ſi conuenerit. Et quòd dictum illnd Baldi in d.l.j.col.
1.non poſsit eſſe nerum in terminis.q.noſtræ oſtendo cõ
cludenti ratione.fundat enim Bal.ſe in lectura cõſilij ma
turè habita,quæ alind non poteſt importare niſi, quod iu
dex.uiſa,& intellecta iuſtitia,uel iniuſtitia eiuſdem appro
bet illud uel improbet,quę ceſſat in caſu.q.noſtrę in quo
auditor tenebatur omnino iudicare ſecundnm illud etiã
ſi cognouiſſet illud iniquum,ut dixi ſupra poſt Bar.Alex.
& modernos.

*SVMMARIVM.*

1 *Quando poßit grauamen, a quo appellatum fuit, iuſtificari, & appellatio impugnari,uel è contra,ex nouis probationibus.*
2 *Pronuncia competentiæ an habeat uim diffinitiuæ.*
3 *Clem.appellanti non habet locum in interlocutoria habente uim diffinitiuæ.*
4 *Vbi eſt eadem ratio, idem ius debet eſſe, quia ratio eſt anima legis.*
5 *Pronuncia incompetentiæ, eſt interlocutoria habens uim diffinitiuæ.*
6 *In cauſa appellationis a grauamine non debet excludi noua probatio,coràm iudice ad quem. Iuſtificatoria eorum, quæ deducta ſunt coràm iudice à quo.*
7 *Pronuncia competentiæ habet uim diffinitiuæ,ſicut ſententia ſuper exceptionibus peremptorijs.*

## CONSILIVM CCLXIII.

1 QVAERITVR, † utrum pronuncia competẽ
tiæ Reuerendi domini uicarij curiæ patriar-
chalis iudicis à quo,poſsit per nouas proba-
tiones coràm.D.ueſtris producendas iuſtifi-
cari,& appellatio interpoſita impugnari. Et uidebatur
prima facie dicendum quod non,per tex.in clem. appel-
lãti.de appel. nbi uř caſus,& ꝑ not.per Bar.ĩ l.per hãc. C.
de tempo.appellat.& per Innoc.iu c.ſignificãtibus de no.
oper.nunciat.& per not. iu c.nt debitus de appellatio. &
in c.peruenit ſecundo eo.tit.cum ſimilibus. ¶ Secuudo,
ad idem,qnia ita uidetur ſtylus, & practica iudiciorum
maximè curiæ Roma.ſecundum quem uidetur ſatis eſſe,
quòd ſeruetur terminus ad dicendum contra cõmiſsio-
nem,& ad iuſtificandum,& impugnandum ex eiſdẽ actis,
de quibus coram iudice a quo. ¶ Sed præmiſsis non ob-
ſtantibns in caſu.q.noſtræ,contrarium eſt uerius, & ſic ue
ritas eſt,quòd debeãt admitti nouæ probationes. Primò,
2 † quia pronuncia competentiæ eſt interlocutoria habens
uires diffinitiuæ, ita expreſsè tenet Card. Zabarella, &
do.Abb.Panorm.in c.ex parte decani in 6.not.de reſcrip.
3 Sed tex.in d.clemen.appellanti † non habet locum in in-
terlocutoria habẽte uim diffinitiuæ indiſtinctè, ut tradit
* Card.ibidem circa finem.q.9. & docto. * omnes poſt Io.
And.in c.peruenit ſecũdo ſuper gl.2. de appellat. & trad.
Rot. in nou. deciſ.13.& 85. ubi expreſsè concludit, ꝙ in
cauſa appellationis ab interlocutoria habente uim diffi
nitiuæ,poſſunt produci noua iura coràm iudice appella-
tionis ad quem,& ab eodem noui teſtes examinari, quia
dicta clemen.appellanti,non procedit,niſi in mera inter-
locutoria; ergo ille tex.nihil facit.idem tenet do. Feli.in
rubrica de re iudic.col.3.cum alijs allegatis ibi per eum.
¶ Et huic fundamento non obſtat una reſponſio, quæ ac
comodata fuit per D.aduocatum partis aduerſæ,dum di-
cebat,qnòd Abbas loquitur de pronuncia competentiæ,
quòd habeat uim diffinitiuæ,quo ad hoc, ut ab ea etiam
de iure ciuili poſsit appellari,ſecus quo ad effectum,ut in
ea non ſeruetur.d.clem.appellanti,quia iſta reſponſio eſt
friuola,

friuola,quod oſtendo. Et primò ex identitate rationis, nam ideo doctores nolunt,quòd fiant nouæ probationes corã iudice appellationis in interlocutoria habente uim diffinitiuę,ratione maioris præiudicij,quod ibi uerſatur, magis quàm in pura interlocutoria,ut not. doct. in locis præallegatis.& eadem met rône maioritatis præiudicij, uolunt iura,& doctores quòd de iure ciuili appellari poſſit ab interlocutoria habente uim diffinitiuæ, prout in pronuncia competentiæ, ut uoluit Abb. & Card.in d. loco,& ita etiam in alijs ſimilibus habentibus uires diffinitiuæ,ut not.in c.ſuper eo ſecundo.de appellatio.unde ſequitur,quòd qua ratione admittitur a dicta pronũcia cõpetentiæ appellatio etiam de iure ciuili,eadem met ratio
4 ne præiudicij non ſeruetur dicta clem. appellanti : † quia ubi eſt eadem ratio,idem ius debet eſſe.l.adigere.§. quãuis de iur.patro.ff.quia ratio legis eſt anima ipſius,ut inquit Bal.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit. C.de furt. & ipſa ratio dicitur lex.ut inquit Bal. i c.dilectus primo de reſcrip. & lex.in ſubſtantia rationis conſiſtit.Abb.in c.ratio nulla de præb.gl.in c.conſuetudo.prima diſtinct.& in c.2.requiris de appellat.Si ergo pronuncia competentiæ habet uires diffinitiuę,quoad effectum appellandi,attenta ratione præiudicij, quare non debet habere uires diffinitiuæ, etiam quoad effectum dictæ clem.? ¶ Secundò ad idem moueor,quia attenta illa reſponſione idem eſſet dicendũ
5 in pronuncia incompetentiæ,† quæ ſecundum eundem Abbatem in c.ſignificantibus de off.deleg.in 3.not.eſt interlocutoria habens uires diffinitiuæ,ita quòd de iure ciuili poteſt ab ea appellari,& allegat eandem met gl. quã allegat in d.c.ex parte,in auth.habita.C.ne fil.pro patr.in gl. fi. Nam in tali pronuncia incompetentiæ eſſet dicendum,quòd non haberet uires diffinitiuæ, quãtum ad tex. in d.clem.appellanti,& hoc ſi eſſet uera reſponſio aduerſarij,quod eſt manifeſte falſum : quia Abbas.& alij in d.c. peruenit ſecundo de appellat.nolunt,quòd in appellatione a pronuncia incompetentiæ,non ſeruentur termini.d. clem.appellanti. idem ergo dicendum de pronũcia competentię,licèt Abbas in d.c.ex parte decani,dicat quòd dicta pronuncia habeat uires diffinitiuæ,quantum ad facultatẽ appellandi.quia Abb.propter hoc non excludit alios effectus diffinitiuæ ratione eiuſdem præiudicij. ¶ Tertiò ad idem,nam contrariorum eadem eſt diſciplina, ſtantę eadem ratione inſtitut.de hi.qui ſunt ſui uel al.iur.in principio.l.j.ff.eo tit.& l.patre furioſo.ff.eo.tit.ſed in appellatione a pronuncia in competentiæ non ſeruatur dicta clem.appellanti.ergo nec in appellatione pronunciæ cõpetentiæ contraria pronunciæ incompetentiæ; ergo in utraque debent admitti nouę probationes. Et ex præmiſſis tollitur uana reſponſio aduerſantium. ¶ Vlterius pręſ-
6 ſuppoſito etiam † quòd talis pronũcia eſſet mera interlocutoria,dico,quòd non debet excludi noua probatio coràm iudice ad quem eſt appellatum,facienda,iuſtificatoria eorum,quæ deducta ſunt coram iudice a quo. ita probat tex.in c.interpoſita in primo reſponſo de appellatio. per quem.ita dicit gloſa penultima in uer. proban. in d. clement.appellanti,quæ expreſſe hoc uoluit. idem Imola ibi,ſupra ea. & ita notanter declarat Petr.de Anch.ibidẽ. col.2.in ſexto not.ubi dicit quòd coràm iudice appellationis,poteſt iuſtificatio,& impugnatio fieri per nouas ꝓbationes in terminis dictæ clement. licèt noua grauamiña,uel cauſæ nouæ non poſsint deduci, nec probari , quæ non ſint deductæ coràm iudice,a quo eſt appellatum , ut dicunt gl.& doctores in locis præallegatis.unde cum deductum fuerit coràm Reuerendo domino iudice a quo quòd Reuerẽdiſsimus dominus legatus potuit delegaſſe cauſam huiuſmodi eidem,licèt Papa in ea manum appoſuiſſet,quare non debemus admitti ad probandum hanc poteſtatem,& facultatem commitendi? certè hoc negare, eſſet contra omnem iuſtitiam,& æquitatem,& eſſet infringere pronunciam cõpetentiæ R.D.Vicarij iudicis a quo, quæ eſt in ſe uera,& iuſta,ex quo Reuerendiſsimus dominus legatus hoc habet in facultatibus. Et ex his concludo,quòd R.D.V.pro iuſtitia debent admittere probationes , & iuſtificationes pro competentia. ¶ Et ex alio etiam oſtenditur,pronunciam competentiæ habere uires
7 diffinitiuæ, † quia ſententia lata ſuper exceptionib. peremptorijs uel aliàs reddentibus iudicium nullum, pro ut eſt exceptio falſi reſcripti excõmunicationis ,& defectus iuriſditionis,eſt interlocutoria habens uim diffinitiuæ .
* ita tenet gl. * communiter approbata in clement.fi.in gl. 1.de appellat.in fine,& Gemi.& Philip.Franchus in c.fin. in 1.not.& 2.de appellatio.lib.6.Exceptio enim defectus facultatis in Reuerendiſsimo domino legato oppoſita per partem aduerſam quòd nõ potuerit delegare cauſam, in qua Papa iam manum appoſuerat,ſapit naturam perẽptoriæ,reſpectu talis iudicij,ut in terminis dicit Frãchus in d.c.fi.in ultimo not.Ideo pronũcia iudicis de ſuper lata habet uires diffinitiuæ,ut dixi.Sed in huiuſmodi interlocutorijs habentibus uim diffinitiuæ, non habet locum clem.appellanti de appellat. ut tradit Card. ibidem.q.9. Rot.in nou.deciſione 13.& 85.& latè accumulat Felin. in rubrica de re.iudicat.col.3.& dixi aliàs in primis allegationibus ergo in caſu. q.noſtræ , nouæ poterunt produci probationes. Et quia aliàs dicebam, quòd,etiam ſi talis pronuncia competentiæ eſſet mera interlocutoria,tamen de nouo liceret probare in cauſa appellationis,coram iudice ad quem.licèt non poſſet nouum grauamen deduci, per tex.in c.interpoſita primo reſponſo de appellatio . & ita gl.expreſſa in d.clement.appellanti.in gl.pe.ubi Petr. de Anch.& Io.de Imol. clarè hoc deducunt. Audio , ꝙ dominus Aduocatus alterius partis ad prædictam glo.reſpondet , ꝙ loquitur in appellante,ut poſsit ex nouis probationibus coram iudice appellationis iuſtificare appellationem,ſecus in appellato,uolente iuſtificare pronunciã,ſeu proceſſum iudicis a quo . Nam reſpondeo, ꝙ iſta reſpon. eſt de directo contra tex. in d.clem. appellanti in §.1.qui tex.parificat appellantem & appellatum quoad iuſtificandum & impugnandum reſpectiuè incumbentia. Vnde ſi licet appellanti producere nouas probationes coram iudice appellationis, ita licebit appellato per dictũ tex.& ita ſufficiant pro ueritate .

## SVMMARIVM.

1 *Multiplicatio perſonarum eiuſdem nominis non præſumitur .*
2 *Præſumptiones a iure approbatæ, ſunt liquidæ probationes .*
3 *In materia etiam ſummaria perſonæ comparentes ſunt ante omnia plenè legitimandæ .*
4 *Nomine probationis ſimpliciter,intelligitur de illa quæ fit teſtibus,uel inſtrumentis.*
5 *Probatio reſultans ex diuerſis generibus probationum dicitur tantum præſumpta probatio .*
6 *Qui ſe arctauit ad probandum per teſtes non poteſt probare per iuris præſumptionem .*
7 *Teſtis qui dicit ſe uelle illum pro quo deponit,reportare uictoriã, non eſt idoneus .*
8 *Verba ſententiæ debent propriè,& ſtrictè intelligi .*
9 *Vbi a lege,uel homine exigitur probatio uerbis prægnantibus , non iuuatur probatione per unum teſtem,cum fama , uel iuramento,uel per alias coniecturas .*
10 *Quando fit mentio de probatione per modum conditionis, requiritur concludens probatio & non præſumpta .*
11 *Examinatio teſtium,extra locum iudicij fit per litteras remiſſoriales ad Iudicem loci,in quo teſtes reperiuntur, monendo partes ad illum locum,ad uidendum iurare teſtes , & dandum interrogatoria .*
12 *Verba enunciatiua notarij,probant enunciata, inter partes .*
13 *Teſtes inſtrumentarij non poſſunt reprobari , quia de conſenſu partium,in inſtrumento deſcribuntur.*

## CONSILIVM CCLXIIII.

IN cauſa Arcoloniana,ſuper illa difficultate , utrum ſufficienter ſit probatum de procuratorio Alexij.Et prima facie uidebatur dicendum quòd ſic:quia notarius,qui Bononiæ, & Ferrariæ ſcripſit inſtrumenta procuratoria, nominat Alexium.q.Bernardini de Moràdo,de Canipa,ſiue de Sacilo.

Et

Et uerba enunciatiua notarij probant inter partes.l. opti
mam.C.de contrahen.ſtipu. Pro quo uidentur eo͂am de-
ponere duo teſtes,examinati Ferrariæ coràm Magnifico
Poteſtate,quorum alter eſt magnificus D.Petrus de Obbi
cis eius dominus,qui recognouerunt dictum Alexium.
¶Secundo ad idem,quia adſunt duo teſtes examinati hic
Venetijs coràm domino Vicario patriarcali parte citata
qui uidentur recognouiſſe perſonam dicti Alexij, eſſe il-
lum,qui aliàs dicitur contraxiſſe matrimonium cum D.
Maria Arcoloniana,cum qua litigauit Vtini in foro ec-
cleſiaſtico,qui interfuerunt Ferrariæ,quando ipſe Alexius
conſtituit ſuum præsbyterum probaturum Aloiſium de
Beneditis & ſunt teſtes inſtrumentarij, qui non uidentur
poſſe reprobari.ita gl.& Ang.in auth.de teſti.§.1. uerſic.
Noto iſtam gl.& duo teſtes bene probant.l.iuſiurandi.C.
de teſti.c.nouit.de iud.notat Bar.in l.'admonendi fol.pe.
ff.de iur.iur. ¶Tertio confirmantur prædicta,quia mul-
tiplicatio perſonarum eiuſdem nominis,& qualitatis nõ
præſumitur.Bar.in l.ſi in rem.ff.de re uendi. & in l. ſi quis
ſeruum. §. ſi inter duos in fine. ff. de leg.2.do.Ant.in c.2.
col.2.de libel.obla.Bal.in l.neq; natales,col.2.C.de pro-
ba.cum ſimi.ut late per Alex.in l. Diuus. ff.de cuſto.reo.
Et per moder.in l.2.col.3.nu.8.9.C.de bono.poſſ. ſecun-
dum tabu.& per moder.in c.auditis de præſcri.Quæ præ-
ſumptio iuris uidetur fundare intentionem Alexij per l. li
2 cèt Imperator.ff.de lega.1.† ubi habetur q; præſumptio-
nes iuris,ſunt liquidæ probationes.& not.glo.in l.ſi tutor
ubi Bal.C.de peric.tuto.& Ang.in l.1. C.de teſta. mil. cũ
alijs ut per Feli.in rubrica de proba.col.1.& 2. in uerſ.ſe-
cunda concluſio ubi latius per Decium col.21.uerſ. Hæc
uera nu.24.Quibus tamen non obſtantibus, contrarium
puto uerius in propoſita quæſtione, quod ex pluribus de-
monſtratur.Et primo,quia dominus Hieronymus Pileus
aſſertus primus procurator Alexij, obtulit ſe iudicialiter
(ut conſtat in proceſſu Vtini formato)mittere teſtes de-
terra Vtini,omni exceptione maiores habentes notã per-
ſonam Alexij,qui ſeruatis ſeruandis recognoſcant ipſum,
in quorum præſentia conſtituere debeat procuratorem.
Secundo ad idem quia ipſe Alexius,Ferrarię coràm domi
no poteſtate dixit,ſe arctatum probare per teſtes,ſe eſſe ta
lem,qualem ſe gerebat (ut conſtat in proceſſu Vtini for-
mato.) Tertio agentes pro eodem coràm. D. Pamphilo
Auditore Reuerendiſsimi legati obtulerunt ſe probare, &
legitimare perſonam Alexij per teſtes inſtrumentarios,
quos obtulerunt ſe conducere coràm dicto D. Auditore,
ut examinarentur. Quarto extat ſententia dicti Domi-
ni auditoris,a qua non fuit appellatum per partem aduer
ſam,immo per eam expreſsè approbata, per quam man-
dauit perſonam Alexij legitimandam altero ex modis,de
quibus in dictis oblationibus. Quinto ad idem extat
ſententia D. Plebani ſancti Pantaleonis, qui pronuncia-
uit ante omnia concludenter eſſe legitimandam perſonã
aſſerti Alexij,antequam procedi poſsit in negocio princi
pali.quæ ſententia eſt conformis diſpoſitioni iuris. Nam
Bar.in l.quamuis in fine. C. de edic. diu. Adri. toll.dicit,
3 † quòd etiam in materia ſummaria,perſona comparentis
debet ante omnia plenè legitimari. Et ibi ſequitur Salic.
col.2.uerſi.ex iſta ſolutione,& hoc parte excipiente, pro
ut excipitur in quæſtione noſtra, & eſt * communis opi-
nio.ut ibi per moder.col.2. Et tradit idem Bart. in extra-
uag.ad reprimendum ſuper gl.in uer.figura. col.2. Et la-
tè Bal.tradit in l.fi.col.11. uerſic. octauò ſtudeat reus.C.
eod.tit.Et applicando prædicta ad caſum quæſtionis, nõ
poteſt legitimari perſona aſſerti Alexij,p̃ſumptione iuris
uel argumenti,ſed teſtibus tantum c.forus.uerſi.probatio
autem iuncto uer.Argumentum de uerb.ſigni. & per not.
Bal.in c.1.§.ſacramenta.col.1.de conſue. rect. feud. & in
4 cap.1.in principio ſi de inueſti.inter do.& uaſal.lis oria.†
ubi dicit,quòd nomine probationis plena probatio con
tinetur.per l.Lucius.ff.de condi.& demonſtra. & dicit Lu
doui.Rom.in l.j.C. de teſta.mil. quòd probatio per præ-
ſumptiones nõ dicitur uera,& propria probatio per l.pri-
mam.uerſi. propriè.ff. ſi tab. teſta. exta. cum alijs ut per
Feli.in rubrica de proba.in princ. in prima concluſione
& tradit Aret.in d.rubrica col.2.in fine,pro quo eſt tex. in
l.3.§.eiuſdem.ff.de teſti.& in c.forus.de uerb.ſigni. Et di-
cit Bal.in c.1.§.cum autem.colu. ultima in pe.quæſtione
5 de prohi. inueſti. † quòd probatio reſultans ex diuerſis ge
neribus probationum ſimul iunctis non dicitur propria,
ſed præſumptiua probatio,allegat tex.in c.fi.de ſucceſ.ab
inteſta.ubi concurrebat dictum unius teſtis & confeſsio
facta in præſentia partis,ut ibi.per Abb.in 4. nota. & ibi.
dicitur in tex.quòd illa mixtura non faciebat plenã pro-
bationem,ſed uehementer ſibi ad inuicem adminicula-
bantur,cum quibus concordat Iaſon in repet.l.admonen
di nu.265.uerſi.item in tota iſta materia,cum alijs ut per
Decium, qui latè probat hanc concluſionem in rubrica
de proba.col.fi.Sed in quæſtione propoſita, ſententia la-
ta per D.Auditorem ſuper legitimanda perſona Alexij, &
quæ tranſiuit in rem iudicatam,habet relationem ad ob-
lationes prædictas,quæ obligant offerentes ad propriam
probationem faciendam per teſtes idoneos. Ergo huiuſ-
modi probatio fienda,non poteſt ſuppleri per iuris præ-
ſumptionem,per prędicta & per tex.in l.circa.poſt mediũ
6 ff.de proba. † ubi probatur,quòd ille, qui ſe arctauit ad
probandum ſe ingenuum tenetur hoc plenè probare, nec
iuuatur pręſumptione iuris,quæ eum releuabat ab onere
probandi ingenuitatem, cum eſſet in poſſeſsione illius,
ut probatur in principio dictæ.l. & ratio adducitur ibi.
quia mos gerendus eſt illi, qui ſe arctauit ad ſic proban-
dum. ¶Nec obſtant dicta duorum teſtium hic uenetijs
examinatorum. Quia primus nomine Baptiſta de Sacilo,
7 in ſuo dicto oſtendit ſe nimis affectum ad cauſam † quan
do dicit,ſe uelle Alexium uincere,& obtinere in cauſa;er-
go illi non creditur.c.quoties de teſt.ibi.odio,amore,&c.
& Specul. in titul.de teſte.§.1.uerſi.Item quòd amore,idẽ
eod.tit.§.iam de interrogatorijs col.5.& 7.uerſ.porrò ubi
dat practicam interrogandi teſtes.quam partem uellent
obtinere.Repellitur ergo iſte primus.Reſtat ſecundus no-
mine Bernardus de Bernardis,qui ad hoc ut faciat ſemi-
plenam debet eſſe omni exceptione maior.ita Bar. in d.l.
admonendi fol.pen.uerſi.uenio ad tertium. Et ſequuntur
alij. Sed iſte non eſt talis,quia dixit ſe illo anno non ſum-
ſiſſe corpus dominicũ, & quòd nõ cognoſcit D.Mariam.
Item quia deponit de auditu alieno circa aſſertum m̃ri-
moniũ, & litẽ ſuper eo inter D.Mariam, & aſſertum Ale-
xium,& ſic non cõcludit ſuper cognitione dicti Alexij iu-
xta oblationes,& ſententiam; quia teſtimonium de au-
ditu,non probat.c. licèt ex quadam, per locum a ſpecia-
li,de teſti.ubi docto. Sed poſito quòd iſte ſecũdus teſtis fa
ceret ſemiplenam, tunc dico, quòd non poteſt coniungi
cum illa præſumptiua iuris,quòd non præſumatur multi
plicatio perſonarum maximè ex quo Alexius ſe aſtrinxit
ad probandum per teſtes,cum quibus oblationibus con-
cordat ſententiæ.D.Auditoris,& Plebani ſancti Pantaleo
nis & per dictam.l. circa ubi non admittitur præſumpta
8 probatio, ſtante oblatione de probando.aliter † confir-
mo prædicta quia uerba ſententiarum debent propriè, &
ſtrictè intelligi,ut habetur in l. j. C. ſi plur. una ſententia
cum alijs,ut per Bar.in l.ſi expreſsim.col.2. ff. de appe. &
per Bal.in l.j.col.3.quando prouoca.non eſt neceſſ. & tra
dit Abb.in c.dilectus in ſecundo not. de off. ordi. ubi di-
cit,quòd uerba ſententiæ ſunt adeò ſtrictè intelligenda,
ut non comprehendatur caſum,quem etiam ſublata ſigni
ficatione uocabuli comprehenderet cũ alijs,ut per Alex.
in conſi.48.col.3.lib.6.Sed propriè loquendo illa dicitur
probatio,quæ fit teſtibus,uel inſtrumentis,quæ non capit
præſumptiones,& argumentum,ut probatur in d.c.forus,
9 & ut late dixi ſupra. ¶Corroborãtur prædicta, † quia ubi
a lege uel homine exigitur probatio cum aliquibus uer-
bis qualificatis,uel prægnantibus, non ſufficit probatio
ſemiplena per unum teſtem cum fama,uel iuramento,uel
per alias coniecturas,uel præſumptiones iuris, ſed requi-
ritur plena per teſtes.ita not.Archid. Io. Andre. & alij ſe-
quuntur in c.pia.de excep.lib.6.per illum tex.in uer.aper
tiſsimis documentis.& eſt gl.in uer.legitima in c. at ſi cle
rici de iudi.cum ſimi.ut latè deducit, & probat Feli. in d.
rubrica de proba.col.antep.uerſ.Tertia concluſio.ita etiã
tenet

tenet Bal. in l. cum qui in principio. ff. de iur. iur. ubi dicit,
quòd uera non eſt probatio, quæ fit per iuramentum, ſed
præſumptiua, licèt aliàs iuramentum ſit probatio, ut la-
tè poſt alios tradit Decius in d. rubric. col. 14. 15. nu. 16.
& cum prædictis concordat Decius in d. rubrica col. pe.
uerſi. Secundò prædicta concluſio nu. 26. ubi nu. 28. dicit
* prædicta * communiter approbari per docto. ubi ponit
plura exempla, puta ſi a lege, uel homine dicatur de liqui
da probatione, per tex. cum gl. in l. ſi quando. C. unde ui.
ubi per Salic. Idem ſi dicatur de probatione legitima. gl.
in uer. legitimis in l. cũ de indebito. ff. de proba. in princ.
Idem quando deberent eſſe probationes indubitatæ. ita
Bal. in l. fi. in fin. per illum tex. C. de ſecund. nupt. ut item
not. cum alijs multis ſimilibus. Sed in quæſtione noſtra
Bar. in d. l. quamuis in fi. & ſequuntur alij ſupra allegati
C. de edict. di. Adr. toll. requirit plenam probationem de
mandato procuratorio, de quo dubitatur hic, & in ſentẽ-
tia domini Pãphili requiritur probatio per teſtes iuxta
tenorem oblationum prædictarum & in alia ultima ſen-
tentia D. Plebani ſancti Pantaleonis dicitur, quòd man-
data aſſerti Alexij, debent concludenter legitimari, ſeu
probari. quæ uerba non conueniunt præſumptioni, quæ
poteſt eſſe fallax. cum non ſemper concludat, ut declarat
Bar. in d. l. admonendi. fol. pen. quando loquitur de opi-
nione argumento, indicio, & præſumptione, & probatio-
ne, quæ omnia inter ſe differunt. Et probatur d. c. forus.
uer. cauſa: & uer. argumentum. Nec obſtat huic cõcluſio-
ni ſi dicatur, quòd præſumptio à iure approbata, dicatur
in illis caſibus, liquida, & clara probatio: d. l. licèt impe-
rator. ff. de leg. 1. gl. not. in l. ſi tutor. C. de peric. tuto. l. ſi
qui adulter. C. de adulter. cum alijs ſimi. ut latè per mo-
der. in d. rubrica col. 1. uer. Secunda concluſio. l. ſi quis lo-
cuples. in fi. ff. de manu. teſta. l. quidam teſtamento in fi-
ne. ff. de uulg. & pupil. l. dolum. C. de dolo. not. Abb. in c.
1. in 2. not. de cler. nõ reſiden. cum ſimi. ut per Decium in
d. rubri. col. 19. uerſi. Hæc uera ſunt nu. 24. quia huic obie
cto tribus modis reſpondetur, Primò, quòd procedit tan-
tum, quando ſimpliciter fit mentio in l. uel ab homine de
probatione, ſecus ſi probatio nominetur cum uerbis ali-
quibus qualificatis, uel prægnantibus, pro ut fit in caſu
q. noſtræ, ut deduxi ſupra. & ita ſoluit Deci. in rubric. col.
pen. uerſ. Secunda concluſio nu. 26. ubi hoc probat, & atte
* ſtatur eſſe * communem reſolutionem. Secundò reſpõ-
deo, quòd obiectum procedit quando materia ſubiecta
non poteſt concludenter probari, ſed tantum per præſum
ptiones, ut filiatio, adulterium, & ſimilia, quia tunc præ-
ſumptiua pro plena probatione habetur ut probatur in
l. fi. ad finem. ff. de proba. iuncta. l. filium, cum ibi not. ff.
de his qui ſunt ſui. c. 1. de frigi. & maleſi. ibi, uerũ iudicijs,
iuncto. c. laudabilem eod. tit. cum ſimi. ut per Deci. in d.
rubrica col. pen. uerſi. pro declaratione. Sed in quæſtio-
ne noſtra quòd Alexius ſit ille de Sacilo, qui dicitur aliàs
cõtraxiſſe cum D. Maria, & qui cum ea habuit litem Uti-
ni coram eccleſiaſtico ſuper aſſerto matrimonio, poteſt
de facili per teſtes probari, ut de ſe patet, & etiam conſtat
per oblationes prædictas. Ergo præſumpta probatio de
perſona dicti Alexij non eſt admittenda, nec unienda cũ
uno teſte, ut uerba prægnantia oblationum & Bartoli &
duarum ſententiarum aliquid operentur. Ita Deci. ibidẽ
col. fi. uerſi. Tertius eſt caſus. Tertiò reſpondetur, quia
interueniens pro Alexio, & ipſemet ſe aſtrinxit ad probã-
dum per teſtes, ut dixi ſupra, ideo excluſa fuit præſumpta
probatio. l. quòd non præſumatur multiplicatio perſona
rum, & nominis ut probatur in d. l. circa, poſt medium. ff.
10 de proba. Probo hanc concluſionem alio modo † quia
quando fit mentio de probatione per modum conditio-
nis, quia dicatur, ſi probaueris, ſi docueris, ſi conſtiterit,
& ſimilia tunc requiritur uera, & concludens probatio,
& non ſufficit præſumpta. ita probatur in l. Lucius. ff. de
condit. & demonſtra. ubi illa conditio ſi probaueris te fi-
lium, impoſsibilis reputatur: quia de probatione conclu
denti intelligitur, quæ non poteſt haberi in probando fi-
liationem. d. l. filium. l. ſi uicinis. C. de nupt. c. per tuas de
proba. c. trãſmiſſæ cum ibi not. qui fil. ſint legiti. & ita te-
net ibi Dynus, & Bart. cum alijs allegatis per Decium in
* d. rubrica col. 20. nu. 25. & eſt * communis opinio, ut ibi
per eum in uerſi. quamuis iſta. Non obſtant dicta duorũ
teſtium Ferrariæ examinatorum coràm domino Poteſta
te: quia nulliter ſunt examinati, & ꝯ formam oblationũ.
11 quod oſtendo, † quia poſtquam iſta difficultas de man-
dato fuerat iudicialiter introducta coràm domino Vica-
rio Aquilegienſi, debuerant teſtes examinari Ferrariæ ꝑ
litteras remiſſoriales cum decreto dicti D. Vicarij ad ma
gnificum Poteſtatem Ferrariæ, ſeu R. Vicarium epiſcopa-
tus cum dilatione probatoria, & cum monitione partis
D. Mariæ ad intereſſendum in loco examinis, ad uidendũ
iurare teſtes, & dandum interrogatoria iuxta text. & ibi
not. in c. præſentium de teſti. lib. 6. & in c. 2. de teſti. & in
l. ſi quando. C. eod. tit. & ita quotidie practicatur. Notan
dum eſt etiam (ex abundanti tamen,) quia etiam illi duo
teſtes Ferrariæ examinati, nõ probant incumbentia iuxta
formam oblationum, & ſententiarum, uidelicet quòd ip-
ſe ſit ille Alexius qui aliàs contraxerat cum D. Maria, &
litem ſuper aſſerto mr̃imonio cum eadem habuerit. Sed
dicunt tantum, quòd eſt ille Alexius qui procuratorem
conſtituerat Bononiæ. Non obſtant uerba notarij enun
12 ciatiua de Alexio de Canipa, quia reſpondetur, † quòd
uerba huiuſmodi narratiua non probant enunciata, niſi
inter partes contrahentes, ut probatur in d. l. optimam.
ubi Bart. & Ang. in princ. not. illum text. cum ſimi. ut per
Fel. in c. illud. col. 3. de præſump. & eſt communis opinio,
ut atteſtatur Iaſon in l. cum aliquis col. 2. nu. 4. C. de iur.
deliber. Non obſtat quòd teſtes inſtrumentarij, qui ſunt
examinati Venetijs non poſsint reprobari, cum cenſean-
tur per partes approbati: quia reſpondetur hoc dictum
13 eſſe uerum, † quando teſtes adhibentur in inſtrumento
de conſenſu ambarum partium ibi præſentium. Ita tenet
gl. & Ang. poſt eam in auth. de teſt. §. 1. uerſi. Contra iſtam
gl. & Bar. Bal. & Salic. in l. parentes. C. de teſti. Alex. in l. in
iiti poſt gl. ff. de procur. cum alijs ut per Feli. in c. cum in
ter col. 4. de except. Sed in q. noſtra teſtes illi fuerunt adhi
biti in d. inſtrumento Ferrariæ celebrato de conſenſu tã
tum aſſerti Alexij ſine aliquo interuentu, præſentia, & con
ſenſu dictæ D. Mariæ, ergo nihil probant in eius præiudi-
cium, ipſa non citata, & ſine litteris remiſſorialibus, ut di
xi. Ex quibus concludo perſonam Alexij non eſſe legiti-
matam huc uſque iuxta oblationes, & ſecundum tenorem
ſententiarum.

## *SUMMARIUM.*

1 *Qui gerit actum ex duplici poteſtate, ualet ex illa, qua com-
petit.*
2 *Iudex, in quem fit compromiſſum, retenta iudiciali poteſtate, ſi
procedit, ex qua poteſtate ſuſtineantur acta.*
3 *Sententia ſuſtinetur ex cauſa uera, licèt in eadem ſit expreſſa e-
tiam cauſa falſa.*
4 *Iudex nullitatis debet ante omnia de illa cognoſcere, & ſuper ea
tacite, uel expreſſe pronunciare.*
5 *Nec ualet reſeruatio cognitionis, & ſi reſeruat, grauat partem.*
6 *Reus non poteſt cogi ad reſpondendum libello, reſeruata diſcuſſio
ne ſuarum exceptionum.*
7 *Si iudex præſumit calumniam excipiẽtis, poteſt ipſam repellere.*
8 *Iudex grauat partem quando reſeruat cognitionem exceptionũ
ad merita cauſæ procedendo ad ulteriora.*
9 *Cognito de exceptionibus, per proceſſum ad ulteriora iudex cen-
ſetur reijcere exceptiones, per tacitam pronunciam.*
10 *Appellatio uel exceptio pẽdet a ueritate cauſæ, et grauaminis.*
11 *Nullitas, utrum ſit præiudicialis ad cauſam principalem, uel ad
proceſſum. & dicitur quæſtio emergens.*

## CONSILIUM CCLXV.

MAGNIFICUS & R. D. Ludouicus Becius
Gubernator generalis bonorũ Epiſcopatus
Vicẽtini, proceſsit ad inueſtiendum. D. Iuliũ
de Plouenis de feudo decimarum Villæ Lu-
piæ, tanquam procurator & gubernator. R. D. Epiſcopi
Vicentini

Vicentini ſpecialiter ad inueſtiendum deputatus, pro ut
de ſuo mandato conſtat in ampliſsima forma producto,
& regiſtrato in proceſſu ſecundæ inſtãtiæ, corã R.D. Vi-
cario patriarcali. Et idem tanquam procurator, & guber-
nator aſsignauit partibus ita petentibus, plures dilatio-
nes, ad deducendum, allegandum, & probandum de iuri
bus ſuis. Et ultimo loco auditis partibus, ſæpius tam in
uoce, quàm in ſcriptis, & niſis iuribus ipſarum tanquam
procurator. D. epiſcopi, inueſtiuit. D. Iulium, & ex iſto ca
pite, & poteſtate, ualet proceſſus, & inueſtitura; quia ita
2 habuit in mandatis à domino ſuo. Immo † ſi D. Ludoui-
cus procedendo, & inueſtiendo, uſus fuiſſet duplici pote-
ſtate. iudiciali (qua tamen non fuit) & procuratoria ex-
traiudiciali, ualerẽt geſta per eum, ex procuratoria, quá
habet & nõ ex illa iudiciali. quam non habebat. Ita tenet
Rom. in conſi. 320. inc. Hæc iſtorum quinque captura, cir
ca finem per tex. in l. j. §. Offilius cum l. ſequenti uſque ad
§. fin. ff. nequis eum qui in ius uoca. ubi exim. ubi dicit, &
probat, quod ſi iudex facit actum, quem non poterat ut
iudex facere: ſed bene uti priuatus, quòd in dubio præſu
mitur feciſſe, uti priuatus per l. 3. ff. de teſta. mil. c. eſtote.
de reg. iur. argumento l. meritò. ff. pro ſoc. Et hanc con-
cluſionem latè probat Feli. in c. cũ ex officij. col. 15. uerſ.
ſexta cõcluſio ibi dixit etiam Bal. in d. l. 3. & ibi dixit etiã
Ludoui. cum ſequentibus uerſiculis de præſeri. Proceſsit
ergo iſte legitimè ad inueſtituram, uti procurator ad in-
ueſtiendum, qui nec uſus fuit in toto proceſſu, aliquo uer
bo ſapiẽte iuriſdictionẽ. Et licèt aliqua ſeruaſſet iudicia
lia non ſeruanda mandando citari partes, & dando dila-
tiones ad probandũ de iuribus ſuis, &c. ſimilia: Non pro
pterea utile per inutile uitiatur, regula Vtile cum ibi not.
de reg. iur. lib. 6. Et declarat not. Abb. poſt Bart. in c. cum
ſuper col. fina. de offi. deleg. & latè traditur per Bar. Alex.
& alios in l. j. §. ſed etſi mihi. ff. de uerb. obliga. Confirmo
quia, quando unus uteretur duplici poteſtate arbitraria,
& iudiciali, & altera careret, ſuſtineretur actus, & ſenten-
tia, ex capite babili. l. j. §. 1. ff. quod cum fal. tuto. aucto.
per quem tex. Abb. in d. c. cum ſuper colu. 3. de off. deleg.
in ſolut. oppoſi. de dicta l. prima. §. 1. ad dictum. c. cum ſu
per, optime reſoluit materiam, nam in d. c. cum ſuper re-
pugnabat uoluntas poteſtati, & poteſtas uoluntari, quæ
ratio ibi in textu allegatur ad infringendum proceſſum
illius iudicis. Sed in q. noſtra D. Ludouic. uſus fuit poteſta
te procuratoria, quá habebat, & poterat eá uti, nec uſus
iudiciaria, quam non habebat. ideo ceſſat in eo ratio re-
pugnantiæ. ſicut in d. l. j. §. 1. Et ad hoc benefacit tex. in d.
l. 3. ff. de teſt. mili. & not. per Abb. in c. niſi eſſent. de præb.
2 in 1. not. ubi per dicta iura concludit † quòd ſi iudex, in
quem fit compromiſſum, retenta utraque poteſtate pro-
cedit in cauſa ſuſtinentur geſta per eum a gemina pote-
ſtate; & quatenus uti iudex excederet metas iuris, totum
illud attribueretur arbitrariæ poteſtati & e contra.
3 ¶ Accedit ad prædicta, † quia cauſa falſa, ſeu erronea, al
legata in ſententia, non uitiat ſententiã, ſi illa poteſt ſuſti-
neri ex cauſa uera allegata. ita decidit Inuo. in c. in pñtia
in fine de renunci. quem referunt, & ſequuntur do. Anto.
Abb. Imol. & moder. in c. ſicut nobis de re iudi. cum alijs,
ut per Feli. in c. 1. fol. 2. in 2. fall. eod. tit. & latè tradit Alex.
in l. qui Romæ. §. duo fratres fol. 9. uerſ. ſeptima poteſt eſ-
ſe limitatio. ff. de uerb. oblig. pro qua opinione eſt text. in
fortioribus terminis in c. per tuas. qui fil. ſint legi. quem
ibi. ponderat do. Ant. Abb. & Præpo. in 11. not. & dicunt,
quod ſi iudex in ſententia alleget cauſam falſam, ſi ex te-
nore ſententiæ poteſt colligi uera ratio, ſententia ex iſta
ſuſtinetur. Ex quibus probatur, quòd etiam ſi R.D. guber
nator in inueſtiendo D. Iulium, & in toto proceſſu fuiſſet
uſus etiam poteſtate iudiciali: tamen ſuſtinerentur om-
nia ex poteſtate procuratoria, qua ſemper uſus fuit, & in
procedendo, & in inueſtiendo, & cõſequenter ſequitur, ꝙ
ipſe D. Gubernator legitimè proceſsit. & inueſtiuit. D. Iu
lium, & ſeruauit omnia, quæ ſecundum ſubiectam mate-
riam, erant ſeruanda. Ergo calumnioſè pro parte. D. Ni-
colai del Tonſo exaduerſo principalis exceptum fuit in
ſecunda inſtantia coràm R.D. Vicario patriarcali comiſ-
ſario apoſtolico, de nullitate proceſſus, & inueſtituræ pri
mæ inſtantiæ, factæ per dictum D. Gubernatorem, quia
nonnulla fecerit, quæ ſapiunt indaginem iudicialem, cũ
tamen nullam haberet iuriſdictionem. Do ſimile in arbi
tro, qui non habet iuriſdictionem, ſed tantum quandam
notionem inter partes de iuribus earum, de ſuo cõſenſu,
ut latè tradit Specul. in tit. de arb. §. differt autem. & eſt
ratio, quia conſenſus priuatorum, non dat iuriſdictionẽ.
l. priuatorum. C. de iur. omn. iudi. tamen arbiter dat dila
tiones, citat partes, examinat teſtes. l. pe. in fine. C. de arb.
c. præſentata. de teſti. l. fi. C. eod. tit. & profert ſententiam.
l. diem proferri. §. ſtari. ff. de arbi. & omnia ualent ex pri-
uata auctoritate data ſibi a partib. Et propterea idẽ D. Vi
carius, & iudex uidens calumnioſam exceptionem, uolẽs
procedere ad ulteriora in negocio principali, mandauit
procuratori. D. Nicolai, quòd reſpondere deberet petitio
ni Domini Iulij, & litem ſuper ea conteſtari, ſine tamen
præiudicio aſſertarum nullitatum, ſi quæ exſtarent. a qua
pronuncia pro parte Nicolai appellatum, cui non fuit de
latum. immo poſt friuolam appellationem idem pronun
ciauit litem haberi pro conteſtata negatiuè. Alia uero
pars, Videlicet D. Ioannes Franciſcus del Tonſo, & eius
conſortes, non ſunt uſi cauillationibus, quibus utitur Ni
colaus, qui poſsidet feudum, ſed litem ſunt conteſtati co-
ràm eodem D. Vicario & cauſa huiuſmodi appellationis
fuit pro parte D. Nicolai Reuerẽdiſsimę dñatio V. com-
miſſa. coràm qua uidẽdum eſt, utrum d. D. Nicolaus ap-
pellans, fuerit grauatus per pronunciam dicti D. Vicarij
iudicis apoſtolici, a quo fuit appellatũ, q. cauſa cognita
ſuper aſſertis nullitatibus, & uiſis productis, deductis, &
allegatis mandauit reſponderi debere petitioni. D. Iulij.
& litem ſuper ea conteſtari, ſine tamen præiuditio allega
tarum nullitatum, ſi quæ extant, ut dixi. Et prima facie ui
4 deretur dicendum D. Nicolaum bene appellaſſe: † Quia
iudex nullitatis, ſuper qua excipiens petijt ante omnia
pronunciari, debet primo de illa cognoſcere, & ſibi de illa
conſtito, ante omnia ſuper illa iudicare. Nec tenet pro-
ceſſus ad ulteriora ſuper negocio principali, reſeruata ex
ceptione Bar. in l. cum quærebatur circa finem. uerſi. ſi ue
ro eſſet alius iudex. ff. de re iudi. quem refert, & ſequitur
Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. col. 8. uerſi. Duo-
decimò quæro. ff. de pact. in fine quæſtionis. quando alle-
gat Bar. in d. l. & cum Bar. & Bal. uidetur tranſire Phili. de
Peruſ. in c. dilecto. col. 10. q. 10. de appe. uerſi. ulterius ad-
uerte. Vbi adducit rõnem, qa cã nullitatis eſt p̃iudicialis
ad cauſam principalẽ, ſi a ſententia (de cuius nullitate di
citur) non ſit appellatum. Nam ſi ſententia nõ eſſet nul-
la, tranſiuiſſet in rem iudicatam. Vnde non poſſet agens
de nullitate, inuito eo pro quo lata fuit ſentẽtia, amplius
de ipſius iniuſtitia cognoſcere. ¶ Secundò ad idem ad-
duco not. per Abb. in conſ. 14. inc. In cauſa. lib. 1. ubi per
plura iura, & rationes cõcludit, quòd ſi proponatur exce-
ptio defectus iuriſdictionis ad impediendum proceſſum
& petitum ſit ſuper ea pronunciari, quòd iudex non po-
teſt procedere ad ulteriora, niſi primo cognouerit de ex-
5 ceptis, & pronũciauerit ſuper illis. † Nec ualet reſeruatio
cognitionis, & diſcuſsionis exceptionum, quia iudex per
talem reſeruationem grauauit partem excipientẽ. & ideo
dedit illi cauſam appellandi. & ſequitur Feli. poſt alios in
c. exceptionẽ. col. 7. in 4. fall. de except. ſuper illo puncto,
quando opponitur exceptio defectus iuriſdictionis, uel
mandati. idem tenet Alex. in conſi. 182. inc. In cauſa. lib.
6. ubi poſt Hoſti. & Io. And. in c. cum contingat de off. de-
6 leg. tenet, † quòd non poteſt reus cogi ad reſpondendum
libello, reſeruata cognitione, & diſcuſsione ſuarum exce-
ptionum. ita Alex. ibi nu. 4. 5. Nam iſta reſeruatio, licèt
non reddat proceſſum futurum nullum, dat tamẽ cauſam
appellandi, ut tenent Bar. & Ang. in l. ſi quęramus. ff. de te
ſta. & Bar. in l. a procedente. C. de dilati. cum ſimi. ut per
Aret. in conſi. 106. clariſsime domine col. 1. & 2. uerſi. ſe-
& ſeruati omnes termini ſubſtantiales, ſicut in materia profana iuxta not. in l. prolatam. C. de ſentent. & ea, quæ traduntur per docto. in clem. diſpendioſam de iudi. & in clem. ſæpe de uerb. ſignifi. & fuerunt ſuper iſta actione deducti, allegati, & producti omnes ꝓceſſus formati coràm iudicibus eccleſiaſticis & ſecularibus, in quibus continetur totum meritum huius negocij, de quo dixi ſupra. Ea quibus conſtat de omnibus exceptionibus, & defenſionibus, ſupra pro fauore R. D. Hieronymi deductis, & allegatis etiam de conſenſu d. Lucretiæ, & d. Creuſæ. quæ omnia tendunt ad excludendam intentionem, & actionem ipſarum. Vnde de qua re iudex cognouit, de eadem debet iudicare, ex quo ita partes petierūt. l. qua re. & l. ubi cœptū. ff. de iudi. imputandum eſt. n. D. Lucretiæ, ita agenti, & cōtentanti, ꝙ cognoſcatur de materia, & negotio prędicto, & non excipienti, ſeu nnn docenti de aſſerta re iudicata
33 per dominos iudices ſeculares in offi. dñorum de xl. † q̄ tunc iudex in alia inſtantia poteſt de negotio iam deciſo cognoſcere, & iudicare, & naleret ſecunda ſententia contra primam. Ita Bar. Bal. Odofre. & Salic. in l. j. C. quando prouo. non eſt neceſ. do. Anto. Albe. & alij in c. inter monaſterium, ſuper glo. fi. fol. ulti. ubi latè moder. de re iudi. cum ſimuli. Mos enim gerendus eſt partibus. l. circa. ff. de proba. Do bonum ſimile: in c. 1. de reſtit. ſpolia. ubi ſpoliatus nō reſtituitur, ſed retardatur, ut inſimul cognoſcatur de titulo, (ſpoliato ita uolente) tacitè, uel expreſſè: Præterea negatur, quòd in q. noſtra d. Lucretia potuiſſet allegare rem iudicatam, & executionem coràm eccleſiaſtico petere, ſententiæ latæ ad eius fauorem per dominos de xl. quia ipſi non aliter canonizarunt dicta inſtrumenta, nec mandarunt ipſa exequi debere: ſed tantum leuarunt interdictum ad illa propoſitum, parte R. D. Hieronymi, quo fit, ut partes ſint in ſtatum priſtinum. Et ideò practica antiqua iudiciorum iſtius inclytæ ciuitatis fuit, & eſt, ſemper admittere partem ſuccumbentem contra ſententiam, per noua iura, & rationes. Sed coràm Dominis iudicibus eccleſiaſticis multa iura, & rationes fuerunt deducta, allegata, & probata de nouo, quæ ſupra latè deduxi. Ideo R. D. Hieronymus debet audiri, pro ut fuit auditus. et Reuerendiſs. do. iudex, qui de iuribus ipſarum partium eſt informatus, debet ēt de, & ſuper ipſis ſuā proferre ſententiam, ſm petita per d. Hieronymum, qui fouet ſummum ius, & abſolui a petitis pro parte dominarum Lucretiæ, & Creuſæ. Necnon aſſerta inſtrumenta adoptionis dictę d. Creuſæ, & aliud promiſsionis, conſtitutionis, & aſsignationis aſſertæ dotis duc. 3013. cum omnibus obligationibus, fideiuſsionibus, donationibus, renunciationibus, & clauſulis, cum omnibus inde ſecutis. Necnō omnia, & ſingula alia inſtrumēta de, & ſuper materia huiuſmodi, facta, geſta, & ſtipulata fuiſſe, & eſſe nulla, ſimulata, doloſa, fraudulenta, & ſuper falſis cauſis fabricata. & propterea nullam de iure mereri executionem, & cum expenſarum condemnatione.

Io. Bapt. Ferrettus Iureconſultus
Aduocatus Conciſtorialis.

AVdio moueri dubium ſupra deductis: Quia, cum materia concernat cauſam dotis Creuſæ, non uidetur in ea poſſe conſiderari defectus cauſæ in mutuo, ſeu credito Lucretię, ſuper quo fundatur aſſerta dos, & defectus adoptionis ex deductis in primo dubio per ea, quæ habentur in l. ſi donaturus. ff. de cōdi. ob cau. ubi fauore dotis, error non attenditur. Et per not. Bar. per illū tex. in l. cum is. §. ſi mulier. ff. de condi. indeb. ubi ſolutum per errorem ex cauſa dotis non repetitur, ſi manet adhuc cauſa pietatis. Et quia ualet promiſsio ſine cauſa, quia præſumitur dotalis, quæ aliàs nō ualeret. l. quod autem. ubi Bart. not. ff. de iur. dot. et quia multa ſunt priuilegia dotis, cum fauorem publicum reſpiciat. l. j. cum ibi. not.
1 ff. ſolu. matri. † ¶ Quibus non obſtantibus teneo allegata ſupra in præcedenti allegatione, de iure ſubſiſtere per tex. cū ibi. not. per Bar. Paulum, & alios, in d. §. ſi mulier a ceſſante pietate dotantis, quæ ceſſat in quæſtione noſtra propter nullitatem adoptionis. Nam ut dicit ibi. Bar. cauſa dotis non eſt fauorabilis, ut impediat ſolutæ repetitionem, ſed eſt pietas, quæ remanſit ibi in filia & ſorore reſpectiuè, non obſtante errore ſolutæ dotis per matrem, uel ſororem. Nam R. D. Hieronymus putabat ſubeſſe pietatem filiationis, quæ nō ſuberat, & mutuum adeſſe, quod erat falſum, & ſimulatum; ideò error ēt iuris attenditur ut ibi. Et dicit Paul. de Caſt. in l. qui ſe debere.
2 colu. 1. in fine. ff. de condi. ob cau. † quòd qui dolo inductus fuit ad promittendum dotem, non tenetur efficaciter: & ſi ſoluit; repetit; quia eſt exceptio fauorabilis, & ſecundum naturam pro promittente, principaliter, licèt ſecundariò ſit odioſa cōtra doloſum, allegat Petr. & Cyn. in d. l. ij. C. quòd met. cau. idem dicit Rapha. in d. l. qui ſe debere poſt Bar. d. l. ij. Ad idem pro R. D. Hieronymo uidetur caſus in materia dotis promiſſæ, in d. l. qui ſe debere putat. in princip. quem allegat Barto. in d. l. ſi mulier a ceſſante pietate filiationis, & ſororis. ubi Bart. Paul. An-
3 gel. & moder. dicunt per illum text. † quòd qui promiſit cauſa dotis, id, quod credebat eſſe per ſe debitum, ſi ineſt error, promiſſio uitiatur, & ſolutum repetitur, & in d. l. qui ſe debere probatur, quòd exceptio doli quæ competit promittenti dotem, & illam ſoluenti, ſi tertiæ perſonę ex debito putatiuo, quo credebat ſe alteri teneri, competit etiam eidem cōtra tertiam perſonam, cui facta fuit promiſsio dotis, uel ſolutio. Ita dicit ibi Angel. poſt medium. qui tex. optimè facit quæſtioni noſtræ, in qua do. Hieronymus fraude, dolo, & inſidijs Lucretiæ inductus credebat ſe illi debere ducatos 3013. & eiſdem rationi-
4 bus, iuſſu Lucretiæ, promiſit Creuſæ dotem illam, † contra quam competunt eidem illæmet exceptiones, doli, & turpis cauſæ, quæ competunt contra Lucretiam, ut probatur in d. l. ij. C. quod met. cau. & dicit Rapha. in d. §. ſi mulier, quòd ſi mulier extranea promiſit dotem marito nomine alterius mulieris, ex cauſa, ex qua ſe debitricem putabat, & eam ſoluit, quòd ſolutum per errorem repetit, allegat d. l. qui ſe debere. Vbi idem Rapha. col. 1. not. declarat illam. l. allegat etiam tex. in l. ſi donaturus. ff. eo. tit. Et quòd iſta exceptio doli competat promittenti dotem, & ſoluenti, ad repetendum, tenent communiter docto. per tex. in d. l. qui ſe debere, quia eſt æqua, naturalis, & fauorabilis, & in ea tractatur de damno euitando, cōtra uolentem lucrum, ex dolo, & turpi cauſa acquirere. ita tradidit Iaſon ibi. col. 5. in fine. & ſecunda. in principio. Ex quibus apparet etiam reſponſum ſatis ad allegata ſupra in cōtrarium, quia procedunt ceſſantibus dolo, fraude, ac turpitudine, & cauſa pietatis ſubſiſtente.

## SVMMARIVM.

1 *Attentata per iudicem a quo, poſt appellationem ab interlocutoria, ſunt nulla. & reuocantur, non obſtante quòd deſerta ſit appellatio ſi ueritas cauſarum appellationis probetur. aliàs non. & nu. 2*

3 *Attentata ſunt nulla, poſt legitimam appellationem a grauamine, quomodocunque appellatio etiam deſerta appareat, quia erat ſuſpenſa iuriſdictio iudicis, debet tamen deduci appellatio illa deſerta, incidenter, ad effectum, ut iuſtificetur.*

4 *Quando iudex delegatus fuit recuſatus, ſed minus legitimè ſi a non admiſſis recuſationibus pars recuſans appellauerit, & recuſatus ad ulteriora in cauſa proceſſerit, & ſententiam promulgauerit, ualent geſta per eum poſt recuſationem & appellationem, ſi appellatio fuerit deſerta, niſi ueritas recuſationum probata fuerit, uide in uer. Recuſatio.*

## CONSILIVM CCLXVII.

DATVR pro dubio deciſio Lapi alle. 5. col. fi. ſuper tertio quęſito, qui uoluit poſt do. Anto.
1 † ꝙ non obſtāte deſertione appellationis, de qua excipitur contra Laurentium, & Gaſparem, poſsit nihilominus peti, reuocari geſta per iudicem à quo, per uiam attentatorū, & nullitatis, quia facta per non iudicem, cuius iuriſdictio erat ſuſpenſa per legitimā appel-

appellationem a grauamine ante ſententiam d.Franciſci Cigotti. Quæ deciſio nihil facit pro aduerſarijs, niſi deducatur iſta appellatio deſerta, & probetur per appellantes de ueritate cauſarū ipſius appellationis. Ita expreſſè pluries repetit ipſe Lap. Et ita eū formaliter refert, & ſequit Philip. de Peruſ. in c. ſæpe. col. 10. ſuper gl. in uerbo Rata. de appel. ubi adducit rationem dictæ deciſionis. Quia ſi, præceſſit legitima appellatio, geſta per iudicē a quo non tenent, ex quo iuriſdictio erat ſuſpenſa, quæ non reconualeſcunt, appellatione deſerta, dummodo appellans poſt talem deſertionem, doceat de ueritate cauſarum appellationis. et allegat gl. quæ hoc dicit in c. licèt de ſenten. excommu. lib. 6. & glo. in d. uerbo Rata. et do. Anto. Imol. & Panormi. in eod. c. ſæpe. ſuper eadem glo. & deciſ. Rot. in non. 130. Item ſi poſt inhibitionem. Ad idem eſt deciſio prima. in nou. maximè in ſecunda additione, quæ ex-
2 preſſè uult, † q̧ ſi conſtat de deſertione notoriè ex actis non reuocantur geſta poſt eam, niſi prius iuſtificata appellatione per caſum iuris in c. non ſolum. §. illa uero de appel. lib. 6. & per multa alia iura ibi allegata per dictas deciſiones Rot. et pro prædictis eſt text. in c. cum ueniſſent, de eo, qui mitti. in poſſ. quem ibi. not. do. Anto. colu.
3 pe. circa medium. ubi in terminis dicit, † q̧ attētata poſt appellationem a grauamine, non ualidantur per deſertionem appellationis, non tamen reuocantur, antequam probentur cauſæ legitimæ appellandi. Et ibi colligit mirabilem practicam, q̧ deſerta appellatione lapſu tēporis, uel alio quouis modo, ut in caſu noſtro, licèt appellās nō poſsit appellationem deſertam principaliter proſequi, poteſt tamen ſuper attentatis agere de nullitate: tenetur tū appellans, incidenter de appellatione, & de legitimitate ipſius docere, & tunc retractabuntur attentata aliàs nō. Idem poſt Petrum, & Abb. antiquos, tenet Panor. in d. c. cum ueniſſent col. 2. in fi. uer. Petrus, & Abb. ſentiunt. ubi uidendum, quia optimè loquuntur. Sed aduerſarij non docuerunt de appellatione ſua formiter, quia nō receptis apoſtolis. Item non docuerunt, quando tempus habuerunt, de legitimitate cauſarum expreſſatam in ea, ut conſtat ex proceſſu. ergo deciſio Lapi allegata per eos, & data pro dubio, nihil facit pro eis, ſed pro Ioanne Franciſco
4 & Vincentio agentibus. † ¶ Præterea ille articulus fuit alias deciſus per Reuerendiſs. d. legatum ſub die x. Iulij 1542. ut habetur in proceſſu fol. 3. Nam Reuerendiſs. legatus inhibuerat d. Franciſco Cigotto ante prolationē diffinitiuæ: D. Franciſcus Gentilinus petebat moderari inhibitionem, quia cauſa coram d. Cigotto erat inſtructa, & ab eo auocata erat, quatenus non eſſet inſtructa. Aduerſarij dicebant cauſam nō inſtructam, quia Cigottus proceſſerat nulliter poſt recuſationem, & appellationem. Gentilinus replicabat appellationem eorum deſertā, & de deſertione docuit; quia Reuerendiſs. legatus ita requiſiuit, qua deſertione oſtēſa, ipſe moderauit ſuam inhibitionem. & ſic Reuerendiſs. d. legatus, auditis partib. tacitè ſaltem reiecit prætenſas nullitates, quæ modo refricantur in quæſtionē. ¶ Præterea, & ultra ſi R. D. V. tenet memoriā de iſtomet puncto in cauſa Zacea, quando pro parte Zachariæ dabatur de nullitate ſententiæ latæ per d. Pamphilum Auditorem ſub Verallo, quia promulgauerat illam poſt recuſationes, & appellationē. Et forte ſuccumbebam, niſi docuiſſem, q̧ illa appellatio erat deſerta. de quo docui. Cui deſertioni Reuerendiſs. legatus, & D. V. acquieuerunt, & mandarunt procedi ad ulteriora, ad expeditionē cauſæ. Non obſtante allegata ex aduerſo nullitate, ex capite recuſationum, & appellationis deſertæ, ex quo non fuerunt iuſtificatæ cauſæ appel. & ita de iure, in propoſita qōne faciendum eſt. & latius dixi in allegatione in dicta cauſa Zacca Paduana. nu. 19. inci. Dico illas. & in iſtamet cauſa, quia fuit datum aliud dubium, uidendum eſt infra alleg. 252.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici poſſunt per laicos conueniri, corā eccleſiaſtico ſuper iniurijs, damnis, expenſis, & intereſſe.*
2 *Si aliqui monachi commiſerint furtum, uel robariam, & rem deprædatam conduxerint ad monaſterium conuentus tenetur pro delicto monachorum ad damna, expenſas, & intereſſe, ex tacito conſenſu non reſtituendo rem, nec delinquentes puniēdo.*
3 *Quando capita collegij, uel uniuerſitatis delinquerunt, tota uniuerſitas poteſt puniri.*
4 *Si omnes de uniuerſitate deliquerunt, & non communicato conſilio, nec habito tractatu, tota uniuerſitas puniri poteſt.*

De Gualdo.

## CONSILIVM CCLXVIII.

QVOD prior, & conuentus de Inſulis teneantur Magn. do. Franciſco de iniurijs, expenſis & damnis, tenet Card. poſt Matth. in clem. 1. in uerbo ciuitas de pœnis. Vbi concludunt,
1 † q̧ clerici, qui iniuriantur laico debent illi ſatisfacere de prædictis, ſicut è contra. c. conqueſtus. c. olim de for. cōpet. cum ſimi. ut ibi per eos. Nec obſtat, quòd delictum illud uiolentiæ, & ſpolij non appareat factum communicato conſilio. & capitaliter ipſis congregatis ſecundum glo. in l. ſicut. §. quoniam. io uer. debetur. ff. q̧ cuiuſ. uniuer. nomi. Et doct. in c. dilectus el ſecundo. de ſimo. Quia
2 multipliciter reſpondetur. † Primò quia non procedit, quando aliqui de capitulo inuadunt rem alienam, & rem inuaſam ad monaſterium conduxerunt: & prior, & uicarius, & alij, qui faciunt capitulum, & ſic maior pars eorū patiuntur, & non reſtituunt rem, ſicut fuit in caſu q. noſtræ. Nam qui inciderunt arbores, aſportarunt illas ad monaſterium, ut dixi latius infra. allega. 254. Ita tenet Paul. Ioan. de Ligna. Petr. de Anch. in d. uer. ciuitas: cum alijs, ut per Cardi. & Imol. ibi. in 2. q. ubi adducunt rationes. Et latius Petr. de Ancha. in conſi. 158. ex narratis in facto. col. 4. uerſ. ſed ſi delictum habet cauſam ſucceſsiuā. ibi enim latè probat, quòd delictum commiſſum per aliquos de uniuerſitate, quòd habet tractum ſucceſsiuum, ut eſt rebellio, guerra, deprædatio, aſportatio bonorum, obligat uniuerſitatem ex tolerantia præſidentis capitulo, etiam ſine deliberatione, & pulſatione campanæ, uel congregatione ſolenni, quod multipliciter per iura, & rationes latè probat. ubi pro ueritate uideri poteſt. Idem Ana. in d. c. dilectus col. antepe. & pe. Secundò reſponde-
3 tur, † q̧ capitulum, ſeu conuentus tenetur de facto, & delicto ſuorum prælator. Ita probat idem Petr. in d. conſi. col. 4. uerſ. Item per hoc uidetur. Sed in q. noſtra ambo ſuperiores dicto conuentui, deliquerunt. quod probo, quia prior mandauit fieri delictum: & Vicarius ꝯuentus cum quatuor alijs fuit executus delictum ſibi iniunctum, ut ipſe Vicarius & alij ſocij confeſsi ſunt, ut conſtat in proceſſu in eorum excuſatione. Et ita cum prædictis cōcordat Feli. in d. c. dilectus col. fi. in ſecunda & tertia limit. & col. pe. in uerſ. Item quod principales. ubi, poſt Imol. & Bal. concludit, q̧ ſi principales, & præſidentes uniuerſitati delinquunt, tenetur uniuerſitas, quia repræſentatur in præſidentibus, qui deliquerunt. de hoc latius dixi. infra alleg. 254. Et licèt prædicta ſufficiant: tamen ex abundā-
4 ti, tertiò reſpondetur, † quia quando omnes de capitulo ſunt doli capaces, ut in collegio doctorum, & in conuentu monachorum, ſi omnes deliquerunt, puniuntur oēs, & ſic uniuerſitas. Ita tenet Ioan. de Ana. in d. c. dilectus. col. pen. in princ. poſt Bal. & Ang. Sed in q. noſtra prior & Vicarius cum alijs fratribus, qui repræſentant, & ſunt totum capitulum deliquerunt: Ergo conuentus ille debet puniri, & condemnari ad iniurias, expenſas, & intereſſe. Ita tradit Ang. io l. metum. §. 1. ff. quod met. ca. cum ſimi. ut latius dixi. in c. cum omnes. de conſti. nu. 57. 58. & infra alleg. 254. nu. 12. uer. tertio.

*SVMMARIVM.*

1 *Proceſſus factus per iudicem recuſatum non eſt nullus ſecundum ueram, & communem opinionem.*
3 *Et qd de proceſſu facto poſt appellationē a recuſato interpoſitā.*

4 *Et præſuppoſito pro uero, quòd ſit nullus: utrum reconualeſcat deſerta appellatione de qua notoriè conſtet in proceſſu.*
8 *Peruerſio ordinis unius cauſæ ad aliam non uitiat proceſſum.*
9 *Peruerſio ordinis ante litem conteſtatam non uitiat proceſſum.*
10 *Iudex, qui ex deductis in proceſſu præſumit de calumnia contra excipientem, & recuſantem iudicem, & appellantem, poteſt, immo debet eum repellere.*
11 *Statutum diſponens, quòd catur ad cõſilium ſapientis, uel quòd fiat compromiſſum, non habet locum in eo, contra quem eſt præſumptio calumniæ, quòd petat prædicta. & nu. 12*
13 *Quando præſumptio eſt contra aliquem de calumnia, non auditur ex cauſa allegata, niſi illam probet.*

De Madijs.

## CONSILIVM CCLXIX.

1 EST quæſtio ualde dubia, † utrum proceſſus
factus per iudicem recuſatum, ſit nullus. ſu-
per qua ſunt uariæ opiniones, ut patet ex re-
latis per doct. poſt Bart. in l. quia poterat.
ff. ad Trebel. & in c. ſi iudex. de off. delega. lib. 6. Vbi Phi-
lip. de Peruſ. refert quinque opiniones. Idem Philip. in
cap. cum ſpeciali colu. 8. 9. & 10. latius refert eaſdem opi-
niones. Et tandem dicit tenendam opinionem Innoc.
2 † quòd ſola recuſatio non ſufficiat. et atteſtatur eſſe * cõ-
* munem, quam latè defendit Rom. conſi. 220. col. 2. & 3. &
Deci. eandem firmat reſpondendo contrarijs. in d. c. cum
ſpeciali. col. pen. & fin. et Alexan. conſi. 67. uiſo themate
lib. 6. ubi concluſiuè loquitur, & relatis opinionibus di-
cit non eſſe iure cautum, proceſſum eſſe nullum poſt re-
cuſationem. Idem atteſtatur Philip. Corn. conſ. 247. inc.
Quam multa. col. pe. uer. etiã, quia regulariter in littera. Z.
3 lib. 1. hinc orta fuit alia quæſtio inter doct. † utrum ſit
opus appellatione a recuſatione nõ admiſſa ad effectum
nullitatis proceſſus. Et doct. etiam ſe diuiſerunt in duas
partes, ut patet in locis præallegatis. Nam Innoc. quem
multi ſequuntur, uoluit, ꝙ interpoſita appellatione pro-
ceſſus eſſet nullus factus poſt eã: & ꝙ iuſtificata eſſet ap-
pellatio ex eo, ꝙ appellatum eſſet a non admiſſa recuſa-
tione, ex iuſta cauſa per tex. in c. ſuper quæſtionum. §. fin.
de off. deleg. Contrariam uero opinionem tenet Ioan. de
Imol. in l. quidam conſulebat col. 7. ff. de re iudi. & in d. c.
cum ſpeciali. fol. ult. col. fi. ubi poſt relatas opiniones cõ-
cludit, ꝙ etiam poſt appellationem non ſit proceſſus nul
lus ex hoc ſolo, ꝙ appellatum ſit, niſi poſt inhibitionẽ, uel
niſi probetur coràm iudice ad quẽ, de legitimitate recu-
ſationum, per tex. in c. non ſolum. §. illa uero, de appella-
tion. lib. 6. et refert, & ſequitur eundem Deci. in d. c. cum
ſpeciali. col. fi. in fi. ibi. Sed de iure canonico. Quam opi-
nionem & ſequitur Philip. Corn. in d. cõſ. 247. col. fi. uerſ.
Nec obſtat appellatio. ubi mouetur per tex. in d. c. non ſo-
lum, per quem reſpondet Inno. & ſequacibus. Quia dum
dicit, proceſſum eſſe ualidum, niſi appelletur: quia ſi ap-
pellatum fuit, proceſſus reddetur nullus, iuſtificata prius
appellatione: quia tunc reuocantur attentata, quaſi nul
liter geſta. et iſta fuit etiam opinio Lap. Abb. in c. iudex.
de off. deleg. lib. 6. quem ibi refert Philip. & in d. c. cũ ſpe-
ciali. in 3. opinione. ubi dicit, ꝙ nullitas proceſſus pẽdet
a futuro euentu, & ibi Imola. col. pe. Nec repetitur lex ali
qua canonica, quæ annullet geſta iudicis a quo, poſt ap-
pellationem a grauamine, niſi illo iuſtificato coràm iudi
ce ad quem, uel niſi ſint geſta poſt inhibitionem. Et iſtam
partem tenet Abb. in d. c. ſuper quæſtionum. §. fi. per illũ
tex. in ult. not. qui loquitur de recuſatione, & de appella-
tione a non admiſſa recuſatione. & dicit Abb. in pe. not.
quod iudex grauat, non admittendo legitimam recuſa-
tionẽ. & in ult. not. dicit, ꝙ ſi appellatio fuit legitima, ſu-
ſpenſa eſt iuriſdictio iudicis recuſati, et attentatum poſt
talem appellationem eſt ipſo iure irritum. Subdit Abb. in
fi. declarata tamen rationabilitate appellationis declara
tur nulla, & ad hoc allegat d. c. non ſolum. Vbi attentata
pendent à futuro euentu, probandæ legitimitatis appel-
lationis. Sequitur ergo, ꝙ text. in d. §. fi. ſuper quo fundat
opinio Inno. & gloſarum, qui fundatur ſuper appellatio
ne nõ probat ſuam opinionem, niſi probata ueritate gra
uaminis, quod conſiſtit in ueritate recuſationum. Et iſta
opinio, quæ uidetur ueriſsima, comprobatur per ea, quæ
larè adducit Rot. in nou. in prima deciſ. in addit. 2. col. 2.
& 130. & per tex. cum ibi not. per Abb. & do. Anton. in c.
cum ueniſſent. col. 2. in fi. dando intell. ad illum tex. de eo
qui mit. in poſſ. & in c. ſæpe per doct. ſuper gl. in uer. Ra-
ta, de appel. ubi latè probatur, ꝙ geſta per iudicem a quo
poſt appellationem ab interlocutoria, non ſunt nulla ſed
pendent a futuro euentu, ubi ad hoc allegant multa iu-
ra. Sed non cõſtat de ueritate recuſationum in q. noſtra:
immo in proceſsibus cauſæ hmõi conſtat de aperta mali
tia, & calumnia partis aduerſæ, quæ plusquã decies ſub
friuolis cauſis a plurib. iudicibus appellauit, ut infra la-
tius dicam. Ergo non poteſt dici iuſtificatam eſſe appel-
lationem ſuam. Sed poſita opinione Innoc. & ſequacium
4 pro uera, inſurgit modo difficultas, † an proceſſus habi-
tus per d. Franciſcum Cigotto poſt appellationem & re-
cuſationẽ, ualidetur: an remaneat nullus, deſerta appel-
latione partis aduerſæ, quæ non recepit apoſtolos. ſuper
quo puncto Lap. alleg. 1. col. 1. uer. Secũdo, tenet, ꝙ rema
neat nullus. et mouetur primo, quia non ipſe recuſatus,
ſed arbitri eligendi habent cognoſcere de cauſis recuſa-
tionum. c. ab arbitris de off. deleg. c. legitima de app. lib.
6. d. c. cum ſpeciali. et quia recuſatus uoluit hunc ordinẽ
ſeruare, grauauit partem, & fecit contra iura: ideo licuit
appellare. & iuſta appellatio transfert iuriſdictionem iu
dici ad quem. ¶ Secundò allegat gl. in c. licèt de ſenten.
excom. lib. 6. in uerbo conualeſcat in fin. per illum tex. in
princ. ubi probatur, ꝙ deſerta appellatione legitima ex
cauſa uera, per negligentiam appellantis, non cõualeſcit
ſententia excommunicationis, nulla, poſt dictam appel-
lationem lata. Qui text. uidet hr̃e locum in qualibet alia
ſẽtẽtia, quæ ſit nulla ipſo iure. ut tenet gl. 1. in d. c. licèt.
¶ Tertiò allegat text. & ibi. not. per Petr. & Abb. antiq. in
c. cum ueniſſent de eo qui mit. in poſſ. ¶ Quibus tamen
non obſtantibus, teneo ꝯtrarium eſſe uerius ex pluribus.
5 † Et primò per deciſ. Rot. in antiq. 464. Nota, ꝙ attenta-
ta, quæ concludit, ꝙ innouata poſt appellationem a diffi
nitiua poſt ipſius deſertionem, non ueniunt per uiam at-
tentati reuocandi: quia propter deſertionẽ fingitur non
appellatum. l. furti in princi. ff. de his qui not. infa. Secun-
dò allegat ad hoc tex. per ſenſum contrariũ. in d. c. licèt.
idem tenet Rot. deciſ. 1. in nou. in princ. quę mouetur per
eadem iura. Tertiò ad idem, quia ſublato principali, ceſ-
ſant omnia, quæ principaliter, uel acceſſoriè ſequũtur ex
illo. l. iiij. C. depoſ. l. terminato. C. de fructi. & lit. expẽſis.
c. cum ceſſante de appel. cum multis ſimilib. Cum igitur
in caſu noſtro per deſertionẽ appellationis ſit ſublatum
principale. et ſic appellatio quæ erat cauſa annullatiua. er
go, & omnia ex illo ſecuta, uidelicet attentata, quæ habẽt
concomitantiam cum ipſa appell. quia fingitur nõ appel
latum. Nam Rot. in deciſ. Bell. 530. incip. Concluſio circa
6 medium dicit, † ꝙ deſerta appellatione non poſſunt peti
reuocari attentata ex priuilegio litis pendentiæ. quia ad
hoc requiritur ꝯtinua aſsiſtentia appellationis. Quartò
mouetur Rot. quia deſerta appellatione fingitur non ap-
pellatum d. l. furti in princ. et res deuenit ad eum ſtatum,
a quo potuit habere efficax principium: quia remota ap
pellatione reſtat tantum recuſatio, quę non annullat pro
ceſſum, ſecundum communem, & ueram opinionem ut di
xi ſupra in primo dubio. Quintò ad idem facit, quia pa-
ria ſunt non appellare, uel appellare, & appellationẽ non
proſequi. c. cum ſit Romana de appe. clem. quãuis. & cle-
men. ſicut, eo. tit. Vnde ſicut ſententia iudicis a quo, tran
ſit in rem iudicatam: ſi non appelletur. c. quo ad conſulta
tionem. de re iudi. ita per non proſequutionem, ut in ca-
ſu noſtro, & probatur in d. iurib. & in clem. ſi appellatio-
nem. eo. tit. Hinc ſequit̃, ꝙ deſerta appellatione reiectio
recuſationum, & pronuncia de procedendo ad ulteriora
per d. iudicem a quo, fuerat appellatum, tranſiuerunt in
rem iudicatã. & ſic geſta omnia reconualeſcunt. Nec ob-
ſtat. ſi dicatur nulla, quia negatur, ſine appellatione, &
ipſius

ipſius exiſtentia probata ueritate cauſarum. Sextò ad idẽ
mouet illa deciſio 1. quia exceptio deſertionis, de qua cõ
ſtat notoriè ex actis, eſt p̃iudicialis petitioni attẽtatorũ,
& nullitatis; quia fingitur non appellatũ; ideò non de-
bent geſta reuocari. Ita illa deciſio dicit in medio in pri
ma additione, quæ in ſecunda additione dicit, quòd at-
tentata poſt appellationẽ ab interlocutoria, niſi prius iu
ſtificata appellatione non reuocantur per caſum in d.c.
non ſolum. cum ſimi. ut ibi. Nec obſtat ſi dicatur, quòd il
la deciſio prima, & alia loquuntur in attẽtatis poſt appe-
7 lationẽ a diffinitiua: † q a appellatio diffinitiua magis in
ficit attentata poſt appellationẽ, quàm oppellatio ab in
terlocutoria, ut probatur in d.c. non ſolum in principio
iuncto. §. illa uero. Ideò allegata ſupra fortius urgent in
appellatione ab interlocutoria appellata deſerta appella
tione. Reſtat reſpondere cõtrarijs. Non obſt. prima ratio,
Lap. quòd cognitio cauſarũ ſpectat arbitris, quia fateor,
ſed non propterea infertur ad nullitatem geſtorum, patet
quia recuſatio non infert nullitatem, ſed tantum graua-
men, ſi procedatur, ſecundum ueram, & communem (ut
dixi ſupra.) Et ideo geſta pendent a futuro euentu d.c. nõ
ſolum. §. illa. Non obſtat alia ratio Lapi, quòd iſte iudex
non ſeruauit ordinem iuris, ut cauſæ ſuſpitionum iudica-
rentur per arbitros; ideò licuit appellare, quæ appellatio
transfert iuriſdictionem iudicis ad quem. Sol. iſta ratio
militat in quocunque grauamine, nam quælibet appella
tio iuſta deuoluit, & ſuſpendit. c. ut debitus cum ſimi. de
appe. Sed non ideò inducit reuocationem attentatorum.
& nullitatem, niſi probetur ueritas cauſarum, uel inhibi-
tum illi fuerit, & duret appellatio d.c. non ſolum. §. illa.
Sed in caſu noſtræ quæſtionis fuit appellatio deſerta, &
non conſtat de cauſia recuſationum; ergo &c. ¶ Non
obſtat peruerſio ordinis, quòd non ſit itum ad arbitros;
8 † quia iſta peruerſio ordinis de una cauſa ad aliam, non
uitiat, nec reddit actum nullum, ſed tantum dat cauſam
appellandi, l. j. ubi caſus. C. de appe. & ita per illum tex. di
cit Philip. in d.c. 2. requiris. col. 9. in 5. opinione in uerſic.
9 tertiò aduerte. & Deci. ibidem. col. pen. in fi. † item quia
ante litem conteſtatam præpoſteratio ordinis non uitiat
proceſſum. ita Deci. decidit in d.c. col. fina. in princ. poſt
Specul. in ſecunda parte operis in fi. procmij, & ibi Bal.
in additione, qui allegat Bar. in l. ſi quæramus. ff. de teſta.
in uerſi. quid ſi iſte ordo. & idem Bal. dicit in l. prolatam
col. 2. uerſ. quęro ergo. C. de ſent. Sed ordo in q. noſtra fuit
peruerſus a principio iudicij, ante libellum: ergo non ui-
tiat proceſſum. Non obſtat glo. in d.c. licet. in uerbo, con
ualeſcant. in fine, quæ ponderãt ſuſpenſionem iuriſdictio
nis; quia ſuſpenſio non arguit nullitatem, nec reuocatio
nem attentatorum niſi probata cauſa appellandi uera. di
cto. §. illa uerò & dixi ſupra. Non obſtat tex. in d. c. licèt
in principio: quia ſententia excommunicationis, quòd
ſit nulla poſt appellationem nec reconualeſcat ipſa deſer
ta, ut ibi, habet rationem ſpecialẽ fauoris animæ, in qua
uerſatur ius publicum. ita Petr. de Ancha. ibi. poſt Lap. in
2. not. & Philip. idem not. in 1. Quæ ratio ceſſat in alijs
cauſis maximè priuatorum. Et in caſu dicti. c. licèt debet
eſſe appellatio legitima, & probata uera. ita glo. 3. ibi in
principio in uerbo. legitima. quæ exponit. i. uera. Et ibi
not. Gemi. in primo & 3. not. Sed in caſu noſtro non con-
ſtat de ueritate cauſarum. ergo ille tex. non facit ad quæ-
ſtionem noſtram. Nõ obſtat alia ratio Lapi, quòd tex. in
d.c. licet, habeat locum in qualibet ſententia ut tenet ibi
gl. 1. approbata in principio: quia reſpondetur, quòd gl.
illa optime dicit. Sed loquitur in qualibet ſententia, quę
ſit nulla ipſo iure, abſque aliqua appellatione per tex. quẽ
ipſa allegat in c. finali. de re iudi. lib. 6. ubi eſt caſus cla-
rus pro ſua opinione de ſententia diffinitiua lata ſinè ſcri
ptis, quæ eſt nulla ipſo iure ſine appellatione. Sed ſi ab illa
fuerit appellatum, & appellatio deſerta, ſententia illa non
reconualeſcit: ex quo appellatio non erat neceſſaria. Et
docto. qui ſequuntur dictam gl. debent intelligi ſecundũ
terminos illius. Bar. in l. non ſolũ. §. liberationia uerba. ff.
lib. leg. Sed in q. noſtra ſecũdum Inno. & ſequaces, neceſ-
ſaria eſt appellatio à recuſatione reiecta, ergo ipſa deſerta
ceſſat fundamentum neceſſarium. ergo geſta poſt eam re
conualeſcunt per rationes Rot. de quibus dixi ſupra.
Non obſtat tex. in c. cum ueniſſent. quia reſpondetur, ꝙ
ille tex. non procedit, niſi probata cauſa grauaminis, &
appellationis; ut ibi latè per Abb. do. Anto. & alios in 2.
& 3. col. Ex alio etiam D. Frãciſcus Cigotto Decanus legi
timè proceſsit, non obſtantibus recuſationibus, & appel-
lationibus, quia ex actis cauſæ conſtat multipliciter de
aperta calumnia, & malitia partis aduerſæ excipientis, &
appellantis friuolè, cauſa differendi iudicium, & ne deue-
10 niretur ad examẽ teſtium: † ideò iudex etiam delegatus
non debet admittere exceptiones, maximè dilatorias, &
appellationes etiã alias legitimas, quando pręſumit illas
opponi cauſa dilatandi, & non eſſe ueras ueriſimiliter ex
præteritis calumnioſè geſtis. Ita tenet Inno. in c. poſt ele
ctionem. circa finem de conceſſ. pręb. Vbi loquitur de ex-
ceptione etiam legitima. & ita latius tenet Abb. in ca. ex
parte. el 2. in 2. not. de offi. deleg. ubi etiam dicit, quòd iu
dex non debet curare de appellatione quia non iuſtifica-
tur, niſi probetur ueritas exceptionis. idem tenet Abb. in
c. ſuper eo. col. fi. ſuper gl. antepe. eod. tit. ubi etiam addit,
quòd non debet admitti appellatio propter pręſumptam
calumniam, etiam ſi appellans, uellet eam incontinenti
probare. allegat gl. quæ hoc tenet in c. ſuſcitata in uerbo
ſententiæ. de reſti. in integ. tertio ad idem allego tex. in d.
c. ſuſcitata, quem ibi not. Abb. in 3. not. Vbi probatur, ꝙ
ex pluribus præſumptionibus calumniæ præcedentis ar-
guitur malitia excipientis de præſenti etiam ad repellen-
dam exceptionem peremptoriam. & Abb. ibi in 3. not. di
cit quòd iudex debet ex facili præſumptione malitiæ ex-
cludere exceptionem dilatoriã de qua agitur in quæſtio
ne noſtra. Et cum prædictis latè concordat Alex. in conſi.
65. col. 2. & 3. lib. 1. & in conſi. 31. col. 3. lib. 2. cum ſimi. ut
latè per Feli. in c. de cætero. col. 4. & 5. de re iudi. Et ex præ
dictis Ang. in conſi. 136. in quæſtione uertente col. 4. con
11 ſuluit, † quòd ſi ſtatutum requirit conſilium ſapientis nõ
habet locum, qñ malitioſè peteretur cauſa differendi li-
tem. Et tradit Ioan. de Ana. in c. ſuper eo. col. 2. de crimi.
12 fal. † Similiter in ſtatuto, quod præcipit compromiſſum
fieri. Nam ſi calumnioſè hoc petatur, non debet admitti,
ut not. Bal. in l. cum quędã puella. §. quoties. ff. de iuriſd.
om. iudi. Ang. in l. ampliorẽ. C. de app. §. fi. Paul. de Caſtr.
in conſi. 65. Viſis. & conſideratis in fi. & in conſi. 63. in cau
ſa appellationis ubi allegat tex. & ibi Bar. in l. ſatis aper-
tè. C. de falſ. & ita per illũ tex. tradunt Petr. de Anch. Ioan.
de Anan. cum ſimi. ut per Decium in c. licèt cauſam in 6.
not. de prob. & ex prædictis non poteſt inficiari, quin ma
xima ſit præſumptio malitiæ contra partem aduerſam,
quòd deduxerit recuſationes illas cauſa differendi iudi-
cium, & intricãdi proceſſum. & ideo grauatur durioribus
probationibus: nec illi eſt credendum, niſi dilucidè pro-
bauerit ueritatem recuſationum. ita not. in ſimili quęſtio
ne declarat Abb. in c. quia ueriſimile. in 2. not. de p̃ſump.
cum ſimi. ut ibi. latè per Feli. & ideò dixit Inno. in c. bonæ
de appe. & Rot. in nou. deciſ. 35. eod. titulo. quos refert, &
ſequitur Deci. in d.c. bonæ col. pe. no. 27. † quòd quando
ius commune præſumit contra appellantem: puta, quia
cauſa allegata non eſt ueriſimilis, tunc ueritas cauſę pro-
bari debet. Et ſi non probetur, attẽtata non poſſunt reuo-
cari. Ita dicit Idem Deci. in eod. c. col. 3. poſt Rot. & Inno.
Sed in q. noſtra ius commune præſumit malitiam contra
eum, qui ſæpe in eodem iudicio calumniatus eſt, ut proba
tur in d.c. ſuſcitata. & dixi ſupra. Et cauſa recuſationis ꝓ-
poſita contra Decanum, non eſt uero ſimilis, uidelicèt ꝙ
ipſe uoluerit ſibi cauſam committi promittendo ſenten-
tiam pro committente proferre; quia nulla ratio hoc ſua-
det; ideò recuſanti non eſt credendum, nec geſta per De-
canum ſunt reuocãda, niſi probata ueritate recuſationis.
Ex quibus concludo, quòd opinio Inno. quando loquitur
de appellatione, non ſit uera, nec communis: quia nulla
hoc aſſerit. & ſimiliter opinio Lapi de deſerta appellatio-
ne non probetur iure, & eius opinio non apparet per ali-
quem ſuper hoc puncto approbata. Nec ratio Lapi con-
cludit, quando dicit, quòd poſt recuſationem, & appella-
tionem

tionem iuriſdictio eſt deuoluta ad alium; cum duo in ſo-
lidum illam habere non poſsint. quia reſpondetur, quòd.
deſertio operatur hos effectus. Primus, quia perinde eſt ac
ſi non eſſet appellatum. l. fi. §. illud. C. de tempo. appella.
Secundus quia trahitur retro ad principium. l. furti præ-
allegata. Tertius, quia confirmat ſententiam appella-
tam gl. in uerbo appellatus circa mediũ in clem. ſi appel-
latione de app. ergo pronuncia competentiæ, & proceſſus
ad ulteriora, a quibus fuit appellatum, appellatione de-
ſerta tranſierunt in rem iudicatam. quia apparet ex pre-
dictis iudicẽ recuſatum per tractum retro, habuiſſe iuriſ-
dictionem contra rationem Lapi etiam reſpectu attenta-
torum poſt appellationem probat Rot. in prima deciſ. &
not. in d. l. furti. & prædicta approbat in ſimili caſu Alex.
conſi. 35. Viſo col. 1. lib. 4.

## SVMMARIVM.

1 *Valet appellatio coràm honeſta perſona, in abſentia iudicis, fa-
cta proteſtatione de illa in bona forma.*
2 *Appellans ſi comparet coràm iudice à quo, quando cenſeatur re-
nunciare appellationi.*
3 *Si poſt grauamen, grauatus comparet coràm iudice, utrum uidea-
tur renunciare appellationi futuræ, uel approbare graua-
men. & nu. 4.*
5 *Nuncij apoſtolici, in dominio Veneto, habent in facultatibus com-
mittendi appellationes a delegatis Papæ, & deuolutas ad ſe-
dem apoſtolicam.*
6 *Appellatione ſedis apoſtolicæ in materia communicata legato,
uenit ipſe legatus.*
7 *Nuncij apoſtolici cum facultatibus ad inſtar legatorum de late-
re cardinalium, habent eaſdem facultates cum cardinalibus.*

Bariſaua.

## CONSILIVM CCLXX.

VIDETVR prima facie dicendũ cauſam hu-
iuſmodi remittendam eſſe Reuerendo D. Cæ-
ſari iudici a quo; Primò, quia cum potuiſſet
per D. Dionyſium Auogarium appellari a de
creto R. D. Cęſaris Bacconi facto ſub die 7. Aprilis de exa
minando teſtes in præſentia ipſius, & appellaſſet coràm
honeſta perſona. appellatio uidetur nulla per text. & ibi
not. in c. ſi iuſtus metus de appe. cum ſimili. ut ibi per do
cto. & per Guiliel. Caſſad. deciſ. 8. Rot. in c. apellauerat de
appe. fol. 1. ubi plura ad hoc allegat. Secundò, quia procu
rator D. Dionyſij dicta die decreti comparuit coràm eo-
dem Reuerendo D. Cæſare, & uiſus fuit approbare dictũ
Decretum. & D. Dyonyſius Taruiſij die. 10. april. ſimiliter.
uidetur approbaſſe illud comparendo coram D. exami-
natore a domino Cæſare deputato per tex. in l. ſed & ſi. ff.
de iudi. & in l. 3. §. falſus. ff. rem ratam haberi. & in c. gra-
tum in fine de offi. deleg. Tertio appellatio uidetur nulla:
quia a D. Cæſare, qui erat delegatus Papę, fuit appellatum
ad Reuerendiſsimum D. legatum apoſtolicum, Venetijs
commorantem, & ſic ad inferiorem. c. ſtuduiſti de off. leg.
cum eſſet appellandum ad delegantem. c. ſuper quæſtio-
num. §. porrò de offi. deleg. cum ſimi. non ad parem uel
inferiorem. c. non eſt. de conſue. lib. 6. Quibus tamen non
obſtantibus, contrarium puto de iure uerius. Et pro re-
ſolutione primi dubij allego deciſionem Bell. nu. 381. &
Nicol. de Mil. in uerſi. appellatio fieri debet. Vbi uolunt,
1 † quòd ſi iudex ſe abſentet a loco iudicij pro ut fecit. D.
Cæſar, ſufficit appellare. coràm honeſta perſona, & ab ea
recipere apoſtolos, etiam ſi non intimetur iudici dicta ap
pellatio, & ſatis eſt proſequi illam coràm iudice ad quẽ,
cum proteſtatione tamen de abſentia, ut fecit. D. Diony-
ſius coràm notario, & teſtibus, ut conſtat in actis, & ita te
net Rot. in non. deciſ. 50. cum ſimi. ut per Guiel. Caſſad. in
d. deciſ. 8. qui per plura latè tenet, & probat hanc conclu-
ſionem, & reſpondet contrarijs, ad quem me remitto.
¶ Circa ſecundum, de comparitione facta coràm iudice
a quo, dico illã D. procuratoris, & illam D. Dionyſij co-
2 ràm examinatore non nocere. Primò, † quia fuerunt fa-
ctæ ante appellationem in termino decem dierum, quæ
non præiudicant appellationi interponendæ, pro ut fuit
interpoſita die 16. April. ita tenent Abb. do. Ant. Imol. &
Dominicus in d. c. gratum. col. 2. per illum tex. qui loqui-
tur de comparente poſt appellationem. idem tenet Inno.
in c. ſollicitudinem de app. cum ſimi. ut ibi per Philip. de
3 Peruſ. col. antepe. & per Feli. in d. c. gratum. col. 3. † ¶ Nõ
obſtat, quòd prædicti comparentes uideantur approbaſ-
ſe decretum D. Cæſaris, & ſic renunciaſſe appellationi:
quia reſpondetur contrarium apparere per comparitio
nes illas. Nam. D. Thomas non conſenſit decreto, immo
proteſtatus fuit de nullitate ipſius, & omnium agendorũ.
Item quia fuit coactus per Cæſarem, ſtante illo decreto.
ideo proteſtatus fuit de quibuſcunque exceptionibus, &
quòd citetur in loco D. Dionyſius principalis, qui Tarui-
ſij coràm examinatore ſe grauauit de dilatione ſibi aſsi-
gnata; & ſic coactus, & citatus ab illo, inſtetit eam proro
gari ad decem dies, rationibus ut ibi per eum. Ex quibus
non cenſentur approbaſſe decretum D. Cæſaris. ita tenet
Abb. in c. quo ad conſultationem. col. 7. & 8. de re iudic. &
in d. c. ſollicitudinem col. fin. cum ſimi. ut ibi per Philip.
col. antepe. qui conſiderat ſex caſus. Præterea comparitio-
nes illæ, tẽdunt ad impugnandum; idcò non præiudicãt,
cum non habeant conſenſum in iudicem uoluntarium,
ſed coactum: ex quo citati tenentur comparere coràm
eo ante appellationem. ita tenent docto. in locis prealle-
4 gatis. † ex alia etiam ſpeciali ratione illa comparitio D.
Dionyſij non nocet ſibi, quin potuerit appellare, etiam ſi
fuiſſet cõparitio uolũtaria, quia nõ fuit acceptata, immo
impugnata per partem aduerſam, ut conſtat in proceſſu.
ita tenet Abb. in c. gratum col. 2. uerſ. Adde aliam per tex.
in c. cum ueniſſent. ſecundum unum intell. gl. in uerbo ob
tulit. de eo qui mit. in poſſ. cum ſimi. ut ibi per Feli. col. 4.
in 3. fall. & per Philip. in d. c. ſollicitudinem fol. ult. col. 1.
in 2. limit. & ibi per moder. poſt eum, & per Soci. in regu.
25. fol. 6. fall. 1. ¶ Confirmo prædicta, quia grauatus, qui
eſt infra tempus appellandi, citatus a iudice grauante cõ
paret inuitus. l. inter ſtipulantem. ff. de uerb. oblig. Ideò
cenſetur in dubio uelle appellare infra tempus decẽ die-
rum, niſi expreſsè, iure appellandi per actum uoluntariũ
uideatur renunciare. Ita tenet Rot. in deciſ. Bell. 707. inc.
5 ſi ille in fine. † ¶ Circa tertium reſpondetur ad obiecta,
quia Reuerendiſsimus D. legatus ad quem fuit appellatũ,
in iſto caſu non eſt inferior, immo ſuperior: ideo bene ad
eum appellatum. Quod probo, quia legatus habet om-
nes facultates, quas habuerunt legati apoſtolici præceſ-
ſores, qui hucuſque fuerunt in Dominio Veneto ut cõſtat
per ſuas litteras in forma breuis. Sed Adrianus Roma-
nus Pontifex 6. per ſuas litteras in forma breuis miſit R.
D. Epiſcopum Feltrẽſem Thomam Campegium pro lega
to apoſtolico, ſeu nuncio cum facultate Cardinalis legati
de latere. Et inter facultates ſibi datas adeſt clauſula hu
ius tenoris. Et appellationum quaruncunque interpoſita
rum, & interponendarum ab ordinarijs & delegatis etiã
apoſtolicis, ſeu alijs tam in iudicio, quàm extra per te, uel
alium ſeu alios audiendi, committendi ſummariè, &c.
Per quæ uerba apparet legatum eſſe ſuperiorem delegato
apoſtolico, quia poteſt committere, & audire cauſas ap-
pellationum à delegatis Papæ, contra dictum c. ſtuduiſti
& c. ſanè el 2. in principio de offi. deleg. Ergo ualet appel-
latio ad eum cum ſit habilitatus, & ſuperior, loco & uice
Papæ. Secundo in litteris eiuſdem Papæ ſub plumbo eidẽ
directis, adeſt inter alias iſta clauſula, Et appellationum
quaruncunque ad ſedem apoſtolicam interpoſitarum, &
interponendarum ab ordinarijs, ſeu alijs, tam in iudicio,
quàm extra committendi, audien. &c. & iſta clauſula erat
neceſſaria per tex. & ibi not. in c. conſtitutus de appe. Vbi
dicitur, quòd legatus non poteſt cognoſcere, & diffinire
cauſam appellationis interpoſitam ad ſedem apoſtolicã.
6 † ſed appellatione ſedis apoſtolicæ uenit legatus. ita te-
net gl. in c. ſi Abbatem in uerbo tranſeundi de elect. lib. 6.
quam ſequitur ibi Ioan. Andre. & Philip. col. 2. ſuper d. gl.
Cum ergo appellatio de qua agitur ſit interpoſita ad le-
gatum

gatum Papæ, cenſetur interpoſita ad ſedem apoſtolicam
ſub cuius nomine uenit legatus, ut etiam dicit Barb. poſt
d. gl. in conſi. 12. inc. Difficile eſt. col. 3. lib. 3. qui reperitur
habilitatus ad cauſas huiuſmodi appellationum ut dici-
tur in d. litteris in forma breuis. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ
gl. & doct. in d. c. abbatem loquantur in legato de latere
7 Cardinali † qui extenduntur etiam ad nuncios, & legatos
inferioris gradus, qui habent facultates ad inſtar. & cum
facultate legati Cardinalis de latere: & ideò poſſunt om
nia, quæ cõceduntur cardinalibus, legatis, ut latè probat
Deci. in conſ. 128. inc. Licet. lib. 1.

## SVMMARIVM.

1 *Sub illis uerbis querelæ contra fratres nominandos, & liquidandos, quos repertos culpabiles petit condemnari, comprehenditur conuentus, ſeu uniuerſitas.*
2 *Appellatione perſonæ in materia fauorabili uenit uniuerſitas, ſecus in materia pœnali.*
3 *Iuramentum fidelitatis contra omnem hominem, comprehendit uniuerſitatem.*
4 *Procurator conſtitutus contra homines, poteſt comparere cõtra uniuerſitatem, & collegium.*
5 *Si formatur inquiſitio, contra quoſcunque delinquentes, cenſetur etiam formata contra uniuerſitatem.*
6 *Producens inſtrumentum, ſeu proceſſum ſimpliciter, cenſetur cõfiteri omnia in illis contenta fuiſſe & eſſe uera.*
7 *Confeßio adminiſtratoris uniuerſitatis, obligat illam, ratihabitione ſequuta.*
8 *Vniuerſitas tenetur de delicto illorum de uniuerſitate, ſi acceptat bona inuaſa deprædata per ſingulos.*
9 *Vniuerſitas tenetur de delicto aliquorum fratrũ facto, ſine alio tractatu, ex quo non puniunt ſingulos delinquentes.*
10 *Confeßio procuratoris, ſeu ratihabitio ipſius in diſcuſſione cauſæ facta, præiudicat domino.*
11 *Ex delicto capitum uniuerſitatis, uniuerſitas tenetur.*
12 *Si omnes fratres de conuentu, ſeu omnes de alia uniuerſitate deliquerint, etiam non communicato conſilio, uniuerſitas, & conuentus tenetur.*

## CONSILIVM CCLXXI.

NOBILIS Franciſcus de Gualdo, accuſat Vi
carium, & certos fratres nominandos Mona-
ſterij beatæ Mariæ de inſulis, & repertos culpa
biles, petit eoſdem puniri, iuxta formã iuris,
& condemnari, ſubiectis clauſulis, ſuper quibus omnibus
& ſingulis, petit ſibi ius fieri &c. omni meliori modo &c.
Poſtea comparet in iudicio frater Concordius Vicarius
dicti monaſterij, citatus ad ſe excuſandum, cum ſuis ſo-
cijs, & dicit ſe de mandato D. Prioris, cum alijs quatuor
fratribus, fuiſſe ad locum & incidiſſe certas ſalices, de qui
bus in querela, in qua etiam accuſantur, quòd fecerunt ſe
cari fœnum, ſuper certo paruo terreno pratiuo, poſſeſſo
per dictum D. Franciſcum, manu armata. Super quo ori-
tur quæſtio; utrum uerba querelæ, ſint apta comprehen-
dere conuentum, ſeu capitulum dicti Monaſterij. Secun-
do præſuppoſito, quòd ſic: Oritur ſecũdum dubium utrũ
uniuerſitas deliquerit: tertium dubium, nunquid proceſ-
ſus ſit formatus legitimè cõtra Vicarium, & alios fratres
ſingulares, qui fuerunt cum dicto Vicario ad incidendum
arbores, & fœnum ſecandum. Et contra conuentum di-
1 cti Monaſterij, Capio primum, † ſuper quo concludo, ꝙ
in uerbis querelæ contra fratres nominandos, & liquidan
dos, quos repertos culpabiles, petit cõdemnari, & puniri,
comprehendatur ipſa uniuerſitas, per ea quæ tenent gl. &
doct. in l. eos. §. cæteros in uerb. uſurarum. C. de uſur. quá
allegat Roma. ad hoc in conſi. 400. col. 1. in uerſic. tertio
2 ad idem, qui probat regulariter eſſe uerum, † quòd appel
latione perſonæ in materia fauorabili uenit uniuerſitas,
ſecus in materia exorbitanti correctoria, uel pœnali. Idẽ
3 dicit Bal. in c. 1. de no. for. fidel. ubi dicit † quòd ſi iuro ti-
bi fidelitatem contra omnem hominem; uideor ẽt iuraſ-
ſe contra uniuerſitatem. Ad idem eſt gl. in uerbo aliqui.
per illum tex. in c. ut circa de elec. lib. 6. ubi doct. Idem te-
net Ang. in l. nihil intereſt, in principio. ff. ad Maced. ubi
ponderat uerbum, Ne cui, de quo in l. 1. ff. eod. & dicit ſub
illo comprehẽdi uniuerſitas, cum ſimi. ut per Alex. in cõſ.
215. Nec arguendi ſumus. col. 8. nu. 6. 7. 8. 9. lib. 2. Et per
Deci. in conſi. 486. Viſis col. 1. & 2. Et tradunt doct. per il-
lum tex. in c. gratie, ubi D. Ant. in 4. not. & Abb. in pen. de
ſent. ex co. Ad idem eſt tex. in l. metum. §. animaduerten-
dum. ff. quod met. cau. ubi Bal. infert quod ſub lata ſigni-
ficatione, appellatione perſonæ, comprehenditur uniuerſi
tas. & ibi gl. in principio loquitur de collegio monacho-
4 rum. & ibi Bal. dicit, † quòd ſi conſtituo te procuratorem
contra homines, uideor etiam te conſtituiſſe contra uni-
uerſitatem, & collegium, qui etiam infert ad q. noſtram,
5 † quòd ſi formatur inquiſitio cõtra quoſcũque delinquẽ
tes, cenſetur etiam formata contra uniuerſitatem, allegat
Spec. in tit. de inquiſ. §. pen. uerſic. quid ſi inquiſitio. Ad
hoc facit tex. & not. ibi per Bar. & alios in l. ſi quis inten-
tione. ff. de iud. ubi legitur & not. quòd uerba libelli ſunt
latè interpretanda, ut conueniant intentioni libellantis,
& uerificentur ex deductis, & liquidatis in proceſſu. Ex
quibus remanet expeditum primum dubium. Capio ſe-
cundum, quòd cõuentus deliquerit, quia narratur in que
rela quòd uicarius & fratres inciderunt ſalices, & ſecarũt
fœnũ ſuper illo paruo terreno poſſeſſo per D. Franciſcum;
Et frater Concordius Vicarius pro ſe, & nomine quatuor
fratrum dicti conuentus, excuſando dicit ſe incidiſſe ar-
bores cum illis fratribus de mandato, & pręcepto D. prio
ris monaſterij, ſed iure hoc feciſſe. D. Frãciſcus in additio
ne ad querelam dicit, quòd frater Franciſcus arbores in-
ciſas aſportauit ad monaſterium. Cui additioni Vicarius
nomine monaſterij reſpõdendo dicit, arbores illas, aſpor-
tatas bene fuiſſe, quia erant conuentus, & inciſæ ſuper ſuo
terreno. idem Vicarius in articulis, quos producit nomi-
ne monaſterij deducit fœnum illud ſecatum per fratres
monaſterij, aſportatum fuiſſe per illos ad monaſterium,
tanquam ſuum, & illud conuertiſſe ad ſuum uſum, prout
faciunt domini de rebus ſuis. Poſt quæ ſuperuenit in iudi
cio frater Thimoteus Prior dicti conuentus, qui mãdaue-
rat arbores incidi, cum legitimo mandato conuentus, cũ
facultate ſubſtituendi, & laudandi, in ampla forma, qui
tanquam prior, & ſyndicus conuentus, facit mentionem
de actis & geſtis, & de productis articulis, & allegatis in
ſcriptura, nomine monaſterij producta per dictum Vica-
riũ. Et addendo prædictis, approbando ꝯtenta in articu-
lis, & ſcriptura ꝑdicta, petit, & obtinuit admitti dictos ar
ticulos ad probãdum, & teſtes produxit, & reliquum pro-
ceſſum, nomine monaſterij, tanquam prior, & ſyndicus cũ
D. Franciſco formauit, & procuratorem ſubſtituit, qui in
termino ad producẽdum omnia, produxit totum proceſ-
ſum, & omnia acta, & geſta ſuper iſta materia, ſimpliciter,
abſque aliqua proteſtatione de producendo in parte, &
6 partibus &c. Sed iuris eſt † quòd producens inſtrumentũ
proceſſum, & acta, cenſetur confiteri, & approbare omnia
contenta in eis eſſe uera, & ex ipſis productis poteſt ſequi
* condẽnatio. Ita Inno. & * omnes, in c. cum uenerabilis
de excep. Bar. in l. poſt legatum. col. 2. C. de his qui, ut in-
di. doc. in c. cum precum. C. de lib. cau. per illum text. cũ
ſimil. ut per Feli. in d. c. col. 7. uerſ. prima conclusio. Alia
etiam ratione confeſsio Vicarij nocet priori, & uniuerſi-
7 tati, † quia Vicarius eſt adminiſtrator, & negotiorum ge-
ſtor conuentus ideo confeſsio ipſius præiudicat, ſequuta
ratihabitione. l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interrog. acti. ita te-
net Abb. poſt D. Ant. in c. 1. ut lit. non conteſt. fol. pe. uerſ.
uenio nunc ad tertium membrum in principio. Sed prior
conuentus, & ſyndicus eiuſdem, quando comparuit in pri
ma ſua cõparitione die ultima Iulij habuit ratã cõfeſsio-
nem dicti Vicarij, & deducta, & allegata per eundẽ ſupra
in ſcriptura producta, & in articulis, in qua & quibus con
tinetur inciſio arborum, & fœni, & ipſarum arborũ aſpor
tatio ad monaſterium, & dicti fœni, & conſumptio eiuſdẽ
8 ad commodum conuentus † Ex quibus uniuerſitas tene-
tur de delicto fratrum ſingulariter facto, non commu-
nicato conſilio cum conuentu, ex ratihabitione ſequuta,
acceptando

acceptando bona inuaſa,& deprædata per ſingulos,quia
plus eſt facto,quàm uerbis approbare delicta, argumen-
to c.dilecti de appel.ita tenet Inno.in d.c.graue de ſen.ex
comm.Bar.in l.aut facta.§.fi.col.fin.uerſic. alterius quæ-
ro.ff.de pœn.per tex.in l.ſi ex dolo.§.1.ff.de dolo.idem te
net Paul.Ioan.de Ligna.& Petr.de Anch.in cle.1.in uerſi.
ciuitas per illum tex.ff.de pœn.ubi Imo.& Card.col.2.in
2.q.Idem tenent Abb.Ioan.de Ana.& Feli.in c.dilectus el
2.de ſimo.& Petr.de Anch.cõſi.158.Ex narratis in facto.
col.4.uerſi.Sed ſi delictum habet cauſam ſucceſsiuam, cũ
ſimil.ut ibi per Feli.col.fi.uerſi.ſecundo limita. ¶ Ex alio
9 etiam colligitur ratihabitio conuentus, † quia non puni
uit Vicarium,& alios fratres ſingulares delinquentes; ex
quo tenetur uniuerſitas,ſine alio conſi.ita Feli.poſt Card.
in d.c.dilectus.col.fi.uerſi.tertio limita,& Petr. in d.conſ.
col.4.uerſi.Et per hoc uidetur. ibi,in quibus patet &c.
10 ¶ Confirmo prædicta, † quia confeſsio procuratoris,ſeu
ratihabitio ipſius,lite conteſtata in diſcuſsione cauſę,per
niam cõtentioſæ iuriſdictionis præiudicat domino, ſicut
ſeotentia.l.Plautius.l.non ſolum. §.1.ff. de procur.l.4.ff.
de re iud.ſiue confeſsio procuratoris fuerit expreſſa, ſiue
tacita.c.2.de confeſ.lib.6.ita poſt Bart. & do.Anto.tenet
Abb.in d.c.1.fol.pe.uerſic.uenio nunc ad tertium. & licèt
prædicta ſufficiant ad docendum de delicto conuentus,
per ſubſequutam ratihabitionem; tamen exabundanti
11 ex alio capite probatur,quòd conuentus deliquerit,† q̃a
ex delicto capitũ uniuerſitatis uniuerſitas tenet.ita tenet
Ang.in d.l.metum.§.1.ff.quod met. cau. qui dicit, quòd
contra uniuerſitatem,poſſunt cõcedi repræſaliæ ex facto
adminiſtratorum; ex quo tota uniuerſitas dicitur deli-
quiſſe,quia principales repręſentant eam, & uim totius
conuentus obtinent.Ita Feli.poſt Bal.& Imo.in d. c. dile-
ctus.col.pen.uerſ.item quo ad principales . Et ita firmat
Petr.de Anch.in d.conſi.158.col.4.uer.ex iſtis igitur cla-
tè patet,ubi dicit iſtam opinionem eſſe claram, & multis
iuribus,& rationibus roboratam,licèt uideri poſsit rigo-
roſa . & iſta procedunt etiam non ſequuta ratihabitione
conuentus.Sed Bar.in d.l.aut facta.§.fi.col.fin.in pen.q.
poſt Cyn.in l.Iubemus nullam.C.de ſac.ſan. ecc. requirit
ratihabitionem , quæ opinio non uidetur uera, quia etiã
ſi unus ſolus de uniuerſitate priuatus delinqueret, ſi uni-
uerſitas delictum approbaret,teneretur per ratihabitio-
nem . Sed data etiam ueritate opinionis Bart. Dominus
Prior ſyndicus conuentus,in prima comparitione ſua, &
in productione proceſſus,& actorum,ratificauit huiuſmo
di delictum confeſſatum per uicarium, ut dixi ſupra; er-
12 go ſtat concluſio. ¶ Tertio conuentus deliquit † quia
omnes fratres de conuentu prædicto,cum Priore,& Vica
rio deliquerunt,qui fuerunt ſex,qui conſtituunt totum ca
pitulum,ut apparet in inſtrumento ſyndicatus, & ita con
feſſus fuit Vicarius in excuſatione querelæ,quando dicit,
quòd ipſe cum quatuor fratribus de mandato prioris in-
cidit arbores,& quãdo in ſua ſcriptura dicit, quòd frater
Fraociſcus aſportauit ſalices inciſas per ipſos D.fratres.
& in ſuis articulis,ubi dicit,li ſalgari piantati, & adeſſo
tagliati per detti D.frati,per uſo,& comodo ſuo,& di eſſo
poco terreno ſecaodo el feno,& quello tollendo,& in uſu
ſuo conuertendolo.&c. Quæ omnia D. Prior, & ſyndi-
cus in prima ſua comparitione,comprobauit ut dictum
eſt ſupra.Quo caſu uniuerſitas punitur,licèt,non commu-
nicato conſilio deliquerit, nec aliter ratificauerit . ita te-
net glo.in l.ſicut.§.1.in uerſi.non debetur in fine,quæ ulti
mo loco refert hanc opinionem.cum qua tranſit ibi Bal.
in fine.& idem Bal.in l.nulli ſuper glo.in uer.duæ.ff.quod
cuiuſcu.uniu.no.Idem tenet Bar.in l.2.C. de decuri. cum
ſimi. ut per Philip. Corn.conſi.224. Conſiderata forma.
col.4.uerſi.& maximè in littera.L.& colu.5. ubi rationes
ad hoc adducit.& ſaluat opiniones, & damnat opinionẽ
Nicol.de Mil.in quantum uoluit,quod uniuerſitas oblige
tur abſque alia deliberatione præcedente, ſi maior pars
conſentit.cuius dicta,breuitatis cauſa,non refero. & prę-
dicta ſequitur Deci.in c.cũ omnes ultimo fol.col.7.uerſi.
& ultra ea.quæ moderni dicunt.idem tenet Soci.in conſi.
59.Viſo.lib.1.Ex quibus fit concluſio,q̃ aut maior pars,
uel duæ partes uniuerſitatis delinquunt,non communica
to conſilio,& tunc uniuerſitas non punitur:aut omnes de
uniuerſitate deliquerunt,& tunc uniuerſitas puniri pote-
rit,licèt non cõmunicato conſilio deliquerit,nec ratum
habuerit.& hanc diſtinctionem ſequutus ſum in d.c.cum
omnes.in lectura impreſſa nu.57.58. in uerſi. ſecunda ſit
concluſio.Et ex his remanet expeditum ſecũdum Dubiũ.
¶ Circa tertium cõcludo,proceſſum eſſe legitimè forma
tum contra Vicarium tanquam ſingularem delinquentẽ,
& contra conuentum comparentem per ſuum Priorem
cum legitimo mandato,etiam cum facultate ſubſtituen-
di,& laudandi .

*S V M M A R I V M.*

1 *Clauſula poſita in teſtamento, Quòd ſuccedatur per uocatos in
fideicommiſſo,eo modo,quo ab inteſtato, quid operetur.*
*Per fideicommiſſum ſucceditur primo teſtatori.*
2 *In ſucceſsione tranſuerſalium,quando ſumus in remotiori gradu
a patruo,uel auo, proximior in gradu admittitur,excluſis om-
nibus alijs remotioribus,qui non ſubintrant in loco parentum.*
3 *Filius intrat locum patris ſolum quãdo agitur de hereditate aui
uel patrui ab inteſtato.*
4 *Clauſula,Salua ſemper gradus prerogatiua in teſtamento poſita
admittit proximiorem tantum in gradu,et una perſona in loco
alterius non ſubrogatur.*
5 *Teſtator præſumitur habere maiorem affectionem ad proximio
rem.*
6 *Per diuiſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, inter uoca
tos,non cenſetur alteratum ius ſuccedendi ſi fideicommiſſi ad-
huc non euenerat caſus.*
7 *Diuiſio hereditatis,facta contra mentem maiorum in fideicom-
miſſo,non obſtat tanquam erronea etiam facta poſtquam eue-
nit caſus.*
8 *Prohibitio alienationis bonorum,quia teſtator uoluit illa conſer
uari in domo ſua inducit ualidum fideicommiſſum ad prohiben
dum alienationem extra familiam.*
*Sed eſt magna quæſtio, utrum inter illos de familia, ſit inductũ
fideicommiſſum.*
9 *Prohibitio alienationis extra familiam,non excludit illos de fa-
milia, ſed inter illos ſeruari debent uerba fideicommiſſi,ut pro
ximior in gradu admittatur.*

## CONSILIVM CCLXXII.

IN præſenti cauſa Magnificorum Nobilium
familię de Portis,ſummariè attingẽdo dubia
propoſita; Ex themate ad me tranſmiſſo te-
neo indubitanter excellẽtiſsimum ac clariſ-
ſimum Doctorem,& equitem dominum Leonardum de
Portis ſolum, tanquam proximiorem, Fraociſco Mariæ
adhuc uiuenti,poſt ipſius obitum,ſine filijs,& deſcenden-
tibus,ſuccedere debere in bonis, & poſſeſsionib. de Quar
teſolo,& in domo magna,de quibus futura eſt controuer
ſia,quæ olim fuerunt in bonis, & hæreditate dominorum
q.Franciſci primi teſtatoris,& ſecundo loco Simonis di-
cti D.Franciſci fratris.quæ bona per eorum teſtamenta
fuerunt ſubiecta fideicommiſſo,modo,& forma, ut in ip-
ſis. Quod fideicommiſſum fuit poſtmodum ſucceſsiuis
temporibus confirmatum, & etiam ampliatum per q. D.
Ioannem Franciſcum Aloyſium,& Hieronymum fratres,
& filios.q.d.Simonis, excluſis omnib. alijs de dicta nob.
familia ſuperuiueotibus, tãquam remotioribus in gradu
à dicto Franciſco Maria,qui de præſenti tenet,& poſsidet
poſſeſsiones illas,ſeu partẽ illarum de Quarteſolo, & do-
mum prædictam.quòd probo ex infraſcriptis.Et primò,
1 quia in teſtamentis prædictorum adeſt clauſula, † quòd
ſuccedatur uigore fideicommiſsi eo modo, quo ab inte-
ſtato ſucceſſuri eſſent. Sed in poſſeſsionibus de Quarteſo
lo,& domo,tractatur de ſuccedendo primo teſtatori,& ſic
domino Frãciſco qui in dictis bonis primo ordinauit fi-
deicommiſſum.l.cohæredi.§.cum filiæ in uerſi. nec fidei-
commiſſo.ff.de uulga.& pupil.& ſic tractatur in quæſtio-
ne noſtra de ſucceſsione tranſuerſalium, etiã conſiderata
perſona

2 perſona Franciſci Mariæ,in qua † quando ſumus in remo
tiori gradu a patruo,proximior in gradu admittitur de
iure,excluſis omnibus alijs remotioribus uocatis de pa-
rentela Nobilium de Portis.Quod probo per tex.inſti.de
legiti.agnat. ſucceſſ. in princ.uerſi. hi ēt qui poſt mortē
ibi.Non tamen omnibus ſimul agnatis dat lex hæredita-
tem. Sed his,qui tunc proximiori gradu ſunt, cum certū
eſſe cœperit,aliquem inteſtatum deceſsiſſe,& in §. ſi plu-
res,inſti.eod.ibi. Aperte lex 12. tabularum ſi plures ſunt
gradus agnatorum,proximum uocat, & in uerſic. itaque
ponitur exemplum ſi ſit defuncti frater, & alter ſit nepos
ex fratre,patruus frater defuncti potior habet. Sed iſtud
erat ex l. 12.Tabularum, quæ corrigitur in nepotibus ex
fratre,qui ſubintrant locum parentum, & admittuntur
cum patruis,ad bona patrui defuncti ab inteſtato.ita de-
cidit tex.in §.reliquum,in auth.de hæredit.quę ab inteſt.
deſe. coll.9. & idem eſt quando tractatur de ſucceſsione
aui.§.cum filius,inſti.de ſucceſſ.quæ ab inteſt. Et idem in
tranſuerſalibus erat deciſum ſecundum iura Cod. l. con-
ſanguinitatis iure.C.de legi.hæredi & in l.ij.C. de ſucceſ.
edic.& in l.auunculo.C.commu.de ſucceſſ. quæ concor-
dant cum iure inſtitutionum,quæ ſimiliter ſunt correcta
per iura auth.in dicto.§.reliquum,ſolum,& duntaxat in
ſucceſsione patrui,ut ibi probatur in uerſi.huiuſmodi ue
ro priuilegium,ut in ſuorum iure parentum ſuccedunt ſo
lis filijs aut filiabus fratrum conceditur,& nulli alij om-
nino perſonæ. ergo in patruo magno,& in alijs tranſuer
ſalibus remotiorib. à patruo carnali, remanent iura an-
tiqua inſtitutionū,& Cod.incorreta, quæ proximiorē in
gradu ad ſucceſsionem ab inteſtato admittebant cæteris
excluſis.& ita not.Angel.per illum tex. in d.§. Reliquum
in 3.not.& Bart.in auth. poſt fratres. C. de ſu. & legi. qui
3 expreſsè dicit † quòd ſolum filius intrat locū patris quan
do agitur de hæreditate aui,uel patrui ab inteſtato,& ibi,
Salic. circa finem cum alijs ut per Alex.in conſi.44.colu.
5.in 5.lib.& ita latè poſt communem, & ueram opinionē
conſuluit Deci.in conſi.1.col.2.3.& 4.lib.1. ubi latè pro-
bat quòd quando ſumus in fideicommiſſo,ad quod uoca
ti ſunt filij teſtatoris,& in eorum defectum fratres ipſius,
& ab eis deſcendentes, & tractatur de ſucceſſ. tranſuerſa-
lium,pro ut in quæſtione noſtra,ſiue conſideretur perſo-
na D.Franciſci,primi teſtatoris,ſiue perſona Frāciſci Ma
riæ,admittitur proximior,ad quem teſtator uidetur ha-
buiſſe maiorem affectionem.ita Deci. ibi, qui reſpondet
ad contraris,quæ adduci poſſent. ¶Confirmo, quia in
4 teſtamento.D.Aloyſij adeſt clauſula; † Salua ſemper gra
dus prerogatiua.quæ clauſula repetitur in teſtamento D.
Hieronymi,qua ſtante,proximior admittitur,& una per-
ſona, in locum alterius non ſubrogatur. de qua clauſula
eſt tex.in auth.defuncto.c.ad Tertul. & ibi Paul. de Caſtr.
not.& Deci.eodem conſi.1.col. pen. & conſi. 6. in princi,
& col.fina.in 3.concluſione.inter conſi.40.lib.3.Ideo in-
fero,quòd D.Aloyſius male diuiſit bona prędicta per ſuū
teſtamentum,uocando nepotes ex fratribus duobus de-
functis,cum patruis eorum. ¶Adiuuantur prędicta per
tex.in l.peto.in §.fratre.ff.de leg.2.qui loquitur in fidei-
commiſſo domus facto per fratrem; & ſic in ſucceſsione
tranſuerſalium,qui tex.admittit proximiorem ad reuoca
tionem alienationis Domus factæ extra familiam teſta-
toris.& ita in terminis quæſtionis noſtræ (ſi bene aduer-
tatur,) per illum tex.& alia conſuluit Bal.conſi.57. Item
inſtituo.col.fi.nu.4.lib.2.& quòd remotiores non poſsint
de iure admitti ad ſucceſsionem,in concurſu cum Magni
fico D.Leonardo,tenent Bal.Rapha. Cuma.& Flori.de S.
Petro in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2. & idem
Raph.in conſi.106.inc.Mulier inſtituit maritum.col.fin.
5 ubi conſiderat affectionem teſtatoris ad proximiorem.
Idem Alex.conſi.205.Conſideratis uerbis col.3.lib.2. &
in conſi.4.Ponderatis uerbis teſtamenti col.4.lib.4. & in
conſi.129.Perſpectis his lib.5. cum alijs. ut per Decium,
qui ſecundum prædicta latè ſæpius conſuluit,in cōſ.79.
Viſo puncto.col.2.in principio.lib.1.& in conſ.412.Viſo
eleganti conſilio.per totum lib.3.ubi col.2.atteſtatur,ita
fuiſſe iudicatum in Rot.Rom.curiæ.& in conſi.553.in ci-
uitate Lucana,in princ.eod.lib.Sed poſtquàm incidit ſer
mo de diuiſione dictorum bonorum: Dicam etiam ali-
quid de diuiſione facta in teſtamento,per q. D. Hierony-
mum qui diuiſit dicta bona in tres partes, & male; quia
tractabatur de fideicomiſſo futuro cum adhuc nō ueniſ-
ſet caſus,quia adhuc uiuebant filij ſui,Ioannes,& Ludoui
cus fratres,pro ut adhuc uiuit Franciſcus Maria nepos
Ioannis ex filio ſuo Hieronymo,de cuius bonis ſubiectis
fideicommiſſo prædicto ſperatur quæſtio.ideo per illam
non fuit alteratum ius ſuccedendi ex fideicommiſſo anti
quorum,ſi in aliquo ipſe contrauenit: & illa non obſtan
te, eueniente caſu fideicommiſsi per mortem Franciſci
Mariæ,erit ſeruanda uoluntas, & fideicommiſſum primi
teſtatoris,& D.Simonis,ut in illis ſuccedat proximior, ſe
6 cundum quòd iura diſponunt. † Et quòd per diuiſionem
prædictam (ſi in aliquo deuiat à teſtamentis maiorum)
non ſit alteratum fideicommiſſum,cuius adhuc non eue-
nerat caſus: patet ex his,quæ poſt Bart. latè ſcribit Alex.
in l.qui Romæ.§.duo fratres. in quinta chart.ff. de uerb.
oblig.ubi reprobata opinione Angeli,ſequitur iſtam par
* tem,uti * communem.& ita tenet Rom.in conſi.403.Pro
deciſione in principio.& Bal.in conſi.69. Res prohibitæ.
lib.3.Raph.Cuma.in conſi.108.Teſtator.col.fi.& Fulg. in
conſ.41.caſus talis.in pen.col.cum ſiml.ut per Deci.in cōſ.
79.inc.Viſo puncto.col.3.uerſi.uenio ad ſecundum. & ſi
caſus etiam tunc eueniſſet,ſi eſſet cōtra mentē maiorum,
non obſtaret tanquam eronea,ut latè conſuluit Deci.cōſ.
6.in præſenti in 3.concluſione col.1.lib.3.inter conſi.40.
¶ Et quia requiſitus ſum etiam,ut dicam in ſpecie quid
iuris ſit de domo magna ſubiecta fideicōmiſſo, quæ aliàs
fuerat in bonis,& hęreditate Dominorum Franciſci & Si-
monis ſeniorum,quæ modo tenetur,& poſsidetur per Frā
ciſcum Mariam: & utrum eueniente caſu fideicommiſsi
per obitum eiuſdem,ad illam domum admittatur,& ſuc-
cedat ſolus Magnificus D.Leonardus,alijs remotioribus
excluſis non obſtante teſtamento, & ordinatione. q. D.
Aloyſij.Et teneo,quod ſolus tanquam proximior ſucce-
dere debeat.quod probo,quia D.Franciſcus primus teſta
tor ſubiecit,inter alia bona ſua, fideicommiſſo,etiam do
mum iſtam, & prohibuit illam alienari, cum adiectione
7 cauſæ,† quia uoluit illā teneri,& conſeruari in domo illo
rum de Portis.& in teſtamento.D.Simonis dicitur,inten-
tionis ſuæ eſſe,quòd hæreditas & bona ſua deueniant in
maſculos de domo illorum de Portis.Idem dicitur In te-
ſtamento Ioannis Franciſci,qui addidit uerbum, perpe-
tuo,& eadem uerba repetuntur in teſtamento Aloyſij, &
Hieronymi. Quib. ſtantibus ualuit. prohibitio alienatio
nis in extraneos,cum ratione illa,ut tenet glo. & Paul.de
Caſt.in l.quoties la prima.C.de fideico. Bar. in l.filiusfa.
§.Diui.col.1.ff.de leg.1.cum alijs,ut per Deci. conſi.481.
in caſu,de quo col.1.lib.3.in quo loquitur de Palatio ſuo
rum maiorum. Ex quibus uerbis,& alijs,de quibus in fi-
8 deicommiſſo,& teſtamentis † Vtrum inductum fuerit, &
ſit fideicommiſſum inter illos de familia Portuenſi; et eſt
dubium,quod uerſatur in magno pelago.Nam Bart.in l.
cum pater.§.cum inter,per illū tex.& gl.& Bar.in d. l. pe
to.§.fratre.ff.de leg.2.& Bar.& alij in l.ſi ita quis.§. ea le-
ge.ff.de uerb.oblig.cum ſimi.ut per Alex.in conſi.56.con
ſideratis uerbis col.fi.lib.1.& in conſi.23.cōſideratis col.
fina.lib.2.& conſi.59.Attentis uerbis col.5.lib.3. tenent
partem negatiuam,niſi in caſu contrauentionis uolunta
ti teſtatoris,quia fiat alienatio in extraneos. Et hanc par
* tem,quæ uidetur * communis, ſequitur Deci. conſi.422.
Et pro tenui.col.2.& 3.& in conſi.20.inter conſi.40. in 3.
lib.Sed idem Deci.in conſi.23.lib.1.per totum, latè pro-
bat,& defendit,quòd ſit inductum fideicommiſſum inter
illos de familia & reſpondet omnibus contrarijs. Idem
latè tenet in conſi.425.in caſu.col.2.& 3.& in conſi.481.
præallegato.incip.in caſu de quo col.1.& in conſi.23. in-
ter conſi.40.lib.3.& in conſi.584.Viſā per totum eod.lib.
ubi refert alios hanc partem tenentes. Cuius opinionē,
tanquam ueriorem, & pro qua ſæpius conſuluit, teneo
quia in teſtamēto D.Franciſci ponitur uerbum reſtituat,
quod importat fideicommiſſum.l.cohæredi.§.cum filiæ.
ita

ita dicit Bar. in l. Centurio. col. 7. & col. pe. quando loqui
tur de uerbis obliquis. ff. de uulg. & pupil. & quia in teſta-
mento. D. Simonis, & aliorum ſunt uerba clara inducen-
tia fideicommiſſum in multis locis, in quibus ſubſtituit
per fideicommiſſum ſuperuiuentes prædefunctis. ita Bar.
& alij dicũt in d. l. centurio, & in l. precibus. C. de impub.
Abb. & docto. in c. Raynaldus: gl. & docto. in c. ſi pater de
teſta. lib. 6. pro qua etiam in terminis conſuluit Bald. in
conſi. 57. Item inſtituo col. pe. in fine nu. 4. lib. 1. ubi alle-
gat iura, & rationes, & ibi loquitur in domo ſubiecta fi-
deicommiſſo, in quo conſuluit proximiorem de familia
ſuccedere in illa excluſis alijs conſanguineis tranſuerſali
bus, remotioribus, uocatis ad illam. in quo teſtamento
aderat clauſula, quòd proximiores in gradu ſuccederent.
Quæ clauſula adeſt expreſsè in teſtamento D. Franciſci ſe
nioris. & etiã ineſt uirtualiter in quæſtione noſtra, in qua
in teſtamentis adeſt clauſula æquipollens, quòd ſubſtitu-
ti ſuccedãt eo modo, quo de iure ab inteſtato ſucceditur
ut latè dixi ſupra. Secundò per clauſulã, Salua gradus præ
rogatiua. Et tenẽdo iſtam partem, quòd inter ſubſtitutos
de familia Portuenſi ſit inductum fideicommiſſum, non
potuit D. Aloyſius, uel alius de fratribus ſuis in ſuo te-
ſtamento alterare fideicommiſſa maiorum, nec aliter di-
9 ſponere de bonis, & domo. † Et licèt prohibitio alienatio
nis, extra illos de familia, non excludat illos de familia. l.
pater filium. §. 15. ff. de leg. 3. l. uoluntas, C. de fideic. cum
ſimi. ut ibi per moder. & tenet Bal. in conſ. 52. Subſtitutio
col. 2. lib. 2. & ſic domus tota, iure permittente deuenerit
in D. Ioannem: & ab eo deſcenderit in Frãciſcum Mariã,
tamen propter hoc non debet præiudicari uerbis fideicõ
miſſi, per obitum Franciſci, alias daretur materia alienan
di bona ſubiecta fideicommiſſo contra uoluntatem teſta
ſtorum ꝯtra l. fi. §. Sed quia. C. commu. de leg. & in auth.
res quæ. C. eod. & in l. Marcellus. §. res quæ. Et in terminia
q. noſtræ in reprobando quoddam teſtamentum, factum
per quendam Hieronymum comprehenſum in fideicom-
miſſo ꝯtra ordinata in teſtamentis maiorum, latè conſu-
luit idem Deci. in d. conſi. 584. Viſa prohibitione, per to-
tũ lib. 3. ubi uidendũ. & in d. conſi. 23. in caſu propoſito.
eo. lib. inter ꝯſ. 40. & licèt alia opinio Bar. & Alex. & ſequa
cium, quæ uidetur cummunis, quòd nun eſſet inductum
fideicommiſſum, faceret rumorem in practica: tamen in
q. noſtra nihil noceret, ex quo bona, de quibus agitur, nõ
deuenerunt in aliquem extraneum à familia Portuenſi,
nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, qui eſt effectus iſtius
opinionis Bartoli. Præterea in q. noſtra, res uerſatur in ca-
ſu claro, ex uerbis teſtamentorum, ut dixi. Ex quibus
omnibus concludo Magnificum D. Leonardum ſolum tã
quam proximiorem admitti debere ad bona, & domum,
de quibus ſupra, poſt obitum dicti Frãciſci Mariæ, exclu-
ſis alijs omnibus, de familia, uiuentibus remotioribus.
Primò, quia agitur de ſucceſsione tranſuerſalium, quo
caſu nullus ipſorum habet prærogatiuam, ut in locum pa
tris ſubrogetur, ut ſupra primò dictum fuit. Secundo,
quia agitur de fideicommiſſo, in quo etiam filius ex per-
ſona patris non admittitur, quia in fideicommiſsis attẽ-
ditur uolũtas, quæ magis prona eſt ad proximiores; quia
uidentur magis dilecti. Tertiò, quia illa uerba: Salua
gradus prærogatiua includit Magnificum D. Leonardũ,
& excludit remotiores. Quartò, quia in teſtamentis ma
iorum uocati ſunt comprehenſi in fideicommiſſo, ad ſuc-
cedendum eo modo, quo ſuccederetur ab inteſtato, quod
importat idem quod proximiores ſuccedant. Quintò,
quia Franciſcus Senior in ſuo teſtamẽto, uocat proximio
res, de domo Portuenſi. Et hac ratione utitur Deci. in d.
conſi. 1. col. fi. & Bal. in d. conſ. 57. Reliquum eſt reſponde
re ad aliud quæſitum: Vtrum Magnificus D. Leonardus
in euentum mortis Franciſci, & recuperationis dictę do
mus, teneretur reficere aliquid de expenſis per Ioannem
pro habendo integram domũ, & Teneo, quòd non: quia
ſi Ioannes in permutatione, ſeu cambio dedit aliqua de fi
deicommiſſu, quod debebat integrè, & liberè ſine dimi-
nutione alicuius quartæ, peruenire in Franciſcum eius ne
potem, in illo præiudicauit D. Leonardo, qui ſuccedere
debet dicto Franciſco, & ſic fiat compenſatio, & pro illis
bonis totam Domum retinebit. Laus Deo. opt. max.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia interlocutoria dicitur, quæ fertur ſuper aliquo incidẽ-
ti, uel emergenti.*
2 *Interlocutoria dicitur, quæ profertur inter media cauſa, & prin
cipalem non finit quæſtionem.*
3 *Illa dicitur interlocutoria, quæ ſpectat aliam ſententiam ſuper
negocio principali.*
4 *Abſolutoria propter libellum ineptum, uel inſtantiam peremptã
dicitur mera interlocutoria omni reſpectu.*
5 *Decretum cauſa non cognita, eſt interlocutoria, licèt tangat ne-
gocium principale.*
6 *Appellatio ab interlocutoria debet eſſe in ſcriptis cum expreſ-
ſione cauſarum.*
7 *Interlocutoria, quæ habet uim diffinitiuæ, ſi reſeruat iuriſdictio-
nem, debet in appellando regulari, tanquam mera interlo-
cutoria.*
8 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio cumulato cum petitorio dicitur
diffinitiua.*
9 *Si uero quæſtio poſſeſſoria ueniat incidenter in petitorio. Senten-
tia lata ſuper poſſeſſorio non inſtructo, erit interlocutoria.*
10 *Si quæſtio poſſeſſoria intentatur principaliter, ſine petitorio, ſen
tentia erit quaſi diffinitiua.*
11 *Sententia, qua pronunciatur abſtinendum eſſe a poſſeſsione dedu
ctu incidenter, uſque ad expeditionem negocij principalis, eſt
pura interlocutoria.*
12 *Metropolitanus non cognoſcit de cauſis ſuffraganeorum, niſi me
dio appellationis legitimæ, etiam ſi adeſſet conſenſus partium,
et delatio Vicarij, ſuffraganei, qui debet conſentire, & non ſuf-
ficit Vicarij conſenſus.*
13. *Si iudex deferat appellationi ſi, & in quantum, iſta delatio regu-
latur a iure.*

## CONSILIVM CCLXXIII.

QRITVR dubium primum inter partes: utrũ
decretum D. Vicarij Concordienſis iudicis
primæ inſtantiæ de qua in ſuo proceſſu fol. 6.
dicatur merè interlocutoria, uel habere uim
diffinitiuæ. & indubitanter teneo ipſam meram interlocu
toriam, quia mandauit capellano confraternitatis quòd
deberet abſtinere ab exercitio curæ animarum, & a bene-
dictionibus, uſque ad expeditionem cauſæ, quæ pẽdebat
corãm eo, inter R. D. Plebanum dicti loci, & ipſum capel-
lanum, & fratalcam reos conuentos. Quæ cauſa pende-
bat a quodam inſtrumento celebrato inter partes de an-
no. 1537. 14. Maij. ſup quo erat magna quæſtio inter par-
tes ſuper ualiditate, & obſeruantia illius, quæ requirebãt
altam indaginem. Capellanus autẽ, & fratalca, qui concẽ
debant ſe poſsidere iura prædicta, turbabant D. Plebanũ:
ut per Alex. conſi. 52. Viſo col. 2. lib. 2. Et moueor auctori
tate gl. ordinariæ in clem. prima in uerbo diffinitiua, de
ſequeſt. poſſ. & fruct. quæ dicit, † quòd illa dicitur ſenten-
tia interlocutoria quæ fertur inter principium, & finem
cauſæ ſuper aliquo incidenti, uel emergenti, cum qua per
tranſit. ibi Card. in 5. quæſtione. Et tradit Specul. in tit.
de ſent. §. 1. circa principium. Et Areti. qui appellat eam
gl. ordinariam in conſi. 20. inc. In quæſtione. col. 1. Sed de
cretum dicti D. Vicarij fuit factum ſuper iſto articulo in-
cidenti inter partes in principio cauſæ, ut patet in pro-
ceſſu, reſeruata cognitione negocij principalis: ergo di-
citur mera interlocutoria. ¶ Secundo ad idem allego
glo. magiſtram in uerbo diffinitiua in §. diffinitiua. 2. q.
2 6. in principio, quæ dicit, † quòd illa eſt diffinitiua, quæ
diffinit totum negocium; Alia uero eſt omnino interlo-
cutoria uidelicet, quæ non diffinit totum negocium. quã
refert & ſequitur Feli. poſt alios, in rubrica de re iudi. col.
2. in fi. uerſi. circa diffinitionem, ubi appellat illam gl. ma
giſtram, cum qua ibi pertranſeunt docto. Sed in q. noſtra
pronuncia de abſtinẽdo, donec uideatur de negocio prin
cipali, non diffinit. ſed tantum ſuſpendit ad tempus.

¶ Ad

¶Ad idem,& tertio allego do.Ant.in conſi.6.inc.An ſen-
tentia.in principio.qui dicit quòd illa dicitur propria in-
terlocutoria, quæ inter media cauſæ profertur, & princi-
palem non diffinit quæſtionem , cum ſimi. ut per Feli. in
ead. rubrica. col. 9. quando allegat Rot. in nou. deciſ.
21.& Nicola.de Mil.in uerbo,ſententia. Sed quæſtio no-
ſtra eſt huiuſmodi,quia reſeruat cognitionem,& deciſio-
nem ad negocij principalis deciſionem : ergo,&c. ¶Cõ
firmo prædicta per not.a Feli.in d.rubrica.col.8.quando
3 allegat Federi.de Senis.ubi dicit.† quòd illa dicitur in-
terlocutoria,quæ ſpectat aliam ſententiam poſt ſe ſuper
negocio principali, quod erat ſuper obſeruantia dicti in-
ſtri.Sed in quæſtione noſtra pronuncia iudicis parat uiã
ſententiæ diffinitiuæ,ſuper contentis in inſtrumento : er-
go erat pura interlocutoria,quæ ueniebat reparanda per
ſententiam diffinitiuã.Et cũ prædictis concordat Roma.
conſ.357.Dicitur.& conſ.358.In præſenti,ubi poſt dictas
gl.not.declarat prædicta.Opitimè etiam faciunt not.per
eundem Feli.in d.rubrica. col.11. quando allegat Areti.
4 conſulentem, & in c.examinata de iudi. ubi decidit,† q
abſolutoria ab obſeruatione iudicij propter libellum ine
ptum, uel propter inſtantiam perempram,dicitur mera
interlocutoria,omni reſpectu,quia non perimit ius actio
nis quin poſsit agi de nouo ſuper petitis , ſicut formali
ter contingit in caſu noſtro.Ad idem allego Bar. in l.non
fatetur.ff.de confeſſ.& Philip.in c.peruenit el 2.ſuper glo.
5 a.de appell.qui dicunt † quòd ubicunque iudex præcipit
cauſa plenè non cognita,illa dicitur pura interlocutoria.
Sed quæſtio noſtra eſt talis, quia D.Vicarius mãdauit illi
capellano,quòd abſtineret,cauſa non cognita.Sed ad ef-
fectum,ut de cauſa plenè cognoſcere poſſet (ut patet in
ſua pronuncia fol.6. Ergo illud decretum fuit merè in-
terlocutoria.Et licet tangat negocium principale curæ
animarum,& benedictionis : tamẽ quia nõ decidit illud,
ſed reſeruat latius diſcutiendum, & diffiniendũ,non pro-
pterea definit eſſe interlocutoria,quo ad obſeruationem.
6 c.primi de appe.lib.6.in principio ubi probatur, † quòd
appellatio ab interlocutoria nõ ualet,niſi fuerit interpo-
ſita in ſcriptis,cum expreſsione cauſarum : aliàs eſt nulla,
& non deuoluit negocium ad Metropolitanum.c. Roma
na.§.cum autem.& §.ſequenti.de app.lib.6. Sed capella-
nus ille pro ſe, & pro fratalea ab illo decreto appellauit
uiua uoce,& ſine expreſsione cauſarum,ut conſtat in pro-
ceſſu fol.7.ergo illa appellatio non deuoluit, quia nulla.
ita in terminis dicit Feli.in d.rubrica.col.12.uerſi. omnis
7 ſententia tangens negocium principale. ¶ † Quin immo
poſito , quod illa pronuncia aliquo reſpectu poſſet dici
habere uim diffinitiuæ : tamen quia non finiuit iuriſdi-
ctionem iudicis, ſed reſeruata fuit ad iudicandum ſuper
negocio principali , debuit in appellando regulari , tan-
quam mera interlocutoria ; & ſic ſeruari deciſio dicti. c.
1.ita magiſtraliter decidit Abb.in d.c.peruenit col. fi. de
appell.ubi ponit exemplum,quando iudex pronunciauit
non eſſe reſpondendum libello,tanquam inepto . Et addu
cit rationem,quia talis interlocutoria non finit officium
iudicis.& ideò appellans debet exprimere cauſas ratio-
nabiles coràm eo,ex quibus poſſet moueri,& mutare ſen-
tentiam ſuam & procedere in negocio principali. c. cum
ceſſante de appe.Sed in q.noſtra non fuerũt expreſſæ cau
ſæ,nec in ſcriptis appellatum : Ergo appellatio nulla , &
non deuoluens negocium ad metropolitanum : & ſic ad
Vicarium Aquilegien. qui non poteſt audiri alio medio,
quàm uia appellationis,ut probatur in d.ca. Romana.§.
cum autem.& §.ſequenti.cum ſimi. ¶Præterea probo ,
& aliter,quòd iſta pronuncia ſuper articulo poſſeſsionis
deducto incidenter per capellanum,& frataleam in iudi-
cio petitorij , intentato per D. Plebanum fundantem in-
tentionem ſuam de iure communi , ſuper cura anima-
rũ,& benedictionibus ſit mera interlocutoria: ex quo re-
ſeruat materiam poſſeſſorij,in cauſa petitorij, in deciden
da,de qua non eſt cognitum,per tex. qui decidit quæſtio
nem hanc in c.cum ueniſſent de inſtitu.quem tex. ad hoc
ponderat Inno.ibi in uerſi.interlocutus.Et eſt ſimilis tex.
in c.2.de ordi.cogn.circa medium.ibi.interloquendo. Et
Abb.col.pen.in 3.lectura.& do.Ant.not.in d.conſi.6.col.
2.in principio.&in d.c.cum ueniſſent in 3.lectura. & alij
ibi ſequuntur.Et quia Abb.in d.c.in 6.not.allegat glo. &
iura contraria in quibus dicitur, quòd ſententia lata ſu-
per poſſeſsorio dicitur diffinitiua.ut tenet gl.2. in fine. in
c.fina.de iudi.& gl.in c.conſultationibus de off.deleg.te-
nes quòd ſit quaſi diffinitiua.& tex.in d. c. cum ueniſſent
circa medium probat, quòd ſit interlocutoria. ideo do.
Anto.& Abb. in d.c.fina.de iudi.col.3.& 4.ſuper glo. 1.in
8 fine,diſtinguendo ſaluat opiniones . Et dicit, † quòd aut
accumulatur ſimul poſſeſſorium,& petitorium,& pronũ-
ciat ſuper utroque ſimul.& illa dicitur diffinitiua.ſi uero
deducatur petitorium,& incidat poſſeſſorium, ſeu accu-
9 mulat † & tunc ſententia prius lata ſuper poſſeſſorio tan-
tum,erit interlocutoria,ut probatur in d.c.cum ueniſſent
& in c.2.de ordi.cogni.cum ſimili.ut not. tradit Paul. de
Caſt.conſi.5.cauſa,quæ uertitur. col.2.in principio ſecun
dum antiquam impreſsionem in 1.& 2.dubio,ubi in pun
cto decidit quæſtionem noſtram per d.ca. cum ueniſſent.
10 †¶Si uero quæſtio poſſeſſória intentatur principaliter
per ſe,ſine petitorio : tunc in quantum habetur reſpectus
ad ſolam poſſeſsionem , dicitur diffinitiua : quia in ipſa
ſeruatur ordo iudiciarius ; & lis conteſtatur,quia diffinit
totum negocium poſſeſsionis , ut in c. conſultationibus
de off.deleg.& in c.accedens el primo.ut lite non cõteſta
ta. ¶Verum quia poteſt intẽtari petitorium, in quo ple
nius merita cauſæ tractantur & ſententia lata in eo,abſor
bet latã in poſſeſſorio , ut in c.cum dilectus de cau. poſſ.
& ſic hæc ſententia dependet à ſententia ferenda ſuper pe
titorio: ideò non poteſt dici proprie diffinitiua. Et ob hoc
gl.appellat eam,quaſi diffinitiuam,& in omnibus regula
bitur ut diffinitiua . Quæſtio ergo noſtra deciditur per
prædicta,in qua,orta materia quæſtionis inter partes ſu-
per iure exercendi curam animarum , & beneditionibus,
11 † & ſic ſuper petitorio,fuit incidenter pro parte Capella-
ni,& frataleæ deducta quæſtio poſſeſsionis,ſuper qua,nõ
ſeruata aliqua tela iudiciaria,ipſe iudex pronunciauit fra
taleam,ſeu ipſius capellanum debere abſtinere à cura , &
benedictione,donec decideretur articulus principalis ne
gocij : & aſsignauit terminum frataleæ ad opponendum
contra deducta per D.Plebanum,quę concernebant peti-
torium,ideo fuit actus merus interlocutorius. Et per hãc
rationem etiã mouetur ibi Paul.de Caſt.in fine primi du-
bij. unde ex prædictis ſequitur clara concluſio quòd nul
liter fuit appellatum ab illo actu mero interlocutorio :
quia incontinenti uiua uoce,& ſine cauſarum expreſsio-
ne.quo caſu non fuit ad metropolitani uicarium negociũ
deuolutum : & ſic nulliter proceſsit ſuper negocio princi
pali.d.c.Romana.§.cum autem. & §. ſequenti. ¶Et pro-
batur etiam in c.Romana in principio de for.compe.eo.
12 lib. † ubi expreſſe probatur,quod archiepiſcopus metro-
politanus,ſeu eius officialis,non poteſt procedere in ne-
gocio principali,omiſſo appellationis articulo etiam ſi
partes ipſæ expreſſum ad hoc ſuum præſtitiſſet aſſenſum.
quem tex.ad hoc not.ibi Ioan.Andre.Petr.de Anc.Gemi.
& Philip.in 1.& 2.not.Nam conſenſus partium non ope-
ratur,ubi agitur de iure publico contra l. prohibitionẽ ,
ut legitur,& not. in l.nemo poteſt. ff. de leg.3. ¶Nec ob-
ſtat ſi diceretur pro parte aduerſa,quòd conſenſus partiũ
ualet cum uoluntate Epiſcopi Diœceſani , & ſic epiſcopi,
ut archiepiſcopus poſsit, omiſſo appellationis articulo
cognoſcere de negocio principali,ut probatur in d.c. Ro
mana in principio ibi niſi de uoluntate ſuffraganeorum.
quia reſpondetur,quòd non aderat,pro ut non adeſt con-
ſenſus Diœceſani,& ſic epiſcopi Concordienſis. qui de ne
ceſsitate requiritur per illum tex.quem ad hoc ponderant
Io.And.Petr.Gem.ibi in prima quæſtione poſt not.& Phi
lip.in 2.not.ubi dicunt,quòd ad hoc, ut metropolitanus
poſsit cognoſcere de negocio principali,ſubditorũ ſuffra
ganeorum ipſorũ requiritur conſenſus partium,& epiſco
pi,i.Diœceſani per illum tex.qui ponderat uoluntatẽ ſuf-
fraganei . ſecus dicunt,ſi adeſſet uoluntas etiam expreſſa
ſuorum officialium,i.ſuorum Vicariorũ , niſi ad hoc ſpe-
ciale haberent mãdatum a ſuo epiſcopo c.fi.de off. Vica.
co.lib.

eod.lib.c.com nullus.§.1.de temp.ord.eod.lib.& ita uult
gl.in alia ſimili quæſtione.in clem.1.in uer. Diœceſanus
de for.compe.& ideo inferunt doctores præfati, quòd de
latio appellationis per Vicarios,& officiales epiſcoporũ,
interpoſitæ ad archiepiſcopum,ſine ſpeciali facultate,nõ
deuoluit negocium principale ad archiepiſcopum, etiã
conſentientibus partibus nec etiam deuoluit articulum
appellationis ut eſt nota.Inno.in c.1.col.fi.de appel.lib.
6.qui ad hoc allegat tex.in d.c.Romana,ubi Gemi.in ul-
timo not.& in 1.q.ante gl. ſed requiritur delatio facta per
ipſummet epiſcopum.Ergo ſequitur clara iuris concluſio
quòd D.Vicarius Aquilegien.iudex ad quẽ, nulliter pro-
ceſsit in negocio principali,procedendo in illa,etiam ad
ponendum,& articulandum. quia negocium huiuſmodi
ad eum non fuerat deuolutum. Vnde ipſe bene pronun-
ciauit,negocium ad ſe non deuolutum,& proceſſum corã
ſe formatum,nullum fuiſſe,& eſſe.Et conſequenter. D.Cæ
ſar Baceonus iudex prætenſus in cauſa appellationis à
metropolitano interpoſitæ,iniuſte pronũciauit,male per
Vicarium Aquilegien. iudicatũ, & bene ab eo appellatũ
&c. Quia eſt prouuncia contra iura clara, & deciſiones
approbatas per omnes docto. Quinimmo plus dico,
quòd etiam ſi ipſemet Diœceſanus Concordię ſic detuliſ-
ſet illi aſſertę nullę appellationi eo mõ,quo eius Vicarius
53 detulit,† qui reſpondendo illi,detulit ſi,& in quantum de
iure teneẽ, quòd huiuſmodi delatio,nõ deuoluiſſet, quia
regulatur pro ut de iure,ut ſtatim dicam. Sed iura non de
ferunt appellationi huiuſmodi nulliter interpoſitæ d.c.t.
de appe.lib.6.c.cum appellationibus eod.tit.quod illa re
ſponſio non deuoluat,niſi fuerit legitima,latè tradit Ro-
ma.conſi.77.Reuerende.col.1.circa medium, & cõſ.501.
ut declarationem accipiat.col.2.Ang.conſ.217.In cauſã
accuſationis col.3.uerſi.non obſtat ſi dicatur, ubi expreſ-
sè concludit,quòd ſi appellationi friuolę iudex deferat,
ſi & in quantum de iure tenetur,quòd non abdicauit à ſe
iuriſdictionem. Idem Bal. in repeti.l.edita: Paduana fol.
pen.col.3,uerſ.Item dubitatur.C.de eden.Philip.in c. ſæ-
pe.col.2,in 2.not.de appe.Feli.in c.cum contingat col.4.
uerſ.ulterius eſt conſilium de for.competen.

### SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas non reſtituitur ad appellandum ex hoc ſolo, quòd non appellauerit, uel minus legitimè, ſed tenetur docere, ſe læſam per ſententiam, a qua prætendit appellare.*

2 *Legatus ſedis apoſtolicæ, & gubernator Ciuitatis poteſt reſtitue re in integrum, in caſu, in quo doceatur de læſione, ex eo quòd non appellauit uel minus legitimè.*

3 *Aduerſus omiſſam neceſſariam probationem conceditur reſtitutio minori, & eccleſiæ. idem quando conſtat de notoria læſione.*

4 *Deneganda eſt reſtitutio quando malitioſè petitur, & cauſa prorogandi expeditionem.*

*Ad obtinendam reſtitutionem ad appellandum, uel aduerſus probationes omiſſas, utrum ſufficiat ſummariè docere de iuſtitia petentis ſe reſtitui, uel requiratur plenaria cognitio.*

5 *Aduerſus confeſsionem, uel contractum confirmatum per ſtatutum, uel per ſedem apoſtolicam non conceditur reſtitutio.*

6 *Non datur reſtitutio illi, qui intendit lucrum conſequi in damnum tertij.*

7 *Poſt concluſione in cauſa non conceditur reſtitutio, nec contra dolum præſumptum.*

Spilimberga.

### CONSILIVM CCLXXIIII.

VNIVERSITAS hoſpitalis, quæ fungitur
1 iure minoris † non debet reſtitui in integrũ
ad appellandum formiter, uel ſimpliciter, niſi
prius doceat uniuerſitatem, ex illa pronũcia
Vicarij Concordien. de abſtinendo a cura animarum, &
benedictionibus læſam.& ſic debet prius doceri de iniu-
ſtitia illius pronunciæ; nam potuit illa ſententia eſſe iuſta
pro ut in ueritate fuit maximè,ex quo concordat cum iu
re communi,& cum inſtrumento celebrato inter partes
del 1537.confirmato de conſenſu partium per legatum
apoſtolicum,in quo capellanus fratalez & ſyndicus pro-
miſerunt abſtinere à ſibi prohibitis.& ſic a cura animarũ
& ſic illa pronuncia eſt conformis uoluntati fratalez, &
eiuſdem Cappellani. Immo grauaretur uniuerſitas, ſi re-
ſtitueret ad appellandum,prius non conſtito de iniuſti-
2 tia dictæ pronunciæ. † Nec pro læſione ſufficit allegare,
quia non appellauit,uel informiter. Ita loquendo de mi-
nore tenet Bal.in terminis reſtitutionis ad appellandum
in l.fina.col.fina.C.de in quib. cau.reſti. in integ. non eſt
neceſſ.& Inno.in c.auditis de reſti.in integ.quem Abb.re
fert,& ſequitur,& probat uerum. in c.tum ex litteris. col.
5.eod.tit.uerſi.Sed dubium, eſt circa probationem fien-
dam.Et iſtam partem dicit Abb.uerisſimam,contra Bar.
in d.l.fi.in conſ.77.in quæſtione.col.4.uerſi. Aduertendũ
3 tamen.lib.2. † ubi loquitur in legato ſedis apoſtolicæ, &
in gubernatore.& Bal.& Abb.reſpondent ad l.minor.25.
annis.§.1.iuncta gl.ff.de minor.& eſt uera reſponſio. ubi
uidendum,& ita poteſt etiam reſponderi ad not.per Abb.
in d. c.Auditis.in 8.not.& in c.ſciſcitata in 2.not.eod.tit.
in quibus fit reſtitutio aduerſum omiſſam neceſſariam
probationem,per illa iura,alia probatione; quia ſatis cla
rè conſtabat de læſione,ex quo fuerat ommiſſum produ-
cere probationes neceſſarias,ſicut conſtabat in caſu. d.l.
minor.& latius hanc opinionem firmat Alex. poſt alios,
quos refert conſi.55.quoniam cauſæ.col.fin.lib.5.ubi di-
cit,quòd minor non debet reſtitui aduerſus appellationẽ
deſertam,ex eo,quòd ſit læſus; quia deſerta fuit appella-
tio. Sed oportet,quòd minor oſtendat, quòd ſi non eſſet
deſerta appellatio,ferri debuiſſet ſententia in eius fauorẽ
mediante iuſtitia,allegat.l.nam & poſtea.§.ſi minor. Vbi
Bart.& Bal.not.ff.de iur.iuran. Dicit etiam Alex. in fine,
quòd minor confeſſus aliquid contra ſe nõ auditur,petẽs
ſe reſtitui aduerſus confeſsionem ſuam tanquam læſus,ni
ſi probet ueritatem eſſe in contrarium,allegat Specul.qui
hoc dicit in eccleſia & minore.& Cynum,& Bal.ut ibi per
eum ubi, uidendum,quia breuitatis cauſa non refero.
Et quòd requiratur plena probatio,firmat Abb.poſt Inn.
in d.c. tum ex litteris.col.5.quando petitur reſtitutio ad
finem retractandi ſententiam;quicquid dixerit Rot.Bell.
infra alleganda. ¶ Ex quibus concludo, quòd uniuerſi-
tas illa non uenit reſtituenda ad appellandum, niſi do-
ceat prius de iniuſtitia dictæ prounciæ:& quòd interpo-
ſita appellatione ſententia pro uniuerſitate ſuper articu-
lo appellato,ueniret proferenda,ut dixit Alex.in d.conſ.
4 † Nã malitioſè petitur huiuſmodi reſtitutio,& cauſa pro
rogandi expeditionem, & ut ſe confoueat in intruſione
curæ animarum,& iſta ratione utitur Rot. in nou. deciſ.
87. Non ſufficit petere reſtitutionem ad appellandum.
Idem ſequitur Bell. deciſ. Rot. 418. petens ſe reſtitui. Vbi
in fine dicit,quòd de iniuſtia dictæ pronunciæ,& de iuſti-
tia petentis reſtitutionem, debet cognoſci per modum
præambuli,ſumariè.l.3.§.ſciendum.& §.ibidẽ.ff.ad exib.
Sed ut puto uniuerſitas illa non poterit docere, nec ſum-
mariè,nec plenariè de aliquo iure ſuo, ſuper articolo de
5 quo agitur † ſtante maximè confeſsione Capellani, & ſyn
dici,ac Prioris confraternitatis in dicto inſtrumento con
cordiæ,de bono iure R.D.Plebani,qui habet intẽtionem
fundatam de iure communi c. ad decimas de reſti. ſpol.
lib.6.confirmato per legatum apoſtolicum. quo caſu nõ
poteſt de iure concedi reſtitutio;ut decidit Soci. in conſ.
57.in cauſa col.3.lib.4.ubi conſuluit, quòd minori læſo
per confeſsionem ſuam,uel per contractum, ſi talis con-
feſsio,uel contractus fuit per ſtatutum confirmatus, non
ſubuenitur per reſtitutionem in integrum,iuribus, & ra-
tionibus,ut ibi per eum. ¶ Præterea non eſt reſtituenda
6 uniuerſitas † quia tractat de lucro captando in materia
ſibi de iure prohibita,& interdicta in damnum Reueren-
di D.Plebani, in qua materia laici ſunt prohibiti præſcri-
bere,quia illa poſsidere non poſſunt.c.cauſam de præſcr.
Nam laici ſunt incapaces huiuſmodi ſpecialiter, niſi oſtẽ
dant priuilegium ſedis apoſtolicæ c.maſſana.e.ſacroſan-

cta de

ſta de elect. capitulo Adrianus cum ſimilib. 63. diſtinct. capitulo bene quidem 96. diſtinct. Ita tenet Abb. in dicto capitulo auditis. colum. penultima. uerſ. not. ergo unam regulam. ubi dicit quòd minor, uel eccleſia non reſtituitur, niſi ubi tractat de damno pecuniario euitando, uel de perdendo lucrum. Sed ad lucrum, cum damno tertij non datur reſtitutio. l. ſciendum. ubi Barto. l. fin. ex quibus cauſ. maio. Bald. in l. pupillorum, ad fi. C. de repudi. hæredi. Bart. in l. j. in 1. quæſt. C. de ann. except. Ad prædi-
7 cta accedit, † quia uniuerſitas iſta ſtetit in ſua indurata mente per tres inſtantias, & binas contra ſe reportauit ſententias, & cognoſcens contra ſe imminere tertiam cõformem, poſt inſtructam cauſam, & plures monitiones ad ſententiam, attentauit beneficium reſtitutionis ad appellandum poſtquam uexauit plebanum per tres annos continuos: & ſic conuincitur ſtatalea de manifeſta calumnia, quo caſu deneganda eſt ſibi huiuſmodi petita reſtitutio, ut tenet latè Bald. conſ. 358. ſuper eo per totum lib. 3. ubi loquitur in minore petente ſe reſtitui poſt concluſum in cauſa: & contra dolum præſumptum non datur reſtitutio etiam minori. l. auxilium. primo reſponſo. ff. de minor. & Abb. in dicto capitulo auditis. col. 4. uerſ. ſed contra.

### *SVMMARIVM.*

1 *De criminibus imputatis epiſcopo conſecrato, merentibus depoſitionem, ſolus epiſcopus etiam delegatus a legato apoſtolico non poteſt cognoſcere, quia debent adeſſe omnes epiſcopi prouinciæ.*

*Et cauſa criminalis contra epiſcopum non poteſt diffiniri, incõſulto Rom. Pontifice.*

2 *Vtrum legatus apoſtolicus de latere poſſit ſolus deponere epiſcopum criminoſum, uel requiratur numerus epiſcoporum.*

3 *Si Papa delegat cauſam criminalem epiſcopi ſimpliciter, delegatus nõ poterit de criminibus cognoſcere, ſine præſentia epiſcoporum prouinciæ, niſi aliter caueatur in commiſſione.*

4 *Reſcripta principum intelliguntur ſecundum ius commune.*

5 *Proceſſus factus uigore reſcripti aliter intellecti, quàm dictat ordo iuris, eſt nullus.*

6 *Legatus etiam de latere non poteſt cognoſcere, uel committere cauſas, ordine iuris non ſeruato.*

7 *Idem a delegato Papæ, qui iudicando, tenetur ordinem iuris ſeruare.*

8 *Contra iura conciliaria Papa non poteſt uenire, niſi expreſſè illis deroget.*

9 *Accuſatores epiſcoporum debent carere omni ſuſpitione, et eſſe ſine crimine, & non inimici.*

10 *Quis non tenetur de homicidio, ſi poſt uulnera percuſſus ſanatus uidebatur, & negotia geſſerit, ſed poſt certum tempus ex febri, uel fluxu accidentali obierit.*

## CONSILIVM CCLXXV.

IN cauſa accuſationis contra Reuerend. D. Marcum Dionyſium Epiſcopum Cotonenſem conſecratum, & ſuffraganeũ. in eccleſia Nicoſienſis in Regno Cipri, cõmiſſa per Reuerendiſsimum D. legatum apoſtolicum R. D. Epiſcopo Maronitarum audienda, & inſtruenda, uſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè; contingit dubitari, utrum dictus Epiſcopus ſolus, uigore dictæ commiſsionis poſſit de huiuſmodi cauſa criminali cognoſcere, & ipſam inſtruere, attento maximè, quòd in querela, ſeu accuſatione, imputantur epiſcopo accuſato, crimina periurij, homicidij, & quæ ſapiunt hæreſim. quæ ſi probarentur, ipſe Epiſcopus poſſet deponi, & beneficijs priuari. Et arbitror epiſcopum, uigore dictæ commiſsionis, non poſſe de
1 criminibus huiuſmodi imputatis cognoſcere. † quia iura communia etiam conciliaria, noluerunt, quod de criminibus Epiſcopo imputatis cognoſcerent omnes Epiſcopi prouinciæ, cum Metropolitano ſuo ad minus xij. ut probatur in capitulo ſi quis epiſcoporum in princip. & in capitulo accuſatus, & in capitulo quamuis, & in capitulo hæc quippe. tertia quęſt. 6. in quibus iuribus aperte dicitur, quod cauſa criminalis epiſcopi audiri debet ab epiſcopis prouinciæ ad minus. xij. & quòd diffiniri nõ poſsit per ſententiam Romano Pont. inconſulto. Et in d. capitulo quamuis, dicitur hoc decretum fuiſſe ab apo-
* ſtolis Domini noſtri. Et ad hoc * omnes doct. not. illa iura. Idem probatur in cap. cuius in agendo, & in capitulo ſuggero. 3. quæſt. 8. ubi dicitur, quod epiſcopus accuſatus prius non audiatur, nec excommunicetur, uel iudicetur, quàm conueniant epiſcopi. xij. ut per eos, eius cauſa iuſtè audiatur, & rationabiliter diſcernatur: finis uero eius cauſæ ad ſedem apoſtolicam deferatur, ut ibidem determinetur, nec antea diffiniatur, quàm eius auctoritate fulciatur. Et in dicto capitulo ſuggero in princip. allegantur ſtatuta ueterum conciliorum: & illud decretum fuit factum in quarto Concilio Carthagineñ. ſub Felice Rom. Pontifice. Et iſta concluſio habetur per doct. in capitulo non poteſt de re iudic. & per Ioan. Bertach. de Firmo in tract. ſuo de epiſcopo in octaua pat. 4. lib. in capitulo de degradatione, & depoſitione epiſcopi, poſito in 5. lib. tract. fol. 118. ubi colum. prima. uerſ. ſecundo quæro, poſt Specu. in titu. de lega. §. nunc oſtendendum uerſ.
2 decimoſeptimo tenet, † quòd cognita cauſa, & formato proceſſu legitimè ſecundum prædicta, epiſcopus accuſatus (ſi ita meruerint delicta contra eum probata) poterit per legatum deponi, cum numero tamen epiſcoporum prædicto. Et ratio concluſionis adducitur per text. in capitulo qualiter, & quando, el ſecundo. de accuſa. in princip. in uerſ. & quia non poſſunt. ubi dicitur, quòd fama debet præcedere inquiſitionem delictorum maximè in prælatis, qui ſunt poſiti quaſi ſignum ad ſagittam: & quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio ſuo teneantur arguere ſubditos, & illos increpare & interdicere, & excommunicare: & ideò frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur, prout euenit in caſu quæſtio. noſtræ. Vnde ſit concluſio in capitulo primo incip. Accuſatores. 3. quæſtio. 8. quòd accuſatores epiſcoporum debeat carere omni ſuſpitione. quia columnas ſuas Dominus firmiter ſtatuere uoluit, non a quibuslibet agitari: & quòd in cognoſcendo de accuſatione epiſcopi, debeant congregari epiſcopi regionis ipſius habetur in ſexto Carthaginen. concilio in tertio canone incip. Aurelius epiſcopus circa medium in lib. primo Conciliorum. fol. 75. in quo allegatur etiam auctoritas Concilij Nicæni. & hoc etiam latè declarat Ioan. Cardi. de Turre cremata, in capitulo primo. 3. quæſtio. octaua. & latè per glo. & doct. habetur in capitulo illud. 23. diſt.
3 Et prædicta ſunt adeo uera † ut procedant, etiam ſi Papa delegaret cauſam criminalem epiſcopi ſimpliciter, quia delegatus ab eo, non poſſet procedere, nec de criminibus cognoſcere, ſine præſentia, & auctoritate epiſcoporum prouinciæ. xij. ſi adſunt tot, aliàs de uicinioribus. Iſta fuit ſolennis, & not. deciſio glo. in dicto capitulo primo. in fine tertia quæſtio. octaua. niſi ex forma commiſſionis Papæ, aliter cauſa appareret commiſſa, quia tunc illi ſtandum eſſet, ſecundum Ioan. de Fantuc. in capitulo ſi epiſcopus. 2. quæſtio. 6. Archid. Gemin. Præpoſ. & Cardinalis de Turre cremata in dicto capitulo primo, in fine dictæ glo. poſt Archidiac. ibidem. & ita aliàs ſeruatum fuit de anno 371. ſub Conſtantino Imperatore in Concil. Sardicen. in quarto & ſeptimo canone, ut habetur in lib. 1. Conciliorum. fol. 64. ubi nonnulli epiſcopi depoſiti a concilio appellarũt ad Papam. & ibi dicitur, ꝙ Papa poteſt committere cauſam appellationis epiſcopis alterius prouinciæ, uel per ſe, in urbe cognoſcere. Quæ opinio cõ probatur per tex. in c. cauſam quæ de reſcri. ubi eſt caſus,
4 † ꝙ reſcriptũ Papæ intelligit̃, & interpretat̃, ut nõ diſcordet a iure communi. Quem text. notat ibi Abb. in primo
* not. & ſequuntur * omnes alij cũ ſimil. ut ibi. per moder. col. 7. & 8. uer. interpretatio reſcripti. & tenet gl. in uerbo Noſcatur in fine in capitulo. 1. de reſcript. lib. 6. & eſt tex.

in l.reſcripta . C. de precibus imper. offer. & dici tidem
5 Abb.in eo.1.not. † quòd proceſsus aliter factus uigore
talis commiſsionis,ſeu reſcripti aliter intellecti, quàm di
ctat iuris ordo,eſt nullus: & ita debet caſſari. Per quæ in-
ſero not.ad commiſsionem Reueren. D. legati directam
epiſcopo Maronitarum , quæ ſimpliciter ab ipſo emana-
uit,quia debet regulari ſecundum iuris diſpoſitionem.
Et ideò infero , quòd ille ſolus non poteſt procedere ad
cognitionem cauſæ contra Reuerend.do.epiſcopum Co-
ronenſem, & quòd proceſſus per eum factus eſt nullus ex
defectu iuriſdictionis,nec ſuſtineri poterit talis proceſ-
ſus ex errore male intelligentium dictam com‧ſsionem
legati , ſiue Papæ . Ita Abb. in d. capitulo in primo not.
per illum tex.uerſ.Secundum dictum notabile. Quæ ſunt
bene notanda . ¶ Confirmantur prædicta per ea , quæ
tenet glo.magna in uerſ. figura in c.fina.de hæreticis lib.6.
6 circa finem, quæ expreſsè concludit,† quòd legatus de la-
tere debet cognoſcere,& committere cauſas ordine iuris
ſeruato, nec ualet eius commiſsio contra ius commune.
Vbi allegat plura ad hoc probandum cum ſimil. ut latè
per Feli.in c.1.colu.2.in uerſ.legatus.de reſcrip. immo il-
7 la glo.in fine expreſsè dicit, † quòd delegatus a Papa , li-
cèt in cauſa ſibi commiſſa ſit maior legato. capitulo ſtu
duiſti.de offic.lega. tamen in procedendo , & iudicando
tenetur ordinem iudiciarium obſeruare , ut probatur in
c.exhibita de iudi.& in c.2.& 3. de libel.obla.& in c.uni-
co de lit.conteſt.Quanto fortius aſtrictus fuit , & eſt iſte
epiſcopus Maronitarum delegatus legati , ſeruare iuris
formam,& ordinem in cognoſcendo,& in formando pro
ceſſum contra Reuerend.Do. epiſcopum Coronen. adhi-
bendo in cognitione huiuſmodi epiſcopos prouinciæ, ut
8 probant iura ſupra allegata, maximè conciliaria, † cun-
tra quæ,nec Papa poteſt uenire,niſi illis expreſsè per eum
derogetur , ut probatur in c.pe.de capell.monachorum.
& in c.1.de exceſsi.præla.in ſexto,& latè tradit Io.Andre.
ibi.& Archid.in cap.1.ſuper uerb.noſcatur.de reſcri. lib.
6.cum ſimil.ut latiſsimè per Feli.in c.nonnulli in princi-
pio.col.4.& 5.in uerſi.regula prima eſt iſta. & in uerſi. &
nota, quòd omnis conſtitutio concilij de reſcri. ¶ Con-
ſulo etiam , ut ſæpius fiat proteſtatio apud acta de nulli-
tate proceſſus maximè ex defectu iuriſdictionis .

¶ De perſonis uero accuſatorum dico,quòd poterât plu-
ribus rationibus a principio repelli,niſi Reuerend. dom.
epiſcopus querelatus conſenſiſſet in proceſſu cũ illis pro-
9 cedere,& oſtendere innocentiam ſuam. † Primò,quia ac-
cuſatores epiſcoporum debent carere omni ſuſpitione,
ut probatur in d.c.in principio.3.quæſt.8. Sed illi ſunt ſu
ſpectiſsimi,ut conſtat ex facto , & propter litis pendentiã
ſuper matrimonio . Secundò , quia ſine crimine , ut te-
nent glo.& doct.in capitulo primo.de accuſa. Sed accu-
ſatores ſunt multipliciter criminoſi , ut patet ex ſerie fa-
cti. et prout in exceptionibus domini epiſcopi dictum
fuit. Tertiò,quia laici,qui ſunt infeſti clericis , non ad-
mittuntur ad accuſationem clericorum criminaliter,mul
tominus contra epiſcopum,ut legitur,& not.in c.de cæ-
tero de teſti. & in c.cum P.de accuſa. cum ſimil.ut ibi per
glo.& doct. Quartò, quia accuſatores ſunt inimici di-
cti d.epiſcopi. quæ inimicitia cauſata fuit propter litem
ſuper matrimonio , & propter accuſationem legitimam
factam per d.epiſcopum in iudicio ſeculari contra accu-
ſatores. quę probata eſt propter uerba iniurioſa prolata
contra epiſcopum in eccleſia , aſtante populi multitudi-
ne. Probatur etiam per querelam præſentem factã con
tra d.epiſcopum,per quam apparet, ꝙ malo zelo , & tan-
quam inimici accuſarunt ipſum de aſſertis homicidio ,
& concubinatu,& filijs inde natis,& baptizatis more græ
corum.quæ ad accuſatores non pertinent,& nihil eorum
intereſt , ſed inimici ab accuſando repelluntur. c.cum.P.
c.cum oporteat.c.meminimus de accu. Et tenet glo.1.in
d.c.1.eod.tit. ¶ Quantum ſpectat ad periurium Reue-
rendo d.epiſcopo imputatum,nõ poſſum certum dare re-
ſponſum,quia pendet a facto deducto in proceſſu , quem
non uidi ; ideò iſtum articulum dimitto indiſcuſſum.
¶ Circa ɔcubinatum, de illo non faciam uerbum, ex quo
eſt materia de præterito delicto, quod nõ habet tractum
ſucceſsiuum,ſed præterijt ; & iura quæ puniunt clericum
concubinarium in toto titulo de cohab. cleri. loquuntur
de clericis,de facto tenentibus concubinas in domo; ma
ximè in c.1.& in c.ſicut.& in c.ſi quiſquam eo. tit. & in c.
ſi autem cum ſimili. ¶ Quâtum uero ſpectat ad filios,&
filias inde natas, ꝙ baptizati fuerint more græcorum , et
ſi d.epiſcopus conſenſiſſet, dico baptiſmum ualuiſſe, dum
modo ſeruata fuerint uerba,& forma baptiſmi in ſubſtã-
tia, licèt græci non utantur illo pronomine, Ego, ut legi-
tur,& not.in c.1. de baptiſmo , idem dico de ſponſalibus
contractis more grçcorum ; quia in huiuſmodi materia,
Greci etiam ſacerdotes,contrahentes matrimonia, tole-
rantur ab eccleſia Roma.ut legitur, & not.in c.cum olim
de cler.coniuga. Niſi ergo in baptiſmo illo , & matrimo-
nio,de quibus accuſatur d.epiſcopus,fuerint facta,& ob-
ſeruata aliqua, quæ ſapiant hæreſim in aliqua ſpecie a iu-
re damnata non poteſt d.epiſcopus aliqua pœna puniri ,
etiam ſi fuerit in aliqua culpa in obſeruantia ritus grçco
rum. Et quia non habeo ſpecialem informationẽ, in quo
deuiatum ſit a ritu Romanæ eccleſiæ ; ideò ulterius non
proſequor. ¶ De homicidio uero eidem imputato, ꝙ per
cuſſerit quandam puellam eius ancillam in domo ſua, ex
11 cauſa furti : † Si probabitur per eum, ꝙ ipſa poſt percuſ-
ſiones,facta fuerit ſana, ita ꝙ geſſerit negotia domus , &
ꝙ ſuperuixerit per tres menſes poſt percuſsiones , uel ꝙ
ipſa mortua fuerit per ſuperuenientẽ febrim cũ fluxu, ip-
ſe erit liber,& immunis ab omni pœna imputati homici-
dij,ut legitur,& not.in c.presbyterum de homici. & in c.
ad audientiam eo.tit.& in c.2.de cler.percuſ.& per glo.in
l.j.in uer.depulſa.C.de emend.ſer. quæ dicit ꝙ ſi poſt uul
nus , uulneratus finito triduo ambulauit pedibus ſuis ,
mors ſequens non imputatur offendenti, quam ſequitur
ibi Bar.& Salic.latius loquitur. Idem tradit Bald. in c.1.
quib.mod.feud.amitta.colu.3.uerſ.ſextò quæro.& in l. ſi
non ſimpliciter in 4.col.C.de ædil.actio. Et tradit Alber.
in ſecunda parte ſtatutorum.qu.37.incip. Item ſi aliquis
uulnerauit. & Petr.de Anch.in conſi.278.incip. Iure ſtatu
torum cum ſimil. Sit ergo Reuerendus d.epiſcopus cau-
tus in probando defenſiones ſuas,quas allegauit in con-
feſsione ſua, ꝙ aliàs uerberauerit dictã puellam, ſed quòd
ſuperuixit per tres mẽſes,& quod geſsit negotia domus,
uel ꝙ obijt , & febri accidentali : & proteſtetur omnino
de nullitate proceſſus maximè ex defectu iuriſdictionis .
& ꝙ cogitur facere ſuas defenſiones, propter defectũ ſu-
perioris, ad quem non potuit habere recurſum. Nec tolli
tur exceptio nullitatis proceſſus ex defectu iuriſdictio-
nis allegato ex eo , quòd conſenſerit d. epiſcopus , quòd
procedatur ad inſtantiam accuſatorum, cum intendat
docere de ſua innocentia : quia reſpondetur , quòd defe-
ctus iuriſdictionis non ſanatur cõnſenſu partium , l. pri-
uatorum.C.de iuriſdict.omnium iudic.cum ſimil.
¶ Quantum ad alia obiecta in querela , quæ reſpiciunt
proceſſum , cum tangant iura partium litigantium , ue-
niunt tractanda ciuiliter in cauſa appellationis inter ip-
ſas partes .

## SVMMARIVM.

1 *Bona eſt appellatio a delegato Papæ ad ipſius legatum in prouincia, quando Papa dedit legato facultatem per ſe , uel alium audiendi & decidendi cauſas appellationis a delegatis ſuis.*

2 *Ne uerba priuilegij reddantur ſuperflua , caſus omiſſus in eo , cenſetur in illo comprehenſus.*

3 *Priuilegium latè interpretatur, quando præiudicat tantum concedenti.*

4 *Ordinarij iudices in partibus ſunt inferiores delegatis Papæ.*

5 *De appellatione interpoſita ad Papam , ſeu ad ſedem apoſtolicam legatus non poteſt ſe impedire, niſi hoc caueatur in literis legationis.*

*6 Conceſſa*

6 *Conceſſa iuriſdictione cenſentur conceſſa omnia media, per quæ deuenitur ad ſententiam.*

## CONSILIVM CCLXXVI.

TENOR litterarum fel. recor. Adriani Papæ
vj. in forma breuis ſub dat. Romæ 1523. die x.
Martij, ſuper puncto, de quo eſt quæſtio. Et ap-
pellationum quarumcunque interpoſitarum &
interponendarum ab ordinarijs & delegatis apoſtolicis,
ſeu alijs per ſe, uel alium committendi, audiendi, decidē-
di & fine debito terminandi. Cuius clauſulæ uigore arbi-
trot bene appellatum fuiſſe a d. Cæſare Baccono delega-
to apoſtolico a quodā ſuo decreto ad Reuerendiſs. D. V.
1 ex infraſcriptis rationibus. Prima, † quia Papa fecit lega
tum ſuum in Dominio Veneto in huiuſmodi appellatio-
ne ſibi æqualem, dando illi facultatem cōmittendi alijs,
uel per ſe audiēdi cauſas appellationum a delegatis ſuis
interpoſitarum & interponendarum; propter quod ſubla
tum fuit. c. ſtuduiſti de off. leg. ideò bona fuit appellatio
præmiſſa ad Reuerendiſſ. d. neſtram, quę in hoc eſt par &
2 æqualis Papæ. Secunda ratione, † quia, ne uerba priuile-
gij reddantur ſuperflua; caſus omiſſus in eo, non cenſe-
tur relictus diſpoſitioni iuris; ſed in illo comprehenſus,
ut probatur in c. in his, de priuil. ibi: cum autem eis ni-
hil conferret memorata indulgentia, & in fi. ibi. ita, quòd
dicti fratres aliquam ex indulgentia noſtra uideantur in
hoc gratiam conſecuti. Quem tex. not. ibi do. Abb. in ſe-
cundo notab. cum infinitis concord. ut per Felin. in c. 1.
colu. 5. & 6. uerſ. priuilegium, de reſcript. Quæ concluſio
eſt uera in caſu noſtro, in quo priuilegium Papæ confert
ius legatis ad commodum ſubditorum, & ſine damno
tertij. Declarat idem Feli. in dicto capitulo colu. 7. uerſ.
3 declara. † & licèt præiudicet concedenti; tamen latè in-
terpretatur. capitulo quia circa de priuileg. ubi docto.
cum ſimili. ut latè per Feli. in capitulo cauſam quæ, colu.
12. uerſ. tertia declaratio, de reſcript. Sed ſi non eſſet bo-
na appellatio in quæſtione noſtra a D. Cæſare delegato
Papæ ad legatum eiuſdem, priuilegium Adriani in illa
clauſula eſſet fruſtratorium. quod oſtendo: quia de ap-
pellatione interpoſita a delegato Papæ ad epiſcopum me
tropolitanum, ſeu patriarcham, uel primatem in domi-
4 nio Veneto non poteſt intelligi, † cum ipſi ſint inferio-
res ipſo delegato in cauſa eidem commiſſa, ut probatur
in cap. ſanè de offic. delega. & appellatio ad inferiorem,
uel parem non procedit. c. 2. de conſuetu. lib. 6. not. doct.
in rubrica de appell. Nec de appellatione interpoſita ad
Papam delegantem, ſeu ad ſedem apoſtolicam, clauſula
5 illa priuilegij poteſt intelligi, † quia de huiuſmodi appel
* latione legatus non poterat ſe impedire, ut tenent * oēs
docto. in c. conſtitutus, de appel. ergo ſequitur de neceſ-
ſitate, quòd illa clauſula intelligatur de appellatione inter-
poſita a delegatis Papæ ad ipſum legatum, cui dabatur
facultas de huiuſmodi appellationibus per ſe uel alium
cognoſcendi, & decidendi. et licèt iſte caſus non decida
tur expreſsè ſub illa clauſula, tamen in illa uirtualiter cō-
prehenditur, ne priuilegium reddatur fruſtratorium.
Nec obſtat, quòd poſtmodum de eodem anno. 1523. &
de menſe Iunij fuerit per eundem Adrianum per alias lit
teras, ſub bulla eidem Nuncio data facultas cognoſcen
di per ſe, uel alium de appellationibus ad ſedem apoſto-
licam interpoſitis, uel interponendis ab ordinarijs, ſeu
alijs: quia reſpondetur, quòd emanauit illa bulla am-
pliatiuè ad prius conceſſa in breui de menſe Martij ad
remouendum dubium, de quo per Docto. in dicto capi-
tulo conſtitutus, reſpondetur etiam, quòd in bulla nulla
fit mentio de appellationibus interpoſitis a delegatis Pa
pæ ad ſedem apoſtolicam, ſed tantum in litteris præce-
dentibus in forma breuis. ¶ Ad prædicta accedat ter-
6 tia ratio, † quia conceſſa iuriſdictione per Papam dele-
gato, & ſic conceſſo fine, & effectu iudicij, cenſentur eidē
delegato conceſſa omnia media maximè neceſſaria ad
eundem finem, & effectum. ita probatur in capitulo præ-
terea de off. delega. ubi latè per docto. & in l. ij. ubi ca-
ſus. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Sed niſi ſub illa clauſula de
qua eſt quæſtio, fuiſſet comprehenſa appellatio interpo-
ſita ad legatum a delegato Papæ, fuiſſet eidem legato cō-
ceſſa facultas delegandi, & cognoſcendi, & decidendi
cauſas appellationum a delegatis Papæ ſine aliquo me-
dio deuolutionis neceſſario, ex quo alia omnia media
deficiunt ut dixi in ſecunda ratione contra dicta iura;
ergo ſequitur quòd appellatio illa fuit legitima.

## SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij cum dimiſſione poſſeſſionis inficit petitoriū, & poſſeſſorium.*
2 *Minor 14. annis in ſpiritualibus non habet perſonam legitimam comparendi, ſed tenetur conſtituere procuratorem cum decreto iudicis.*
3 *Vtrum minor, qui reſignauit beneficium, ſi appareat læſus, debeat reſtitui.*
4 *Prouiſus de beneficio, non tenetur regulariter docere de titulo ſui auctoris.*
5 *Quæ concluſio eſt uera, quando auctor fuerat pacificus poſſeſſor ad minus triennio annorum: & publicè tenebatur pro rectore euiſdem beneficij.*
6 *Fallit concluſio in prædeceſſore, qui reſignauit, lite pendēte, quia ſucceſſor tenetur docere de tit. prædeceſſoris.*
7 *Fallit etiam concluſio quando ſunt duo collitigantes, quia tunc doceri debet de titulo auctoris.*
8 *Subrogatus in iure, & lite, in beneficialibus, non tenetur docere de promotione ad ordines, nec de legitimitate ſui auctoris.*

## CONSILIVM CCLXXVII.

INTENTIO, & bonum ius Reuerendi Co-
mitis Ludouici agentis, fundatur ſuper lit-
teris apoſtolicis prouiſionis ſuæ, & ſubro-
gationis in ius magnifici do. Ioannis Fran-
ciſci de Spilimbergo ad cauſam, & litem, qui lite pen-
dente reſignauit ſex clericatus, de quibus agitur in Ro-
mana curia, ad fauorem præfati Reuerendi do. Ludoui-
ci, ut de litteris conſtat in proceſſu formato coràm le-
gato Andreaſio fol. 25. & 26. & ſequentibus. & ſunt in
ampliſſima forma expeditæ ſub anno Domini 1541. vij.
idus Iunij. Anno vij. Et habetur conſenſus a tergo bul-
larum præſtitus per magnificum Comitem D. Michae-
lem à Turri die 28. Iunij. fol. 31. tergo. procuratorem
ſuum. Cui d. Ioanni Franciſco competebat ius in dictis
beneficijs ex reſignatione aliàs facta in manibus ordina-
rij Veronen. per q. Reuerend. do. Vincislauum patruum
ſuum, ut de prouiſione ſibi facta conſtat in proceſſu co-
ràm Reuerendiſſimo dom. moder. legato, facto fol. 48.
cum ſequentibus. & fuerunt expeditæ del 1527. die 18.
Iulij. et extractæ per litteras compulſoriales, ut in dicto
proceſſu fol. 55. et in prouiſione aliàs d. Ioan. Franciſcus
appellatur Clericus Concordienſis, quod eſt not. per not.
in capitulo poſt ceſſionem de proba. qui etiam poſſedit
dictos ſex clericatus per annos tres ſucceſſiuos exigen-
do fructus eorum, ut conſtat per inſtrumentum locatio-
nis dictorum clericatuum factæ per d. Iacobum auum
paternum dicti Ioan. Franciſci in quo inſtrumento ap-
paret etiam de exactione affictuum annorum trium del
1529. 1530. 1531. ut in proceſſu. omnia ergo iura,
quæ habebat d. Ioan. Franciſcus in dictis beneficijs, ex
reſignatione dicti q. Do. Vincislai patrui ſui, nec non ex
triennali poſſeſſione ſua, translata fuerunt in Reuerend.
d. Comitem Ludouicum ex reſignatione in Rom. cu-
ria, facta per d. Io. Franciſcum: Reſtat reſpondere ad prę
tenſa iura Petri aduerſarij. Nam pro parte eiuſdem alle-
gatur primò quod dictus d. Io. Franciſcus aliàs de anno
1530. & die 1. Aprilis cōſtituerat procuratores ad reſignā
dum dicta beneficia, ut de procuratorio conſtat in pro-
ceſſu ueſtræ curię, producto per partem aduerſam, in quo
ipſe cōſtituens uocatur clericus Concordieñ. uigore cuius

mandati, fuit facta reſignatio dictorum clericatuum,
& de illis prouiſum (ut dicitur) Antonio Plato fratri Io.
Petri modo litigantis. Non tamen conſtat in proceſſu de
huiuſmodi prouiſione, contra quem Antonium poſt pau
cos menſes a die ſuæ prouiſionis, fuit mota lis Paduæ, co
ram certis delegatis apoſtolicis, pro parte dicti Io. Fran-
ciſci, ſuper nullitate dictarum reſignationis, & prouiſio-
nis, ex defectu mandati ad reſignandum, ut dicam infra.
Sed lite pendente cum Antonio, ipſemet reſignauit eoſdẽ
clericatus in Rom. curia, ad fauorem Io. Petri ipſius fra-
tris germani, cui fuit prouiſum cum ſubrogatione in cau
ſa, & lite, & poſſeſsione, & cum clauſula etiã ſi neutri Io.
Franciſci & Antonij litigantium ius competeret. In qui-
bus litteris, aduerſarius narrando caſum, appellat D. Io.
Franciſcum reſignantem, aliàs ad fauorem Antonij eius
fratris clericũ Concordieñ. in dictis ſex beneficijs perpe-
tuo beneficiatum, & litteræ ſunt ſub dat. ſexto Idus Octo
bris 1536. anno ſecundo. & ſunt regiſtratæ in proceſſu co
ràm legato Andreaſio præceſſore in legatione. Opponit
ergo ex prędictis dictus Io. Petrus aduerſarius Reuerẽdo
D. Ludouico de notorio non iure, ex eo quia dictus d. Io.
Frãciſcus, a quo D. Comes Ludouicus habet cauſam, pri-
mò reſignauerat dicta beneficia, uſque de anno 1530. ad
1 fauorem Antonij Plato. † Quæ reſignatio cum dimiſsio-
ne poſſeſsionis inficit petitorium, & poſſeſſorium. c. ſolli
cite. c. audita, & c. accepta. ubi ibi latè not. per doct. de re
ſtit. ſpoli. & in c. ſuper hoc de renun. Et tradit Rot. in nou.
deciſ. 16. incip. Si contra agentem. colu. fi. cum multis ſi-
milib. quia huic obiecto reſpondetur illud non obſtare,
ex quo illud mandatum procuratorium ad reſignandum
del 1530. ad fauorem Antonij, fuit nullum, quia factũ per
minorem 14. annis, immo per cõſtitutum in decimo ſuæ
ætatis anno, ſine aliquo curatore; & ſine auctoritate iudi
2 cis eccleſiaſtici ordinarij loci. † Nam conſtitutus in tali
ætate non habet perſonam legitimam; neque conſenſum
in huiuſmodi ſpiritualibus, neq; ad agendum, neq; ad de
fendendum, neque ad alia faciẽdum, ut legitur, & not. in
c. ſi annum de iud. lib. 6. ubi etiam probatur, ꝙ nõ poteſt
conſtituere procuratorem ſine decreto iudicis eccleſia-
ſtici. Quòd autem ipſe do. Io. Franciſcus tunc temporis
conſtituti procuratoris, eſſet in ætate decem annorũ uel
circa, apparet per claras depoſitiones plurium teſtium
examinatorum coram Reuerendiſs. D. moderno legato,
pro parte R. D. Comitis Ludouici productorum, quorũ
dicta poſſunt uideri. Fuit ergo nulla reſignatio ex defe-
ctu mandati & conſenſus dicti D. Io. Franciſci incapacis
ad huiuſmodi reſignationem faciendam ſine decreto, &
auctoritate ſuperioris eccleſiaſtici, ut probatur in d. c. ſi
annum. Verum quia patroni cauſæ coràm iudice allega
bant, ꝙ text. in d. c. ſi annum non procedebat in actibus
extraiudicialibus, & ſic in conſtitutione procuratoris:
ideò pro reſponſione ad obiecta uidenda eſt allegatio
infra 266. nu. 2. & 3. ubi probaui, ꝙ text. ille in §. 1. habet
locum etiam in caſu q. noſtræ. Ex quibus ſublata rema-
net exceptio de notorio non iure, nec iuſtificari poteſt
illud mandatum propter præſentiã D. Iacobi aui pater-
ni conſtituentis: quia poteſtas, & præſentia paterna, ſiue
auita in huiuſmodi beneficialibus, & ſpiritualibus ſine
decreto iudicis eccleſiaſtici nihil operatur, ut probat in
d. c. ſi annum circa finem. ¶ Nec obſtant not. per glo. 3.
& doct. in c. ex parte de reſti. ſpoli. ubi latè legitur & not.
3 † utrum minor qui reſignauit beneficium debeat reſtitui
ad illud ſi appareat læſus ex ſua reſignatione. quia reſpõ
detur dubium, & quæſtionem illam procedere in minore
25. annis, ut in terminis. hanc quæſtionem format glo. 3.
in d. c. ex parte poſt medium. & ita ſuper illa de tali cleri-
co minore 25. annis, maiore tamen 14. loquitur Abb. col.
5. & 6. uerſ. fateor tamen, ꝙ licèt maior 14. & Hoſti. in d. c.
in primis uerbis. ibi dummodo ſit pubes. Et tradit Phili.
in d. c. ſi annum. §. 1. in 2. not. & glo. fin. in c. ex ratione de
ætа. & quali. & Lap. alleg. 115. Quidam, & glo. ſecunda.
per illum tex. in l. ait prætor. ff. de minor. & ibi Alberi. de
Roſa. in princ. ubi allegando rationem deciſ. glo. quæ uo
luit clericum minorem 25. annis reſignantem, non reſti-
tuendum, re non exiſtente integra: quia clericus maior.
14. in beneficialibus habet legitimam perſonam. allegat
tex. in d. c. ſi annum. Et in iſtis terminis procedit iſta quę
ſtio, & dubium, glo. & doc. in d. c. & in d. l. ait prætor. Quæ
ſtio uerò noſtra loquitur de minore 14. & conſtituto in
ætate 10. annorum, qui nulliter conſtituit procuratorem
ad reſignandum, cum non habeat perſonam legitimam,
nec per ſe, nec per procuratorem agendi, nec defendendi,
niſi illum conſtituat cum decreto eccleſiaſtici iudicis, ut
probatur in d. c. ſi annum, nec iſte minor 14. habet admi-
niſtrationem beneficiorum glo. fi. in d. cap. ex ratione, &
4 Philip. in d. c. ſi annum. §. primo. in 2. not. † ¶ Non obſtat
quòd Io. Petrus aduerſarius non teneatur docere de titu-
lo Antonij ſui auctoris per deciſ. Lap. alleg. 89. incip. Fa-
ctum. colum. 6. & 7. et per Oldrad. conſi. 219. incip. Hæc
ſunt. col. 2. uerſ. ad ſecundum. & tradit Petr. de Anchara.
conſi. 117. Satis impertinens, & in conſ. 297. efficacibus.
col. fi. & deciſ. Rot. in nou. 109. & Bellem. deciſ. 645. Non
5 obſtantibus, cum ſimil. † Quia illa deciſ. Lap. colu. 7. &
8. expreſſe loquitur, quando præceſſor fuerat pacificus
poſſeſſor multorum annorum, & tenebatur, & publicè
reputabatur pro rectore beneficij, de quo agebatur, &
ita probatum fuerat. Et hoc tenet Bellem. d. deciſ. 645. cir
ca medium in uerſ. 2. Et ita obſeruatur in Rot. Romanæ
curiæ, ut atteſtatur poſt alios Guil. Caſſa. deciſ. 2. de cau.
poſſeſ. & proprieta. inc. Lapus allegatione, circa finem;
uerſ. ſed palatium. & idem latius deciſ. ſequenti, incip.
Item fuit tentum. Sed in quæſt. noſtra non cõſtat de poſ-
ſeſsione ſaltem triennali pacifica dicti Antonij, immo
de nulla, nec probatum eſt, quòd haberetur, & teneretur
pro rectore dictorum clericatuum, ergo illa deciſio La-
pi non facit ad caſum quæſt. noſtræ. ¶ Secundò illi re-
ſpondetur, quia loquitur in prædeceſſore, qui deceſsit in
pacifica poſſeſsione, uel reſignauit in eadem poſſeſsione
exiſtens pacifica, ut ſucceſſor non teneatur iuſtificare ti-
tulum ipſius, quia poterat illi ſuperueniſſe aliquis titu-
6 lus poſsidendi. † Secus ſi deceſsit, uel reſignauit lite pen
dente; quia tunc ceſſant motiua, & præſumptiones, quæ
allegantur per Lap. & alios doc. pro fauore ſucceſſoris, &
ſubrogati in litem, & ius, ſuper iure præſumpto, ex cur-
ſu, & lapſu temporum. Ita in terminis decidit Aegid. Bel
lem. deciſ. 112. incip. Subrogatus. quæ expreſſè dicit, ꝙ
talis ſubrogatus iuri alterius lite pendente, tenetur pro-
bare ius illius, ad quod, ſeu in cuius locum ſubrogatur,
regula cum quis, de regul. iur. lib. 6. Ita firmat poſt eam
Guil. Caſſad. in d. deciſ. ſecunda. in princ. dicens iſtud eſ-
ſe in uiridi obſeruantia in Rom. curia. Sed Io. Petrus ad-
uerſarius ſubrogatus, lite pendente, in locum, & ius, & li-
tem Antonij, non docuit de aliquo iure eiuſdem ſui au-
ctoris, immo nihil pro eo produxit; ergo deciſ. Lapi ni-
hil ſibi ſuffragatur. ¶ Tertiò ad illam reſpondetur, quia
loquitur quando unus ſolus comparet, & iudex uellet
de titu. prædeceſſoris inquirere; quia tunc ſufficeret do-
cere de poſſeſsione pacifica illius decem annorum, ſeu
quinque, uel hodie trium annorum, ſecundum uarias o-
7 piniones; & probata etiam communi reputatione. † Se-
cus ſi ſunt duo ſimul litigantes, prout in q. noſtra. qui am
bo prætendunt ius ab uno, uel duobus auctoribus ſuis;
quia tunc ſtandum eſt ueritati, & diſcuti debent iura præ
deceſſorum ſuorum, & obtineat ille, qui docuerit de ueri
tate tituli, quæ præferatur præſumptioni. Et ita expreſſe
ſe reſtringit Lap. in d. alleg. col. 6. circa medium quando
allegat tex. & ibi not. in c. ſuſceptum de reſcrip. lib. 6. ubi
hoc expreſſe tenent Gemi. & Philip. col. 4. ſeu pe. quos &
refert & ſequitur Feli. in c. in noſtra. col. 29. in princip. de
reſcr. corr. 37. fall. 2. uerſ. quod autem. & latius hoc decla-
rat Guil. Caſſa. deciſ. 3. de cau. poſſ. Ex quo infertur, quòd
Ioan. Petrus aduerſarius nullum ius penitus habet in di-
ctis clericatibus, ex quo non docuit nec docere poteſt
de aliquo iure Antonij ſui prædeceſſoris, cuius prouiſio
fuit nulla ex defectu mandati ut ſupra; nec de ſua poſ-
ſeſsione nec reputatione docuit. Sed Reuerendus Comes
Ludouicus optimè docuit de bono iure D. Io. Frãciſci ſui
ꝑdeceſſoris, quod habuit ĩ dictis clericatib. ab ordinario
loci,

loci, de cuius etiam poſſeſsione triennali, ex abundanti
docuit, per inſtrumentum locarionis, & fructuum perce-
ptione, & etiam ex depoſitione nonnullorum teſtium.
¶ Nõ obſtat alind ſi diceretur ex aduerſo q R.D. Comes
Ludouicus non docuit de clericatu dicti D.Io.Franciſci,
quia contrarium eſt nerius, quia ipſemet aduerſarius in
ſuis litteris, quas produxit, hoc aperto ore confeſſus fuit.
Idem dicitur in inſtrumentis mandatorum ad reſignan-
8 dum, & nt latins dixi ſupra. ¶ Præterea † ſubrogatus in
iure, & lite, non tenetur docere ſuper habilibus præde-
ceſſoris ſui, ut de promotione ad ordines, ac legitimitate
ipſius auctoris, qa hæc faciliora fuiſſent ipſi auctori pro-
bare, quàm ſubrogato. Et ita in terminis decidit Rot. in
præallegata deciſ. 112. in fine. Non obſtat aſſerta gratia,
ſi neutri, de qua in litteris aſſertæ prouiſionis aduerſa-
rij, quia ſortiretur effectum ſuum, quando ex dednctis
in proceſſn non conſtaret de bono iure Reuerendi Co-
mitis Ludouici agentis, uel ſui prædeceſſoris, & ita ſonãt
uerba gratiæ, ſi neutri, regiſtrata in actis, de qno tamen
conſtat, nt probaui ſupra.

*SVMMARIVM.*

1 *Oblationes, quæ fiunt imagini alicuius ſancti affixæ, ſeu depictæ parieti alicuius priuati, utrum debeantur domino parietis, & domus, uel plebano illius parochiæ; ſunt opiniones uariæ.*
2 *Inter opiniones prædictas, doctores concludunt, ſtandum eſſe cõſuetudini regionis & ciuitatis.*
3 *Laicus poteſt conſtitui principalis collector oblationum ſpiritualium.*
4 *Iſtæ oblationes de conſuetudine generali uenduntur.*
5 *Fructus beneficiorum, & decimarũ locantur, & uendunt laicis.*

## CONSILIVM CCLXXVIII.

LICET ſuper hoc articulo oblationum, quas
faciunt Chriſti fideles imagini alicuius ſan-
cti, depictæ, ſeu affixæ parieti alicuius priua-
1 ti, † ſint uariæ opiniones doctorum, nt patet
ex dictis eorum in locis infra allegandis, & per Feli. in c.
dilectus col. 1. de offic. ord. & Maria. Soci. in trac. obla. li-
bel. 18. uerſ. Quò ad ſextum, dixerit * communem eſſe o-
pinionem doctorum, q iſtæ oblationes debeantur paro-
chiali eccleſiæ, infra cuius limites, imago illa ſit poſita:
tamen doctores nidentes concurſnm opinionum, quia
aliqui ſcripſerunt pro fauore domini parietis, aliqui pro
Reuerend. domino epiſcopo: deuenerunt ad hanc* com
2 munem reſolutionem, † quòd oblationes illæ applicen-
tur, & expendantur ad aliquos pios uſns, nt recipiantur,
& diſpenſentur tam per laicos quàm per clericos iuxta
conſuetudinem loci, & regionis, nbi fiunt oblationes, &
ita concludit Petr. de Vbal. de Peruſ. in trac. obla. cap. 4.
articu. 16. in fine, ubi prius latè defendit partes domini
parietis, & reſpondet contrarijs: idem tandem decidit
Maria. Soci. in d. libell. 18. uerſ. quò ad ſextum, ubi limi-
tat communem opinionem, quam ipſe affirmat, ut non
procedat, ſi conſuetudo, præſcriptio, uel priuilegium ſit
in contrarium. Et hanc conſuetudinem refert, & ſequi-
tur Feli. in dicto cap. dilectus. colu. 1. & larius per Deci.
in conſi. 148. Reuerende pater. colu. 3. uerſ. tertiò dubita
tur, ubi refert Petrum de Peruſ. & illum ſequitur. et ſub-
dit, quòd eſſet difficile retractare hanc conſuetudinem,
quæ uiget in Tuſcia, & ibi reſpondet ad contraria, & in
uerſ. quarto principaliter, tenet ſatis eſſe allegare huiuſ-
modi conſuetudinem notoriam, licèt aliter non probe-
tur. ¶ Comprobo prædicta, quia laicus etiam circun-
3 ſcripta conſuetudine, † poteſt conſtitui principalis col-
lector oblationum ſpiritualium, quæ quotidie offerun-
tur, in eccleſijs, ut tenent D. Abb. & doct. communiter in
c. decernimus de iud. cum ſimi. nt; ibi per Deci. colu. 13.
nu. 20. uerſ. quarto quæritur. & ita etiam ſeruatur de con
ſuetudine in Francia, ut atteſtatur quidam Steph. Aufre.
doctor Gallus, & præſidens parlamento Tholoſæ in tra-
ctatu de auctoritate laicorũ ſuper cler. & reb. eccl. poſito
in 3. uol. tract. fol. 110. nu. 132. fall. 33. & ad hoc allego di-
4 ctum Archi. & Gemi. in c. ſanctorum 10. q. 1. † qui dicunt,
q conſuetudine generali, iſtę oblationes uẽduntur, quia
5 † ita fit etiam de fructibus beneficiorum, & decimarum
qui ẽt locantur laicis, nt legitur, & not. in c. ueſtra de loca
to. & in c. querelam ne præla. ui. ſu. & ita tenet Abb. in d. c.
decernimus quos refert, & ſequit Deci. ibi nu. 20. & Card.
S. Xiſti de turre cremata nuncupatus in d. c. ſanctorum,
dicit, q epiſcopi, & ipſemet Papa quotidie uendunt obla-
tiones laicis, & laici de ipſis diſponunt; ideò non eſt mi-
rum ſi ꝯſuetudo ita per totam Italiam inoleuit, quæ inter
opiniones doctorum præualet, ut probat in c. cum dile-
ctus de conſue. quem ad hoc not. d. Anto. & Abb. per l. mi
nime, & l. ſi de interpretatione. ff. de legi. Et iſta ꝯſuetudo
uiget notoriè in iſta inclyta ciuitate Venetiarum, in qua
laici quinque ſcholarum, ſeu confraternitatum principa-
lium, & omnium aliorum locorum recipiunt oblationes
huiuſmodi, & de illis diſponunt ad pios uſus. Et ita etiam
per elapſa tempora ſeruatũ fuit, & ſeruatur in oblationib.
factis, & quæ fiunt imaginibus beatæ uirginis, & aliorum
ſanctorũ depictis, ſeu affixis in parietibus ẽt priuatorũ.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſecularis poteſt excipere contra epiſcopum, quòd habet eum in ſua ciuitate ſuſpectum de proditione.*
2 *Et ſatis eſt adducere cauſam uero ſimilem ſuſpitionis.*
3 *Eccleſia Romana non conſueuit de Alemania Cardinales aſſumere, ne ſecreta eccleſiæ Imperatoribus pandantur.*
4 *Extranei non debent præponi in collatione beneficiorum clericis de patria idoneis tamen.*
5 *Licèt Papa ſit dominus beneficiorum, tamen debet ea diſtribuere iudicio rationis, ſicut bonus paterfamilias.*
6 *Chriſtus elegit apoſtolos de Iudæa, & plures etiam ex conſanguineis ſuis, quorum ſtatum repræſentant epiſcopi.*
7 *Papa in prouiſionibus eccleſiarum habet liberam facultatem, tamen debet multum curare, ut prouideat magis eccleſiæ, quã perſonæ.*

## CONSILIVM CCLXXIX.

1 DICIT Inno. in c. ſuper his de accu. col. pen. † q
principes, & reges poſſunt ſi uelint dicere cõtra
electum, uel eligẽdum in epm, q habent eum ſu-
ſpectum de proditione terræ, uel ꝯſiliorum ſnorum, quia
ſua intereſt: Allegat text. in c. petitio de iur. iur. ubi dicit
de canonicis eccleſię Antiochię, quos princeps Antioche
nus habebat ſuſpectos de conſpiratione contra eũ, a qui-
bus uoluit habere iurm, q non eſſent contra eum. & hoc
dictnm refert, & ſequitur ibi d. Anto. col. 6. uerſ. quæto, ſi
princeps, & ibi Abb. colu. 4. uer. & ex prædictis infertur.
& Io. de Ana. col. 3. in fi. & Petr. de Anch. col. 1. uer. Redeo
igitur ad primam, ubi tenent, q ſi princeps aliqua ratio-
ne, puta ratione patriæ, unde electus eſt oriundus, uel pp
parentes & maiores ſuos, qui principi fuerunt infeſti, uel
alia ſimili cauſa habet electum ad aliquam dignitatem,
ſuſpectũ de proditione terræ, tractatu, uel ꝯiuratione, uel
ſecretorũ reuelatione, poteſt ꝫ illum opponere, quia ſua
intereſt. Et dicit Abb. hoc dictum ſingulariter not. quia
ſæpe accidit in practica. Hoc idem tenet D. Abb. in c. ex
parte de teſti. col. 5. uer. aut quærit nũqnid, ubi loquit de
opponendo ꝫ promouendum ad aliquam dignitatem in
ſtatu & dominio principis, ſi habet eum ueriſimiliter ſu-
2 ſpectum. Et ſatis eſt q † princeps uerisimiliter timeat poſ-
ſe prædicta in ſua ciuitate euenire. l. ſiquis fumo in fi. ibi,
iuſto. n. metu ductus ne ad ſe ignis perueniret, uicinas æ-
des intercidit. ff. ad l. Aquil. & ita etiam tenet Stepha. do-
ctor Gallus Præſidens parlamento Tholoſæ in ſuo tracta.
de poteſta. ſecul. ſuper eccle. uel perſo. eccleſiaſticis. fol.
119. in 41. fall. nu. 138. ubi allegat plures doctores idem
3 tenentes. † Et ideò eccleſia Romana non conſueuit de
Alemania Cardinales aſſumere, ne ſecreta eccleſiæ Impe-
ratoribus pandantur. Ita dicit Beatus Antoninus archi-
epiſc. Florenti. in tertia parte ſummæ. tit. 21. capitulo ſe-
cundo. §. 2. Quod dictum refert Cardi. Iacoba. in tracta.

concilij.lib.1.fol.40.col.5. Quæ ratio ſi aliàs fuit ualida,
& potens in Rom.Pont.& collegio dñorum Cardinaliũ:
quare non debet etiam ualere apud eoſdem, eadem, ſeu
ſimilis ratio allegata,& conſiderata per Illuſtriſ.dñium
Venetorum? in epiſcopis per l.iuris naturæ,ꝙ quiſque iu
ris &c.Et quia rationes ſuſpitionum magis procedunt,&
militant contra extraneos, ſeu forenſes promouendos in
epiſcopos,in Dñio Veneto, crederem ualde honeſtum, ꝙ
promouerentur ad epiſcopatus uiri idonei, nominandi
per Illuſtriſ.Dominium Venetum de nobilib.inclytæ ci-
uitatis Venetiarũ.& ita in terminis ꝯſiderat Abb. Panor.
4 in c.ad decorem circa finem. de inſti. † ubi dicit,ꝙ geni-
ti in loco (idonei tamen) non debent poſtponi propter
extraneos,& hoc eſſe ualde honeſtum,& fructuoſum cul-
tui diuino,ut quiſque in patria ſua beneficiaretur, ne fo-
renſis occuparet ſtipendia inde geniti. quia ſi prouide-
tur extraneis,datur materia depauperandi beneficia, &
indigenæ facilius inducuntur ad reſidentiam.& Abb.alle
gat tex. Celeſtini Papæ in c.nec emeritis, & in c.nullus.
61.diſtin.ubi dicitur,ꝙ peregrini, & extranei, & qui no-
bis ignoti ſunt,non debent præponi ad excluſionem ci-
uium de loco in prouiſione facienda de eccleſia epiſco-
5 pali: † & ꝙ ciuibus inuitis nullus debet dari epiſcopus:
quia tunc alter de altera eccleſia eligi debet, ſi de clero il
lius ciuitatis,cuius eſt epiſcopus ordinandus, nullus ad-
ſit idoneus. Subdit tex.in d.c.nullus,quòd primum ſunt
reprobandi indigenæ,antequam de alienis eccleſiæ pro-
uideatur de epiſcopo. & dicit Leo Papa in c. ſi forte. 63.
diſtinct.in fine, quòd nullus detur epiſcopus inuitis, ne
plebs inuita epiſcopum non optatum contemnat,aut o-
dio habeat. Et licèt Roma. Pontifex ſit dominus bene-
ficiorum.c.2.de præben.lib.6.clemen.1. ut lit.pendente:
tamen debet ea diſtribuere ſicut bonus paterfamil. cum
iudicio rationis, conſiderata ſubiecta materia, ut dicit
6 Abb.in d.c. ad decorem in primo not. † Videmus ſimile
in Chriſto, qui ſolum de Iudæa elegit apoſtolos, & plu-
res etiam ex conſanguineis ſuis. quorum ſtatum repræ-
ſentant epiſcopi, qui ab Ipſo poſt datum illis ſpiritum
ſanctũ, miſsi fuerunt per uniuerſum orbem,ad prædican
dum euangelium Matthæi.c.21. Ex quibus patet de iure
& honeſtate Illuſtriſ.Dominium moneri, ut per ſummũ
Rom.Pont.prouideatur de eccleſijs uacantibus in d.Do-
minio de perſonis idoneis, nominandis per ipſum Illu-
ſtriſ.Dominium. Et idem Abb.in c.quòd ſicut colu.3.in
fine de elect.infert.ex dicto prææallegato Inno. in d. c.ſu-
per his, quòd ex cauſa prædicta ſuſpitionis poteſt Prin-
ceps ſecularis non admittere prælatum inſtitutum per Pa
pam. quod dicit ſingulariter notandum,idem Abb.in c.
1.col.3.uerſ.Item poteſt Princeps de elect.allegat dictum
7 Innoc.& poſtea ſubdit iſta uerba.† Per hoc enim dictum
ſatis æquum poterit Princeps non admittere prouiſum
per Papam, ſi poteſt probabiliter oſtendere illum ſibi ſu
ſpectum. Et ad propoſitum bene dicit Io.Lup. in tracta.
de libert.eccle.poſito in 3.uolu. tracta. fol.45. nume.70.
quòd licèt Papa in prouiſionibus eccleſiarum habeat li-
beram facultatem, ſine dominorum ſecularium conſen-
ſu: tamen ut ſatisfaciat Deo,& curæ uniuerſali,quam ha
bet, debet multum curare, ut prouideat magis, & prin-
cipaliter eccleſiæ quã perſonæ, & de perſona habili, quæ
poſsit ſtare ſine ſuſpitione,& ſcandalo dominorum tem-
poralium. quod fieret ſi Papæ princeps ſecularis præſen
taret unum uel duos uiros idoneos,& pro talibus ſuppli-
caret: & latè etiam de hac materia tradit Ioan. de Sylua.
in tracta.beneficiorum. fol.48.col.4. in ſecunda fall.inc.
num.14.& fol.49.per totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Quando in indulto Papali, conceſſo Cardinalibus,circa collatio nes beneficiorum,motu proprio,ueniat eccleſia cathedralis,& canonicatus, & præbendæ.*
2 *Relatio debet fieri cum omnibus priuilegijs, & qualitatibus ſuis.*
3 *Clauſula appoſita in gratia Papæ, Non obſtantibus ſtatutis, & conſuetudinibus tollit cõſuetudines,& ſtatuta et particularia.*
4 *Reus, & poſſeſſor debet abſolui à petitis, ſi per obiectus docuerit de non iure petentis, licèt ipſe reus nihil probet.*
5 *An, & quando notario ſit credendum ſcribenti aliqua ad eius fauorem, & commodum, ſeu pro filio ſuo, & de commiſsione ſibi facta per iudicem de dando iuramenta teſtibus. & nu. 6.*
7 *Appellatione ciuitatis, uel Diœceſis in gratia de prouidendo de beneficijs, non uenit eccleſia cathedralis, niſi in certis caſibus.*
8 *Et quando comprehenditur,non uenit canonicatus, & præbenda, ſine ſpeciali commiſsione.*
9 *Clauſula motu proprio, licèt tollat ſubreptionem, non tamen operatur in præiudicium tertij.*
10 *Indulta Cardinalium obſtant expectantibus apoſtolicis tantum circa beneficia ſpectantia de iure,collationi eorum, ratione ſuarum eccleſiarum non ratione indultorum.*
11 *Per regulam cancellariæ indulta Cardinalium ſunt reſtricta ad unam tantum collationem, ſeu eccleſiam, eligendam infra menſem.*
12 *Satis eſt, quo ad effectum inhabilitatis capituli de multa de præb.& extrauag.execrabilis, quòd prouiſus poſsideat beneficia de facto,& fructus percipiat.*

## CONSILIVM CCLXXX.

¶ Canonicatus & præbendę Taruiſinæ, uide de eadem
materia, infra allega. 169. quia data fuerunt noua
dubia.

DVBITATVR primo, utrum uerba indul-
ti conceſsi Reuerendiſ. do. Cardinali Piſa-
ni, per Papam Paul.iij.ſub die 26. Decembr.
1535. pro eccleſia Taruiſina, comprehendat
eccleſiam illam, & maxime canonicatus & pręibendas,
pro fauore. R.d. Marini de Podio agentis, qui fundat
intentionem ſuam ſuper tali indulto, & prima facie ui-
debatur dicẽdum quod ſic, quia idem Reuerendiſsimus
do.Cardinalis habet indultum Clemẽtis Papę vij.in epi-
ſcopatu Paduano, quod ſe extendit etiam ad eccleſiam
Paduanam, & etiam ad canonicatus & pręibendas eiuſ-
dem eccleſię, quod Papa Paulus.iij. per dictum ſuum in-
dultum diei.26. Decembris extendit etiam ad eccleſiam
Taruiſinam,cum omnibus & ſingulis contentis in indul-
to eccleſię Paduanæ,ita ut in eo, comprehendantur om-
nia beneficia qualitercunque qualificata, modo & forma
ut in dicto indulto Paduano. Secundò ad idem, quia
1 in utroque indulto, adeſt clauſula † Motu proprio.quo
caſu, litterę Papę aliàs odioſę, & ambitioſe, ad beneficia,
in terminis,capitulo quamuis, el primo.de pręibend.lib.
ſexto.comprehendunt eccleſiam ipſam cathedralem, ut
in terminis tenet Philip.de Peruſio,in dicto cap.§.quan-
quam colu.1.in fine, uerſ. ſecundò limita, quia ceſſat o-
dium impetrantis, & materia cenſetur fauorabilis,cap.ſi
pluribus eodem titu.lib. 6. & probatur in dicto capitulo
quamuis in princip.Tertiò ad idem,quia text.in dicto §.
quanquam, non procedit, quando poſſet apparere de
mente Papæ. Ita tenet glo. ibi. in uer. Extendi. in fine,
cum ſimil.ut ibi per Philip.colum.1.in fine.uerſ.tertiò li-
mita. Sed de mente Papæ ſatis conſtat per ea quæ dixi
ſupra in prima ratione, quando Paulus Papa.iij. exten-
dit indultum Paduanæ eccleſię ad eccleſiam Taruiſinã,
cum ſuis qualitatibus; nam proprium eſt principis ex-
tendere indulta & gratias ſuas,& alias diſpoſitiones,ca-
pitulo conſtitutionem de regula.lib.6. cum gloſ. in uer.
2 prorogamus, † & relatio dicit fieri cum omnibus ſuis
qualitatibus,l.aſſe toto.ff.de hęred.inſti.l.ait pretor. §. ſi
iudex.ff.de re iudica.cum ſimil. ut latè congerit Deci.in
conſ.449.col.1.lib.3.inci.Viſis.& conſ.538. Viſo puncto.
col.2.& conſ.539.In inclyta.col.3.lib.eodem. ¶ Nec ob-
ſtare uidetur, ſi contra prędicta pro parte.Reuer.d.Iaco-
bi Zambelli rei conuenti, allegetur, conſuetudo pręſcri-
pta legitime dominorum decani canonicorum. & capi-
tuli eccleſiæ Taruiſinę,conferendi beneficia & canonica-
tus & pręibendas dictę eccleſię.ut cõſtat latè in proceſſu.
iuxta lecta & not.in c.cum eccleſia de electi. Quia reſpon
detur,

detur, ꝙ in utroque indulto ſublata ſunt ſtatuta, & om-
nes conſuetudines dictarum eccleſiarum etiã motu pro-
3 prio ipſius Pontificis. † Quæ clauſula eſt potens ad tollẽ-
dum omnia ſtatuta, & conſuetudines ēt ſpeciales eccleſia
rum in materia, in qua Papa diſponit, licet nõ fiat ſpecia-
lis derogatio ita in terminis decidit Bal. in c. cum omnes.
fol. pe. uerſ. Pone ꝯſuetudo. de conſti. Idem Bald. in conſi.
177. in eccleſia. lib. 1. & Bar. in extrauag. ad reprimendã,
in uer. non obſtante circa finem, cum alijs, ut per Feli. in
c. conſtitutus in fine, & in c. nonnulli in princ. colu. 13. in
ſecunda regula, in uerſ. Sed nota quatuor. de reſcript.
¶Confirmantur prædicta, quia D. Marino agenti, fuit
facta prouiſio de dictis canonicatu, & præbenda, de qui-
bus agitur per Reuerendiſs. D. Cardinalem Piſani, aucto
ritate ordinaria, & uigore ſui indulti, ſub die 26. Nouẽb.
1540. Super qua fundatur intentio ſua. Obtinuit etiam
idem D. Marinus nouam prouiſionem apoſtolicam die
11. Decembris 1540. in ampla forma, & cum clauſulis
derogatorijs, etiam ad ſtatuta, & conſuetudines dictæ
eccleſiæ. Accedit ad prædicta, quia D. Marinus produ-
xit in iudicio priuilegium conclauiſtarum, per quod in-
ter cætera, eidem conceditur expectatiua ad tres colla-
tiones, & totidem beneficia eccleſiaſtica etiam ſi ſint ca-
nonicatus, & prębendæ, & cum creatione, in canonicum
ſub expectatione præbendarum, etiam uacantiũ in men-
ſibus, ordinariorum, in quibuſcunque ciuitatibus, & diœ-
ceſ. per eum eligendis cum derogatione priuilegiorum,
& indultorum, & cum opportuna diſpenſatione ad con-
traria, & ſuper incompatibilitate beneficiorum. ¶ Vlti-
mo pro do. Marino producta eſt quædam inhibitio facta
in forma breuis per Papam Paulum ſub die 22. Octobris
1537. in qua inſertus eſt tenor dictorum duorum indul-
torum, per quam præcipitur ſub certis pœnis D. canoni
cis, & capitulis, eccleſiarum Paduæ, & Taruiſij ne impe-
diant prouiſos per eundem Cardinalem de canonicati-
bus, & præbendis, ac alijs beneficijs conſiſtentibus in
eiſdem eccleſijs, quo minus conſequantur illa, & ingre-
diantur poſſeſsionem, & indulta prædicta ſuum in præ-
miſsis beneficijs conſequantur effectum. & ſic per eam
clarè conſtat de mente Papæ fuiſſe, quòd in indulto ec-
cleſiæ Taruiſinæ comprehenderetur eccleſia cathedralis
cum omnibus beneficijs in ea conſiſtentibus, etiam ca-
nonicatibus, & præbendis. ¶ Quibus tamen non ob-
ſtantibus, contrarium de iure, puto uerius, uidelicet nul-
lum ius competijſſe, neque competere, dicto dom. Mari-
no in dictis canonicatu, & præbenda, & Reuerendum
do. Iacobum Zambelli poſſeſſorem, & reum conuentum
4 eſſe in caſu abſolutionis à petitis, † & licèt ſatis eſſet ſibi
ad obtinendam abſolutoriam repellere dominum Mari-
num per obiectus cõtra prætenſa iura ſua, ut tenet Rot.
in uo. 15. deciſ. et 160. Reus, & poſſeſſor, & in deciſ. 1. de
reſtitu. ſpolia. colum. 2. & de excepti. deciſ. 2. in recoll. per
Bernar. de Biſgn. & deciſ. 2. de re iudic. per Guiel. Caſſad.
Tamen ex infraſcriptis ex abundanti cautela, & ſaltem
ad colorandam poſſeſsionem ſuam apparebit de bono
iure ipſius. et primò, quia ipſe D. Iacobus aliàs, de anno
1537. die 19. mẽſis Iunij fuit electus in canonicum ſupra
numerarium ſub expectatione præbẽdæ uacaturæ per ca
pitulum dictæ eccleſiæ Taruiſinæ. ad quod ex antiqua, &
approbata conſuetudine ſpectat, & pertinet prouiſio di-
ctorum canonicatus & præbendæ, de quibus agitur, & de
quibus fuit aliàs de anno 1503. die 4. Nouẽbr. prouiſum
per eoſdem de capitulo q. d. Vincentio Quirino, & de om
nibus alijs canonicatibus, & præbendis, in ea conſiſten-
tibus, ſciente, & patiente epiſcopo Taruiſino, & eius uica
rio, pro tempore exiſtentibus, ut de pluribus creationi-
bus in canonicos, & prouiſionibus capitularibus con-
ſtat latè ex deductis in proceſſu, ita ꝙ nõ poſsit refricari
in dubium, quin ex cõſuetudine, & obſeruantia antiqua,
prouiſio prædictorum ſpectent ad capitulum dictæ eccle
ſiæ iuxta not. per doct. in c. cum eccleſia de elect. & in c. ex
parte, & in c. pe. de conceſ. præb. & maximè de canonica-
tu, & prębenda, de quibus agitur, quos aliàs del 1503. ca-
pitulum contulit d. Vincentio Quirino. quæ collatio ha-
buit effectum, ex quo ipſe d. Vincẽtius tenuit, & poſſedit
illos ab illo anno uſque ad annum 1540. quo mortuus
fuit in poſſeſsione eorum. quo fit ut capitulum dicatur
fuiſſe, & eſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi de illis prouidendi,
ut legitur, & not. in c. cum eccleſia ubi glo. in uer. in trium
epiſcoporum de can. poſſeſ. & ibi doct. ſuper ea cum ſimi.
ut per Alex. conſ. 70. Viſo. col. antepen. lib. 4. & per Deci.
conſ. 126. per totum. lib. 1. & per Soci. in conſ. 258. In cau-
ſa lib. 2. ubi etiam loquuntur de unica electione, ſeu pro-
uiſione, quæ habuerit effectum, prout habuit illa facta d.
Vincentio, qui mortuus fuit in poſſeſsione, ut fatentur
ambo collitigantes in ſuis prouiſionibus, cuius electio-
nis in canonicum, uicarius epiſcopi Taruiſini, tenorem
confirmauit, licèt opus non eſſet die 23. Iunij 1537. Quæ
electio fuit etiam confirmata in ampliſsima forma per
Papam die 7. Nouembr. 1537. & expedita ſub plumbo,
per quam Papa ex nunc, & e contra, confert illi canoni-
catum, & præbendam uacãtem, uel uacaturam, ita quòd
habeat plenum ius in re, & cenſeatur uerus, & non fictus
poſſeſſor quo ad omnes iuris effectus, ita ꝙ nihil ſuperſit
agendum, niſi capere actualem poſſeſsionem, & ꝙ gau-
deat prouiſus regula de non tollendo ius quęſitum. Et
inter alia, Papa expreſsè uoluit, quòd electio prædicta,
facta per capitulum dictæ eccleſiæ de dictis canonicatu,
& præbenda, ſuum conſequatur effectum in præbenda ua
cante, uel uacatura, etiam ſi auctoritate ſua, uel alia qua
uis facta ſit, uel facienda, aliqua prouiſio alicui, de cano-
nicatu & præbenda in dicta eccleſia Taruiſij, etiam per
litteras apoſtolicas proceſſum ſit ad inhibitionem, reſer
uationem, & decretum, cum clauſula anteferri, cum de-
rogatione regulæ de non tollendo ius quæſitum. Nõ ob-
ſtantibus priuilegijs, & indultis apoſtolicis, ēt conceſsis
Cardinalib. etiam reſpectu ſuarum eccleſiarũ cathedra-
lium, quib. expreſsè, quo ad hunc effectũ derogat, & illa ſu
ſpendit, ēt ſi indulta ſint conceſſa motu proprio, & cum
latiſsima derogatione ad omnia priuilegia ꝯria, & gra-
tias conceſſas, & ꝯcedendas, etiam cõciſtorialiter, ēt ad fa
uorem Imperatorum, & Regum, ēt pro quacunque cauſa
pia, & in fauorem Rom. eccleſiæ, & catholicæ fidei, & qui
buſcunque urgentiſsimis cauſis, etiam motu proprio, &
certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, caſſando, &
ſuſpẽdendo quaſcunque prouiſiones, & gratias ēt per ſe
factas, & fiendas de dictis canonicatu & præbenda, cum
cl'a decreti, quia uult gratiam prædictam factam do. Iaco
bo, in uacatura prębenda, ſuum ante alios ſortiri effectũ.
ſuper qua confirmatione fuit per executorẽ fulminatus
proceſſus, ſub die 8. Febr. 1538. et intimata fuit dicta gra
tia, & proceſſus capitulo canonicorum dictę eccleſię Tar
uiſinę die 10. Auguſti 1539. poſtea eueniẽte caſu uacatio
nis dictorum canonicatus, & ꝑbendæ per obitum D. Vin
centij Quirino, extra Rom. Cu. defuncti, R. D. Nuncius a-
poſtolicus, ſufficienti facultate munitus, prouidit de di-
ctis canonicatu, & ꝑbenda R. D. Iacobo, ſub die 28. No-
uembris 1540. & ſecuta poſſeſsio, in qua reperitur de præ
ſenti, de quibus ēt obtinuit ſibi prouideri per uiam nouę
prouiſionis apoſtolicæ, ſub die 7. Ianuarij 1540. et idem
obtinuit per Papam D. Nicolaus de Dñis per Fiat, ſub
die 11. Decemb. 1540. qua die & D. Marinus obtinuit ab
eodem Papa nouam prouiſionem per conceſſum. Qui Ni
colaus ceſsit iura ſua ad fauorem d. Iacobi Zambelli, in
quibus fuit in ampla forma ſubrogatus, ſub die 6. Augu-
ſti. 1541. ut de omnib. ꝯſtat in proceſſu. Et licèt iſtę nouæ
prouiſiones & impetrationes, & ceſsio, & prouiſio nõ ſint
expeditæ, ſed in ſupplicationib. duntaxat ſignatis, hñt tñ
effectũ pro eo ad abſolutoriã obtinendã. Ita Caſſa. deciſ.
Rot. 8. de reſti. ſpoli. & deciſ. 4. nu. 3. 4. de can. poſ. ex qui-
bus fundata eſt intentio D. Iacobi, ēt ad obtinendam ca
nonizationem ſui tituli. Supereſt reſpondere ad obie-
cta. ¶ Non obſtant litterę prouiſionis factę per R. D. Car
dinalem Piſani epi Taruiſini D. Marino, ſuper quib. tota
uis ꝯſiſtit. quia illis reſpondetur multipliciter, Primò, ꝙ
illis nulla fides eſt adhibenda, ex quo ipſemet dñs Mari-
nus litteras illas ad eius fauorem ſcripſit & ſubſcripſit,
tanquam ſecretarius Cardinalis, ut ipſe ſuo iuramento

affirmauit,& de hoc conſtat in proceſſu. Ita not. Alberi.
de Roſa. in l. ſi conſul. col. 2. ff. de adopt. poſt Iaco. de Ra.
5 ubi latè probat † quòd non, eſt danda fides ſcripturæ no-
tarij locantis domum ſuam certis ſcholaribus, quia ta-
bellio habetur pro teſte in inſtrumento. l. Domitius. ff. de
teſts. Et nemo poteſt eſſe teſtis in ſua re, l. omnibus. C. de
teſti. Et notarius ibi aſcribens in teſtamento tenetur pœ
na falſi. C. de his qui ſibi aſcri. per totum. l. diuus de fal.
Nec pater notarius poteſt ſcribere legatum factum ad fa
uorem filij ſui, ut tenet Bald. conſ. 96. Factum tale eſt, &
conſ. 420. Præmittendum lib. 2. & dicit Bar. in l. ex ſenten
tia. ff. de teſtam. mte. quòd notarius, non poteſt ſibi aſcri-
bere aliquod officium ſibi per alium demandatum, uel
conceſſum. Ideò ſecundum ueram, & communem opi-
6 nionem † non credit notario atteſtanti in ſua ſcriptura,
de commiſsione ſibi facta per iudicem de dando iuramē-
ta teſtibus, & illos examinandi. ita Aret. conſil. 33. Con-
ſultatio. colu. 2. Alexan. conſi. 46. Viſo. colu. 3. lib. 6. cum
ſimi. ut dixi in cap. quoniam contra. nu. 130. de probat.
uerſ. tertiò. ¶ Nec obſtat ſigillum Cardinalis penden-
tis, & ſua ſubſcriptio, quia licèt ſigillum ordinarij ſit au-
thenticum, & probet ſpectantia ad officium ſuum, per ea
quæ leguntur, & not. in cap. poſt ceſsionem de probatio.
tamen non faciunt fidem in materia contentioſa in præ-
iudicium tertij collitigantis; ut per bonas rationes tenēt
Dom. de Rot. in nou. deciſ. 22. Fuit dubitatum, ubi ui-
dendum. & D. Anto. poſt Cald. in d. c. poſt ceſsionem. co-
lu. 8. uer. octauus caſus. & ibi Abb. & moder. & not. Aret.
& moder. in cap. cum a uerbis de teſti. ubi tenent non eſ-
ſe credendum Cardi. in damnum tertij. quod probo per
argumentum a maiori: quia nec litteris Papæ, etiam de
facto proprio, eſt credendum in præiudicium tertij. ita di
cit Abb. Sicul. in cle. 1. de probs. circa finem. limitando il
lam. Paul. de Caſt. conſi. 158. Viſo, colu. fi. cum ſimi. ut per
Deci. conſ. 198. colu. 6. uerſ. Item & tertiò. & conſi. 357. In
cauſa magnifici Petri. num. 6. & in conſi. 8. inter conſi. 40.
Decij. col. 2. & 3. & conſ. 606. lib. 4. Petr. de Anchar. conſi.
398. col. fi. Et ita aliàs fuit deciſum in Concilio Baſilien.
in 5. uolum. fol. 177. quòd cle. prima, de probat. non
procederet in damnum tertij. & trad. etiam Roma. conſi.
185. col. fi. multo minus credendum eſt litteris Cardi. prę
dictæ prouiſionis contra quem militant rationes quæ addu
cuntur per Rotam in d. deciſ. circa medium. in damnum
d. Iacobi collitigantis. ¶ Secundò non obſtat indultum
conceſſum Cardinali, per Papam Paulum per uiam exten
ſionis, quia in illo non comprehenditur eccleſia Taruiſi-
na. quod probo, Nam in extenſione illa Papa dat facul-
tatem Cardinali conferendi beneficia diœceſ. uel ciuita-
7 tis Taruiſinæ. † Quæ uerba non includunt eccleſiam ip-
ſam cathedralem. Ita in terminis decidit Compoſt. ante-
quam promulgaretur. c. quamuis. el 1. de præben. lib. 6. in
c. capitulum. fol. 5. colu. 1. uerſ. Item quæritur de hac for-
ma de reſcri. Et Oldrad. in conſi. 185. Thema tale eſt. col.
2. in princip. ubi latè probat hanc opinionem. & iſta opi-
nio Compoſtolæ. fuit approbata per tex. in d. c. quamuis.
§. quanquam, quem pro caſu iſtius quæſtionis adducit
Oldrad. in d. conſ. & Io. Andre. ſuper glo. 1. quem ibi not.
8 omnes doct. & ſequitur Feli. in c. in noſtra in 39. correlia.
in princ. col. 31. de reſcr. eſt uerum, quòd uerba prædicta
indulti, extendunt indultum eccleſiæ Paduanæ ad bene-
ficia eccleſiaſtica in Paduana, & Taruiſina ciuitatibus, &
Diœceſibus, conſiſtentia, etiam ſpectantia ad collationē
& prouiſionem capitulorum dictarum eccleſiarum com-
muniter, uel diuiſim. Nam capitulum eccleſiæ Taruiſinę
habet quamplura beneficia ad ipſius collationem conſi-
ſtentia in ciuitate, & Diœceſ. Taruiſina, quorum nomina
ſunt deſcripta in proceſſu. et de iſtis ſignãter loquitur ex-
tenſio Pauli per illa uerba Diœceſis, uel ciuitatis, & non
de eccleſia cathedrali Taruiſina, nec de beneficijs in illa
conſiſtentibus. quia Papa noluit capitulo eccleſiæ Tar-
uiſinæ in illis beneficijs præiudicare ex quo de conſuetu
dine canonicè obtenta illorum prouiſio, ſine dubio ali-
quo ſpectauit, & ſpectat de pręſenti capitulo. Sed Clemēs
Papa in indulto eccleſiæ Paduanæ, bene conceſsit eidem
Cardinali collationem beneficiorum etiam eccleſiæ Pa-
duanæ per uerba expreſſa, quia erat dubia quæſtio, cui
ſpectaret collatio eorundem, an Cardinali an capitulo;
ex quo diuerſimodè fuerat obſeruatum. & ideò quæſtio
erat dubia in terminis iuris. de qua quæſtione latè tra-
dunt docto. in d. c. cum eccleſia Vulterana. ¶ Secundò
magis ad punctum quæſtionis noſtræ, in qua tractatur de
canonicatu, & præbenda, dico quòd indultum non opi-
8 tulatur in aliquo, D. Marino, † quia etiā ſi in uerbis illius,
uel ex mente Papæ, uel aliàs quomodocunque, compre-
henſa foret eccleſia Taruiſina, & beneficia conſiſtentia in
eadem, non tamen comprehendūtur, canonicatus, & prę-
bendæ eiuſdem, niſi de illis fuiſſet facta expreſſa mentio.
* ita tenent Inno. & alij * communiter in c. fin. de præb. de
qua communi atteſtatur ibi. Abb. col. 2. uerſi. ſed quæro.
ubi adducit rationē quia canonia eſt ualde honorabilior
alijs ſimplicibus beneficijs in cathedrali, in qua canonici
appellantur Clerici primi gradus. & ita tenet Felin. poſt
alios. c. poſtulaſti. col. 8. in ſecunda concluſione, & in c. in
noſtra. correll. 39. in uerſi. Septimò limito de reſcr. ubi di-
* cit, quòd * omnes docto. ita tenent. Sed in indulto eccle-
ſiæ Taruiſinæ nulla fit mentio de canonicatibus, & præ-
bendis dictæ eccleſiæ, ergo prouiſio facta D. Marino, nul-
la eſt, quia ipſi Cardinali non competit facultas prouidē
di de beneficijs conſiſtentibus in d. eccleſia iure ordina-
rio, nec ex facultate indulti, ut dictum eſt ſupra. ¶ Non
obſtat indultum eccleſiæ Paduanæ etiam in quantum lo
quitur de eccleſia Paduana, & de beneficijs & canonica-
tibus eiuſdem, quia omnia illa beneficia, iure ordinario
ſpectabant ad collationem ipſius Cardinalis, ſtante decla
ratione ipſius Papæ concedentis, qui in illo dubio noluit
fauere Cardinali, cui conceſsit omnimodam & plena-
riam poteſtatem conferendi omnia, & ſingula beneficia
ad collationem, & prouiſionem ſuam ſpectantia, nec ob-
ſtant uerba Pauli relata ſupra in contrario, quia ipſe extē
dit indultum eccleſiæ Paduanę, cum ſuis qualitatibus ad
diœceſim, & ciuitatem Taruiſinam, & ad beneficia in eiſ-
dem conſiſtentia, ſpectantia tamen ad collationem, &
prouiſionem ipſius Cardinalis, ſecundum formā. & teno-
rem indulti Paduani, quod loquitur expreſsè de ſpectan-
tibus ad prouiſionem ſuam ordinariam. ſed beneficia, &
canonicatus eccleſiæ Taruiſinę, ſunt ad collationem capi
tuli, ut dixi ſupra, ergo non ueniunt in indulto Taruiſinæ
eccleſiæ, per relationem ad indultum Paduanæ. Eſt uerū,
quòd Paulus per uiam extenſionis, ampliauit utrunque
indultum ad beneficia conſiſtentia in ciuitatibus, & diœ
ceſibus Paduana, & Taruiſina, etiam ſpectantia ad colla-
tionem, & prouiſionem capitulorum dictarum eccleſia-
rum. Nec iſta extenſio poteſt ampliari ad eccleſiam ca-
thedralem a maiori, uel pari ratione. c. cui de non, cum
ibi not. de pręb. lib. 6. & latè legitur, & not. in c. poſtulaſti
de reſcrip. & in c. 1. de fil. preſ. lib. 6. in pręiudicium tertij,
quia tunc ſtrictè interpretantur, & tantum pręſeruat ius
commune Cardinalibus, ut latè per Guiel. Caſſa. deciſ. 3.
4. & 5. de priuil. Nec obſtat clauſula de motu proprio po-
ſita in indulto, quia tollitur in confirmatione Papæ facta
de gratia D. Iacobi Zambelli, quando derogat indultis
etiam conceſsis Cardinali, ratione dictæ ſuę eccleſiæ, etiā
9 motu proprio conceſsis. † ¶ Secundò reſpondetur, quòd
clauſula iſta licèt tollat ſubreptionem, non tamen opera
tur in præiudicium tertij. Ita Io. Andr. & ſequuntur alij.
in c. ſi motu proprio de præbend. lib. 6. & Aegid. Bellem.
deciſ. 475. præmiſſæ tres concluſiones. & Gemi. in conſi.
104. colum. penult. & fina. ubi latè hoc probat, & reſpon-
det ad d. cap. ſi pluribus. de præben. lib. ſexto. quòd in il-
lo non tractatur de præiudicio alicuius. ideò illa clauſu-
la cenſetur fauorabilis, & ampliatur cum ſimilib. ut latè
tradit Deci. in conſi. 410. in cauſa. col. pe. lib. 3. Sed nō eſt
uerisimile, Papam uoluiſſe præiudicare iuri quæſito, capi
tulo eccleſiæ Taruiſinæ, ſuper tali iure conferendi, ſibi cō
petenti in d. eccleſia, niſi expreſſe illi deroget, ut cauetur
per regulā cancellariæ, de non tollendo ius quæſitum. et pro
bat in c. ſuper eo de off. deleg. & in c. quamuis de reſc. li. 6.
cum ſimil. ¶ Tertiò indulto reſpondetur, etiam ſi in eo
compre-

comprehenſa forent beneficia, & canonicatus eccleſiæ
Taruiſinę per regulam cancell. apoſtolicæ, regiſtratam in
10 proceſſu, editam ſub die 22. Auguſti 1536. † qua caue-
tur, quòd indulta cardinalium obſtant exſpectãtibus apo
ſtolicis dumtaxat circa beneficia, quæ de iure ſpectant eo
rum collationi, & prouiſioni, ratione ſuarum eccleſiarum
ſuorum titulorum, uel adminiſtrationis eccleſiarum ca-
thedralium, non antem ratione priuilegiorum, uel indul-
torum ſibi gratioſè conceſſorum: ſed cardinalis Piſani
non baber de iure hanc facultatem in eccleſia Taruiſina,
ut clarè ſupra doctum fuit; ergo indultum illud non ha-
bet in aliquo impedire gratiam expectatiuam apoſtolicã
D. Iacobi, nec prouiſionem eidem factam de dictis cano-
nicatu & præbenda, eo maximè, quia cum ſit facta ab
ipſis D. decano, canonicis, & capitulo dictæ eccleſiæ ordi
narijs collatoribus dictorum canonicatus, & præbendæ,
cenſetur gratia fauorabilis, & ideò amplianda, quia eſſet
tertij præiudicium. Ita arguit gl. approbata in clem. ſi. in
gl. pe. de offi. ordi. & Cald. conſi. 22. col. fin. de præbend.
¶ Quòd modo D. Iacobus fuerit, & ſit expectatiuus apo-
ſtolicus, probat per tex. in c. ſi apoſtolicę ſedis legatus de
præb. lib. 6. ubi eſt caſus, quòd ſi Papa, facta narratione de
prouiſione, ſeu gratia inferiorum collatorum, confirmat
illam, prout in q. noſtra factum fuit, ut conſtat in proceſ-
ſu, & deduxi ſupra, per quam creauit etiam D. Iacobũ in
canonicum, cum plenitudine iuris canonici, cum proui-
ſione præbendæ uacantis, & uacaturæ, ex nunc, prout ex
tunc, & ecõtra, talis gratia dicitur Papalis, & apoſtolica.
Idem probatur in c. hi qui auctoritate, & c. ſi poſtquam
eod. tit. & lib. ¶ Quartò eidem indulto, & ſi comprehen-
deretur in illo beneficia, & canonicatus eccleſiæ Taruiſi-
11 næ reſpondetur per eandem regulam † per quam reſtrin-
guntur indulta conceſſa Cardinalibus habentibus plu-
res eccleſias. ad unam tantum collationem, & eccle-
ſiam eligendam per illos infra certum tempus, modo,
& forma, ut in illa. Sed in actis cauſæ huiuſmodi non
conſtat de huiuſmodi electione formali, ergo indultum
nihil ſuffragatur. d. Marino, niſi oſtendat reualidationem
ipſius in releuanti forma, etiam ſi indultum fuiſſet cõceſ-
ſum motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine po
teſtatis, ut dicitur in regula. ¶ Quinto obſtat D. Marino
exceptio inhabilitatis ad beneficia per extrauag. execra-
bilis Ioannis. 22. quæ eſt regiſtrata in proceſſu, extracta e
quinterno Cancellariæ apoſtolicę in releuanti forma, ex
quo conſtat proceſſu per collationes, & prouiſiones plu-
rium beneficiorum curatorum factis in perſonam D. Ma-
rini, & per teſtes examinatos de poſſeſsione eorum, de in-
hibilitate ipſius, tẽpore, quo fuit ſibi prouiſum de dictis
canonicatu, & præbenda, ſuper qua inhabilitate non ap-
paret aliqua diſpenſatio ad tria, uel ad quatuor incompa
tibilia, & conſtat in proceſſu de poſſeſsione reſpectu curæ
animarum, et de perceptione fructuum omnium, uel ma
ioris partis eorum, iuxta ea quæ leguntur & not. in c. com
miſſa. de electio. lib. 6. ubi glo. in uer. poſſeſsionem pacifi-
12 cam. & doct. ſuper ea. † et ſatis eſt etiam quoad effectum
priuationis, & inhabilitatis. c. de multa de præbend. & d.
extrauagan. execrabilis, quòd poſsideat de facto, & fru-
ctus percipiat, licèt moleſtiam patiatur de iure iudiciali
ſecundum Inno. in c. conſtitutus. de appel. quem refert &
ſequitur Rot. in nou. deciſ. 61. Sufficit impetrãti. & Gemi.
conſi. 101. uer. Ad tertium. eſt uerum. quòd Rot. in antiq.
deciſ. 36. not. quòd ubi uariauit ſuper hoc paſſu. quæ tan-
dem uiſa fuit approbare opinionem Aegid. in d. c. com-
miſſa, quòd illa non dicit pacifica poſſeſsio ad effectum
præmiſſum, niſi fuerit apprehenſa pacificè, quę ita duraſ-
ſet per menſem unum, uel ad plus per duos mẽſes, licèt po
ſtea fiat litigioſum beneficium. et ad iſtam partem uide-
tur inclinare glo. præallegata, in uerſ. pacificum, & in c. ſi
tibi conceſſo de præb. eo. lib. & Gemin. in conſi. 78. col. fi.
* Et iſta hodie uidetur * communis opinio, & in Ro. curia
approbata. ut refert Ioan. Staphileus in ſuo libello de lit
teris gratiæ & iuſtitiæ. fol. 49. tergo. uer. tertio. poſt deciſ.
Aegid. Bellem. 597. incip. Non eſt locus, & latius deducit
Guiel. Caſſado. deciſ. 9. in titu. de cauſ. poſſeſ. inc. Rota. in
antiquis. Et ideò erit animaduertendum ad initium poſ-
ſeſsionis eccleſiæ S. Clemẽtis de Padua, adeptæ per d. Ma
rinum, & ad allegatam pẽdentiam litis in Rom. Curia ſu-
per eadem, per quendam Lazarum de Allegris. de qua ta-
men litis pendentia non ſit plena fides, quia apparet tan-
tum de commiſsione cauſæ, ſed cum decreto citationis,
nec de ipſa citatione, nec de aliqua relatione, ex quibus
cauſatur litis pendentia, cle. 2. ut lit. pend. ¶ Non obſtat
inhibitio illa facta auctoritate Papæ per litteras in for-
ma breuis anno. 1537. die 22. Octob. facta capitulo eccle
ſiæ Taruiſij, quia reſpondetur, quòd illa non ligat capitu-
lum, nec impedit gratiam, & prouiſionem. D. Iacobi, niſi
impediantur prouiſi per cardinalem ſecundum tenorem.
ſui indulti. quod indultum non comprehendit eccleſiam
cathedralem, nec canonicatus, & prębẽdas, ut latè dictum
eſt ſupra; ergo illa inhibitio non extenditur ad caſum no-
ſtrum. ¶ Secundò reſpondetur, quia Papa in confirma-
tione gratiæ ſpectatiuæ D. Iacobi, uoluit illam ſuum ſorti
ri effectum, & omnibus præferri, etiam ſi auctoritate Pa-
pæ, uel alia quauis facta, uel facienda, etiam de canonica-
tu, & præbenda in eccleſia Taruiſina, fuerit proceſſum ad
inhibitionem, reſeruationem, & decretum, etiam motu
proprio. & fuit iſta confirmatio, & noua prouiſio Papæ,
die. 7. Nouembr. 1537. Et ſic poſterior ad aſſertam inhi-
tionem. Ex quibus conſtat. d. Iacobum eſſe in caſu ab-
ſolutionis.

Ioan. Bapt. Ferrettus de anno 1544. menſe Ianuario.

## SVMMARIVM.

1 *Si mulier dicat uolo te accipere in maritum, & uir per eadem uerba reſpondeat, utrum ſit contractum matrimonium, uel ſponſalia.*
2 *Et quid ſi uir dicat mulieri. Volo eſſe tuus maritus.*
3 *Et quid per illa uerba, Sei tu cõtenta de tuor per tuo marito Carlo qui præſente, muliere reſpondente, che è contenta tuorlo per marito, & concluditur quòd non.*
4 *Per iſta uerba uolo te ducere in uxorem, uel uolo tecum contrahere, fiunt tantum ſponſalia.*
5 *Si mulier promittat accipere uirum in maritum per uerba de pręſenti, non erit contractum matrimonium, ſed tantum facta promiſſio de futuro.*
6 *Per iſta uerba, & mi ti prometto eſſer tuo marito, contrahuntur tantum ſponſalia.*
7 *Si dico tibi, uolo tibi donare centum, non eſt perfecta donatio.*
8 *Si contrahentes utuntur uerbo præteriti imperfecti, uel infinitiui, contractus non erit perfectus.*
9 *Teſtes qui diſcordant in uerbis ſubſtantialibus contractus non probant.*
10 *Teſtes ſingulares, non probant pluribus rationibus.*
11 *Teſtis amiciſſimus, & intrinſecus non probat.*
12 *Teſtes conſanguinei, uel affines infra quartum gradum, non ſunt idonei teſtes pro conſanguineo, etiam fauore, matrimonij.*

## CONSILIVM CCLXXXI.

IN cauſa matrimoniali indeciſa pendente corã Reuerendo P. D. Vicario in ſpiritualibus, & tẽporalibus generali Reuerendiſsimi D. epiſcopi Concordien. inter Talianum Bernardini de Villa Caſarſiæ agentem, & Mariam filiam Sgnaldi eiuſdem Villæ ream conuentam, uertitur dubium, Nunquid inter ipſos ſit probatum matrimonium legitimè contractum per uerba de præſenti. Et prima facie uidebatur dicendũ, quòd ſic per regulã iuris diuini, & humani, qua cauetur, quòd in ore duorum, uel trium ſtat ueritas Matth. c. 18. Exod. c. 20. & in c. in omni, & in c. licet de teſti. & in c. nouit de iud. cum ſimil. Sed in q. propoſita, examinati ſunt duo teſtes, Oliuus Florauãtis. & Baptiſta Meoni de Caſarſia. qui ſuo iuro uidentur deponere de matrimonio inter eos contracto de anno. 1542. in die feſtiuitatis Beatæ Mariæ de menſe Auguſti, dum reuerterentur a tripudio

uillæ

uillæ fluminis . dicunt.n.quòd interrogata Maria, ſi erat
contenta accipere in ſuum maritum dictum Talianũ,ip-
ſa reſpondit,quòd erat contenta accipere ipſum in ma-
ritum . & Talianus ſtatim reſpondit , Et mi te prometto
eſſere tuo marito,per not.Corn.Peruſ.conſi.91 . Licèt col.
1 2.circa fi.lib.3.ubi dicit † quòd ſi mulier diceret uolo te
accipere in maritum, & uir nolo te accipere in uxorem,
iudicaret pro matrimonio.& per not.Bar.in l.3 . col.2. ff.
2 de iur.iuran.ubi dicit † quòd ſi uir dicat mulieri,nolo eſ-
ſe tuus maritus,per iſta uerba importatur matrimonium
de præſenti.Confirmator quia præceſſerunt amores inter
ipſos,ut ipſa Maria confitetur, reſpondendo primæ poſi-
tioni : & quando præceſſit amor, matrimonium redditur
ueriſimile,& tollitur diſparitas inter contrahentes,ſi ali-
qua probata fuiſſet,ut tenẽt D.Ant.Abb.Imol.& moder.
in c.ſuper eo,el 2.de teſti.col.pe.& fi. Tertio,quia modi-
ca diſparitas inter contrahentes non reddit teſtimonium
conſanguineorum ſuſpectum in cauſa matrimonij, fauo-
re ipſius,ut tenet gl.1.in d.c.circa medium.cum qua per-
* tranſeunt ibi doct. * communiter.Sed inter familiam Ma
riæ,& illam Taliani,modicus,uel nullus uidetur exceſſus
& differentia,ſi quis diligenter intueatur dicta teſtium,er
go duo teſtes uidentur cõcludẽter probare matrimoniũ,
ex quo contra eos nihil uidetur probatum , quod urgeat.
¶ Prædictis tamen non obſtantibus tenendum eſt indu-
bitãter nullum inter eos probatum matrimonium.quòd
3 multipliciter oſtendo.† Primò quia Oliuus primus teſtis
ſuper 3.cap.fol.16.proceſſus referẽdo uerba uſſerti matri
monij dicit,quòd Bernardinus pater Taliani, & ipſe Ta-
lianus filius dixerũt erga Mariam infraſcripta uerba,Ve-
dremo adeſſo ſe to fai conto di noi , & diſſeno S'ella era
contenta de tuore per ſuo marido el ditto Taliano : Et eſ-
ſa Maria diſſe,Si che ſon cõtenta tuorui per mio marito.
Et Talian diſſe a la fe?Et lei riſpoſe a la bona fe ſi. Et Taliã
diſſe,Et mi ti prometto eſſer tuo marito a la fe . Prædicta
uerba non faciunt matrimonium, quia ad contrahendũ
matrimonium requiritur mutuus uiri,& mulieris conſen
ſus, per uerba de præſenti , ut probatur in c.pen.de ſpon.
Sed uerba probata per Mariam, Io ſon contenta tuorui ,
non important matrimonium per uerba de præſenti, ſed
ſponſalia de futuro;ut in terminis ponendo caſum per hu
iuſmodi uerba , conſuluit Alex. in conſi.153. incip. Viſis
narratis.col.1.uerſi.Tamen ſi alia uerba ibi promitto , ꝙ
ducam te in uxorem,quando allegat tex. in c. iurauit de
proba.& in c.de illis & in c.pe.de ſpon.Et col.3.nu.15. ibi
Et quòd deinde dixit dicto Carolo, Eſtù contento di tuor
la Iſabetta per tua mogliere? Et Carolus reſpondit Meſer
ſi.Et col.4.in uerſi.neque etiam probatur dictum matri-
monium,ibi,Iſabetta fiola mia eſtu contenta de tuor Car
lo de Rubino per tuo marito?& ipſa rñdit Meſer ſi.Et uer
ſus ad Carolum dixit,Eſtu contento de tuor Iſabetta per
tua moglier? qui reſpondit quòd ſic.Nam Alexand.con-
ſuluit,quòd iſta uerba , quæ conueniunt cum uerbis , de
quibus in caſu noſtro,important tantum ſponſalia de fu-
turo,etiam ſi ſequantur alia uerba , quæ uidebantur im-
portare exequutionem contracti matrimonij , ut ibi per
eum . & optimè dicit. Pro quo adduco not.per Abb.in d.
c.iurauit de probat. in 1 . not. ubi dicit , quòd ſi aliquis
promiſit ſe ducturum,ſeu accepturum talem in uxorem,
quòd iſta uerba denotant tantum ſponſalia de futuro.idẽ
ſi dicatur,Promitto,quòd accipiam te in uxorem. uel per
uerba ſimilia, quæ non ſonant in conſenſum de præ-
ſenti,ſecus ſi dicatur accipio te,uel duco te,in uxorem .
¶ Ad idem adduco eundem Abb. in c.ueniens el 2. in 2.
not.de ſponſal.per illum tex.ubi not.quòd per iſta uerba,
promitto te ducere in uxorem non contrahitur matrimo-
nium de præſenti,ſed ſolum ſponſalia de futuro ; quia uer
bum ducere,ſonat in futurum,ſicut uerbũ illud accepturum
de quo in caſu noſtro . Et cum prædictis concordat
Deci.poſt alios.in d. c. iurauit in 3.not. idem dicit Abb.
in c.ex parte de ſponſal. ſuper glo.1 . in uerſi. quandoque
uerba ſonant in futurũ.ubi allegat tex.in c. de illis. eod.
tit.ubi idem Abb.in 1.not.notat,ꝙ per uerba futuri tem-
poris,ſeu habentia tractum ad futurum,non contrahitur
matrimonium de præſenti,ſed duntaxat ſponſalia de fu-
turo. Idem dicit Abb.in d.c.ſicut ex litteris.& in d.c.pen.
eod. tit. & ita ſequuntur do. Ant. & alij docto. moder. in
prælleg.locis in notabilibus.Confirmo prædicta per do-
ctri.Ioan.And.in d.c.ex litteris.el 1 .eod.tit. quem referũt
4 do.Anto.& Abb.in 3.col.ubi dicunt,† quòd ſi uerba con-
trahentium reſpiciunt principium actus , & remanent in
ſolis terminis complacentiæ ; ut ſi dicatur,Volo te ducere
in uxorem,uel uolo tecum contrahere, uel te deſponſare ,
quòd tunc nõ perficitur contractus matrimonij,quia iſta
uerba,& ſimilia ut ſunt illa , de quibus in quæſtione , Son
cõtenta di torui per mio marito,ut dixi ſupra poſt Alex.
oſtendunt ſolam diſpoſitionem uoluntatis ad actum in
futurum exercendum,& ſequitur do.Præpoſ.Alex. in d.c.
ex litteris col.pen.in primis uerbis ſuæ diſtin. poſt Card.
& alios.Præterea ad idem moueor, quia Talianus & Ber-
nardinus eius pater dixerũt Mariæ, Se era contenta torlo
per ſuo marito,& nõ dixerũt per uerba de pſenti:Ideò ipſa
ad interrogata reſpondendo dixit,che era contenta tuor
lo per ſuo marito,& ſic defecerunt uerba de præſenti,quę
ſunt de ſubſtantia d.c.pe.& c.tuæ de ſponſal.ideò illa uer
ba Mariæ,de accipiendo Talianum in maritum importãt
de futuro . Quiuimmo ſi præfata Maria promiſiſſet acci
5 pere Talianum in maritum per uerba de præſenti † non
eſſet contractum matrimonium,ſed tantum eſſet facta pro
miſsio de accipiendo,& contrahẽdo cum illo in futurum
per uerba de præſenti.ita in terminis tenet Corn. Peruſi.
in d.conſ.91 .Licèt in hac col.3.uerſ.tertio rigor uerborũ
lib.3.Quinimmo nec uerba prolata per Talianum nemi-
ne ipſum interogante,relata per eundem teſtem, quando
6 dixit erga Mariam † & mi ti prometto eſſer tuo marito,
important matrimonium , ſed tantum ſponſalia de futu-
ro . & ad hoc allego doctrinã Bar.in l.ſerui electione.col.
2.circa finem.ff.de leg.1.& in l.1.col.2.& 3.C.de ſac.ſan.
eccle.Cum quo pertranſeunt communiter docto. Vbi cõ-
cludit,quòd quando ſumus in contractibus,in quibus re-
quiritur cõſenſus partium mutuus , inter ſe obligatorius
pro ut in q.noſtra,quòd aut uerbum uolo,uel placet, ha-
bet limitationem certam ,& determinatam de præſenti ,
& tunc inducit diſpoſitionem,& obligat de præſenti : aut
habet determinationem incertam,quia ad infinitum , &
tunc non diſponit de præſenti,ſed importat tantum futu
rum tempus . & allegat not.per gl. magnam circa finem
in l.in ementis,aliàs in uendentis. C. de contrahen. empt.
quanto magis idem dicendum eſt de uerbo promitto:de
quo in caſu noſtro,relato per Talianum,quod de ſe nihil
importat,ſed regulatur ab adiuncto.Quod uerbum Pro-
mitto,eſt adiunctum uerbo,eſſe , quod reſpicit futurum,
ideò non inducit diſpoſitionem de præſenti , ſed promiſ-
ſionem tantum de futuro,per doctri.Bar.in l.fi. col.2. cir-
ca medium.ff.de condi.ob cau.Vbi dicit,quòd ſi promit-
to tibi donare centum,non eſt donatio perfecta de præ-
ſenti.Sed quia uerbum Promitto,eſt iunctum infinito. im
portat,& declarat animum ad donãdum in futurum.quẽ
refert,& ſequitur Paul.de Caſt. conſ. 106. inc. Dicta dona-
tio.col.2.ibi promiſsio.ſecundum antiquam impreſsio-
nem . & ad hoc adduco Salic. in d. l. in ementis col. pen.
7 q.5.ubi dicit, † quòd ſi dico uni,uolo tibi donare centũ ,
non ſequitur,ergo donaui . licèt econtra,ſi dono bene ſe-
quit,quòd uolo donare.ita in q.noſtra Talianus promit-
tit Mariæ eſſe ſuum maritum,non ſequitur,quòd ſit ma-
ritus,licèt econtra ſi cum ea prius contraxiſſet matrimo-
nium per uerba de præſenti , bene ſequeretur , quòd eſſet
ſuus maritus,uel quòd promitteret eſſe maritum ſuum.
¶ Confirmo prædicta per ea,quæ notantur per Bar.Bald.
Cyn.& Salic.in d.l.in uendentis col.pen.in 6.q.ubi dicũt,
8 † quòd ſi contrahentes utuntur uerbo præteriti imperfe-
cti ſubiunctiui,uel infinitiui,contractus non dicitur per-
fectus,ſed rem imperfectam ſignificat,& mentem, & deſi-
derium contrahendi, cui contractui datum fuit initium.
* & Salic.dicit,quòd ita tenent * communiter docto.& be
ne ſecundum eum : quia non eſt recedendum a uerbis
in modo ſignificandi l.j.§. hæc uerba. ff.quòd quiſ.iur. l.
non aliter.ff.de leg.3. ¶ Corroborãtur prædicta per tex.

& ibi.

& ibi not.per do. Ant. Abb.& mode.in d.c.iurauit de pro
ba.& in d.c.de illis.& in d.c.penu.de ſponſal.ubi uerbum
promitto,in contractu,iunctum uerbo futuri temporis,
importat tantum ſponſalia,ut latè dixi ſuprà. ¶ Ex qui-
bus infero,quòd uerbum iſtud,Prometto deſſer tuo mari
to,prolatum per Talianum, non importat matrimoniũ
de præſenti,cum nõ præceſſerint uerba,inter ipſos,impor
tantia matrimonium.iuxta tex.in d.c. penultimo. Immo
& ſi eſſemus in caſu, in quo Talianus accepiſſet Mariam
in uxorem per uerba de præſenti tunc non poſſet dici in-
ter eos adhuc contractum matrimoniũ per uerba de præ-
ſenti,ex quo uerba Mariæ important tantum ſponſalia,&
ſic non eſſet inter eos mutuus in idem conſenſus, ut iura
uolunt in d.c.tuæ,& c.pe.ibi, ita quòd unus alterum,mu
tuo conſenſu uerbis conſuetis expreſſo recipiat, utroque
dicente,ego te in meam accipio,&,ego te accipio in meũ.
¶ Alius teſtis Baptiſta Meoni ſuper 5.capitulo.in fin. fol.
29.dicit, Che Bernardino padre del ditto Taliano diſſe
uerſo eſſa Maria, queſte formali parole cio è Lo accetti-
ſtu per tuo marito? parlando di Talian: & lei riſpoſe, In
bona fe ſi.Et Talian allhora diſſe,& mi ti accetto per mia
mogliere alla fe.Iſte teſtis in multis diſcrepat a dicto Oli
ui alterius teſtis. Primò, quia Oliuus dicit, quòd ambo
pater & filius interrogarunt Mariam. ſed iſte Baptiſta di
cit de Benardino patre interrogante. ¶ Secundò, quia
Baptiſta diſcordat in uerbis ſubſtantialibus, Nam ipſe re
fert uerba matrimonij de præſenti. ibi. Lo accettiſtu per
tuo marito? & ibi.Te accetto per mia moglier.Et ſic am-
bo cõuenerunt in matrimonium; Oliuus uerò de uerbis
9 importantibus ſponſalia. Sed teſtes † qui diſcordant in
uerbis ſubſtantialibus contractus,aut ſunt falſi,aut ſingu
lares,& ſic aliquid non probant.c.nihilominus. 3.qu.9.&
§.qui falſa.4.q.3.c. quod autẽ. 23. q.3. c.licèt cauſam.§.
quanquam.ibi. in ſerie ſui teſtimonij contradicant.& ibi
quidam ſunt ſui teſtimonij ſingulares de probat. c. bonæ
de electione.c.dilectus de accuſa.probatur in l. eos. ff. de
falſ.ubi Bar.Hoſtien.in ſum. de teſti.§. quæ diuerſitas ĩn
uerſi.in contrarietatibus.Specul.in ti. de teſt.§.1.uerſ. itẽ
quod de ſuo.Ang.in conſ.274.ex themate,col.7.& Alex.
in conſi.50.in cauſa inquiſitionis lib.1. cum ſimi. ut per
10 moder.in d.c.licèt in q.not. † & de teſtibus ſingularibus
quòd non probent, eſt ratio, quia de diuerſis actibus de
ponere uidentur,& in eodem actu non ſunt conteſtes, nec
ibi eſt numerus.& ideo tantum probat unus, quãtum mil
le,ut Bal.dicit in l.ut iuſiurandi.col.3. uerſi. deinde noto
rationem.C.de teſti. Vbi allegat Specul.in tit. de inquiſit.
§.ubi uidendum.uerſi.ita noto.& iſta concluſio de teſtib.
ſingularibus,quod non probant,procedit, quando ſunt
ſingulares in dicto principali pro ut ſunt in quæſtione no
ſtra.ut dicit Bal.in l.de quibus.col.pen.uerſic.dictum eſt.
ff.de legi. Fulgoſ.in conſi.r61.In cauſa Iacobi.colu.pen.
Corn.Peruſi.conſ.34.Circa principale lib.2. cum alijs ut
per Decium d.c.licet colu.5.uerſic. Secundo ſingularitas.
Et de contrarietate Teſtium productorum ab eadem par-
te,quòd nihil probet tradit gl. in terminis per bona iura
in c.in noſtra in gl.1.poſt principium.& ibi.late per doct.
de teſti. Quòd autem diſcordent in ſubſtantialibus & ẽt
ĩn uerbis patet manifeſtè ex lectura dictorũ ſuorum, quæ
ſupra relata ſunt. ¶ Tertio diſcordant,quia Baptiſta di-
cit,quòd uerba relata per eum fuerunt formalia, Oliuus
uero refert alia uerba ipſorum contrahentium, quæ non
conueniunt cum dictis per Baptiſtam: ergo nihil probãt,
etiam ſi in eundem ſenſum,& effectum tẽderent.Ita in ter-
minis dicunt do.Ant.& Abb.in c.nihil obſtat.in 1.not.de
uer.ſigni.& tradunt do.Ant.& Abb.in c. cum eccleſia ſu-
per glo. in uer.uacillaſſe de ca.poſſ.cum ſimi. ut per Soci.
conſi.244.Conſiderata facti contingentia.col.1.lib.2. cũ
ſimil.quæ nota ſunt. ¶ Ex alio etiam non probatur arti-
culatum matrimonium,licèt illi duo teſtes deponẽdo de-
11 contracto per uerba de præſenti: † quia Baptiſta Meoni
alter teſtis,quando depoſuit erat amiciſsimus & intrinſe-
cus multum cum Taliano, ut ipſe Talianus cõfeſſus fuit
reſpondendo idem poſitioni Mariæ, in ſecunda modula
fol.89.tergo. ideò ſibi minus creditur l.3. in princip. ff.
de teſti.& eſt gl.in §.cogendum.in uer.teſtes in fi.in auth.
de Monac.Notant Cyn.& alij in l.eos.C.de teſti. Io.And.
in addit.Specul.in tit.de teſte.§.1.in princ.& probatur in
c.quoties de teſti.ibi.amicitia. Ad idem tex.in §.item te-
ſtium,in uerb.uel amicus.4.q.3.& gl.in ſum.circa mediũ
3.q.5.cum ſimi.ut per Feli.in d.c.quoties.col.2. in 5.not.
ubi poſt Specu.& Bal.& gl.in c.inſinuante,in uer.familia
rem de offi.deleg.& poſt Roma.cõſi.405.inc.Quæro pro
poſita,tenet quòd tanta poſſet eſſe amicitia cum teſte, q
in totum repelleretur a teſtimonio.Sed Talianus confite
tur maximam,& intrinſecam amicitiã habere cum Bapti
ſta,poſtquam contraxit cum Maria. Noto ſuperlatiuum
maximam,& aliã qualitatem de intrinſeca, ita quòd nul-
la maior coniunctio in amico poteſt conſiderari. ergo
ſumus in caſu deciſionis Speculatoris, & Feli. & aliorum
Doctorum,de quibus,ſupra. ¶ Excluſo Baptiſta remanet
Oliuus ſolus, cui non eſt credendum, etiam ſi deponeret
de matrimonio,per uerba de præſenti.per regulam illam
ĩn ore duorum, uel trium, &c. c. cum a uobis de teſti.
¶ Alia etiam ratione,non eſt dictis Oliui,& Baptiſtæ cre
12 dendum † ſi ſunt infra quartum gradum conſanguinita-
tis,uel affinitatis cum Taliano; ut in terminis conſuluit
Soci.in conſi.17.inc.Supradictæ cauſæ poſitio.col.3.uerſ.
Secũdo & principaliter lib.1. Vbi in uerſ.quinimmo, poſt
Salic.in l.parentes.C.de teſti.concludit,quòd matertera,
& alij cõſanguinei, infra quartũ gradum non ſint integri
teſtes pro matrimonio, attenta grauitate cauſæ. ubi etiã
loquitur de fratre pro ſorore,ampliando tex.in d.c. ſuper
eo de teſti.quod loquitur de patre,uel matre. Idem tenet
Hoſt.in ſum.de teſti.§.quis poſsit eſſe ſol.2. uerſi. ubi au-
tem quæritur.ubi tenet,quòd data diſparitate inter con-
trahentes non admittitur mater,nec etiam conſanguinei
in teſtes.aliàs enim dicit ipſe, Vilis mulier poſſet petere re
gem in uirum,uel ruſticus reginam,inducens teſtes de cõ
ſanguinitate ſua. & ibi expreſsè dicit,quòd tex.in d.c.ſu-
per eo, licèt loquatur de matre tãtum puta tantum idem
eſſe de conſanguineis.Quod dictũ refert & ſequitur Alex.
in conſi.154.inc. Viſo themate, col.1.uerſi. plus dicit.nu.
10.ubi uidendum quæ puto notanda ſi præfati duo teſtes
ſunt infra quartum gradum cum Taliano, quod bene non
potui colligere ex eorum dictis. Ideo R.D. Vicarius po-
terit,cum ſit ſuper loco,melius ſe informare. ¶ Vtrum au-
tem ſit inter præfatos Mariam,& Talianum,aliqua diſpa
ritas conſiderabilis, arbitror,quod ſit illa diuitiarum, ut
patet ex dictis Oliui, & Baptiſtæ, & aliorũ teſtium quam
plurium, quando deponunt de diuitijs in quadruplum,
propter quem exceſſum tollitur illa ratio de qua ſupra
dixi in principio de modico exceſſu poſt gl. in d.c. ſuper
eo. ¶ Concurrit etiam contra Talianum, quia ipſe poſt
aſſertum matrimonium, quæſiuit cum alijs mulieribus
contrahere,ut deponunt de hoc quàm plures teſtes.quod
non feciſſet ſi prius matrimonium cum Maria contraxiſ-
ſet,ut eſt uero ſimile.& ualet argumentum huiuſmodi. c.
quia uerisimile de præſump. Præterea uen. præsbyter Io-
annes Daniel Mantica teſtis quintus pro Maria,ſuper 10.
cap.fol.40.deponit ex ore Bernardini patris Taliani, &
Leonardi eius patrui,qualiter habuerant conſilium à pe-
ritis,quòd nullum extabat matrimonium inter Talianũ,
& Mariã,& quòd ipſe presbyter diceret ſuo nomine Col-
luſſo patruo Marię,quòd acciperet indulgentiã plenariã,
& quòd daret maritum dictæ Mariæ,quia ab illis nõ mo-
ueretur lis aliqua contra Mariam: quæ puto multum no-
tanda. ¶ Supereſt reſpondere ad Contraria. Non obſtat
dictum Corn.Peruſ.in d.conſi.91.Quando poſuit quæſtio
nem in uiro,qui dixit, Volo te accipere in uxorem, & in
muliere dicente, Volo te accipere in maritum: quia reſpõ
* detur,contrariam opinionem eſſe ueriorem,& * commu
nem ut patet per ea,quæ latè deduxi ſupra. maximè poſt
Alex.in d. conſi.154.qui in terminis q. noſtræ conſuluit
contrarium ad fauorem Mariæ,quòd per iſta uerba; Son
contenta tuorui per marido contrahuntur tantum ſpon-
ſalia de futuro. ¶ Secundò reſpondetur, quia ĩpſemet
Corn.in d.conſi.col.3.in deciſ.tenet cõtrarium, ſequutus
* ueram,& * communem opinionẽ,maximè in uerſi.tertiò
rigor

rigor uerborum. Vbi inter cętera mouetur, quia cum aga
tur de interpretanda mẽte proferentis uerba, & mens nõ
poteſt probari, recurritur regulariter ad cum de cuius mẽ
te dubitatur. l. in obſcuris. ff. de reg. iur. & ſecundum, hoc,
cum Maria aſſerat reſpondendo poſitionibus, non con-
ſenſiſſe in Talianum, ut in maritum, multum confert, cum
aliter de eius mente non appareat: quia uerba infiniti
ſunt æquiuoca apta comprehendere utrunque tempus
præſens, & futurum; ideo declarantur ex coniecturis. quę
coniecturæ ſunt, quòd non fuerit contractum matrimo-
nium per uerba de præſenti, quia ipſa negat ut dixi. Se-
cundò quia non apparet in proceſſu, quòd poſtea ſe ad in
uicem tractauerint, ut uirum, & uxorem. Tertiò quòd
ab alijs fuerint tẽti, & reputati pro coniungibus. Quar-
tò, non eſt probata fama matrimonij. Quintò, Talianus
perquiſiuit nubere cum alijs, ut dicunt plures teſtes.
Sextò, q a medio presbytero Daniele ex ore patris Taliani
fuit data licentia patruo Mariæ, de nubendo illam. Ex
quibus bene iuſtificatur, quòd per illa uerba, Son conten-
ta di tuorui per marito, nõ importatur matrimonium de
præſenti. Nec Corn. Peruſ. dicit contrarium. Immo pro
Maria in deciſ. conſilij, licèt allegando uiſus fuerit tene-
re contrarium, quæ allegatio eſt etiam contra ueram, &
communem opinionem, ut dixi. ¶ Non obſtat doctri.
Bar. in l. 3. ff. de iur. iuran. quia reſpondetur, Bartolum lo-
qui quando uir profert uerbum, Volo eſſe tuus maritus.
Quæſtio uero noſtra, loquitur quando Talianus uſus fuit
uerbo promitto, quòd habet tractum de futuro, ut latè di
xi ſupra poſt Abb. Bar. & Paul. de Caſtr. & uerbũ uolo ma-
gis importat conſenſum de præſenti, ut per Bar. in d. l. ſer-
ui electione. & in d. l. j. C. de ſacroſ. eccle. ¶ Secundò re-
ſpondetur, quòd in caſu Bartoli uir, & mulier conuenie-
bant in eundem conſenſum de præſenti. Sed in q. noſtra,
uerba Mariæ importabant tantum ſponſalia. Sed uerba
Taliani, etiam ſi importaſſent matrimonium de præſenti,
diſſonabant a uerbis Mariæ. quo caſu non contrahitur
matrimonium ut probatur in d. c. pen. ¶ Non obſtant
amores præcedentes inter eos ad tollendum diſparitatẽ
diuitiarum, quia procedunt, quando Maria dilexiſſet ual-
de Talianum. Et ita in terminis loquuntur doctn. in d. c.
ſuper eo col. pe. & fi. qui amor ita qualificatus non eſt nec
articulatus, nec probatus. Ex quibus concludo, non eſſe
probatum aliquod matrimonium contractum fuiſſe per
uerba de præſenti inter Mariam, & Talianum: & propte-
rea ipſam fuiſſe, & eſſe in caſu abſolutionis à petitis per
Talianum.

## SVMMARIVM.

1 *Minor 14. annis, maior tamen ſeptennio, cum quo eſt diſpenſa-
tum ſuper ætate per Papam in habendo beneficia etiam ſimpli
cia, non habet legitimam perſonam circa administrationem be-
neficiorum.*

2 *Textus in c. ſi annum de iudi. lib. 6. de minore. 14. annis circa be
neficia, & ſpiritualia, ut minor. 14. annis Clericus non habeat
legitimam perſonam in actibus iudicialibus, procedit etiam in
extraiudicialibus, ut in procuratore ad reſignandum.*

3 *Minor clericus. 14. annis non poteſt conſtituere procuratorem
ad reſignandum beneficio, niſi illum conſtituat ex decreto iudi-
cis eccleſiaſtici.*

*Minor. 14. annis caret conſenſu, niſi malitia ſuppleat ætatem.*

## CONSILIVM CCLXXXII.

MINOR 14. annis cum quo eſt diſpenſatum
ſuper ætate etiam per Papam in habendo be
1 neficia † non habet legitimam perſonam cir
ca adminiſtrationem beneficiorum. ita te-
net gl. n. in c. ex ratione de æta. & quali. cum qua ibi per
tranſeunt indifferenter * omnes. quam bene notant, quæ
loquitur in principio de diſpẽſato a Papa, & allegat l. cos.
C. de his qui ueni. impe. ubi probatur, quòd ſi minor 25.
annis impetrauit a Principe beneficium ætatis, non tamẽ
poterit alienare bona immobilia, ſine decreto iudicia; &
ideò Papa in d. c. mandat illis pueris beneficiatis dari ad
miniſtratores in beneficijs, qui ſuppleant perſonas mino
rum. 14. qui ſecundum Hoſt. ibi in §. & clericis, erunt qua
ſi curatores impuberum. & Ioan. Andr. in fin. dicit, quòd
cum illa gl. concordant Roffre. Tancred. Goffre. & Hoſti.
& Petr. de Anch. in fine ſequutus gl. illam, ſubdit, quòd di
ſpenſatus in ætate non habet adminiſtrationem eccleſiæ
nec bonorum, ſine decreto ſuperioris. & Cardi. in 1. & 2.
q. loquitur expreſsè in diſpenſato per Papam circa ætatẽ,
minorem. 14. & latius cæteris ita firmat poſt gl. do. Anto.
col. fi. idem Petr. de Anch. in c. ſi annum. in. 4. not. ubi Phi-
lip. §. 1. in 2. not. de iudi. lib. 6. ubi loquitur in diſpenſato
per Papam. & allegat d. gl. fi. & Gemi. in c. ſi eo tempore
de reſcri. eod. lib. col. fi. & Feli. in c. edoceri, colu. 2. & in c.
poſtulaſti. col. 16. in 3. fall. de reſcri. ubi refert & ſequitur
eandem glo. Ex quibus apparet, quòd non ſolum iſta eſt
communis opinio ut atteſtatur Gomeſ. in d. c. ſi annum
fol. 304. & in uerſi. tertia concluſio. Sed eſt per * omnes
approbata, nemine cõtradicente excepto ipſo Gomeſio;
qui ſtudio impugnandi ueritatem oppoſuit nonnulla fri
uola, quæ nihil penitus faciunt. ¶ Non obſtat ergo di-
ctæ concluſioni gl. in c. quia in tantum de præb. quam al-
legat, quia loquitur in reſidentia neceſſaria ad diſpenſa-
tionem. ita Feli. in d. c. poſtulaſti. col. 15. in 3. fall. Non ob
ſtat reſponſio per ipſum data ad tex. in d. c. ſi annũ, quòd
non procedat in extraiudicialibus, in quibus ſecundum
eum minor eſt habilis per tex. quem allegat in c. qui gene
raliter. §. fi. de procur. eod. lib. quia reſpõdetur, quòd iſte
Reuerendus Pater (cum bona uenia) æquiuocauit in ter-
minis. Nam quæſtio in qua uerſamur in terminis dicti. c.
ſi annum, loquitur de minore. 14. annis. Et ipſemet in d.
uerſi. Tertia concluſio: ita format quæſtionem. Textus ue
ro in d. c. qui generaliter in fine loquitur de minore. 17.
annis, qui ad negocia põt conſtitui procurator, qui ma-
ior. 14. in beneficialibus habet legitimam perſonam, tam
per ſe. quàm per procuratorem, ut probatur in c. ex parte
de reſti. ſpoli. & in d. c. ſi annum in princ. ¶ Non obſtat
reſponſio per eum data ad d. c. ex ratione, quòd loquatur
in clerico diſpenſato ab inferiore a Papa. & ideò reprehẽ
dit Philip. in d. §. 1. in 2. not. qui ſecundum eum allegat
tex. in d. c. ex ratione. Sed etiam in hoc ipſe Gomes deci-
pitur, quia Philip. non allegat illum tex. ſed gl. illam fi. quę
in princ. loquitur de diſpenſatione Papæ cum qua pertrã-
ſeunt omnes doct. ibi per illum tex. in quo Papa ex tacita
diſpenſatione tolerauit prouiſionem epiſcopi, & noluit
dari adminiſtratores beneficiorum, donec ad congruam
peruenerint ætatem. Ex quibus concludimr, quòd minor
14. annis diſpenſatus per Papam non habet liberam ad-
miniſtrationem beneficiorum ſuorum: multo minus il-
lam habebit minor cum diſpenſatione inferioris a Papa,
inter quos eſt longa differentia. Et probatur iſta opinio
per tex. in d. c. ſi annum per quem ita notat Pet. & Philip.
in locis præall. qui tex. licèt loquatur in iudicialibus, pro-
2 cedit etiam in extraiudicialibus. † Et ita de uno ad aliud
arguit Gemi. & Philip. poſt Petr. de Anch. in d. c. ſi annum
in principio col. 1. ſuper gl. in uerſ. 25. annis & Philip. col.
2. ſuper ſolutione contrarij. Quare minor. 25. annis in tẽ
poralibus non habet legitimam perſonam. ſecus in ſpi-
ritualibus. Dicunt enim quòd ſicut maior. 14. ex diſpoſi-
tione legis canonicæ, adminiſtrat beneficia ſua, extraiudi
cialiter, & in hoc ſunt facti habiles, & capaces per Rom.
Pontifices: ita & iudicialiter, per ſe, uel per procuratores
& probatur in d. c. ſi annum in principio. Sed loquendo
de minore. 14. annis ipſe non habet perſonam legitimam,
nec adminiſtrationem beneficij in iudicio ſine curatore,
uel procuratore, ex decreto iudicis dando; ut in d. c. §. 1.
ita nec in extraiudicialibus ipſe minor. 14. annis poterit
per ſe, uel per procuratorem, adminiſtrare, nec contrahe-
re, ſeu procuratorem facere, ſine decreto iudicis eccleſia-
ſtici arguendo de uno ad aliud, prò ut arguunt præfati
docto. & ita etiam arguit Hoſti. in d. c. ex ratione. §. & cle
3 ricis. & ibi. Io. Andr. col. 1. † ¶ Confirmo, quia eadem eſt
ratio in utroque caſu, ſcilicet, quia minor. 14. maior ſe-
ptem, niſi ſit proximus pubertati, & malitia ſuppleat ęta-
tem,

tem,caret conſenſu,ut probatur in c. unico in princip. de deſpon.impu.lib.6.quæ ratio tollit adminiſtrationem cõſtituto in tali ætate.ut probatur in d.c.ex ratione cum ſua gl.fi.ex quibus arbitror ſatis cõſtare de nullitate reſignationis dictorum clericatuum factæ aliàs del 1530. ad fauorem Antonij plato per procuratorem conſtitutum per nob.d.Ioãnem Frãciſcum de Spilimbergo,tunc ętatis annorum.x.ſine auctoritate & decreto ſui ordinarij.ex defectu mandati.& iſta ſunt addenda ad allegationem ſupra, nu.261. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Valet reſignatio beneficij facta lite pendente, ſuper crimine contra clericum facta ante ſententiam ſuper delicto priuatiuam beneficij.*
2 *An et quando ualeat ſequeſtrum fructuum beneficij, factum per iudicem laicum: & nunquid per ſequeſtrum clericus priuetur poſſeſſione beneficij. & nu.3.*
4 *Clericus inquiſitus de criminibus poſt ſententiam priuatiuam beneficij non poteſt illud reſignare, ſi ſententia illa tranſiuerit in rem iudicatam.*
5 *Fugiens de carcere, ipſo facto, habetur pro confeſſo omnia delicto fugienti imputata; etiam ſi de illis aliàs non conſtet.*
6 *Et ex illa confeſſione cauſata ex fuga, condemnatus, amiſit beneficium appellandi.*
7 *Ex forma ſtatutorum Italiæ reus proclamatus de delicto non cõparens, habetur pro confeſſo. Et ex illa confeſsione poteſt damnari ad mortem.*
*Et amittit beneficium appellandi.*
8 *Hæreticus amittit ipſo iure beneficia ſua.*
9 *Laicus fugiens de carcere ipſo facto, uenit puniendus pœna capitis: clericus uero amittit beneficia.*
10 *Citatus ad ſententiam uerus contumax, non comparens, amittit beneficium appellationis.*
11 *In cauſis ſummarijs ſufficit unica citatio ad ſententiam.*
12 *Sententia iuris, uel hominis, tranſita in rem iudicatam, de quibus conſtet, per inſtrumenta authentica inficiunt petitorium, & poſſeſſorium in beneficialibus, ideo repellunt agentem poſſeſſorio.*
13 *Priuatus beneficio à iure, poteſt de facto, a ſuo ordinario, ſine ſententia hominis, amoueri à beneficio ſine ſpe reſtitutionis.*
14 *Notorium non ius impedit reſtitutionem ſpoliatis.*
15 *Non poteſt conferri beneficium laico: etiam ſi deferat habitum clericalem.*
16 *Princeps non intendit per ſuam gratiam tertio præiudicare.*
*Clauſula, ſine præiudicio tertij, ſemper ſubintelligitur.*
17 *Clauſula, Non obſtante collatione, intelligitur de inualida.*
18 *Quid operetur clauſula uel alio quouis modo uacet.*
19 *Quid operetur clauſula, dummodo beneficiorum diſpoſitio, hac uice, ad nos pertineat.*
20 *Princeps ſecularis, eſt iudex competens in materia poſſeſſoria beneficiorum.*
21 *Cauſa poſſeſſoria beneficiorum non dicitur ſpiritualis.*

## CONSILIVM CCLXXXIII.

FACTVM tale eſt. Presbyter Andreas Caliſtanus aliàs Plebanus eccleſiæ ſancti Martini de Laziſio diœc. Veronen. fuit per ſuum ordinarium de pluribus criminibus inquiſitus, uidelicet, hæreſi, ſodomia blaſfemia, publico ludo chartarum, ſtupro, & defloratione plurium mulierum ſuæ parochiæ, maxime cuiuſdam Dominicæ, medio ſacramentalis confeſsionis, ac de alijs criminibus de quib. in inquiſitione. ſuper quibus longo formato proceſſu & ſeruatis ſeruãdis: idem reus die 27. Auguſti del 1543. per nuncium curiæ, de commiſsione legati apoſtolici commiſſarij à Papa ſpecialiter, ad inſtantiam ipſius Andreæ deputati, ad ſententiam pro die 30. Auguſti citatus fuit. Qui Andreas poſt citationem in nocte ſequenti, fracto carcere, de illo aufugit, & exiſtens extra carceres conſtituit procuratorẽ ad reſignandum dictam plebem, & alia ſua beneficia, in Rom. curia. Sed eueniente die citationis pro ſententia. Reuerendiſsimus legatus ſuam diffinitiuam contra reum promulgauit, per quam ipſum bãniuit, & dicta plebe, ac alijs ſuis beneficijs priuauit, ac alia fecit pro ut in ipſa. ſed die ſequenti, quæ fuit ultima Auguſti, loci ordinarius, ad quem ſpectat prouiſio dictorum beneficiorum, auctoritate ordinaria, & indulti apoſtolici, contulit illa D. Nicolao Ormanetto Doctori, clerico Veronẽ. Poſt quę, ſummus Pont. Paulus.iij. de eiſdẽ beneficijs tanquam de uacantibus, per reſignationem Andreæ prouidit Iulio Caliſtano laico, & fratri ipſius Andreæ, die 11. ſeptembris dicti anni 1543. Cuius prouiſionis uigore, d. Iulius ut præfertur, laicus, de dicto anno, die 20. Nouembr. obtinuit litteras ducales poſſeſſorias directas Magnifico poteſtari Veronæ, & ſucceſſoribus. Sed ab Illuſtriſsimo Dominio, litteræ ſub die 16. Dec. directæ, ſunt, eidẽ Magnifico D. poteſtati, quòd ipſe deberet ad ſe aduocare dictam poſſeſsionem, cum ſuſpenſione fructuum dictorum beneficiorum, donec aliter fuerit ei ſcriptum. Super quibus litteris, fuit inter partes coràm Illuſtriſs. Dominio, diu altercatum, quia pro parte Iulij Caliſtani petebatẽ litteras prędictas diei 16. decembris reuocari, pro parte uero D. Nicolai petebatur confirmari, & ſucceſsiue litteras ducales poſſeſſorias ſibi dari, & litteras ſub die 20. Nouembris ad fauorẽ Iulij emanatas, reuocari. Super qua difficultate Sereniſsimum Dominium, de conſenſu partium requiſiuit habere conſilium ab excellentia ueſtra, cuius reſolutio pendet a ualiditate collationis Papalis, factę ad fauorẽ Iulij Caliſtani, & illius factæ ab ordinario, Nicolao Ormanetto, quęnam illarum prę ualeat & ius tribuat prouiſo in dictis beneficijs, & a conſi. Decij. 125. de quo dicam infra.

¶ Et prima facie uidebatur dicendum, quod illa Papalis facta pro Iulio potior eſſet, quia facta uigore reſignationis Andreæ Caliſtani, de criminib. inquiſiti, de beneficijs non litigioſis, per glo. in c.2. ut lit. pend. lib.6. in uer. finita circa medium, cum qua ibi pertranſeunt docto. Quæ
1 concludit † quod pendente lite, ſuper crimine, contra clericum beneficiatum, ad effectum priuãdi illum beneficio, non impeditur reſignatio: quia beneficium non eſt litigioſum, cum non agatur de titulo beneficij, ſed de puniẽda perſona beneficiati propter delictum commiſſum. & fuit etiam ratio Bar. in l. poſt contractum. col. pe. ff. de dona. & ita poſt communem opin. tenet Reuerendus pater. Ludoui. Gomes: olim dum uiueret epiſcopus Sarnen. & Rotæ Rom. auditor in commento regulæ de ſubrog. colli tig. q.7. fol.92. tergo. & do. Anto. in conſi.44. inc. Caſus, quidam presbyter. & Gemi. conſi. 105. Ad ſupplicationẽ, cum alijs accumulatis per eundem, ſuper regula de annali poſſeſſore. q.42. fol.146. & prius Reuerẽdus pater Ioan. Staphi. dum uiueret epiſcopus Sibinicẽſis & Auditor Rotę in ſuo libello utriuſque ſignaturæ fol. 65. & 66. Cuius reſignationis, & prouiſionis uigore, cum ipſe Iulius prouiſus obtinuerit poſſeſsionem dictorum beneficiorũ per litteras ducales diei. 20. Nouemb. non uidetur, quòd poſſit priuari, turbari, neque moleſtari in dicta ſua poſſeſsione, niſi cauſa prius cognita, ipſo citato. c. licèt epiſcopus de præb. lib.6. & ideò dicit Bal. conſi. 244. inc. Non tangẽdo lib.3.
2 † quòd quando conſtat quis poſsideat, non eſt ſequeſtranda poſſeſsio illius, ſed defendendus in ea, ſaluo iure Dominij, uolenti litem mouere. & Petr. de Anch. in
3 conſi. 248. & Decius in conſi. 125. lib.1. latè probant † quòd ſi ad inſtantiam alicuius ſequeſtrantur fructus beneficij contra poſſeſſorem, talis poſſeſſor dicitur ſpoliari, & poteſt intentare ſpolium aduerſus obtinentem ſequeſtrum fieri. ex quibus uidetur poſſe dici, litteras ducales diei 16. Decembris reuocandas fore. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium puto uerius ex pluribus. & primò
4 per ea quæ not. do. Anto. in d. conſi. 44. qui tenet † quòd presbyter inquiſitus de criminibus, non poteſt reſignare beneficia ſua, poſtquàm de illis fuerat priuatus per ſentẽtiam iuris, uel hominis. Idem tenet Gemi. in d. conſi. 105. in 1. dubio. ubi tenet, quòd clericus accuſatus de crimine ante priuationem beneficij, poteſt illud reſignare, ſed nõ poſt ſententiam priuatiuam. quia reſignatio pręſupponit

habitum

habitum quo clericus caret per priuationem præceden-
tem; & ſi uacat per priuationem, & non per reſignatio-
nem. & uno modo uacandi expreſſo, non uenit aliud.c.
ſuſceptum de reſeri.lib.6.Idem tenet Rota.5.inc. Accuſa
tus: in titulo de re iudi.in recoll.per Bernard.de Biſgnet-
to.in fine.uuæ latè poſt Inno.& alios quos refert,tenet, q
ſiue præcedat ſententia iuris priuatiua beneficij, ſiue ſen-
tētia hominis propter delicta,pro ut in q.noſtra, utraque
præceſsit,ut ſtatim oſtendam. Non ualet reſignatio per
inquiſitum,cum ſit in fraudem tertij, & poſt priuationē,
& per alias rationes,de quibus per Rotam, quam refert,
& ſequitur Feli.in c.in noſtra correll.37.col.39.in fine.de
reſcrip.& deciſ.do.Ant.& Rotæ practicantur quotidie in
Rom.cur.ut atteſtatur Gomes ſuper regula de annali. q.
42.fol.146.& ſuper regula de ſubrogan. q.7.fol.92. & at-
teſtatur ita ſeruari Ioan.Staphi.in tractatū ſuo litterarum
gratiæ,& iuſtitiæ fol.165.Et pro prædictis eſt bonus text.
iu d.l.poſt contractum cum ibi not.per Bar.col.pe.in uer.
tempore.quando inquiſitus donauit bona ſua poſt ſentē-
tiam non ſuſpenſam per appellationem,quia non ualet ut
in caſu noſtro,in quo ſententia legati lata contra Andreā
eſt in appellabilis,ut ſtatim dicam. Quòd autem contra
Andream extent duæ ſententiæ priuatiuæ beneficiorum
ſuorum,una iuris,altera hominis,& utraque inappellabi-
5 lis,oſtendo.Et Primò de illa iuris † quia ipſe Andreas fu-
giens de carcere,ipſo fracto (ut conſtat ex proceſſu) ha-
betur pro confeſſo omnia delicta ſibi imputata. ita tenet
gl.pen.& ibi Bar.in l.pen.ff.de cuſto.reorum.quem refert,
& ſequitur Feli.in c.nullus in 2.fall.de præſump.Quæ cō-
feſsio habētur pro uera,ut expreſsè poſt glo.& Bar. tenet
Alberi.in d.l.pen.in repeti.d.l.quæ non habetur in lectu-
6 ra.circa fi.dicens † quòd ex illa confeſsione cauſata ex fu
ga condemnatus amiſit beneficium appellandi.& allegat
7 ſimile † de ſtatutis per Italiam,Ex quibus reus proclama
tus,ſi contumax non uenerit ad carceres habetur pro con
feſſo delicta,nec admittitur appellatio, & condemnatur
ex illa confeſsione etiam ad mortem. & ita ſeruat Italica
conſuetudo,ut atteſtatur Ioan.Andr.in addi.Specu.in ti-
tulo de accuſa.§.fi.col.6.uerſi.ſed pone,in addit.inc.Co-
gniras in littera.H. circa fi.& idem tenet Alberi.in prima
parte.ſtatu.q.7.& 8.ubi dicit,quòd totus mundus ita ſer-
uat.& ſequitur Auguſt.Arimi.in addi.ad Ang.in uerb.fa-
ma publica col.15.uerſi.quærit Ludouicus.Ex quibus ſe-
quitur,quòd Andreas ex illa fuga confeſſus fuit crimen
hæreſis,de quo in inquiſitione,& de quo erat publice dif-
famatus: & quia promiſerat ducere in uxorē ipſam. Do-
minicam,ſequutus morem græcorum, & ſectam lutheria-
8 norum,contra decreta eccleſiaſtica.† Sed hæreticus, ipſo
iure,amittit beneficia,ut legitur,& not.in c.cum ſecundū
de hæreti.lib.6.& ita decidit Feli.in c.2.col.3.poſt Pet.de
Anch.de reſcri.& ideò Bart.in d.l.poſt contractum col.3.
in ſecundo tempore dicit,quòd in crimine hæreſis.& læſę
maieſtatis,reus, ſtatim cōmiſſo delicto. etiam ante que-
relam,priuatur facultate donandi propter priuationem
cauſatam à iure. & allegat d. c. cum ſecundum: quanto
magis hoc in caſu noſtro dicendum? in quo Andreas fue
rat de tali crimine inquiſitus, & deſuper longus forma-
tus proceſſus,& iam ad ſententiam citatus,poſt quam ci-
9 tationem fracto carcere aufugerat † qui in pœnam puni-
ri debet pœna capitali.l.j.ff. de effracto. quæ loquitur de
laico,quę in clerico beneficiato erit pœna amiſsionis gra
dus,& dignitatis,& ſic beneficiorum,ut in terminis expo
nit Io.de Ana.pœnam dictæ.l.primæ in c.à nobis.colu.2.
de apoſtatis. ¶ Obſtat ipſi Andreæ reſignanti ſententia
iuris cauſata ex confeſsione ſua: obſtat etiam reſignatio
ni ſuæ ſententia priuatiua ipſius D. legati, quæ præceſsit
illam,quæ eſt fundata tam ſuper dictis teſtium examina-
torum quàm ſuper defloratione Dominicæ,& ex confeſ-
ſione Andreæ,qui recognouit litteras amatorias, & chiro
graphum ſuum ducatorum 400.pro dote,quàm etiam ſu-
per confeſsione ſua,et fuga cum factura carceris.quę ſen
tentia ex prædictis reddita fuit inappellabilis. quam in-
appellabilitatem probo etiam ex infraſcriptis.Primò, q
legatus apoſtolicus appellationi dicti Andreæ a ſua ſentē
tiā non detulit,uiſa doctrina Alberi.de Roſa. in d.l.pen.
Secundò,quia D. Vicarius patriarcalis iſtius ciuitatis im
petratus ab ipſo Andrea pronunciauit ſe incompetemē
propter hanc inappellabilitatē. Tertio,quia idem D.Vi-
carius ſecūdo loco ab utraque parte iudex à ſede apoſto-
lica impetratus,pronunciauit ſententiam illam inappel-
labilem,exequendam fore,& eſſe,& decreuit executoria-
les ex commiſsione ſpeciali Papæ, qui ita illi D. Vicario
reſcripſit; Si ſibi conſtiterit de ſententia priuatiua, & de
fuga,& fractura carceris,quòd ante omnia ſententiā exe-
10 queretur, etiam cū inuocatione brachij ſecularis† ¶ Alia
etiam ratione ſententia illa eſt inappellabilis, quia ipſe
Andreas fuit perſonaliter citatus ad ſentētiam dum eſſet
in carceribus,qui nocte ſequenti aufugit,& amplius non
comparuit,& ſic fuit uerus contumax,ſed citatus ad ſen-
tentiam non comparendo,amittit beneficium appellan-
di. Ita tenet Bald.in l.ſi ideò.ff.de euict.in l.eos.§.1.in 2.
not.C.de appe.& Ange.in l.ex conſenſu.§.fin. colum.2.ff.
eod.& ita firmat Alex.in l.ſæpe.fol.8.ſecundum antiq.im
preſſ.col.1.& 2.uerſi.ita etiam noluit Bald. & in uerſic. &
dum Fulgoſius.ff.de re iudi.ubi pro caſu iſtius. q. allegat
tex.in d.§.fi.& Alex.poſt Ang.reſpondet adductis per Ra-
pha.Et licèt iſta doctr.communis procedat in citato tri-
11 na monitione,uel unica peremptoria ad ſententiam:† ta-
men idem dicendum eſt in unica citatione, in cauſis, in
quibus proceditur ſummariè, ut probatur in clem. ſæpe
circa finem de uerb.ſigni.& tradunt Ang.& Imol.in d.§.
fi.col.2.& 3. Sed ī cauſa huiuſmodi ſunt impetrata a ſede
apoſtolica tria reſcripta præſentata ipſi Reuerendo D. le-
gato,& uicario patriarchali,in quibus mandatur in cau-
ſa huiuſmodi procedi ſummariè,&c.facti ueritate inſpe-
cta,& aſque obſeruatione terminorum ſubſtārialium, ut
conſtat in proceſsibus. Ergo citatio illa etiam unica ha-
bet eundem effectum.d.clem.ſæpe ideò illa ſententia in-
appellabilis erit.quia lata contra uerum contumacem.
Ex quibus conſtat de nullitate reſignationis dictorum
beneficiorum factæ per Andream,& prouiſionis apoſtoli
cæ deſuper factę ad fauorem Iulij Caliſtani, maximè poſt
ſententiam legati priuatiuam beneficiorum, quæ mere-
tur executionem, pro ut etiam ita pronunciatum fuit.
12 † Quæ ſententia hominis,& etiam illa iuris, de qua dixi,
merentur executionem,& inficiunt petitorium, & poſſeſ-
ſorium; ex quo de ipſis conſtat per publica documenta,
& quia latæ Andreā citato, & cum cauſæ cognitione ita
quòd non requiritur alia iudicialis indago. & ideò oppo
nuntur contra Iulium agentem poſſeſſorio recuperandæ.
& ita tenet Rot.in nou.deciſ.16.ſi contra agentem, quę in
principio loquitur,quando contra agentem poſſeſſorio
opponitur reſeruatio Papalis, de qua conſtat. & col. pen.
& fina.loquitur quando notorium non ius reſultat ex ſen
tentię iuris,uel hominis, parte prius citata, & cauſa co-
gnita,& ita latè firmat poſt Inno.& alios,Philip. in c. ad
decimas col.pen.uerſi.& concludò breuiter de reſt. ſpoli.
lib.6.Idem tenet Rot.7.in antiq. & Præpoſitus in ſumma
3.q.1.fol.3.col.2.& dicit gl.in uer.ipſo iure, in extrauag.
13 Ioan.22.execrabilis.§.qui uero,de præb.† quòd priuatus
beneficio a iure,poteſt de facto à ſuo ordinario ſine alia
ſententia hominis amoueri à beneficio, & talis ſpoliatus
non poterit agere de ſpolio.Et dicit Abb.in c.quia cleri-
ci in 2.not.in fi.de Iure patr.quòd ſi notoriè clericus tene
ret eccleſiam iniuſtè,poteſt epiſcopus eum ſpoliare de fa-
cto,ſicut de facto ſe intruſit.Quod dictum refert & ſequi-
tur Feli.in c.qualiter 1.col.9.& 10.de accuſa.& Rom.cōſ.
483.col.fi.& in conſi.499.col.2.Deci.conſi.191.Feli.in c.
fi.fol.2.col.4.de præſumpt.& dicit Rot.deciſ.14.Fuit du-
14 bitatum, & deciſ.55. Ad inſtantiam in nou. † quòd ubi
conſtat de notorio nō iure petentis ſe reintegrari ad poſ-
ſeſsionem beneficij, non erit reſtituendus etiam ſi eſſet
ſpoliatus lite pendente quia non debet dari uitioſus in-
greſſus cum peccato. Quæ rationes militant contra Iu-
lium,cui fuit promiſſum de beneficijs iam prius uacanti-
bus in partibus per ſententiam iuris,& hominis, priuati-
uam,& præcedente collatione eorum per ordinarium fa-
cta Nicolao Ormanetto,ibi præſenti. quo caſu fuit ſibi
quæſitum

quæſitum ius.c.ſi tibi.abſenti.ubi caſus de præb.lib.6.&
ſic quando procurator Andreæ reſignauit illa beneficia
in curia,ipſa non uacabant,ideò collatio Papæ tanquam
ſubreptitia, fuit, & eſt nulla,maximè, quia fuit facta illa
gratia Iulio,laico,& ſic nulliter a principio, qui eſt inca-
pax ſpiritualium.c.maſſana,& c.ſacroſancta de elec. c.de
* cernimus de iudi.& ideò docto.* communiter.in c. cum
adeò de reſcri.ubi latè per Feli.col.1.& 2.& in c.2.de inſt.
15 tenent,† quòd non ualet gratia facta laico de beneficio,
etiam ſi deferat clericam,& gerat ſe pro clerico,ſi nullum
ordinem habeat,cõtra gl.fi.in d.c.1.& ideò dicitur in gra
tia Pontificis, quòd tunc demum prouiſio illa ſortiatur
effectũ,poſtquàm Iulius fuerit ad ordines promotus, de
qua promotione non conſtat. Vnde cum non ſit adhuc
purificata conditio, gratia cum omnibus ſuis clauſulis
nihil operatur.clem.1.in principi.de conc.præben.& hoc
præſuppoſita ipſius ualiditate,quæ tamen eſt nulla,ut di-
ctum eſt ſupra & dicam etiam infra. Nam Nicolao Or-
manetto fuit primo ius quæſitũ ex collatione ordinaria,
ex ſententia legati procedente d. c. ſi tibi. Cui non appa-
ret derogatum,& ideò illa, quæ fuit prior debet attendi,
non ſecunda Papæ. C.ſi à ſede de præb. lib.6. à contrario
ſenſu. Vbi gl.& docto.not.& illa ſecunda Papæ, quæ prio-
ri non derogat propter ius quæſitum,non eſt attendenda,
tam ex iuris communis diſpoſitione c.ex parte de offi.de-
lega.l.ij.§.ſi quid à Principe. ff. nequid in loc. pub.quàm
ex regula cancell.apoſtolicæ,qua cauetur,quòd per quá-
cunque ſignaturam Papa non tollit ius alteri quæſitum
16 † Et iſta clauſola ſemper ſubintelligitur, etiam ſi non ex-
primatur,ut latè per Feli.in c.capitulum.col.17.de reſcr.
17 deciſ.Rot.in antiq.445.Licèt motus proprius †& ob eam
cauſam,ſi Papa in ſuis litteris tolleret collationem alteri
factam, in dubio intelligitur de collatione inualida,non
autem de ualida, ne tollatur ius quæſitum, ut dicit com-
poſtellanus.in c.cauſam quæ de reſcript.cum ſimi.ut latè
per Iaſ.in l.fi.in 4.col.ff.de conſti. princi. & Gemi. in c. ſi
poſtquam col.fi.de præb.lib.6. cum alijs ut per Feli. in d.
c.cauſam quæ fol.pen.uerſ.Non obſtante collatione col.
14.15.& 16.ubi dicit,quòd iſtud dictum compoſtel. non
habet contradictorem,& quòd ideò ab eo in practica nõ
eſſet recedẽdum.& per hoc fit reſponſum ad gratiam apo
ſtolicam prouiſionis factæ Iulio Caliſtano, ibi quauis au
ctoritate collati.ſeu quacunque collatione, ſeu prouiſio-
ne. quia illa uerba intelliguntur de inualida,ut etiam la-
tè firmat Gomes ſuper regula de non tollen. ius quæſi.q.
21.fol.32.tergo.Immo nec Papa,etiam ſi uellet, præiudi-
caret iuri acquiſito,niſi expreſsè derogaret dictæ regulæ
cancell.ut ibi Gomes.q.23.& ultima.fol.33. & ita quoti-
die ſeruatur in practica. ¶ Nec obſtat clauſula appoſita
18 in dictis litteris.ibi,† uel alio quouis modo uacent.quia
dicta uerba præſupponunt uacationem beneficiorum tẽ-
pore prouiſionis Pontificis, quæ negatur in q. noſtra, in
qua fuerat iam prius de dictis beneficijs uacantibus per
priuationem per ordinariũ canonicè prouiſum Nicolao
Ormanetto. & ita in terminis tenet Gomes ſuper regula
de infirm.reſignantibus.q.34.fol.55. uerſi. ſed defenden-
do,ubi dicit,quòd dicta clauſula capit tantum uacatio-
nem tempore datæ litterarum. ſecus, ſi ante uel poſt.
¶ Vnde concludẽdo dico,quòd beneficia huiuſmodi ua-
carunt aliàs per priuationem, ſed deſierunt uacare per
prouiſionem ordinarij factam die ultimo Auguſti; ergo
non uacabant die 11.Septembris,qua Papa prouidit di-
cto Iulio tanquam de uacantibus per reſignationem An-
dreæ,uel aliàs quouis modo. ¶ Ex alio etiam illæ litteræ
19 Papæ,non obſtant, † quia in illis adeſt clauſula,dummo
do eorundem beneficiorum diſpoſitio ad nos, hac uice
pertineat. Sed prius fuerat per ordinarium facta de illis
prouiſio,Nicolao Ormanetto,de uacantibus per priua-
tionem:Ergo ad Papam non ſpectabat prouiſio, quia per
ſententiam priuatiuam inappellabilem impedita fuit re-
ſignatio Andreæ,ut latè probaui ſupra. Et ideò Papa in
ſua gratia ad narrationem Iulij impetrantis, quando fa-
cit mentionem de ſententia lata contra Andream ſubinn-
git,quæ in rem non tranſiuerat iudicatam, per appellatio
nem Andreæ.& ſic Papa præſupponit ſententiam appella
bilem contra ueritatem. & hoc quia factum Pontifex
ignorauit.c.1.de conſtit.lib.6.Et propterea gratia illa eſt
plena mendacijs, & ſubreptionibus, & ſic nulla. c. ad au-
dientiam de reſcri.maximè quando narratur in ea q̃ An-
dreas fuit ab imputatis delictis prius abſolutus contra
notoriam ueritatem. Ex quibus concluditur, quòd litte-
ræ ducales pro Iulio,(de cuius notorio non iure conſtat)
non poſſunt de iure ſubſiſtere ſtante ipſius incapacitate,
quia laicus,& nullitate notoria litterarum ſuæ aſſertæ pro
uiſionis,quæ ratio militat etiam ſi Iulius doceret ſe cleri-
cum,ut patet ex prædictis. ¶ Supereſt reſpondere ad cõ-
traria in principio adducta,quæ non obſtant,nam proce
dunt quando inquiſitus de crimine,renunciaſſet ante pri
uationem iuris,uel hominis. Secus ſi poſt (ut dixi.) Non
obſtat conſi.Petri de Anch.228.quia loquitur,& procedit
quando laicus iudex incompetens, ſequeſtraſſet bona cõ
tra perſonas eccleſiaſticas in caſu,laico à iure interdicto,
ad inſtantiam aduerſariorum,ut ex lectura conſilij appa-
ret.& ita ad aliud reſpondet latè Deci. in d. conſ. 125. in
cauſa ſpolij, ſecus ſi dominus ſecularis, in materia poſ-
ſeſſoria beneficiali,maximè ex officio, & non ad inſtan-
tiam partis,ex ſuis conuenientib. reſpectiuis,qui in prin-
cipe præſumuntur, aduocaſſet ad ſe poſſeſsionem, & fru-
ctus beneficiorum mandaſſet ſequeſtrari ad certum tem-
pus,ut in q.noſtra factum apparet, quia tunc litteræ hu-
iuſmodi ſtare debent,nec poteſt dici ſequeſtrum prohibi-
tum, & ita in terminis hanc noſtram. q. & difficultatem
Excellẽtiæ ueſtræ ab Illuſtriſsimo Dominio commiſſam,
per plura decidit Deci.in d.conſi.125. cuius iura & ratio
nes poſſunt uideri,ideò aliter non referam. Et quia in q.
noſtra litteræ dominij ad Magnificum poteſtatem Vero-
næ,auocationis poſſeſsionis,& fructuum ſequeſtrationis,
ſuper hoc non apparent ſcriptæ ad inſtantiam Nicolai
Ormanetti,ut apparet ex lectura ipſarum. & in iſtis ter-
minis conſuluit Deci.quòd etiam ſi conſtaret, non eſſent
20 reuocandæ,† quia Illuſtriſsimum dominium fuit & eſt iu
dex competens in materia poſſeſſoria beneficiorum, ut
conſtat per partes Illuſtriſsimi conſilij Rogatorum,prout
aliàs pro dominis Florentinis cõſuluit Ang.conſi.23. in-
cip.Nulla,de quo licèt aliàs Feli. in c.eccleſia ſanctæ Ma-
riæ de conſtitut.dubitauerit; tamen hodie non eſt dubi-
tãdum,quia Ita ſeruatur apud omnes principes,tam citra
quàm ultra montes,ſciente,& patiente Papa, cum omnes
curiales epiſcopi,& cardinales recurrant ad principes ſe-
culares,& Illuſtriſsi. Do. pro adipiſcenda poſſeſsione be
21 neficiorum. Et hęc practica inoleuit etiam de iure,†quia
cauſa poſſeſſoria beneficiorum,non dicitur Spiritualis, ut
uoluit Vincen.in c.fi.de iud.cum ſimil.ut refert, & ſequit
Guido Papæ i deciſ.ſuis.q.1.& q.70.& q.85.& latius hoc
ꝓbat Steph.Aufre.in trac.de poteſtate ſecular. ſupra reb.
eccleſiæ,poſito in 3.uol.tract.fol. 113.fall.24. Et in ſpecie
conſuluit Deci.conſi.220.lib.2. Ex quibus concludo,
quòd litteræ huiuſmodi ducales diei 16.Decẽbris, de qui
bus agitur,legitimè emanarunt,ut in terminis conſuluit
Deci.in d.conſi. & quòd litteræ poſſeſſoriæ ducales ſunt
dandæ D.Nicolao Ormanetto canonicè, per ordinariũ
inueſtito,non obſtantibus contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Ratio poſita in proœmio,cenſetur finalis.*
2 *Dictio,ut, cauſam finalem inducit.*
3 *Ceſſante cauſa impulſiua non ceſſat effectus.*
4 *Ceſſante una cauſa finali,de pluribus,non ceſſat diſpoſitio.*
5 *Quando ratio proœmij non conuenit cuilibet caſui,tunc non cẽ-
ſetur finalis etiam ſi eſſet unica.*
6 *Indultum Papæ conceſſum cardinalibus,debet latè interpreta-
ri,contra ipſum Papam.*
7 *Sed in præiudicium collatorum debet ſtrictè interpretari.*

CON-

## CONSILIVM CCLXXXIIII.

¶ De materia canonicatus, & præbendæ Taruiſinæ de qua ſuper alleg. 286. & infra. All. 316.

REVERENDISSIMVS D. Marinus dat de regula Cancellariæ editæ del 1540. die 4. Nouemb. Per quam Papa reuocauit expectatiuas, & conſequenter uidentur reualidata indulta Cardinalium, quę fuerant prius reuocata, quo ad beneficia ad aliorum inferiorum collationem pertinẽtia, per aliam regulam prius editam del 1536. die 22. Auguſti. in fauorem expectantium, ut dicitur in priocipio dictæ regulæ ibi, ut expectantes fructum reportare poſsint
1 † quæ rō cum ſit in procemio, cauſam finalem importat
2 l. fi. ff. de hæred. inſti. † & iſta dictio, ut, cauſam finalem inducit gl. 1. per illum tex. in cle. 2. de æta. & quali. qua ceſſante propter regulam reuocatoriam exſpectatiuarum prædictam, del 1540. ceſſare uī reuocatio indultorum, del 1536. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante de appel. Et ad hoc poſſunt allegari multa quę adducit Lud. Rom. in conſi. 417. in propoſito. ¶ Quibus tamen non obſtantibus contrarium eſt uerius, indulta per reuocatoriam expectatiuarum, non eſſe reualidata. Quod probo, quia aut illa ratio de expectatiuis, fuit impulſiua, aut finalis. † Primo caſu, illa ceſſante, non ceſſat effectus regu
3 læ reuocatoriæ indultorum, l. ſi mulier. C. de iur. doct. declarat Bar. in l. 2. §. fi. ff. de dona. Ab. in d. c. cum ceſſante. ſi uero fuit cauſa finalis, idem dicendū eſt. ex quo in principio d. regulæ ponuntur plures rationes ibi, ex his, & cer
4 tis alijs rationabilibus cauſis. † ſed quādo ſunt plures cauſæ finales, licèt una ceſſet, nō ceſſat diſpoſitio, uulgato. §. affinitatis. inſti. de nup. quem ibi not. Ang. in 3. not. & declarat Bar. in d. §. fi. & docto. in d. c. cum ceſſante. col. 1.
¶ Tertio reſpond. quòd quando regula largius loquitur
5 in diſpoſitiua, quàm in narratiua, ſeu procemio, & ſic † quā do ratio procemij, cuilibet caſui poſito, in diſpoſitione non conuenit: tunc ratio etiamſi eſſet unica non cenſetur finalis, ſed impulſiua. Iſtud fuit ſingulare dictum Io. And. in c. pen. de immuni. eccl. lib. 6. & ſequitur ibi Gemi. quos refert & ſequitur Philip. in d. c. cum ceſſante. col. 1. uerſic. ſed ſi quæratur. Sed ratio procemialis d. regulæ de expectatiuis, non conuenit cuilibet caſui poſito in d. regula in qua ponuntur multa dicta reuocatoria, in quibus ratio illa non conuenit. Quod probo, deducendo unum tantum exemplum. Nam inter cætera quæ in d. regula reuocantur, nominantur facultates conferendi beneficia cōceſſæ legatis etiam de latere, & alijs nuncijs apoſtolicis, & et quib. uis Patriarcis, Archiepiſcopis, epis, & cæteris prę latis, per quas tamẽ facultates, non impediuntur expectātes Papæ, quin ex illis poſsint fructum reportare. c. dudū de præb. lib. 6. §. nos igitur, & in uerſi. conſiderantes quoque, ergo non poteſt dici quòd illa ratio, quæ fauet expectantibus ſit finalis, cum non conueniat huic caſui. & per iſtam doctri. ſublata ſunt contraria ſupra allegata. Præterea etiamſi illa reuocatoria expectatiuarum, reualidaſſet indulta ceſſante ratione: tamen reualidatio illa non ampliat indulta, ultra naturam ſuam primęuam: ſed indultū de quo agitur, ſui natura nō comprehendit eccleſiam cathedralem Taruiſinam, nec Canonicatus & præbendas in eadem conſiſtentes, ut latè dixi ſupra in prima allega. 264. ubi eſt uidendum. Ergo D. Marinus aduerſarius, nullum ius habet in dictis canonicatu, & præbenda. Non obſtat unum aliud, quod audio pro D. Marino allegari,
6 † quòd indultum debeat latè interpretari, in fauorem Reuerendiſsimi D. Cardinalis epiſcopi Taruiſini, ut in eo cō prehendatur eccleſia Cathedralis argumēto l. fi. ff. de conſtit. princi. c. Olim de uerbo. ſignifi. maximè quia emanauit motu proprio per tex. in c. ſi pluribus in principio de præben. lib. 6. quia reſpond. hoc eſſe uerum in præiudiciū Papæ concedentis, c. cum dilectus de conſuet. Calder. cōſ.
7 7. de reſcrip. † ſed quatenus concernit præiudicium dominorum Canonicorum, & capituli eccleſiæ Taruiſinæ, ad quos ſpectat collatio dictorum canonicatus & prębēdæ, debet ſtrictè interpretari, tāquam ambitioſum. c. quia circa. de priuileg. & ibi not. & ita in terminis reſpondet Gemi. in conſi. 104. Conſuetudo, in fine, qui reſpondet ad dictum c. ſi pluribus. quia ibi, non tractabatur de præiudicio epiſcopi Ordinarij collatoris. & in terminis ita fuit aliàs deciſum in ſacro Rotæ Auditorio in indulto cōceſſo tunc epiſcopo Paduano prædeceſſore iſtius moderni, & alijs cardinalibus ut ſtrictè intelligantur, ne præiudicent ordinarijs collatoribus, ut refert Guiel. Caſſado. deciſ. 3. incip: Ordinarium eſt in tit. de priuileg. ubi latè probat, quòd indulta cardinalium non ampliant facultatem de beneficijs, ſed præſeruant ſibi ordinariam poteſtatē, tollendo obſtacula, & impedimenta. & ita concludit idē Caſſado. in titulo de præben. deciſ. 8. num. 7. loquendo de indultis cardinalium ad ſuam collationem, ut nunc ſint fauorabilia.

### *SVMMARIVM*

1 *Non poteſt agi in foro canonico criminaliter ad pœnam adulterij, etiam contra mulierem.*
2 *Pœna adulterij contra mulierem eſt hodie detruſio ad carceres, prœmia tamen fuſtigatione.*
3 *Magnus Conſtantinus primus Imperator eius nominis impoſuit pœnam capitis tam fœminis quàm maſculis adulterantibus, quam pœnam Iuſtinianus mitigauit in muliere.*

## CONSILIVM CCLXXXV.

1 IN foro eccleſiaſtico † non poteſt agi de adulterio criminaliter ad pœnam legalem etiam contra uxorem, ſed tantum ad thori ſeparationem, & ad amiſsionem dotis: Sed debet agi ad pœnam legalem criminaliter in foro ciuili. Ita probatur in c. tuæ, de procurat. ita Petr. Abb. antiq. & Io. And. quos refert Abb. in c. gaudemus. col. 5. de conuerſ. coniug. idem tenet Inno. in d. c. tuæ. ubi do. Anto. col. 1. in fine. ſuper gl. 5. & ibi Imol. col. 2. ſuper dicta glo. ubi clarè ſequitur Inn. & Petr. de Anch. in d. c. gaudemus in ſecunda oppoſi. ¶ Contrarium tenet Abb. Panor. in d. c. tuæ, ubi remittit ſe ad not. in d. c. gaudemus. & ibi non ſe reſoluit, arguit tamen pro opinione Vincentij contra Inn. per unum intellectum gl. ibi in uerbo. cum religioſis. qui intell. gl. non eſt communis ſecundum eum. ibi. Ex quibus apparet opinionem Petri, & Inn. eſſe communem. & probatur iſta opinio per dictum. c. tuæ quod expreſſe loquitur de pœna legali contra uxorem adulteram, & determinat agendum eſſe
2 corám iudice ſeculari. ¶ Nec obſtat ratio Abb. † quòd hodie pœna adulterij contra uxorem ſit detruſio in monaſterio ad agendam pœnitentiā. auth. hodie. C. de adulte. Quæ pœna poteſt illi imponi per iudicē eccleſiaſticū: quia reſpondetur duobus modis. Primò, quia etiam uxori antequam tradatur monaſterio imponitur pœna ſanguinis uerberum, ut ibi dicitur in principio & in corpore unde ſumitur in auth. ut nulli iudicum. §. ſi uero, quando col. 9. † ¶ Secundò, quia tex. in d. c. tuæ fuit Inno. 3. de
3 Anania. de anno. 1215. Conſtātinus magnus, qui Bizātij edidit legem quamuis. C. de adulte. de anno. 340. à Natiuitate Domini, impoſuit pœnam capitis, adulteris, tam maſculo, quàm fœminę. Iuſtinianus uero primus imperator dicti nominis, del 565. edidit tex. in d. auth. ſed hodie, per quam correxit dictam legem quamuis, in fœmina tantum. & illi impoſuit pœnam uerberum, & detruſionis in monaſterium. Vnde cum text. Innocen. in dicto. cap. tuæ, loquatur ſimpliciter, quando agitur de pœna legali pro adulterio contra uxorem, & dicat agendum eſſe ad illam pœnam in foro ſeculari: ergo eſt ibi caſus pro opinione Inno. Vltimo tollitur opinio Abb. in caſu. q. noſtrę in qua agitur etiam contra uirum ad pœnam ciuilem, quæ eſt capitalis contra eum. d. l. quamuis. & Abb. fatetur ad talem pœnam corporalem non poſſe agi in foro eccleſiaſtico ergo libellus non eſt ritè formatus: ut dixi in exceptionibus contra illum. conſequenter, cum in foro canonico agatur,

agatur,in quo non poteſt agi, niſi ad ſeparationem thori,
& ad amiſsionem dotis:ergo poteſt interuenire procura-
tor,tam pro do.Franciſco , quam pro dña Heliſabeth iu-
galibus; ut probatur in d.c.tuæ,& dixi in exceptionib.

### SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus capitulum canonicorum poſsit noua condere ſtatuta,uel antiqua tollere uel mutare,& conſuetudines alterare ſine conſenſu epiſcopi.*
2 *Conuocatio capituli ſpectat ad Archidiaconum;quando eſt prima dignitas poſt epiſcopalem.*
3 *Sicut epiſcopi per Italiam praſcripſerunt tribunal & iuriſditionalia contra capitulum canonicorum, ita & ipſi canonici praſcripſerunt multa contra epiſcopum.*
4 *Hodie de conſuetudine praſcripta epiſcopus cum capitulo ſuorũ canonicorum non facit unum corpus, cum capitulo. et inferiores pralati ab epiſcopo poſſunt praſcribere omnia iura ẽpalia.*

¶In cauſa capituli dominorum canonicorum epiſco-
pat. Vicentini.

## CONSILIVM CCLXXXVI.

PROPONITVR dubium, utrum capitu-
lum canonicorum eccleſię Vicentinæ poſsit
contra cõſuetudines & ſtatuta antiqua, ſine
conſenſu ſui epiſcopi ſtatuere.et prima facie
uidetur ꝙ non,per tex.in c.cum conſuetudinis.de cõſuet.
pro cuius deciſione diſtinguendum puto,ꝙ aut uerſatur,
qõ in terminis iuris communis : aut præſcriptionis , ſeu
1 conſuetudinis . † Primo caſu , põt capitulum ſine epiſco-
po,noua condere ſtatuta,& antiquas etiam cõſuetudines
reuocare,& immutare , ponendo exempla in terminis gl.
* per * omnes approbatæ,in c.2.in uerſ.ſtatutum.de uerb.
ſign.lib.5.de qua latè per doct.in c.cum omnes . de con-
ſti.cum ſimil.ut ibi.per Feli.colu.4.& de hoc eſt tex.in d.
c.cum omnes,quę not.ibi do.Anto.& Abb.& alij in not.
& ſuper glo.1.ubi ad hoc allegat alia iura . Ex quibus in-
fero,ꝙ aliàs canonicè fuerat ſtatutum per capitulum , ꝙ
qualibet ſexta ſeria hebdomadæ canonici deberent ca-
pitulariter conuenire , etiam non uocati, ſecundum illã
glo.in fine, quòd tamen ſtatutum nunquam fuit in oſſer-
uantia,ideò euanuit iuxta glo. approbatam in uer. fran-
gere,in c.1.de treug. & pace in fine. ideò poſtea ex cauſa,
fuit per idem capitulum ſtatutum contrarium,quòd non
conueniunt etiam ſexta feria , niſi uocati . Et ita oſſerua-
2 tur. † et conuocatio capituli,de antiqua & approbata cõ
ſuetudine,ſpectat ad dominum Archidiaconum dictæ ec
cleſię quę inibi eſt prima dignitas poſt epiſcopalem.cum
qua etiam concordat gl.in uer.Electionis. in c.pe.de off.
legat.lib.6.Non obſt.tex.in d.c.cum cõſuetudinis, quia
illi glo.in d.c.s.reſpondet,quia loquitur in ſpectantibus
ad epiſcopum,uel ad cõem eccleſiæ ſtatũ, ac aliàs in pro-
hibitis de iure ipſi capitulo . Vt ẽt latius ita declarãt do.
Anto. Abb. & alij.in d.c. in not. in quibus ſoli canonici
non habent facultatem ſtatuendi. ¶ Si uero cõſideramus
conſuetudinem ſm̃ quam canonici cõſueuerunt ſtatuere
ultra ꝯſiderata per d.gl.& per doct.in d.c.conſuetudinis,
3 tunc concludo idem , quod ſupra , † ꝙ ſoli canonici ſine
epõ poterunt.pro quo conſidero , ꝙ ſicut epi per Italiam
præſcripſerunt ſoli, iuriſdictionalia contra cap. ſuarũ ec-
cleſiarum,c.3.de ꝯſuet.ita capitula pſcripſerunt ut cano-
nici capitulariter ꝯgregati, ſoli ſine epõ expediant multa
iura epiſcopalia , ex longiſsima ꝯſuetudine cuius non eſt
4 memoria hominum in contrarium. † Quæ ꝯſuetudo ope
ratur priuilegium.l.j.in fi.ff.de aqu.plu. arc.l.ij. §.ductus
aquæ.ff.de aqua quo.æſti. c.ſuper quibuſdam. §.præterea
de uerb.ſign.Et intantum epiſcopi ſunt ſeparati a cano-
nicis,quòd non faciunt unum corpus cum capitulis ſua-
rum eccleſiarum, ut legitur, & not. in c.irrefragabili. §.
exceſſus.de off.ordi.ubi glo.& doct.not.Fede.de Sen.cõſ.
200.col.2.cum ſimi.ut latè.tradit Corn. Peruſ. conſ.193.
pro deciſione.col.3.4.& 5.li.2.ideò do.Ant.in d.c.irrefra
gabili.col.2.uer.quandoq; ius cõe,tenet, ꝙ ſtante ꝯſuetu
dine prædicta : epſ nihil habet agere cũ capitulo, in quo
nec pñt interuenire,nec uti epſ,nec canonicus,nec uti cõ
ſultor.Comprobatur iſta opi.per tex.in c.auditis.de pſc.
* ubi not.per * omnes.doct.quòd capitula eccleſiarum , &
inferiores prælati ab epõ in diœceſi, poſſunt pſcribere o-
mnia iura epiſcopalia ꝯ epiſcopũ,ẽt priuatiuè:non obſt.
tex.in d.c.cum conſuetudinis. quia loquitur in terminis
iuris communis,ita illi reſpondet gl.in d.c.in uer.Statu-
tum, & doct.in d.c.conſuetudinis.in not.

### SVMMARIVM.

1 *Quando minor iudex remiſit cauſam ſuperiori , priuatur ſua iuriſdictione.*
2 *Vtrum remiſsio ualeat ſine cauſa cognitione.*
3 *Si delegatus ſubdelegat cauſam in totum poteſt re integra reuocare ſubdelegationem.*
4 *Si par remittit cauſam alteri iudici pari , priuatur exercitio iuriſdictionis ſed retinet habitum ipſius.*

## CONSILIVM CCLXXXVII.

VERTITVR quæſtio, utrum ſententia lata
per R. D. Vicarium Patriarchalẽ ſub die 14.
Iulij 1542.pro D. Angela de Madijs , & con-
tra R.D.Plebanum ſancti Viti,poſt remiſsio-
nem cauſæ factam per eum Reuerendo D.Auditori Reue
rendiſsimi D.D.Legati, ſit nulla : et prima facie uideba-
tur dicendum,ſententiam ualidam eſſe, non obſtante re-
1 miſsione. † Quia per remiſsionem cauſæ iudex non uide
tur priuatus iuriſdictione , niſi qñ inferior remittit ſupe-
riori. Ita Specu.in tit.de delega.§.reſtat,uerſ.Item per re-
miſsionem.per tex.in c.licet de off.lega.Sed in quæſt.no-
ſtra,ordinarius remiſit alteri ordinario . & ſic pari . ergo
2 Vicarius non amiſit iuriſdictionẽ . † ¶ Secundò quia re-
miſsio non uidetur ualere ſine cauſæ cognitione,Card.in
cle.2.§.deniq; in fi.de re iudic. Alex.in l.ij.§. ſi quis.ff.de
iudi.ſed D.Vicarius non cognouit de cauſa remiſsionis.
ergo &c. Tertiò per tex.in c.quamuis.de off.deleg. lib.6.
3 cum ibi not.per Phili.in 3.not.ubi dixit, † ꝙ ſi delegatus
ſubdelegat uices ſuas in totum, poteſt re integra reuoca-
re ſubdelegationem,etiam tacite decernendo citationẽ ,
prout fecit.R.D.Vicarius.Qui re integra, die 3.Iulij poſt
remiſsionem,cœpit de cauſa cognoſcere . Nam D.Audi-
tor die 4.Iulij acceptauit remiſsionem & decreuit citatio
nem,quæ die 5.eiuſdẽ fuit executa in perſona D.Angelæ.
¶ Quibus tamen non obſtantibus, dico ſententiam D.
Vicarij fuiſſe nullam ex defectu iuriſdictionis,cuius exer
citium amiſit poſt remiſsionẽ prædictam . Quod probo
per deciſionem Rotæ in no.362.ſi committatur . quæ lo-
quitur in duob.Auditoribus Rotæ,qui ambo habent or-
dinariam.& ibi par remiſit cauſam pari. & ꝯcludit,ꝙ ſi il
le,cui eſt remiſſa cauſa,remittat ipſam primo remittenti,
ualet ſecunda remiſsio,& proceſſus & ſñia poſt remiſsio-
nem factam primo remittenti. Secus ſi ſecundus auditor
non remittat primo.Sed in q.noſtra D.Auditor nõ remi-
ſit cauſam D.Vicario remittenti , immo cœpit de illa co-
gnoſcere anteq̃ Vicarius promulgauerit ſuã ſñiam. Ergo
nulliter ꝓceſsit.Cõfirmo per tex.in c.paſtoralis in princ.
de reſcr. ubi dr̃,ꝙ delegatus remittit cãm alteri delegato.
et ſic pari. ¶ Secũdò moueor,qa licèt uicarius nõ poſsit
dare aliũ uicarium gñalem:poteſt tñ unam cãm alteri cõ
mittere,ſeu delegare . et in totũ illam, a ſe eximere,& ſic
priuare ſe exercitio iuriſdictionis in illa cã.Ita tenet gl.ap
probata per oẽs in c.1.in uer.ipſius.in princ. de off.uica.
li.6.et ita in terminis tenet Pet. de Anch. in d.c.licèt in 5.
not.in fi.ex quo infero ꝙ do. Vicarius remittẽdo cãm D.
Auditori,fecit eum ſuũ delegatũ.qd̃ patet,qa ipſe Audi-
tor decreuit citationẽ cũ termino ꝯſueto ad opponẽdum
ꝯ commiſsionẽ ſibi factã p Vicariũ & ꝯ perſonam ſuam,
prout obſeruant oẽs alij delegati . per quam citationem
executam,ſuit perpetuata iuriſdictio in ipſum auditorẽ ,
non obſtante illa tacita reuocatione facta per Vicarium
dicta die 3.Iulij, quæ fuit nulla , ex quo non fuit intimata

parti nec ipſi.D.Auditori prout iuris eſt . Et ita in termi-
nis Philip.tenet poſt Bal.in d.cap.quamuis in tertio not.
ubi uidendum qui allegat rationes. ¶ Tertiò pro iſta
parte allego tex. in dicto cap. quamuis ſuper quo pars
aduerſa facit fundamẽtum,in quo probatur, quòd poſt-
quam in delegatum perpetuata fuit iuriſdictio, prout in
quæſt.noſtra.D.Vicarius delegans, nõ potuit amplius ſe
de illa cauſa intromittere quia caret exercitio ſuæ iuriſdi
4 ctionis. ¶ Non obſtant contraria ſupra adducta, † quia
remittens cauſam ſuo pari, licèt retineat habitum iuriſ-
dictionis,tamen priuatur exercitio illius,& remanet cau
ſa illi cui eſt facta remiſsio ſeu delegatio,ut probaẽ per di
ctam deciſionẽ Rotæ.362.quã adduxi ſupra, quæ loqui-
tur qñ par remiſit cauſam pari.ubi eſt opus ꝑ ille cui ſa-
cta fuit remiſsio,illam remittat remittenti.qđ etiam pro-
batur in d.c.paſtoralis in prin. de reſcri.ubi par remittit
pari.Nec obſtat ꝙ illa deciſio in fi.dicat,ꝙ primus remit
tens non amiſerit iuriſdictionem,quia reſpondetur ꝙ nõ
amiſit habitum iuriſdictionis, cum auditores Rotæ , ha-
beant iuriſdictionem ordinariam,ut habetur in clem. au
ditor de reſcript.Sed bene amiſſe exercitium iuriſdictio-
nis per remiſsionem. quod probatur in dicta deciſione.
in qua ponderatur remiſsio cauſæ factæ primo remitten-
ti ad ualidandum proceſſum. Non obſtat ſecunda ratio,
quia reſpondetur, ꝙ do.Cardi. & Alex. loquuntur de re-
miſsione reorum neceſſaria ratione delicti & cõtractus,
ad alienos iudices, in quorum remiſsione uerſatur cauſæ
cognitio.et illa qõ non tangit caſum noſtrum,in quo tra
ctatur de remiſsione cauſæ uoluntariè, ad parẽ uel ſupe-
riorem,in qua iura non requirunt aliquam cauſæ cogni
tionem.Sed ſatis eſt ꝙ iudex remittat uel deleget cauſam
alteri.ex cauſis animum ſuum mouentib. & ita obſeruat
practica iudiciorum,per ea quę hñr in c.ſi pro debilitate
de off.deleg.¶ Non obſtat tertium,uidelicet d.c.quãuis.
quia immo ille textus facit pro D.Plebano,& probat nul
litatem ſnię D.Vicarij,ex quo,ante ipſam,perpetuata fue
rat iuriſdictio in ipſum. D.Auditorem , quæ perpetuatio
non fuit impedita per tacitam reuocationem.D.Vicarij,
ex quo non fuit intimata ut dixi ſupra.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio litis finita propter rem iudicatam, eſt præiudicialis ad proceſſum.*
2 *Res iudicata cauſata propter deſertam appellationem nõ poteſt ſuſcitari per aliam ſententiam,etiam de conſenſu partium.*
3 *Secunda ſententia in ſecunda uel tertia inſtãtia infirmatoria primæ tranſitæ in rem iudicatam , eſt nulla , tanquam lata a non ſuo iudice .*
4 *Non ualet commiſsio cauſæ contra rem iudicatam,niſi illi derogetur expreſsè uel committatur iudici , quod ex cauſa fiat reſtitutio .*
5 *Sententia lata cum procuratore legitimo tranſit in rem iudicatam contra dominum, ſi procurator infra decendium,a die latæ non appellauit,nec auditur dominus,& ſic negligentia procuratoris in hoc nocet domino .*
6 *An & quando Eugeniana & priuilegium curialium proſit illis . & nu.7.*
8 *Clericus beneficiatus ſi non reperitur in loco reſidens poteſt citari ad beneficium per affixionem cedularum.*
9 *Si confirmetur prima ſententia, utrum agatur ex prima uel ex ſecunda,& ad quem iudicem ſpectet execútio ſententiæ .*

## CONSILIVM CCLXXXVIII.

EX facto oritur qõ, utrum pro fauore commu
nis & hominum, extet res iudicata : & breui-
ter teneo ꝙ ſic , ut conſtat ex proceſſu primæ
inſtantiæ,ubi ſnia lata per Reuer.D.Vic. epi-
ſcopatus Vicẽtiæ ad fauorem cõis & hominum tranſiuit
in rem iudicatam propter deſertionem appellationis ob
non receptionem apoſtolorum cle. quamuis de appella.
Hinc emanauit decretum executiuũ in uim rei iudicatæ,
a quo ẽt fuit appellatum. Quę appellatio ẽt fuit deſerta,
1 & propterea illa ſnĩa habuit executionem.† et quia exce
ptio prædicta,eſt litis finitę,& præiudicialis, ideò de ipſa
ſemper fuit exceptum , ad impediendum litis ingreſſum.
c.1.de li.conteſ.li.6.& ibi gl.in uerbo finita, quæ dat pra-
cticam petendi,& excludendi aduerſarium , & probaẽ in
l.fi.C.ſnia reſcindi non poſſe.l.cauſas uel lites. C.de tran
2 ſacti.† Nec de conſenſu partium poteſt ſuſcitari res iudi-
cata,cauſata,propter deſertam appellationem ut eſt tex.
in cle.appellationem de appe.& glo.1. ibi in princ.ponit
caſum,qñ appellans neglexit petere apoſtolos,prout eue
nit caſus in q.noſtra, in qua procurator presbyteri Anto
nij , aduerſarij , neglexit petere apoſtolos in termino iu-
3 ris,uel ſibi aſsignato.Hinc infertur alia concluſio, † ꝙ ſi
poſt elapſum tp̃s proſecutionis appellationis promulga-
retur alia ſnia infirmatoria primæ,tranſitę in rem iudica
tam,ſecunda infirmans eſſet nulla, quia lata a non iudi-
ce ſuo:item quia non ualet ꝯ rem iudicatam.Ita tenet gl.
cõiter approbata in d.clem.pen.in uerbo appellatus,qñ
recitat opin.Hoſt.& eſt ratio quia lapſo tpe proſequendi
appellationem,ut in q.noſtra,firma manet ſnĩa,ac ſi num
quam fuiſſet appellatum.l.ij.in fi.& l.fi.§.illud de tempo
re appellationũ.l.ſi ꝯ.C. de appellationib. & in d.cle.pe.
& eſt cõis opin.ut latè atteſtatur & firmat Alex. poſt doc.
uarijs in locis in ꝯſ.104.inc. Circa primum li.4.ubi eſt ui
dendum,ubi plura ad hoc allegat, & idem tenet Alex. in
conſ.56.uiſo tit.qõnis col.2.& 3.lib.4.& Petr.de Anch.in
ꝯſ.345.per totũ,ubi notabiliter probat,ꝙ deſerta appella
tione,nec iudex ſecundę nec tertię inſtantiæ, poterit am-
plius ualidè pronunciare ad inſtantiam appellãtis ſuper
ſua appellatione ꝯ rem iudicatam,& allegat tex.in d.cle.
pe.iunctis gl.ſuis.3.& 4.ſm ueram & cõem opin.& not.
Phil.in c.ex rõne.fol.6.col.1.uer.circa octauũ.de appell.
cum limit.tamen,ut ibi per eum,& per Feli.in c.ex parte.
S.col.pe.de reſcr.uidelicet,Niſi fuiſſet pronunciatum ap-
pellationem bonam uel non deſertam,& ab illa pronun-
cia,non fuiſſet appellatum. Qua cõcluſione ſtante,tollun
tur unico uerbo omnia q̃ poſſent allegari in ꝯtrarium, q̃
fuerunt facta & geſta in alijs inſtantijs per alios iudices
ad fauorem aduerſarij.Ex quib.ſpecialius infero, ꝙ ſentẽ
tia lata Romæ per R.D.Auditorem Cameræ,poſt rem iu-
dicatam,fuit notoriè nulla , ẽt ſi fuiſſet in illa facta men-
tio,de dicta re iudicata , de qua tñ coràm eo nullum fuit
habitum uerbum,nec in commiſsione nec in aſſerta ſen-
tentia.quæ ſnia ẽt ex iſto capite fuit nulla ut cõſul. Alex.
in ꝯſ.94.inc.In cauſa & lite,in princ.li.2. & Deci.in conſi.
295.col.2.lib.2.cum ſimi.ut per Feli.in c.ſuper litteris co
4 lu.10.uer.ſeptima regula de reſcr.ubi concludunt,† ꝙ nõ
ualet commiſsio cauſæ, niſi fiat mentio de re iudicata,&
Papa illi expreſsè deroget,& committat iudici,ꝙ nõ ob-
ſtante re iudicata , audiat , reſtituat uictum ſi iuſta cauſa
aderit,& iuſtitiam faciat.& ita ſeruat ſignatura Ro.Cur.
per dictas leges,cauſas uel lites.C.de tranſac.& l.fi.C. ſen
tentia reſcindi non poſſe,cum ſimil. Nec obſt.ſi dicatur.
Quod d.Antonius ex aduerſo principalis exiſtens,ut ip-
ſe dicit,in Cur.Ro.appellauerit ab iſta ſententia infra de
cem dies a die ſuæ notitiæ , iuxta not. in lib.1.§. dies.ff.
quando appellandum ſit,cum ſimil.ut per Feli.in c. quo
ad conſultationem,ultimo fol.in fi.concl.1.& in tertia cõ
cluſ.de re iudicata: quia reſpõdeo quòd ipſe d.Antonius
dimiſerat procuratorem cum bono mandato Vicentiæ ,
cum quo fuit agitatum iudiciũ a die qua fuit habita no-
titia de ipſo procuratorio, uſque ad ſentẽtiam incluſiue,
a qua ipſe ꝓcurator appellauit ſed appellationẽ deſeruit.
5 † Quo caſu non auditur amplius dominus appellãs niſi
infra decendium a die latę ſententiæ ,ſut tenet Abb. poſt
Innoc.& Bar.in c.1.ut lite non ꝯteſtata,col.6.uer.3. dicit
Bar.cum uer.ſequenti,ubi dicunt,ꝙ ſciẽtia procuratoris,
cum quo eſt lata ſnĩa,in hoc ꝑiudicat dño , ꝑꝑ ſuã negli-
gentiam,quos refert & ſequiẽ Feli.in d.c.quo ad. col. pe.
in 11.concluſ.niſi dominus audiretur de gratia,per uiam
reſtitutionis in integrum,ut tenet Rot. in deciſ.Bellame.
nu.292.incip.Item ſi procurator, quam refert & ſequitur
Feli.in d.c.quo ad.circa fi.uer.Adde ẽt prædictis. Sed iſte
presbyter Antonius nõ appellauit infra.x. dies a die latæ
ſententiæ,

ſententiæ,nec obtinuit ſe reſtitui ad tẽpus appellandi;er-
go iſta ſnia in rem indicatam tráſiuit,non obſtante aſſer-
ta appellatione ſua,de qua aũt nõ fuit doctũ. Nec obſtat
ſi presbyter Antonius dixerit,prout allegauit in proceſſu
formato Venetijs corãm plebano S.Panthaleonis, ꝙ iſta
6 ſnia fuit nulla, † quia fuit lata ꝫ ipſum Curialem & cõtra
Eugenianam quę fauet citatis ad Curiam. ſuper qua Eu-
geniana fundatur ſnia lata per Reuerendum D.Auditorẽ
Cameræ:quia ad illam rñdeo trib.modis.Et primo nega
tur ꝙ ipſe fuiſſet tunc citatus Romæ,pro alio negotio iu-
xta Engenianam.   Secundo quia illud priuilegium non
eximit curiales in ſpectantib.ad beneficium & curam ip-
ſius, ꝑꝑ bonum publicum aĩarum, ut in q.nña. & decidit
Abb.in terminis in c.dilecti,col.pe.de for.comp.   Tertiò
qa ipſe dimiſerat procuratorẽ in oĩb. cauſis ſuæ eccleſiæ
de Valdagno,nt apertè ꝯſtat in ſuo ꝓcuratorio;ergo ipſe
met'ꝯſenſit poſſe conueniri medio procuratore.   Vltimò
7 reſpond.† quia priuilegiũ curialium & familiarium Papę
& Cardinaliũ,non eximit curiales nec familiares, ab or-
dinarijs,niſi ẽt per teſtes ꝯſtiterit in iudicio, ipſos conti-
nuos,domeſticos,& cõmenſales,& in cur.reſidẽtes,ut pro
batur in c.fi.de uerb.ſign.li.6.& per Feli.poſt alios in c.ꝑ
tuas col.pe.de maio.& obedi.& per Guilel.Caſſad.poſt a-
lios in deciſ.1.in tit.de uerb.ſign.& tradit Feli.in c.in nña
in 21.correll.de reſcr.De qb.iſte aduerſarius non docuit.
¶ Nec obſt.alia exceptio dicti aduerſarij, quòd in prin.
proceſſus formati Vicentiæ, & ẽt ad examen teſtium fue-
rit proceſſum,non citato ipſo presbytero Anton.nec eius
8 procuratore, † quia reſpondeo quod cum nõ eſſet pñs in
loco,nec haberetur notitia de procuratore, potuit legiti
mè citari ad locum beneficij de Valdagno; & ita fuit cita
tus,ut probaĩ ad litteram in c.fi.de do.& contu.ubi Abb.
in ult.not.& ita ẽt tenent gl.& doc.in c.cauſam. eo.tit.&
ita quotidie practicatur. ¶ Cõfirmo oĩa ṗdicta,quia ma
teria iſta de qua ad pñs agitur,in qua lata fuit ſnia, ꝓ eſe
cutione.c.ad audientiam cl 1.de eccleſijs ędif.non pote-
rat aduerſarius,ẽt ſi fuiſſet pñs appellare, ut probat in d.
c.ad lrãm , ibi appellationis obſtaculo remoto , & eſt ra-
tio,qa cũ ageretur de intereſſe publico aĩarum parochia
norum uillæ Caſtri ueteris,ut ſæpe dr̃ in princ. dicti pro-
ceſſus,ut eſt de ſe res ſatis notoria,cã hmõi non recipit di
lationem,nec appellationem,& ideò D.Antonius ibi per
illum tex.col.1.dicit,ꝙ ordinarius loci,poteſt eccleſię ꝓ
uidere iuxta formam illius tex. ẽt Rectore inuito;ergo &
ipſo non citato,l.qui põt inuitis.ff.de regu.iur.ubi caſus.
¶ Nec obſt.una alia exceptio , de qua in proceſſu corãm
eod. plebano ꝙ iſta ſnia fuerit nulla , eo quia uideaĩ lata
ꝫ antiquam ſñiam,aliàs latam,in iſto eṗatu,ſuper iſta ea
dem eccleſia.S.Thomei Caſtri ueteris,quã non uideo pro
ductam.Sed tñ illi reſpondeo,ꝙ ſi extat,fuit ab illa receſ-
ſum,ex cauſa noua ſuperuenientis paupertatis,cõis & ho-
minum,ut ꝯſtat ex depoſitione teſtium, de quib.in ꝓceſ-
ſu primæ inſtantiæ. Vnde cum hoĩes dicti loci propter eo
rum paupertatem ſuperuenientẽ ob malam tẽporum ꝯdi-
tionem,& bellorum turbines,non potuerint amplius,ęre
proprio, ſuſtinere onera capellani , fuit neceſſe ordinario
loci,cui hoc onus ꝑꝑ bonum publicum aĩarum immine-
bat,prouidere illi eccleſiæ,de capellano ibi ponendo, de
quarteſijs dictæ Villæ,& in defectum grauare hoĩes iuxta
tex.in d.c.ad audientiam , & hoc eſequendo dictum.c.ut
conſtat ex tenore ſniæ,& in hoc ſupplere,prout ſuppleuit
negligentiam dicti presbyteri Antonij,rectoris plebis de
Valdagno,cuius iſta Capella S.Thomei Caſtri ueteris, eſt
filia.Ex quib.uidens pars aduerſa , ſibi ineuitabiliter ob-
ſtare iſta exceptio ṗiudicialis litis finitæ ; nititur nouam
appellationem ſuſcitare.Non obſtat ergo aliud fundamẽ
tum ſuper quo pars aduerſa ualde inſiſtit , deducendo &
allegando ſe appellaſſe a ſnia lata Vicentiæ per fratrem
Sylueſtrum.S.Theologiæ magiſtrũ,& priorem.S.Michae-
lis,confirmatoria ſententiæ ṗdictæ latæ per ordinarium
9 in prima inſtantia,† per quam vr̃ prima ſnia innouata, &
conſequenter ſublata res iudicata : Et ideò non poſſe agi
amplius ex prima ꝯfimata , ſed ex ſecunda confirmante,
per tex.in l.furti in princ.ff.de his qui not.infa. & ex not.
per gl.fi.in c.paſtoralis.§.prętérea, & in c. corãm de offi.
delega.& in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. &
in l.a diuo Pio.ff.de re iudi.& per Rom.in conſ.369.inci.
Circa primum,colu.3.& 4.in uer.quo ad tertium,ubi per
ṗdicta iura decidit,ꝙ ſi in cauſa appellationis fert ſecun-
da ſnia confirmatoria primæ, ꝙ agitur ex ſecunda cõfir-
mante,& non ea prima,quia cẽſetur innouata & transfu-
ſa in ſecundam, & ꝙ ideò ſecundus & non primus iudex.
eſequiĩ illam:quia duob.modis reſpon. Primò,negando
aliquam extare appellationẽ ab illa ſnia dñi Prioris, quã
non uideo productam,nec regiſtratam in proceſſib.& q a
ẽt ſi appareret,fuit deſerta per lapſum fataliũ iuxta text.
& ibi not.in c.cũ ſit Romana, & in c.ex ratione de appel.
Secundò reſpond.ꝙ allegata ſupra in ꝯrium procedũt , &
loquuntur,qñ a prima ſnia appellatum & appellatio pro
ſecuta,& per iudicem appellationis ꝯfirmata prima ſnia,
& illa ſecunda tranſita in rem iudicatam: nam tunc agiĩ
ex ſecunda actione in factum,& ſecũdus iudex illam exe-
quitur & in iſtis terminis expreſſè ꝯſuluit Rom.& loquũ-
tur illæ gl.Sed in caſu noſtræ q.prima ſnia, tranſiuit in rẽ
iudicatam,& merebaĩ eſecutionem , & ideò fuit eſecuta ,
10 ante ſecundam confirmatoriam . † Ideò agitur ex prima
confirmata,q̃ nõ fuit nec potuit innouari per ſecundam .
& executio primę ſpectauit prout ſpectat ad ordinarium
primum,& modo ad Reuer.& Illuſtriſ.Card.uigore com
miſsionis apoſtolicæ, ſi aliquid ſupereſt exequi. Ita tenet
Bar.in d.§.qui ꝓuocauit in prima oppoſi.& col.fi.in uer.
aut ſnia,& Abb.in d.§.prętérea,colu.pe.in uerſ.Aut nihil
noui,& col.fi.in uer.aut nihil eſt additum. & idem Abb.
in c.cum in eccleſia in fi.per illum tex. de appellationib.
in uer.uel dic ꝙ iſte tex.cum ſimi.ut ibi per Philip. ubi in
terminis decidunt de ſnia , quæ tranſiuit in rem iudicatã
ob non proſecutam appellationẽ, a qua non recediĩ per
ſecundam ꝯfirmatoriam,quia primæ nihil addit,nec per
infirmatoriam res iudicata põt tolli,ut dixi ſupra in prin
cip.per tex.cũ gl.in d.clc.pe.de appella.poſt ueras & cões
concſones. Ex quib.cõcludo quod d. Plebanus S.Pantha
leonis iudex a quo, qui noluit me audire in allegationi-
bus,ſed more aſpidis aures obturauit,male pronũciauit,
nullam extare rẽ iudicatam , & ꝯñr pronunciandũ uenit
iuxta petita pro parte cõis & hominum Caſtri ueteris.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum ſacerdoti pro anima teſtatoris ſub conditione, ſi celebrauerit miſſas,utrum debeatur pro tempore præterito qua non celebrauit.*
2 *Dictio,Cum hoc tamen importat conditionem.*
3 *Quando legatum eſt factum ſub conditione non concernente fauorem legatarij,ſed animæ teſtatoris uel alterius,deficiente cõditione, deficit legatum.*
4 *Qñ in legato conditio eſt mixta, ſi deficit conditio deficit legatũ.*
5 *Conditio legati quæ reſpicit fauorem matris teſtatoris, facit deficere legatum,deficiente conditione.*
6 *Conditio quæ concernit legatarium non importat cauſam finalem,ſed impulſiuam,qua deficiente non corruit legatum.*
7 *Idem eſt in legato alimentorum , quia iſta conditio concernit fauorem legatarij.*
8 *Si alimenta ſint legata uni ſub conditione reſpiciente animam teſtatoris,uel commodum matris , ſeu filiorum,ceſſante cauſa illa finali,deficit legatum.*
9 *Valet argumentum de legato alimentorũ ad legatum pium,ideò ſi conditio apponitur legato pio pro celebrandis miſſis,non debetur pro anno quo miſſæ non fuerunt celebratæ.*

CONSILIVM CCLXXXIX.

PVNCTVS teſtamenti q. presbyteri Franciſci dum uiueret Recturis S.Martini eſt talis, uidelicet.Item reliquit iure legati pro anima ipſius teſtatoris altari ſacratiſsimi Corporis Chriſti,ſito in plebe Valuaſoni,frumenti de affictu ſtaria uiginti,extrahenda de hæreditate ſua quotannis: cũ hoc quod dñi ꝯſortes Valuaſoni tãquam patroni dictæ eccle

ſię eligere debeant nun m ſacerdotem,quem noluerint, q
celebrare habeat ſuper dicto altare per ſingulos dies &c.
Et uiſo proceſſu,ex themate propoſito oriunt̃ tria dubia.
Primum, utrũ presbyter Dominicus rectè petierit ſtaria
uiginti frumenti ab hærede defuncti,pro anno pręterito.
1543.quo non erat ſacerdos, & ↄſequenter nõ celebrauit
miſſas. Scd̃m,utrum ſaltem ſibi debeant̃ uigore inſtitu
tionis ſibi factę per loci ordinarium,qui ſibi adiudicauit
dicta ſtaria frumẽti pro anno p̃terito. Tertium q̃ſitum,
quid agendum ſit,ↄ̃ presbyterum Dominicum p̃ñtatum
& inueſtitum , ſi ſingulis dieb. non dixerit miſſas pro aïa
defuncti ſuper dicto altari. ¶ Circa primum teneo,ꝙ in-
epta ſit petitio per not. Petr.de Anch.in ↄſ.197.inc.Salu-
briter.col.fi.in uer.uenio ad aliud dubium,iuncto uerſi-
1 culo,ſed p̃ſuppoſito ubi conſul.† non competijſſe actionẽ
quibuſdam monachis ad legatum factum pro aïa teſtato
ris,pro tp̃e præterito,propter modum ſeu conditionẽ ap
poſitam legato, nõ ſeruatam per legatarios pro illo tp̃e.
ſed hoc legatum non propterea cedere lucro hr̃dum , ſed
conuerti debere per eos ad alium pium uſum, pro anima
teſtatoris,prout audio factum in q. noſtra . Verum quia
proxima & finalis cauſa legati, fuit pro ſalute aïæ teſtato
tis:hoc legatum non deficit: ſed durat in futurum ſoluen
dum eidem ſacerdoti celebranti ſuper dicto altari ſ̃m ex-
preſſam uoluntatem teſtatoris, & allegat Bart.in l.pater.
§.Tuſculanus.ff.de lega.3. & tex.in c.nos quidẽ de teſta.
Idem tenet Bar.in l.legatum.ff.de uſufruc.lega.& Abb.in
cõſ.27.Caſus,in princ.& ſic Petr.de Anch.decidit hoc du
bium. Secundo mouent:quia teſtator uſus eſt ꝑpoſitio
2 ne cum hoc,†ꝙ dñi conſortes,&c.Illa.n.dictio,cum hoc,
facit cõditionem.l.hmõi.& l.quodcunq;.§.fi.ff. de uerb.
obli.l.qui promiſit.ff.de condi.indebi.not. Bar.in l.j.col.
2.uerſ.2.quęro.ff.de condi.& dem.& talis conditio dr̃ ex
preſſa,ut not.Bal.in rubr.C.de inſti.& ſubſti. cum alijs ut
per Deci.in conſ.401.inc.Licèt in cauſis col.1.li.2.ſed cla
ra uoluntas teſtatoris extat , quòd uoluit deberi legatum
frumẽti annuũ ſacerdoti legatario , ſub triplici ↄditione,
quę dici poteſt mixta , q̃ pendet a facto ſeu uoluntate ip-
ſius legatarij,& dñorum patronorum ↄſortum de Valua-
ſono ſi p̃ñtabunt, & ordinarij loci ſi inſtituet p̃ñtatum,&
ſi ipſe ſacerdos celebrabit miſſas pro aïa teſtatoris . Sed
de natura ↄditionis eſt,ut effectum diſpõnis ſuſpẽdat, in
euentum ipſius,ita ut ante non competat actio,ut in l.co
hęredi.ff.de condi.& dem.l.j.C.de condi.q̃ ſub mo.l.cede
re diem.ff.de uerb.ſignu.gl.per multa iura in c.uerum . de
condi.appoſi.ergo ſequit̃,ꝙ pro anno p̃terito,quo ↄditio
nes defecerunt oẽs, presbytero Dñico legatario nulla cõ
petat actio ad legatum. Tertiò moueor per tex. in l.ſi ea
conditione,& in l.legatũ.C.de ↄdi.inſer. in quib.probat,
3 †ꝙ qñ legatum eſt factum alicui ſub ↄditione,q̃ cõcernit
fauorem alterius,puta filiorũ, ſeu m̃ris,uel amici, & non
legatarij,deficiente conditione,defectu legatarij, ſiue ca
ſu,non põt peti legatum.Sed in q. nr̃a cõditio appoſita in
teſtõ,iuncto legato,facto altari, quod ſacerdos p̃ñtetur,
q celebret miſſas pro aïa teſtatoris, concernit fauorẽ Ani
mæ defuncti.c.animę defunctorũ.13.q.2.& non fauorem
legatarij,ideò defectus iſtius conditionis facto, & culpa
iſtius legatarij & patronorum,qui non celebrauit,& non
fecit ſe ꝓmoueri anno p̃terito , impedit petitionẽ legati
pro tp̃e defectus,ut probat in d.iurib.Quo defectu ceſſan
te,prout ceſſauit de anno p̃ñti,cõpetit actio ad legatum,
ut in ſimili legato dicit Alex.cõſ.28.uiſo col.5.circa me-
dium li.4. qd̃ non fuit factũ caducum, ut dixi poſt Anch.
4 in d.ↄſi.197.. Quarto ↄfirmo p̃dicta † quia qñ in legato
eſt appoſita ↄditio mixta,quæ pendet a facto legatarij im
plere debentis,& alterius,ꝓut in iſta,de qua in teſtõ,quo
cunq; modo ↄditio deficiat,legatum impedit.Sed defecit
per Dñicum,& magnificos d.Patronos,qui non adimple
uerunt uoluntatẽ teſtatoris poſitam in ↄditionę ↄcernen
te fauorẽ aïę teſtatoris ergo pro anno p̃terito,in quo ad
fuit defectus ↄditionis legatum non debet̃. Ita tenet glo.
mag.in fi.in l.in teſtõ.la 2.ubi Bar.ff. de ↄdi.& demõ. ubi
allegat d.l.legatum,cum multis ſimil.ut per Deci.in cõſ.
485.Caſus de quo quęritur,col.2.& 3.nu.4.& 5.lib.3.ubi

* atteſtatur hãc eſſe* cõem opin.idem Deci.hoc firmat per
plura in conſ.526.inci. In caſu occurrentis col.2.nu.3.4.
& 5.eo.lib.in quib. conſil. reſpondet ad oïa contraria. &
loquitur qñ conditio appoſita legato,non reſpicit fauo-
rem legatarij , ſed alterius perſonæ , uel ipſius teſtatoris .
Quæ ↄfirmo per ea quę tradit Petr.de Anch.in conſ.137.
5 inc.Quia in primo quæſito,ubi conſuluit. †ꝙ mulier cui
factum erat legatum ſi ſtaret in domo teſtatoris cum ma
tre ſua,non admittat̃ ad legatum iſtud,ſi defecerit per ip-
ſam legatariam,uel per mortem matris,allegat tex.& ibi
not.in l.illis libertis in fi.ff.de ↄdi.& demon. & ibi Bar.&
not.per Cyn.in l.j.C.de legs. & loquit̃ in caſu in quo ↄdõ
legati reſpiciebat fauorem m̃ris, cum qua legataria debe
* bat habitare:& ibi atteſtat̃ hanc eſſe * cõem omnium gl.
& doct.& non inconuenit ꝙ iſtud legatum non debeatur
dicto.d.Dñico pro anno p̃terito, ſed in futurũ. quia hoc
legatum annuum factum pro celebratione miſſarum pro
aïa defuncti importat plura legata,nam tot ſunt quot an
ni.l.ſi in ſingulos.l.cũ in annos.ff.de annu.lega. & hoc in
terminis tradit Card.in ↄſ.58.inci. Quędã D.Agnes, col.
fi.Præterea accedit ad p̃dicta , not.deciſio Abb.in ↄſi.78.
in c.Punctus q̃õnis col.fi.uer.in contrarium li.2.ubi deci-
dit,quòd qñ defecit ↄditio appoſita legato defectu lega-
tarij uel caſu aliquo,ẽt fortuito, dummodo non ſit lega-
tum alimentorũ expreſſum,nihil debet̃ legatario, qñ ↄdi
tio non ↄcernebat fauorẽ legatarij,ſed alterius,quẽ teſta
tor diligebat uel ratione ſanguinis ſiue alio reſpectu, ubi
allegat tex.in d.l.ſi a cõditione, cum l.ſequenti & not.ibi
Bar.& in l.Mæuia.ff.de annu.lega.cum ſimil.ut ibi per eũ.
Per quod conſilium tollit̃ quod dici poſſet ex aduerſo, ꝙ
non ſteterit per presbyterum Dñicum legatariũ, quin ce-
lebrauerit miſſas anno præterito, quod tñ non puto dici
poſſe . Sufficit.n.q̃ocunque defecerit ↄditio.& ſiquis au
deret dicere hoc legatum de quo agit̃, eſſe factum pro ali
mentis ſacerdotis, quod tñ eſt falſum , ex quo uerba hoc
non ſonant expreſsè; qd̃ tñ de iure q̃ritur;tunc ẽt reſpon-
detur,ꝙ tale legatum alimentorũ illi non deberet̃, ſi ↄdõ
defeciſſet per ipſum,ut eſt tex.& ibi Bart.in d.l.illis liber-
tis.ff.de ali.& ciba.lega.& ſequit̃ Abb.in d.ↄſ.circa fi.Su-
per quo puncto dicam infra in ſolut.5.oppo. Ex q̃bus cõ
cludo ineptã eſſe petitionẽ legati pro anno p̃terito. quin
immo ſi dictus presbyter Dñicus percepiſſet dicta ſtaria
frumenti,ſibi non debita ꝑꝑ non adimpletam ↄditionem
appoſitã legato,fingeret̃ uſq; retro fuiſſe prędo,& malæfi
dei poſſeſſor, ideò teneret ad fructuũ reſtitutionẽ . Ita in
ſimili legato percepto per legatariũ ↄ̃ ↄditionẽ teſtamen
ti,tenet Bal.in auth.cui relictum colu.3.C. de indi.nidui.
tollen.& ſequit̃ ibi moder.in 3.not.& ueritas magis appa
rebit ex ſolutione danda ad ↄtrariam. ¶ Supereſt rñdere
ad ea q̃ obijciuntur.& primo ad ↄſilium Cornei. 168.col.
pe.li.3.ubi uoluit,ꝙ legatum factum per patrẽ filiab.ſub
ↄditione,ſi nollent ſtare cũ hr̃dib.uirorũ, nec in domo te-
ſtatoris cũ ſuis hr̃dib. ſibi debeatur ẽt pro tp̃e p̃terito, ẽt
non impleta ↄditione, ꝑꝑ impedimentũ iuſtæ ignorãtiæ
teſtamenti p̃ñi,ſaltem per uiam reſtõnis in integr.argõ.
tex.cum not.ibi per Bar.in l.Iulianus.ff. ex qui.cau. mai.
6 † Quia rñdeo ꝙ Corne.loquit̃ in legato annuo,in quo e-
rat ↄditio ſeu cã q̃ cõcernebat fauorẽ,& cõmodum lega-
tarij,ideò legatũ illis debet̃,licèt ↄditio impleta non fue-
rit,q̃a talis cã non finalis,ſed impulſiua uĩ.qua deficiẽte,
nihilominus legatũ debet̃,ut eſt tex.in l.Titio centum.in
princ.ff.de ↄdi.&dem.l.ij.§.fi.ff.de dona.& in l.ſi mulier,
ubi Bar.per illum tex.C.de iur.dotiũ.Nã ubicunq; cã uel
modus adiectus,reſpicit fauorẽ legatarij,legatum nõ re-
ſtringit̃.l.4.in princ.ff.de ali.& ciba.lega.ubi Bar.circa fi.
declarat,& in l.donationes.§.ſpecies.ff.de dona. & ita in
terminis poſt Rom.& Alex.ↄſulentes,per dicta iura,ↄſul.
Deci.in ↄſ.238.inc.Proponit̃ ꝙ nobilis,in fi.uer.6.quærit̃
li.2. quod aũt legatũ in caſu a Corneo propoſito ; ↄcerne
ret fauorem tñ filiarum legatariarũ patet : quia ſibi fuit
legatum ſi non poſsint ſtare cũ hæredib.ſuis,uel marito-
rum ſuorum poſt eorum mortem.Sed in q.noſtra, ↄditio
& cauſa legati reſpicit fauorem animæ teſtatoris , & non
legatarij,ideo non debetur legatum , non ſeruata condi-
tione

tione per ea quæ latè dixi ſupra. ¶ Secundò non obſtat conſi. Bald. 235. inc. Bartholomæus, ubi conſuluit, ꝙ pauper cui factum fuit legatum annuú pro ſuis neceſsitatib. quod ſteterat occultum per 25. annos, potuerit peti etiã pro annis præteritis: quia reſpondeo ut ſupra ad conſi. Cor. ¶ Secũdò quia ibi hęres fuerat in dolo occultando teſtamentum, ideò ꝯditio habetur pro impleta. ¶ Tertiò, quia erat legatum pro alimentis, quod debetur etiam deficiente ꝯditione dummodo non ſteterit per legatariũ, ut dixi ſupra, & hr̃ in l.j.C.de lega. Quod latè declarat Deci. in d.ꝯſ.485. & 526. col.4. lib.3. quæ omnia deficiunt in q. noſtra. Ideo dicta conſilia nõ faciunt ad caſum noſtrum, & hanc diſtinctionem inter conditionẽ reſpicientem cõmodum legatarij, uel alterius, probat & ꝯſiderat Deci. in prææallegatis conſi. col.3. & 4. Tollitur & conſiliũ Cor. quia loquitur in ꝯditione poteſtatiua, cũ uero noſtra immixta ut dixi ſupra poſt gl. & Bar. in d.l. in teſtõ la. ij. cum ſimi. ut per Deci. in d.conſ.485. col.2. nu.4. & not. in l.j.C. de inſti. ¶ Tertiò non obſtat, conſ. Rom. 458. inc. Propoſita, ubi decidit, ꝙ legatum factum uiro religioſo inopi, pro ſua indigentia poſsit peti & pro annis præteritis. De quo conſi. licèt non ſit facta mentio per aduerſarium, illi tamen reſpond. quia loquitur in legato alimentorum, & ſic fauore legatarij, quo caſu militant reſpõſiones prædictę datæ ad conſil. Bal. & Cor. & fuerat fauore legatarij. Quartò non obſtat ꝙ iſtud legatũ dicatur pium & fauorabile ex quo cõcernit animam, & quod debeat hic locũ, licèt non contingat caſus ſm ordinationem teſtatoris ſecundum not. per Deci. qui multa ad hoc allegat in conſi. 281. In caſu occurrenti, colu.3. quia rñd. ꝙ iſta obiectio non tangit punctum qõnis noſtrę, qui ꝯſiſtit, utrum legatario debeatur legatum pro tempore quo nõ celebrauit, & ſic non ſatisfecit animæ teſtatoris, in qua conſiſtit cauſa & ratio finalis ipſius teſtatoris. qua deficiente pro tempore non debetur legatum per ſupradicta: fatendum eſt enim legatum ad piam cauſam ualere perpetuo, & non effici caducum, licèt non contingat caſus ſecundum ordinationem teſtatoris, & ita latè probat Petr. de Anch. in d.conſ.197. col.fi. & dixi ſupra in prima ratione, & eſt rõ, quia ſemper durat cauſa legati, ſcilicet fauor aiæ teſtantis, cui ſubuenit in celebratione miſſarum pro defuncto, ut probatur in c.æſtimemus, & in c.animæ.13.q.2. & in c. ſanè.23.q.1. & ideò hoc legatum debetur perpetuo presbytero Dominico celebranti iuxta mentem teſtatoris, & poſt eius obitũ cuicunq; alteri ſacerdoti adimplenti iuſſa ipſius, ſed non ſeruanti non debebit, ſed diſpenſabitur per heredem & executorem pro illo tempore non ſeruatę uoluntatis ad alium pium uſum. ut not. in d.c. nos quidẽ. & in d.c.ſi hæredes. & in c.tua nobis de teſta. Nam non conuenit iuri nec æquitati, ꝙ is qui onus celebrandi nõ ſubierit cõſequatur lucrum. l.unica. §. pro ſecundo. C.de cadu.tollen. clerici enim uiuere debent de redditibus beneficij, ſi obſequio illius incumbant, quia dignum eſt ut eccleſię ſtipendijs ſuſtententur, in qua diuinis officijs aſcribuntur & aſsiſtunt. c.eccleſiaſticæ.13.q.2. & iuxta apoſtolum, Qui altari ſeruit de altari uiuere debet. ex quibus apparet ꝙ licèt presbytero Dominico agenti non debeatur legatum pro tempore præterito: nõ propterea fraudatur anima defuncti ſed ſeruatur ipſius uoluntas, diſpẽſando legatum ad aliam piam cauſam. Quintò, non obſtat conſi. Paul. de Caſt. 267. alias conſ.7. ſm antiquã impreſſionem, ubi uoluit legatum alimentorũ factum uxori cũ ꝯditione ꝙ habitaret in domo cũ filijs, illi deberi et ſi nõ habitet cum illis, quia ipſemet Paul. col.1. rñdit. ꝙ loquit in caſu ſpeciali alimentorum per text. in d.l.j. C.de lega. Sed regſr̃, ut latè probat Deci. in d.ꝯſ.485. col.2. & 3. & in d.conſ.526. & ipſemet Paul. hoc probat, & dixi ſupra la tè in rationib. pro hęrede, & dicam ſtatim. ¶ Secundò reſpondeo, ꝙ aut legatum alimentorũ ꝯcernit fauorem le-
7 gatariorum, & procedunt pdicta, ut non deficiat per defectum ꝯditionis, ut in d.l.j.C.de lega. & ibi gl. mag. in principi. & idem tenet glo. in d.l.j.C.de inſtit. & in l.Seio. ff. de annu. lega. ſecus uero ſi ꝯcernat fauorem alterius. Puta filiorũ teſtatoris uel ipſiuſmet defuncti, in cuius fauorẽ debet ꝯditio adimpleri: nt in caſu qõnis noſtrę, in quo cõditio celebrandi miſſas per ſacerdotẽ pñatum reſpicit fauorem animæ teſtatoris; quia tunc ſi deficiat ꝯditio, legatum non debet, pro rata & parte, in quib. deficit condò ut eſt caſus in d.l.Seio in princ. ibi, cum tam labor q̃ pecunia diuiſionẽ recipiat, & ibi gl. & Bar. ponunt, ꝙ ſi deficit conditio pro parte oneris, debet ceſſare commodũ alimentorum pro illa parte. Qui tex. uł in terminis decidere qõnem noſtram, ut pro anno pterito in quo deficit ꝯditio, & ceſſauit onus & labor, ceſſet & commodum legati per rationem illius. l. quia labor & pecunia diuiſionẽ re-
8 cipit. † ¶ Et quod legatum ẽt alimẽtorum deficiat ſi deficit ꝯditio q̃ concernit cõmodum alterius q̃ legatarij, tenent gloſę in d.l.Seio. & in d.l.j. in ſua diſtin. & Alex. in d. l.j.C.de inſtit. col.2. in fi. & Deci. ibi col. pe. in princi. poſt
* Alex. & moder. & eſt * cõis opin. ut atteſtaẽ Petr. de Anch. in d.conſ.237. in primo qſito, qui expreſſe loquit in legato alimentorum facto ad fauorẽ alterius q̃ legatarij, & hanc diſtinctionẽ refert & ſequit Deci. tanquam cõem in d.conſ.485. col.4. uerſ. ſecundò rñdetur. & in d.conſ.526. col. uer. ſecundò principaliter, & col. fi. uerſ. & ſupradicta oia. et eſt uera opinio, per tex. ſnp quo ſe fundat Deci. in l.illis libertis. uerſ. fi. ibi. Sed ſi teſtator p p filij utilitatem &c. ubi tex. loquitur de ꝯditione appoſita per teſtatorem legato alimentorũ fauore filiorum, quod deficit defecta cõditione uel cauſa legati. Sed in princ. l. ipſa loquitur, qñ conditio decernit fauorem legatarij. quod legatũ
9 non ceſſat defecta conditione. Arguatur modo ſic. † legatum pro alimentis, & legatum ad pias cauſas æquiparantur. gl. in l.ſi quis Titio. ff. de legat.2. ergo quod ꝯcluſum eſt ſupra, procedit in legato pio. De quo agitur in q. nr̃a, ut non debeatur pro tempore præterito pro quo cõditio quæ concernit animam teſtatoris non fuit adimpleta. ¶ Sextò non obſtat, quòd non ſtetterit per presbyterum Dominicum quin adimpleuerit conditionem, ſed per dominos conſortes Valnaſoni patronos non eligentes eum preſentare. quo caſu conditio habetur pro impleta l.in teſtamento, la ſecunda. & ibi Bart. ff. de condi. & demonſt. l. Mæuia in princ. ff. de annu. legat. d.l.j.C. de inſti. Quia reſpondeo, quòd in q. noſtra, non conſtat quod ſteterit per patronos. nam ad hoc ut proberur impedimentum tertij, debet eſſe requiſitus & docere de recuſatione, ut dicunt docto. in d.l.j.C.de lega. ubi Iaſon. columna 4. ¶ Secundò factum patronorum uel negligẽtia debet eſſe directa ad impediendum conditionem, ſecus ſi per indirectum. gl. in l.ſi quis ſeruum. ff. de ſtat. liber. Bal. & Alex. in d.l.j. ubi moder. col.5. ¶ Tertiò presbyter Dominicus debuit probaſſe ſe paratum fuiſſe anno preterito pro parte ſua, & ſe fuiſſe ſacerdotẽ aptum ad implendam conditionem, niſi fuiſſet impeditus facto patronorum. l.cum quidam. C.de condi. inſer. ubi Paul. de Caſt. not. ita declarat Deci. in dicta l.j.C.de inſti. colu.4. nu.11. ¶ Septimò non obſtat quòd diſpoſitio teſtatoris non ſit conditionalis ſed modalis, quia hæc quæſtio ceſſat per ea quę dixi ſupra in ſecunda ratione pro hęrede. Secundo reſpondeo, quòd non cadit hic iſta queſtio, in qua non diſputatur de impediendo uel ſuſpendendo legatum, ſed ſolum cui debeantur ſtaria uiginti pro anno præterito, & ex prędictis clarè conſtat illa non deberi dicto presbytero Dominico agenti. ¶ Circa ſecundum dubium teneo, dictum legatũ non deberi presbytero Dominico uigore ſuę inſtitutionis & uoluntatis ordinarij, quia hoc onus ſpectat primo ad hędem & executorẽ dicti teſtamẽti infra annum a die monitionis ſibi factę per ordinariũ. quo negligente, executio ſpectat ad ordinarium. c.ſi hędes. c.nos quidem de teſta. ubi clara ſunt iura. & ibi not. doct. quib. addo Fede. in ꝯſ.129. inc. Caſus talis eſt in princ. & Rom. in conſi.69. inc. Viſo qõnis themate, col.1. maximè uerſ.3. ubi ad hoc allegat plura iura, & loquit in terminis. q. nr̃æ. ex quib. apparet, ꝙ epiſcopus non potuit applicare legatũ presbytero Dominico pro anno preterito, niſi per negligentiam executoris ſeu hęredis, qui (ut in facto præſupponitur) infra annum, illud ad pium uſum, pro anima teſtatoris, erogando illud pro dote in quandam neptem ipſius teſta-

teſtatoris deſtinauit. Non potuit ergo ordinarius in præ
iudicium iuris quæſiti hæredi & neptis facere diſtributio
nem prout fecit, in eum qui non ſeruauit conditiones te-
ſtamenti. ¶ Circa tertium concludo, quòd hæres poteſt
petere ab ordinario, ut moneat presbyterum Dominicũ
præſentatum legatarium ut adimpleat intentionem te-
ſtatoris, quam niſi ſeruauerit, ceſſante legitimo impedi-
mento, poterit impedire exactionem legati, ex quo con-
ditio ipſa celebrationis miſſarum eſt cauſa finalis ipſius
legati, ut dixi ſupra in primo dubio arguendo pro hære-
de & per ea quæ leguntur & notantur in l.j. C. de dona.
quæ ſub mo. & in l.cum re fundum. C. de pact. inter empt.
& uendi. & in c. uerum de condi. appoſi. & per Bart. in l.
quibus diebus. §. fi. ff. de condi. & demonſt.

*SVMMARIVM*

1 *Executor merus, non debet exequi litteras Papæ, ſi prius non ſit cognitum de cauſa, & debet reus & poſſeſſor citari.*
2 *In litteris Papæ ſubintelligitur clauſula, ſi preces ueritate nitantur.*
3 *Executor etiam merus debet ſuperſedere, ſi cauſa rationabilis hoc ſuadeat.*
4 *Quando tractatur de præiudicio poſſeſſoris, uerba narratiua Papæ non faciunt fidem plenariam. & nu. 5.*
6 *Clauſula motus proprij, & de certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, nihil operantur, quando de cauſa non fuit cognitum.*
7 *Papa per ſuam ſignaturam non intendit alicui præiudicare.*
8 *Clauſula non obſtante collatione, intelligitur de inualida.*
9 *Verba Principis et præciſa, recipiunt interpretationem a iure.*
10 *Si executor etiam merus non admittit exceptionem legitimam, licite ab eo appellatur.*

## CONSILIVM CCXC.

SI Papa mandat fieri executionem alicuius ne
1 gotij antequam de cauſa ſit cognitum, † exe
cutor merus non debet litteras exequi, niſi
prius cognoſcat de cauſa, reo citato. de
hoc eſt tex. in l. & ſi non cognito. C. ſi con. ius. uel uti. pu-
bli. Quem tex. not. ibi Bar. & poſt eum d. Abb. in conſ. 34.
colu. 4. in 2. lib. ubi loquitur in puncto executore Papæ, &
Bald. in conſ. 44. D. Baylardinus in princip. lib. 1. & eſt ra
2 tio, † quia in litteris Papæ ſemper ſubintelligitur clauſu-
la, ſi preces ueritate nitantur. c. 2. de reſcrip. ubi text. lo-
quitur in terminis quæſtionis noſtræ, de amouendo ali-
quem a ſuo beneficio, & ideò glo. in uerbo Nuncians, in
§. deinde competens in auth. de mand. Princip. colligit
3 argumentum ex illo tex. † contra prælatos exequẽtes ſta-
tim litteras Papæ iniuſtas, & non audentes ſuperſedere,
etiam ſi rationabilis cauſa id ſuadeat. quam referunt &
ſequuntur Bal. & Imol. in c. ſi quando, de reſcri. per illum
tex. Ideò dixit glo. in l. puniri. C. ſi con. ius, ꝙ prælati non
debent timere, ſed ueritatem ſequi, quia ſic faciendo, pla-
cebunt Deo & Papæ. Sed in q. noſtra, non debent eſequi
litteræ Papæ, etiam preciſè, contra Reuerendum do. Fran
ciſcum poſſeſſorem cũ titulo eccleſiæ ſanctæ Laurentij de
Manerbio, ſine cauſæ cognitione, etiam ſi haberet titulũ
infectum, & nullum ipſo iure, & ſic ipſo non citato, ut eſt
caſus cum ſua glo. in uerbo non uocato. in c. licet epiſco
pus de præb. cum infinitis ſimil. & eſt ratio, quia poſſet
poſſeſſori ius in beneficio competere. Ita dicit illa gl. per
illum tex. & per alia bona iura. Nec obſtat ꝙ Papa in lit-
teris ſuis in uerbis narratiuis de facto proprio dicat, ſe
aliàs primo anno ſui Pontificatus, reſeruaſſe ſuæ collatio
ni, beneficia uacatura, conſiſtentia in Diœceſ. Veronenſi:
quia negatur narrata per Pontificem fuiſſe & eſſe uera,
& ſic negantur reſeruationem narratam. Nec obſtat tex.
in cle. 1. de proba. ubi dicitur, quòd plenaria fides eſt ad-
hibenda litteris Papæ, in quibus narratur reſeruatio &
4 prouiſio ſua, ſuper qua fundatur executiua, † quia non
procedit quando tractatur de præiudicio poſſeſſoris. Ita
poſt alios tenet Deci. in conſi. 198. colu. pen. uerſ. item &
tertio, & in conſ. 357. in cauſa magnifici Petri. nu. 6. & in
conſi. 410. & Petr. de Anch. in conſ. 348. colu. fi. & ita fuit
deciſum in ultimo Concilio Lateranenſi ſub Leone. x. in
xj. Seſſione, fol. 180. Quod prius fuerat deciſum in Con-
cilio Baſilienſi de anno. 1433. & ideo, niſi oſtendantur lit
teræ reſeruationis narratæ, non eſt ſummo Pontifici cre-
dendum, & ſuper iſta reſeruatione fundatur tota inten-
5 tio Papæ. ¶ Secundò illis reſpond. † quia etiam ſi con-
ſtaret de reſeruatione allegata, apparet etiam de reuoca-
tione ipſius per regulam cancellariæ reuocatoriam gra-
tiarum de anno 1540. die 4. Nouembris anno ſeptimo. &
etiam de alia poſteriori reuocatione de anno 1543. per
aliam regulam. ¶ Tertiò reſpond. quia reſeruatoria illa
ſi apparet, fuit facta cõtemplatione bonæ memoriæ Ioan
nis Matthæi epiſcopi Veronenſis, defuncti ante uacatio-
nem beneficij de quo agitur, quæ per ipſius obitum expi-
rauit. c. ſi gratioſæ de reſcrip. lib. 6. cum ſimil. Non obſtat
clauſula motus proprij, & ſi quæ eſſent fortiores in dictis
litteris, etiam de certa ſcientia, & de plenitudine poteſta-
6 tis ipſius Papæ, † quia huiuſmodi clauſulæ nihil operan-
tur, quando de cauſa non fuit cognitum, ut tenet Rota
230. Papa confirmando. cum alijs ut latè per Soci. in con
ſil. 164. Viſa bulla, col. 3. uer. ſed ad omnia iſta reſpõdeo.
cum ſimil. ut lariſsimè per Deci. in conſ. 8. inter cõſilia xl.
In cauſa mera Mediolani, & in cõſ. 606. inc. Sereniſsimus
Imperator in lib. 4. ¶ Vltimò, non eſt intentionis Princi-
pis uelle tertio præiudicare, cauſa non cognita. c. ex par-
te & c. ſuper eo. de off. delega. Super quibus fundatur re-
7 gula cancellariæ. 28. † quia cauetur, ꝙ Papa, per quam-
cunque ſignaturam ſuarum gratiarum, nõ intendit uelle
tollere ius alterius, nec illi præiudicare, etiam ſi emana-
uerit motu proprio, & ex certa eius ſcientia etiam ante li
tem motam, niſi ſpecialiter iuri alterius nominando poſ-
ſeſſorem, & illi regulæ in indiuiduo derogando, ut ſcri-
bunt moder. ſuper d. regula q. 5. loquẽdo in terminis de
poſſeſſore beneficij. Sed in litteris Papæ executiuis, non
fit mentio aliqua de prouiſione facta præfato. D. Franci-
ſco, nec de poſſeſsione ſua, nec derogatur. d. regulæ ergo
8 illi non debet præiudicare. † ¶ Nec obſtat clauſula non
obſtante collatione & prouiſione alicui facta, quia iſta
uerba intelliguntur de collatione inualida. Ita decidunt
Compoſt. Io. Andre. Abb. & moder. in capitulo cauſam,
de reſcript. Idem tenet Alexan. in conſi. 34. colu. penul. &
conſ. 108. colu. 2. lib. 6. cum ſimil. cumul. per Iaſ. in l. fi. ff.
de condi. Princip. & per Deci. conſ. 292. colum. 2. lib. 2. in
quibus locis concluditur, quòd per dicta uerba non tol-
litur ius quæſitum ex collatione ualida: & conſequenter
reſponſum apparet ad omnes clauſulas poſitas in dictis
9 litteris. ¶ Cõfirmo prædicta, † quia uerba Principis quan
tumcunque ſint præciſa, tamẽ recipiunt interpretationẽ,
& cõditionem a iure, ut not. doct. in d. c. 2. per illum text.
de reſcrip. & in d. c. cauſam. & glo. in c. licet. in uerbo exce
ptiones de elect. & Bald. qui loquit de uerbis Papæ, etiam
præciſis, in c. cum. M. col. 7. de cõſtit. cũ alijs latè accumu-
latis per Iaſ. in l. quamuis, colu. fi. ff. de in ius uoc. ex qui-
bus apparet de bono iure præfati D. Franciſci, uel ſaltem
quod habet titulum & colorem poſsidendi, & ꝙ poteſt ſi-
bi ius in d. beneficio; ergo non poteſt amoueri a poſſeſ-
ſione dicti beneficij, niſi ipſo uocato, & audito, ut eſt ca-
10 ſus in d. c. licèt. in fi. de præb. † & dicit Abb. in c. dilecto.
in 3. not. ꝙ ſi eſecutor ad beneficia nõ admittit exceptio-
nem legitimam licitè ab eo appelletur, etiam ſi nõ aſſum
pſerit partes iudicis, ſed meri eſecutoris, per illum text. &
alia quæ allegat.

SVMMARIVM.

1 *Si dolo uel negligentia procuratoris, appellatio non interponatur, aut deſeratur, nocet domino.*
2 *Nec auditur dominus niſi beneficio reſtitutionis in integrum, ex cauſa legitima.*
*Sed in proſans dominus agit, ad intereſſe, contra procuratorẽ, ſi eſt ſoluendo, & tunc ceſſat reſtitutio.*
3 *In curia Romana & in cauſis maxime ſpiritualibus, in quibus, non habet locum æſtimatio, proceditur ad eſecutionem ſententiæ, non obſtante reſtitutione conceſſa, prout de iure.*

CON-

## CONSILIVM CCXCI.

FVIT dubitatum, utrum dolus uel negligen-
tia legitimi procuratoris, in non appellando
infra x. dies, uel in non proſequendo appella
1 tionem, noceat domino. † & fuit ꝯcluſum ꝙ
2 ſic: ita ut amplius non audiatur dñs, † niſi contra procu
ratorem, per actionem de dolo, ad intereſſe, ſi eſt ſoluen-
do: aliàs ſi procurator non ſit ſoluendo, conceditur do-
mino, beneficium reſtitutionis in integrum, ſubſiſtente le
gitima cauſa, ut legit. & not. in l. j. §. fi. ff. qñ appel. ſit. c. bi
duum. §. ſi aduerſus. 2. q. 6. tradunt Angel. & Imol. in l. ab
eſecutione. §. fi. col. 1. ff. de appel. Bart. & moder. in l. j. §. ſi
procurator. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. Abb. & mo-
der. in c. 1. ut lit. non conteſt. Philip. de Peruſ. in c. ex teno
re col. 10. in quarto impedimen. de appella. & de actione
de dolo ad intereſſe probat in l. arbitro. §. dolo. ff. de dol.
& in l. fi. ff. de eo, per quem fac. erit. & in l. properandum.
3 §. fi. C. de ind. † ſed in cur. Ro. etiam ſi cauſa ſit beneficia-
lia ſeu aliàs ſpiritualis, quæ non recipiũt æſtimationem
intereſſe ſit eſecutio ſententiæ, non obſtante commiſſio-
ne Papæ, quòd detur reſtitutio prout de iure, niſi animua
iudicis moueatur, ex probabilibus cauſis. pro hoc eſt de
ciſio Rotæ in recollect. per Guilel. Caſſad. ſupra incl. Re-
gula iuris. in tit. de appell.

## SVMMARIVM.

1 *Ab auditore gubernatoris ciuitatis Bononiæ ſpecialiter ab eo in cauſa delegato, non poteſt appellari, ad eundem auditorem, tan quam locum tenentem euſdem gubernatoris.*
2 *Appellatio debet interponi de minori iudice, ad maiorem, nõ ad eundem, uel ad æqualem, ſeu ad minorem.*
3 *Nec ualet conſuetudo in oppoſitum.*
4 *In actu contentioſo iuriſdictionis, quis non poteſt repræſentare plures perſonas.*
5 *Idem quando immineret aliqua repugnantia.*
6 *Iudex delegatus iudicat uice delegantis, & fungitur eadem iuriſdictione.*
7 *Delegatus ſpecialiter in una cauſa, eſt maior legato, & quolibet ordinario.*
8 *A ſententia legati non poteſt appellari ad eundem, ſub nomine ſedis apoſtolicæ.*

## CONSILIVM CCXCII.

DVM eſſem in ciuitate Bononiæ, Reuerendus
do. Altobellus Aueroldus Gubernator, & ui-
celegatus in d. ciuitate delegauit ſpecialiter
unam cauſam Auditori ſuo generali, qui per
ſententiam ipſam definiuit. Contingit propter nonnulla
negotia dominum Gubernatorem a dicta ciuitate abſen
tari, qui dictum auditorem reliquit locum tenentem ſuũ.
ille qui ſuccubuit in cauſa ꝑdicta, appellauit ab illa ſen-
tentia, ad ipſum auditorem, tanquam ad locumtenentẽ,
1 eiuſdemmet gubernatoris. fuit dubitatum,† utrum dicta
appellatio teneret. & prima facie uidebatur dicendum
ꝙ ſic, per tex. & ibi not. in c. a collatione de appell. lib. 6.
& in l. j. §. ſolent. ff. quand. appel. ſit. & ꝙ ibi per Bar. & An
gel. ubi probatur, ꝙ ab actu celebrato, per unum, appella
tur ad eundem. Nam in d. c. a collatione, ſi epiſcopus &
canonicus in capitulo aliquid fecit, appellatur ad eum,
ut epiſcopum: & ſi præſes cum decreto decurionum ali-
quid ordinauit, recurritur ad eum, ut in d. §. ſolent. Con-
2 trarium conſului. † quia appellatio debet interponi de
minori iudice ad maiorem, non ad eũdem, uel æqualem,
ſeu ad minorem. c. cum appellationibus. de appel. lib. 6. l.
præcipimus. C. eod. tit. tradunt doct. in rubrica de appel.
3 in diffinitione appellationis: † adeo ꝙ non ualet ſtatutũ,
ſeu conſuetudo, ꝙ ad minorem uel æqualem iudicem in-
terponatur, c. non putamus, de conſuetu. lib. 6. Sed in ca-
ſu noſtro non fuit appellatum ad maiorem iudicem; ut
probabo; merito appellatio nõ tenuit. Minorem probo.
nam auditor d. Gubernatoris, & in cauſa delegatus tulit
ſententiam a qua corãm eõ & ad eundẽm ut locum tenen
tem gubernatoris, fuit appellatum, & ſic re uera appella-
tum fuit a ſententiante ad eundem iudicem. & licèt fun-
geretur duplici officio, & ſic uideatur poſſe ſubire plu-
rium uices, l. ſi conſul. ff. de adopt. l. iij. ff. de ritu nupt. l.
4 accipientis. ff. auctor. tuto. † tamen hoc procedit in acti-
bus uoluntariæ iuriſdictionis, ſecus in actibus conten-
tioſæ, prout eſt iſte actus. l. ille a quo. §. tempeſtinum. ff.
ad Trebell. l. fin. C. de aſſeſſo. l. quiſquis. C. de poſtul. ita
not. glo. Bar. & docto. in d. l. ſi conſul & in iuribus præal-
legatis. & maxime hoc eſt uerum quia reſultaret incon-
ueniens, quòd unus cognoſceret de iniquitate ſuæ ſen-
5 tentiæ & adiretur tanquam ſuperior ipſiuſmet. † & quan
do imminet aliqua repugnantia non poteſt quis ſubire
uicem plurium, ratione plurium officiorum ut not. glo.
in l. ſi plures. ff. de pact. quod etiam probo, quia iudex a
quo habet mittere litteras dimiſſorias ad iudicem, ad
quem, l. j. & per totum. ff. de libel. dimiſ. capitulo ab eo.
de appella. lib. 6. clem. quamuis eodem titu. Deriſorium
autem eſſet, ꝙ quis ſcriberet ſibi ipſi: & ex hoc puto, ꝙ
dicta appellatio fuerit nulliter interpoſita, & quòd ſentẽ-
6 tia tranſiuerit in rem iudicatam. † ¶ Cõfirmo prædicta,
quia iudex delegatus iudicat uice delegantis & fungitur
ſua iuriſdictione. l. j. §. qui mandatum. l. & ſi prætor. ff. de
off. eius cui mãd. eſt iuriſdict. eſt gerit uices delegantis. ca
pitulo ſi pro debilitate de off. delega. & quod facit, cen-
ſetur facere auctoritate committentis. c. cum aliquibus
7 in fin. de reſcript. in ſexto. † & uidetur eo reſpectu maior
quolibet alio iudice generaliter deputato ab ipſo dele-
gante, & etiam quolibet ordinario. c. paſtoralis. de offic.
ordin. & probatur in cap. ſtuduiſti. de offi. lega. ubi dele-
gatus Papæ eſt maior legato, licèt ipſe legatus gerat ui-
ces Papæ. cap. quòd translationem, eodem titu. præualet
tamen in eo ordinaria iuriſdictio, cap. 1. eod. titu. in 6. ex
quibus dicunt doct. in d. locis, quòd a delegato non po-
teſt appellari ad ipſum legatum, licèt legatus gerat uices
Papæ, & eius locum teneat. Quæ ratio ſeruit in q. noſtra
in delegato gubernatoris, de quo eſt quæſtio. ut ab eo nõ
potuerit appellari ad eundem, ſub alia qualitate, quòd
teneat locum gubernatoris. ¶ Non obſtant contraria,
quia not. in d. c. a collatione, procedunt in actu uolunta-
riæ iuriſdictionis. Vel ſecundò ibi non appellatur ab epi
ſcopo ſed a capitulo ad ipſum epiſcopum, nec geſta a ca-
pitulo dicuntur geſta a ſingulis de collegio, prout bona
collegij non cenſentur bona ſingulorum. l. in tantum. §.
uniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. Non obſtat text. in d. §. ſo-
lent, quia ibi præſes interuenit conſulendo, non diſponen
do ut ibi per docto. & ita reſpondet Innoc. in c. irrefraga-
bili. de off. ordin. uel ſecundo ut dixi, reſpondendo ad
8 capitulũ a collatione. † ¶ Et ex prædictis infero ad ca-
ſum, qui occurrit Venetijs, in quo legatus Papæ promul-
gauit ſententiam, pro fauore matrimonij, in quadam cau
ſa Iadrenſi pro Catherina Siſina, & Paulus eius aduerſa-
rius & maritus, appellauit ab illa, ad ſedem apoſtolicã,
& obtinuit ab eodem legato cauſam iſtius appellationis
committi D. Vicario Patriarchali tanquam ad eundem
legatum, ſub nomine ſedis apoſtolicæ, ſeu Papæ, cuius ui
ces repræſentat, d. cap. quòd translationem deuolutam;
& ſic ſub alia perſona. Quæ commiſsio non ualet, ex quo
ab eodem legato ad eundem licèt ſub alia perſona repre
ſentata appellari non potuit, & cõſequenter cauſa huiuſ-
modi non fuit ad eum deuoluta, ſed ad ſummum Ponti-
ficem. Nec obſtat quòd legatus uigore ſpecialis faculta
tis habeat poteſtatem committendi cauſas appellationũ
interpoſitarum ad ſedem apoſtolicam, quia reſpond. ꝙ
facultas illa loquitur, quãdo appellatur ab ordinario uel
a delegatis Papæ, ad ipſum Papam ſeu ad ſedem apoſtoli-
cam. nam tunc appellatio fuit interpoſita ab inferiori ad
maiorem, & de uno ad alium: ſed in caſu occurrenti fuit
interpoſita a legato ad eundemmet, & ad eum ab eodem
deuoluta. quo caſu militant rationes impeditiuæ ſu-
prædictæ.

### SVMMARIVM.

1 *Ad indicandum qualitatem beneficij, ultimus ſtatus attenditur.*
2 *Et ultimus ſtatus ſeu poſſeſsio acquiritur etiam ex unico actu.*
3 *Laici acquirunt ius patro. etiam ex præſcriptione. & nu. 5.*
4 *Et ſola fama ſufficit ad probandum hoc ius, ſi quæſtio uerſatur in patronatu antiquo.*
6 *Præſentationes & iuspatro. in antiquis probantur etiam per uerba enunciatiua plurium inſtrumentorum, ſi materia excedit memoriam hominum.*
7 *Per litteras etiam priuatas alicuius magni uiri ſcriptas alicui magno domino, in quibus narratur iuspatro. ſumitur magnũ indicium iurispatro. antiqui.*
8 *Tex. in cle. 1. de proba. procedit etiam in quocunque principe habente iura imperialia, & non recognoſcente ſuperiorem.*
9 *Per litteras antiquiſsimas inciſas in lapidibus, probatur ius patro.*
10 *Prouiſio Papæ facta de beneficio iurispatro. laicorum eſt nulla, ſi in litteris Papæ nulla fiat mentio de iurepatro.*
11 *Quaſi poſſeſsio conferendi uel præſentandi in præiudicium alterius non acquiritur, niſi ille in cuius præiudicio acquiritur, hoc ſciat & patiatur.*

## CONSILIVM CCXCIII.

VIDEBATVR primo aſpectu dicendũ nob. Venetos de Domo Triuiſana nullum habere iuspatro. nec eſſe in quaſi poſſeſsione præſentandi ad abbatiã ſancti Thomæ Burgundiorum diœceſ. Torcellanæ, ſed illam eſſe in ſtatu liberæ collationis Papæ. Nam Sebaſtiano Triuiſano præſentato de anno. 1522. Vltimo & immediato Abbati, nuper defuncto fuerat per Adrianum Papam vj. fel. recor. uia collatiua prouiſum de dicta Abbatia, nulla de iure patro. nec de præſentatione eiuſdem, facta mentione. qui cum litteris illis poſſedit abbatiam uſq; ad eius obitum per an-
1 nos xxij. uel circa. † et ad indicandum qualitatem beneficij, ultimus ſtatus inſpicitur, ut legit. & not. in c. cum de beneficio de præben. lib. 6. & not. Bald. in l. ſi mater. C. de ſtat. defunc. & in l. mella ubi Bar. §. ſed ſi alimẽta. ff. de ali. & ciba. lega. & in collatione de qua agitur tradit Rot. in
2 antiqu. 14. incip. Verum præſentatus, de iurepat. † & iſta quaſi poſſeſsio etiam ex unico actu acquiritur. & ultima, & immediata conſideratur ſecundum Oldrad. conſ. 312. Thema quæſtionis, circa fi. & Feder. conſi. 234. ſuper primo col. 2. in ſecundo dubio, per tex. & ibi not. in cap. cum eccleſia de cau. poſſ. Ex quibus Papa uidetur eſſe in quaſi poſſeſsione conferendi, nulla conſideratione habita patronorum. Sed tamen his non obſtantibus contrarium de iure dicendum uidetur. Nam in caſu propoſito ſufficienter probatur de iur. patr. iſtius nobiliſsimæ familiæ Triuiſanæ ex fundatione & conſtructione, quòd ſaltem uirtute præſcriptionis uidetur illi competere, ut proba-
* bo. & ſecundum * communem & practicatã opinionem
3 † laici iuspatro. acquirunt ex præſcriptione, ut tradit Io. Andr. in regula quod alicui de reg. iur. in ſexto. & in cap.
* querelam per illum tex. de elect. ubi Abb. dicit eſſe * communem. Idem Abb. in conſ. 76. Plura ſunt examinanda, in primo dubio. lib. 2. Card. in conſi. 69. quoad primum in ſecundo dubio cum ſimilib. ut per Deci. conſ. 117. & 124. & 126. & hoc etiam in caſu iſto maxime procedit, quia non allegatur immediate præſcriptio, ex qua dicatur acquiſitum iuspatro. ſed allegatur hoc ius acquiſitũ ex fundatione, & conſtructione monaſterij, ſeu abbatiæ. & ad probandum hoc deducitur tempus, & longa conſuetudo præſentandi, ex qua intentio dictæ familiæ fundatur ſuper iurepatro. ut tradit Abb. in d. cap. querelam, & in dicto conſi. 76. in fine primi dubij, & declarat Cardi.
4 poſt antiq. in clem. 2. quæſt. 5. de iure patron. † Nam cum agatur de iurepatr. antiquo, etiam ſola fama ſufficit, ut not. Bal. in l. cum ſuper. C. de rei uend. & in conſ. 310. inc. Patronus circa fi. lib. 5. & not. in l. indicia. C. de rei uend. & Bal. in d. l. cum ſuper dicit, quòd ad probandum iſtud ius ualet antiquiſsima poſſeſsio, quæ habetur pro tit. per tex. in l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & æſti. & in c. pręterea. §. ſuper quibuſdam de uerbo. ſignif. & ad hoc allego deciſionem Io. And. in d. regu. ꝙ alicui de reg. iur. in 6. quem refert & ſequitur Abb. in c. 1. col. 2. de reli. domi. ubi ponit quęſtionem de laico qui longiſsimo tempore fuit in poſſeſsione præſentandi rectorem in certa eccleſia tanquam patronus, qui aliter non poteſt probare ſe uerum patronum, nunquid per exercitium iſtius iuris competentis patrono, probetur quaſi poſſeſsio totius iurispatro. ut ſic ex pręſcriptione iſtius actus præſentandi, intelligatur pręſcriptum totum iuspatro. & tenent quòd ſic, ex quo non cõſtat, ꝙ iuspatr. pertineat ad alium: ideò pręſumendum eſt ꝙ pertineat ad iſtum, qui exercuit unũ ius competens patrono tantum, & dicit Abb. ꝙ iſtud dictum probatur ſingulariter, ꝑ in d. c. 1. quod dicit eſſe bene notandum, & per hoc dictum comprobatur intentio iſtorum nob. iuncta antiquiſsima poſſeſsione & cõſuetudine pręſentandi, de qua ſtatim dicam in ſequenti ratione.
¶ Secundò principaliter nob. prædicti ſunt in quaſi poſ-
5 ſeſsione iurispatr. † ex quo ſępius ſucceſsiuis temporibus plures abbates tam extraneos, quam de eorum familia pręſentauerunt. Nam de anno 1401. die 8. Iulij, defuncto Petro Spirito Abbate, pręfati nob. pręſentarunt fratrem Iacobum tunc priorem ſancti Clementis, quo defuncto de anno. 1405. more Veneto. die 19. Maij, præſentarunt Petrum Belegno, qui præſentationem renuit. Ideò de dicto anno die 26. Februarij, elegerunt in abbatem fratrem Baruntum de Senis, poſt cuius mortem elegerunt Hieronymum Triuiſano. quo uita functo, pręſentarunt fratrẽ Michaelem Triuiſano. 1472. die 18. Iulij. quo mortuo pręſentarũt in Abbatem alium Hieronymum Triuiſanu, & hoc de anno 1476. qui poſſedit Abbatiã per annos 53. uel circa. quo defuncto, fuit præſentatus per dictos nob. Sebaſtianus Triuiſano frater dicti Hieronymi ultimus & immediatus Abb. qui obijt de anno pręſenti. 1544. & de anno 1522. fuit ad inſtantiam Reuerendiſs. Card. Piſani, qui impetrauerat dictam abbatiam a Leone Papa X. fel. recor. introducta & diſputata materia, dicti iurispatro. cum interuenientibus pro dicto Sebaſtiano pręſentato, in Senatu Veneto, in quo fuit terminatum in fauorem iurispatro. & tunc fuit capta pars in eodem Senatu, ut ſcriberentur litteræ, pro fauore præſentati, Põtifici Adriano fel. recor. pro confirmatione pręſentationis. & licèt in ſenatu ſint tñ laici, & ſic ſint iudices incõpetentes, c. quanto de iudi. tamẽ ex actu nullo colligitur ueritas & uoluntas diſponentis, l. fi. ff. de reb. cor. l. iij. §. fi. ff. de fund. inſtruc. l. legatum. §. fi. ff. de ali. lega. & tradit Rom. in conſ. 149. col. 3. circa fi. & Alex. in ꝯſ. 45. col. 3. lib. 1. & præſentationes pędictę, incipiendo ab anno 1401. uſque ad præſens, quæ ſunt ſortitę effectum, colliguntur ex uerbis enũciatiuis decretorum Senatus Veneti, in quo decretũ fuit, quod ſcriberentur litteræ ſummo Pontifici pro tempore exiſtenti, pro confirmatione pręſentationum. in quib. decretis dictum fuit etiam per uerba affirmatiua, ꝙ pędicti nob. habebant iuspatr. in dicta abbatia. ex quibus decretis & uerbis enunciatiuis excedentib. centum annos, & hominum memoriam, maxime cũ ſint plura, probantur pręſentationes ultra numerũ ſeptem; ut not. per Alex. & moder. in l. cum aliquis. C. de iur. deliber. & per docto. in c. cum cauſam de probat. & per moder. maxime Deci. col. 1. & 2. & in c. cum olim de cenſ. & in c. ſi Papa de priuil. in 6. & per Feli. in c. omniũ contra, de prob. in qõne illa, utrum per uerba enunciatiua notarij probentur acta
* ſubſtantialia iudicij, narrata in ſententia. & * cõmuniter concluditur ꝙ ſic in antiquis. & tradit Alex. in conſil. 90.
6 col. 4. lib. 6. ubi dicit, & probat, † ꝙ uerba enũciatiua probant in excedentibus memoriam hominũ, in rebus parui præiudicij, & quando ſunt plura inſtrumenta, quia etiam ſola fama probat in huiuſmodi, ut ſupra dixi. qui omnes pręſentati mortui ſunt in poſſeſsione dictæ abbatiæ, cum litteris apoſtolicis, & nullus alius, quàm pręfati præſentati per dicta tpa obtinuit ſibi prouideri, de dicta abbatia. Apparet ergo, ex iam dictis, ꝙ præfati nob. ſunt cõſtituti in quaſi

in quaſi poſſeſsione iur.patr. & ideò præſentatio ſacta ab
eis debet admitti,& confirmari, per tex. & ibi not.in d.c.
conſultationib.& c.querelam,& c.cum eccleſia. ¶ Con-
7 firmo prędicta per not.dictum Bald. in d.conſ.310.† ubi
ad probãdum iuspatr. ꝯſiderat litteras priuatas cuiuſdã
abbatis,cum pñtia ſuorum familiariũ ſcriptas quibuſdã
nobilibus patruis ſuis, in quibus per uerba ennuciatiua
fiebat mentio de iure patro.ſuper quo litterę fundabãtur.
& ibi allegat iura,& rationes : quanto magis credendum
eſt pluribus decretis & litteris Illuſtriſsimi Senatus Vene
ti, in quo adſunt ſenatores undequaque grauiſsimi, &
Clariſsimi circa numerum.300.cum aſsiſtentia ſerreniſsi
mi Ducis. Conſideratis etiam perſonis tot Rom.Pontifi-
cum,tenentium locum Dei in terris quibus in uim illorũ
decretorum litteræ ſcriptæ ſunt: non enim eſt ueroſimile
in illis mendacium. Concurrit etiam ad hoc dictum Feli.
8 in c.cum a nobis col.3. de teſt.ubi poſt Inno.tenet† quòd
tex.in clem.1.de proba.habeat locum in quocũque Prin-
cipe habente iura Imperialia,& non recognoſcente ſupe
riorẽ in temporalibus,pro ut non recognoſcunt Domini
9 noſtri ueneti † ¶ Tertio principaliter probatur iuspatro.
per litteras antiquiſsimas inciſas,in quodam lapide mar
moreo,poſito ante portam maiorem eccleſiæ dictæ abba
tiæ,quæ ſonant in hæc uerba,uidelicet.M.cc.die.5.menſis
Maij.Hic requieſcit nob. uir Marcus Triniſano de confi-
nio ſancti Ioannis noui ædificator & fundator huius mo
naſterij & loci,Orate pro eo.Ex quibus litteris antiquiſsi
mis annorum tercentum & quadraginta quamor (Nam
hodie currunt anni ſalutis Chriſtianæ.1544.) probatur
iuspatronatus ex fundatione & conſtructione ut in termi
nis decidit Bal. in d. conſi.310. ubi latè hoc probat. quæ
litteræ ſunt extractæ & exemplatæ per publicum notariũ,
in uim authentici inſtrumẽti, in præſentia plurium teſtiũ
fide dignorum. ¶ Supereſt reſpondere ad contrarium,&
ſic non obſtaeultimus ſtatus Abbatiæ qui uidetur fuiſſe
liberæ collationis,quia negatur hunc ſtatum fuiſſe liberũ
cum fuerit ſacta prouiſio in perſonã dicti Sebaſtiani ele-
cti & pñtati per patronos,& etiam ad inſtantiam Illuſtriſ-
ſimi Senatus, pro ut de præſentatione conſtat per inſtru-
mẽtum publicum,& per decretum ſenatus, & per litteras
Adriano.6.ſcriptas : & ſic fuit facta prouiſio non libera,
ſed præſentato. ¶ Secundo reſpondeo, quòd huic poſſeſ-
ſioni præſentandi annorum,140.& excedenti memoriam
hominum,non fuit derogatum per illam collationẽ,quæ
non durauit ultra.23.annos,in præiudicium patronorũ,
per not.in c. cum de beneficio de præb. in 6. ¶ Tertio
10 reſpondeo † quòd illa collatio facta de beneficio iurispa
tro. nob.laicorum, fuit nulla ex defectu uoluntatis ipſius
Papæ,qui non derogauie patronis,nec de hoc iure aliquã
fecit mẽtionem c. decernimus 16.q.7.c.illud in fi. de iur.
patr. cum ſimil.ut per Feli. in c.cum Bertoldus. de re iud.
confirmatur hoc ratione, quia prouiſio Papæ ſecundum
eius intentionẽ intelligitur,ut Inno.in c. cum eccleſiaſti-
cæ,de except.& not.Bal.in l.reſcripta col.pen.C. ſi contra
ius uel utili.pub.& mens talis eſſe præſumitur qualis de-
ber eſſe ue not.Bal.in l.ex facto.ff.de uulga.& pupil.unde
qua ratione Papa conferendo ſimpliciter beneficium de
iur.patr.non uidetur.uelle præiudicare patronis,niſi hoc
expreſsè dicatur,ut per Lap.alle.96.& per Abb.in c. cum
dilectus in fi.de iur.patr.& per docto.in c.2.de præb.in 6.
cum ſimil.ut per Feli.in tract. iurispatro. in princip. Pari
ratione dicendum eſt quòd Papa per ſuam liberam colla
tionem nõ uidetur derogaſſe iuri patro. nec quaſi poſſeſ-
ſioni præſentandi,quæ erat,& eſt apud dictos nob. immo
per dictam collatioem,& per alias quamplures præcedẽ-
tes factas per Rom.Pontifices per tot annos de præſenta-
tis ſemper,per dictos nob. patronos, uiſi ſunt Pontifices
confirmaſſe dictas præſentationes,ex quo ita tenebantur
11 facere. Facit etiam ad prædicta † quia quaſi poſſeſsio cõ
ferendi uel præſentandi in præiudicium alterius non ac-
quiritur, niſi ille, hoc ſciat & patiatur, ut tradit Cald.in
conſi.12.in tit. de iure patro. & not. in l.2. C. de ſeruit. &
aqua.Nec in caſu noſtro Conſtat, quòd præfati patroni
ſcirẽt collationem illam liberam fuiſſe,ſed credebant lit-
teras illas fuiſſe confirmatorias præſentationis per eos fa
ctæ,& iuxta decretum ſenatus, & litteras ipſius ſcriptas
ſummo Pontifici : ideò præfati nob. ſemper fuerunt bo-
næfidei poſſeſſores, quibus illa collatio nullũ fecit præiu
dicium.& ita in terminis conſuluit Deci.conſi.126.lib.1.
col.fi. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſenſus patronorũ laicorũ non eſt neceſſarius in alienatione bo norum eccleſiæ ſed utile,ſecus in patronis eccleſiaſticis.*
2 *Alienatio parua terræ & inutilis eccleſiæ eſt exempta ab omni ſolennitate iuris.*
3 *Aequiparatur utilitas & neceſſitas per cauſam alienationis.*
4 *Duo ſunt neceſſaria,ut ualeat alienatio, uidelicet forma & iuſta cauſa alienandi.*
5 *Pro regula præſumitur. & res dicitur certa pro eo qui regula innititur.*
6 *Patronus etiam ſecularis poteſt inſtare pro reuocatione rei eccleſiæ male ſeu nulliter alienatæ.*
7 *Prædium eccleſiæ etiam exiguum,utile tamen eccleſiæ, non poteſt alienari,cum conſenſu epiſcopi et capituli,ſed requiritur au ctoritas Papæ uel legati de latere.*
8 *De intellectu c.Terrulas 12.q.2.*
9 *In alienatione bonorum eccleſiæ neceſſarius eſt tractatus præce dens.*
10 *Et de tractatu debet fieri inſtrumentum ſeparatum, ab illo alienationis.*
11 *In tali alienatione prælatus inferior carens collegio non poteſt auctorizare ſine conſenſu aliorum honeſtorum clericorum, & ſic limitatur gl.in c.Potuit,de locat.*
12 *Conſenſus epiſcopi in caſibus in quibus admittitur,debet præce dere alienationem, quæ præſtatur in uim auctoritatis & licentiæ.*
13 *Decretum iudicis ſine cauſæ cognitione eſt nullum.*
14 *Non creditur Prælato nec partibus aſſerentibus de cauſa neceſſaria,uel utili alienandi, ſed aliunde cauſa uenit probanda.*

## CONSILIVM CCXCIIII.

VISO conſilio Reuerendi ac Eccellentis decre
torum doctoris D.Gottardi de Menardinis
canonici Ceneten:Prima facie inclinabam in
fauorem.D.Bernardini de Aleotis rei conuẽ-
ti,quòd eſſet in caſu abſolutionis, a petitis pro parte D.
Franciſci de Farra patroni.† Cuius conſenſus in alie-
1 natione bonorum eccleſię patronatæ non eſt neceſſarius,
ut in terminis conſuluit Petr. de Anch. in conſi.112.inc.
ex narratis in facto,ubi allegat iura & rationes,& aucto-
ritatem Inno.in c.unico ut eccle.benefi.& ibi Abb. col.fi.
dicit utile eſſe non neceſſarium habere conſenſum patro-
ni laici,& hanc partem tenet ibi Io. Andr.& Io. de Imol.
poſt eum col.pe.& fi.ubi diſtinguit inter patronum eccle
ſiaſticum,ut eius cõſenſus de neceſsitate requiratur, & lai
cũ,cuius conſenſus nõ eſt neceſſarius, & ita tenet Deci.
in conſi.174.col.fi.in fin. lib.1.& Firma.in tracta.de epiſ.
quarta parte fol.103.q.42.nu.122.& ſequitur Roch.Curt.
in ſuo tracta.iurispatro.fol.6.uerſi.honorificum.q.3. nu.
* 53.ubi atteſtatur hanc eſſe * communem opinionem.
Secundò,ad idem facit,quia in quæſtione propoſita tra-
ctatur de modica terra alienata per uiam permutationis,
2 & ſic de terrula iuxta tex.in c.terrulas 12.q.1.† & iſta bo-
na ſunt exãpta ab omni ſolennitate iuris, ut dicit Abb.in
c.ut ſuper colu.pen. in uerſi.ſed oppono de reb.eccle.non
alien.ubi ad hoc allegat.d.c.terrulas,& ex hoc non uide-
tur poſſe impugnari permutatio,de qua agitur ex defectu
alicuius ſolennitatis. ¶ Tertio, ad idem, quia in facto
narratur quòd iſta permutatio fuit facta in euidentẽ uti-
litatem dictæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Broilo, & ſic ex
cauſa legitima,quo caſu non uidetur poſſe impugnari.c.
ſine exceptione.12.q.2.& in ſumma eiuſdem cauſæ & quę
3 ſtionis,ubi eſt gl.magiſtra.† Nã pro ualiditate alienatio-
nis bonorum eccleſiæ æquiparatur utilitas & neceſsitas
alienãdi,ut probatur in dictis locis,& in c.1.de reb.eccle.

non alien.in 6.& in clem.1.eod.tit.& declarant docto. in
cap.nulli de reb.eccle.non alien.& in cap.quæ in eccleſia
rum de conſt.tu.Ex qua ratione D.patronus non uidetur
habere iuſtam cauſam impugnandi dictam permutatio-
nem. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, quæ uerè ulte-
rius cogitanti de iure non obſtant, concurro in ſententiã
præfati D.conſulẽtis,& pro fauore D.Franciſci patroni.&
pro ueritate dicendorum præmitto unam communem*
* opinionem, † quòd duo ſunt neceſſaria ad hoc ut ualeat alie
4 natio ſeu permutatio bonorũ eccleſiæ, uidelicet forma.
ideſt,ſolennitas,& iuſta cauſa alienãdi, ut probatur in d.
c.ſine exceptione.12.q.2.& ita tenet glo.ibi in ſumma, &
tradunt Abb.& docto.in c.nulli col.2.de rebus eccle.non
alien.& gl.fi.in c.quæ in eccleſiarum,& ibi Abb.in 4.not.
de conſti.& probatur in d.c.1.& in clem.1.eod. titulo de
reb.eccle.& gl.pe.in fi.in c.1.quam Butr. & Abb.ſequun-
tur,de reſti.in int.cum alijs ut per Deci.in conſi.142. col.
* 3.lib.1.ubi atteſtatur iſtam eſſe * communem opinionẽ,
& nõ apparet in caſu noſtro iſta duo interueniſſe ut infra
latius oſtendam, unde uidetur fundata intentio patroni
agentis contra præsbyterum Bernardinum & ſuis cõſor-
tes,quòd alienatio ſit nulla,niſi pro parte ſua probetur,quòd
pro neceſſitate uel utilitate eccleſiæ facta fuerit permuta
tio,& quòd ſolennitas requiſita adhibita fuerit,ut not.in
locis ſupra allegatis,& probatur in d.c.1.cum ſimil.Cum
enim regulariter prohibeatur alienatio, & in quibuſdam
caſibus tantum permiſſa ſit,quos numerat glo. in d.ſum-
ma & in d.c.ſine exceptione,& Abb.in d.c.nulli.colum.2.
5 † Pro regula præſumitur ut per gl.in l.omnis diffinitio.ff.
de reg.iur.& in rubrica eod.tit.in 6.& res certa dicitur pro
eo qui regulæ innititur,ut not.Barto.in l.quoties. ff. quis
caut.& ideo ſecundũ regulam uenit pronũciandum, niſi
contrarium probetur,ut dicit Bal.in c.1. colu.2. de alien.
6 iudi.mut.cau.fac.† & ſecundum hanc regulam patronus
agens poteſt pro ſuo intereſſe petiam terrę indebitè alie-
natam cum fructibus inde perceptis ad eccleſiam reuoca
re,ut eſt tex.cum glo.pe.quæ de patrono loquitur, in c.ſi
quis presbyterorũ de reb.eccl.nõ alien.& ita firmat Inno.
& Abb.in d.c.unico.col.fi.& Petr.de Ancha.in d.conſ.122.
& Deci.in d.conſi.174.in fi.& Roch.Curt. in d.tracta. ſu-
per uerbo,honorificum,fol.6.q.3.nu.52.qui omnes tenẽt,
quòd licèt conſenſus patroni laici non ſit neceſſarius in
actu alienationis,tamen dicunt quòd patronus de iure ſe
opponit alienationi, quando ſine cauſa, & non ſeruata
forma,bona ſunt diſtracta.& per hoc ſit reſponſum ad pri
mam rationem alterius partis. quòd modo dicta petia
terrę licèt modica, ſit,ſine cauſa, & forma non ſeruata,
alienata,probo multipliciter. Primo per tex.ubi eſt ca-
ſus,de iſta quæſtione.in c.quicunque, quod eſt primum,
7 14.q.4.ubi dicitur,†.quòd nec epiſcopus poteſt alienare
aliquod prædium eccleſiæ, magnum uel exiguum. Ecce
tex.clarum prohibentem alienari prędium etiam exiguũ,
eccleſiæ, etiam cũ auctoritate epiſcopi,per quem deſtrui
tur permutatio in caſu propoſito.cui non obſtat tex.in d.
8 c.terrulas.† quia ad illum reſpondeo dupliciter. Primò
quia loquitur de terra exigua,& inutili eccleſiæ, ibi, mi-
nus utiles. Sed in caſu noſtro licèt terra alienata ſic modi
ca erat,tamen utilis eccleſiæ; ergo ſumus in caſu dicti. c.
quicunque iũcta glo.2.ibi, quæ ſupplet ad tex. quòd illud
prædium exiguum erat utile eccleſiæ ideo Conſenſus epi-
ſcopi non ſupplet defectum ſolennitatis. Ex quo ſequitur
alia concluſio, quod ex quo quæſtio noſtra eſt poſita in
regula negatiua,alienationis bonorum eccleſię cadit ſub
prohibitione extrauagantis Paulinæ,quæ prohibet bona
eccleſiæ alienari ſine ſpeciali licentia Papæ ſub pœnis
de quibus ibi.& tradit Feder.in d.conſi.143. col.fi. uerſi.
addo. Quæ ſola ratio iuncta reſponſione ad c.terrulas,de
beret ſufficere pro uictoria. & per hoc ſit reſponſum ad
ſecundam rationem partis contrariæ. ¶ Secundò, per-
mutatio eſt nulla quia facta apparet ſine cauſæ cognitio-
ne,quæ debet præcedere ut dicit Inn.in d.c.unico in fi. ut
eccle.benefi.& Archi.in c.in uenditionibus 17.q.4.& Fe-
der.in conſi.142.Domino Ioanni in principio. ¶ Confir
9 mo hanc rationem † quia defuit tractatus præcedens, in
in quo uerſatur cauſæ cognitio ut dicit Abb. in c. tua nu-
per col.2.de his quæ fi.a prælat.qui eſt de forma alienatio
nis ut probatur in d.c.1.de reb.eccle.in 6.ibi, quia etiam
10 tractatus &c.† Nec probaretur tractatus niſi de illo eſſet
factum inſtrumentum ſeparatum ab illo alienationis, ut
dicit Feder.in d.conſi.143,circa fi.& Paul.de Caſt. in cõſ.
91.ſuper eo quod quæritur circa fi.qui allegat Specul. po
nentem formam huius inſtrumenti cum ſimil.ut per Alex.
conſi.16.uiſo inſtrumento col.2. nu.10. lib.4.& per Soci.
conſi.29.Viſo quodam inſtrumento,uerſi.3.principaliter
lib.1.& licèt in caſu noſtro D. Bernardinus ſit ſolus ſine
11 collegio,† tamen in materia alienationis bonorum eccle
ſiæ non poteſt illi auctorizare,ſine conſenſu aliorum cle-
ricorum.ita poſt Abb.& Lauren.de Rodul.tenet Feli.in c.
edoceri.col.pen.uerſi. limita niſi agatur,de reſcrip.Quod
nota ad limitationem gl.magn.circa fi.in c. Potuit de lo-
cat. ¶ Tertiò,permutatio eſt nulla ẽt ſi quæſtio eſſet de
exiguo terreno & inutili iuxta tex.in d.c.terrulas, quia &
12 ſecundum illud auctoritas epiſcopi † debuit præcedere
alienationem.Ita dicit Innoc.in c.cum conſuetudinis de
conſuet.per tex.in d.c.in uenditionibus 17.q.4.ibi ſine li-
centia epiſcopi;ergo debet præcedere actum qui aliàs nõ
ualet.c.licèt & ibi not.de regular. & probatur in c. ſi reli-
gioſus de elect.& in clem.fi.eod.titulo & probat text. in c.
Abbatibus.12.q.2.ubi dicitur,quòd nõ alienetur abſque
permiſſu epiſcopi, & ſic uult tex. quòd permiſſio præce-
dat.& probatur in c.nullus.17.q.4.& ita in terminis tenet
Gemi.in conſi.31.quædam Domina Maria,col.4.in uerſi.
in cõtrarium uidetur ubi latè hoc probat,ſed in caſu pro-
poſito Vicarius epiſcopi conſenſit permutationi per decẽ
13 dies poſt; ergo ex tali defectu eſt nulla † & tanto ma-
gis,quia in decreto illo domini Vicarij nulla fuit adhibi
ta cauſæ cognitio,ut tradit Roma.in conſ.69. Viſo col.fi.
& legit. & not. in l.nec quidquam.§.ubi decretum, ubi
moder.Papi.cart.4.ff.de offi. proconſul.& tradit Felin.in
c.eccleſia S.M.colu.8. de conſti. cum ſimil.ut per Deci.in
conſi.141.Viſo puncto.col.6.lib.2.& tradit Paul.de Caſt.
in conſi.91. ſuper eo per totum: & Deci. in conſi. 351. in
14 caſu propoſito col.pe.quarto fuit nulla † quia de cauſa ne
ceſſaria uel utili nõ conſtat,ſaltem legitimè, nec creditur
partibus,hoc dicentibus,ſed aliunde probanda eſt. ita te-
net Feder.in d.conſi.142.& 143.col.2.& probatur in d. c.
2.de reb.eccle.in 6.cum gl.in uerbo tenues,ubi Petr. Ge-
mi.& Philip. not. cum ſimil. ut per Soci.in conſi.15. Viſis
prædictis.col.7.& 8.ubi probat quòd de cauſa alienandi
debet conſtare aliunde quàm per aſſertiones partiũ, quæ
ut plurimum iura in damnum eccleſiarum idem Soci.
in d.cõſ.39.col.2.& 3.in prima cauſa nullitatis, & in alio
conſ.52.col.2.lib.1.& tradit Deci.conſ.142.col.5.& quia
de cauſa alienandi debet conſtare per teſtes examinãdos
per Prælatos deputatos per Papam citatis citãdis pro ſuo
intereſſe,& ſic cauſa cognita,ut quotidie ſeruatur in pra-
ctica iuxta extrauagantem Pauli.& per hanc rationem &
ex alijs ſupra allegatis reſponſum apparet,ad ultimam ra
tionem factam ſupra pro parte aduerſa. Ex quibus omni
bus conſtat d.Franciſcum patronum agentem eſſe in ca-
ſu uictoriæ & conſequenter quòd uenit pronunciandum
iuxta petita per eum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cognatio ſpiritualis contracta per matrem impedit matrimo-*
*nium contrahi inter leuatam de ſacro fonte, & filium leuan-*
*tis,& dirimit poſt contractum.*
2 *Creditur uni teſti quando deponit de facto proprio.*
3 *Exceptio,tua non intereſt, ſeu de notorio non iure, eſt perem-*
*ptoria & impedit litis ingreſſum.*
4 *Valet pactum quòd non liceat appellare.*
5 *Non ualet appellatio a ſententia unius ad eundem qui protulit*
*eum.*
6 *Ex pluribus cauſis geſta cum uno & ſententia contra unum no*
*cet alteri qui non fuit in iudicio.*

7 *Victnus*

7 *Vicinus & cohabitans cum uno præſumitur ſcire facta uicini, & cognatus facta cognati.*

8 *Procurator conſtitutus qui recepit mandatum, ſine proteſtatione maximè ſi illud produxit in iudicio tenetur ad defenſam et præiudicat domino, cui imputatur dolus uel negligentia procuratoris.*

## CONSILIVM CCXCV.

NON conſtat in proceſſu quòd Stana ſit uxor Pauli, immo ipſe Paulus confeſſus fuit contrarium, ut atteſtatur Catherina ſecunda teſtis ſuper 9. capitulo fol. 12. & presbyter Georgius Mergenich germanus dicti Pauli ſuper 8. capitulo. fol. 18. ubi refert confeſſionem Pauli dicentis erga ſe teſtem, reprehendentem Paulum, quia dicebatur ipſum cõtraxiſſe cum Stana filia ſpirituali matris ſuæ, quòd Stana non erat uxor ſua, nec unquã erit, & quòd tenebat ipſam pro concubina ſua. Idem atteſtatur D. Lucia. 6. teſtis ſuper 9. capitulo fol. 24. ¶ Secundo principaliter probatum eſt in proceſſu, ipſam Stanam fuiſſe leuatam de ſacro fonte, Baptiſmatis a matre dicti Pauli; ita atteſtante Catherina ſecunda teſte ſuper 9. capitulo & dat pro cõteſte Margaritam Cuſichiam, quæ eſt tertia teſtis, & dicit hoc ſuper decimo capitu. Idem dicit Helena quarta teſtis ſuper 11. capitulo & ſeptimus teſtis, q de iſta cognatione ſpirituali deponũt ex ore mřis Pauli, quæ in pręſentia dictorum teſtium firmabat ſe leuaſſe Stanam de ſacro fonte. Idem latius deponit presbyter Georgius quintus teſtis germanus Pauli, qui audiuit hoc dici a matre & à Paulo. Idem deponit ex ore utriuſque Lucia. 6. teſtis. Ex quibus ſatis cla
1 rè probata eſt iſta cognatio inter Paulum & Stanã, † quę impedit inter eos matrimonium contrahi, & dirimit poſtea contractum. c. fi. de cogna. ſpiri. c. 1. eod. tit. lib. 6. Nec obſtat ſi dicatur, quòd primi quatuor teſtes audiuerint hoc dici a ſola matre Pauli, ſed uni teſti non creditur ut habetur Matth. c. 18. & in c. in omni. & in c. licèt de teſti.
2 † Quia dicta iura loquũtur, quando teſtes deponunt de facto alieno per ſenſus corporis, ſed quando unus deponit de facto ſuo a ſe geſto, ipſi ſoli creditur. ita not. decidit Paul. de Caſt. in l. quicunque col. fi. in fi. C. de ſer. fugit. & in 2ſ. 372. Viſis actis circa fi. uerſ. ſuper hoc. ſed mř Pauli confeſſa fuit hãc parentellam, contractam eſſe per ſe, coram quatuor teſtibus, qui bene probant illam confeſſionem, & maximè, quia nulla ſubeſt ratio, quæ ſuadeat, matrem dixiſſe falſum contra filium, cum nullus amor uincat maternum. l. fi. C. de curat. furio. & quia mater cruciatur in filio, quando ipſa ſcit filium male agere, & pati. l. iſti quidem. ff. quod met. cau. c. afferte, & ibi Abb. col. 2. de præſumpt. Cruciabatur enim mater in filio ſciens ipſum habitare & conuerſari carnaliter cum Stana, & diffamabatur de matrimonio inter eos, & hoc propter honorem communem, & animam ipſius filij. Concurrit etiam confeſsio Pauli & matris facta de hoc, corã presbytero Georgio, & Lucia, quæ ſola ſufficeret. Nam contra propriam cõfeſsionem nemo auditur. l. generaliter. C. de non num. pecu. c. per tuas de proba. Ex quibus conſtat de non inte-
3 reſſe Stanæ, & de notorio non iure ſuo. † Quæ exceptiones ſunt peremptoriæ, quæ ſi opponuntur dilatoriæ, prout fit in hac quæſtione, impediunt ulteriorem proceſſum & litis ingreſſum, ut tenet Ang. in l. qui bona. §. damni. ff. de dam. infect. & Bar. in l. cum quærebatur ff. iud. ſol. cum ſimil. ut per Philip. in c. 1. col. 8. in 14. & 23. fall. & col. pe. in 38. fall. de lit. conteſt. in 6. Vbi poſt alios loquitur, quãdo conſtat notoriè ex actis de non iure, & iniuſtitia comparentis prout in caſu propoſito conſtat ex actis cauſæ.
Obſtat etiam exceptio litis finitę per tres ſententias conformes in materia de qua agitur, ut paret ex proceſſu. quę etiã impedit litis ingreſſum, ut eſt caſus in d. c. 1. & ultra prædicta quæ ſufficiunt ad excluſionem, conſtat in proceſſu primæ inſtantiæ corãm loci ordinario formato de anteriori matrimonio inter Paulum & Catherinam per teſtes ultra 12. legitimè examinatos, & omni exceptione maiores, quibus nihil fuit oppoſitum. Super quorum dictis fundata apparet ſententia Vicarij Iadrẽſis, lata in prima inſtantia pro ſauore matrimonij inter Catherinam & Paulum, quæ fuit confirmata in ſecunda inſtantia per Reuerendiſsimum legatum apoſtolicum. quę ex conuentione partium habet uim trium ſententiarum, ut patet ex tenore concordiæ, & dictæ ſententiæ de quibus in actis cauſæ. quæ ſententiæ merentur executionem. cle. 1. de re iud.
4 † & ex forma conuentionis, ex qua nõ licet appellare, quæ ualuit l. fi. in fi. C. de ſpon. appel. & per Gemi. in conſi. 129.
5 circa iſtud dubium col. fi. † & maximè non eſt admittenda appellatio a ſententia legati, quia fuit appellatum a ſua ſententia ad eundem met. contra tex. in c. 2. de cõſuet. in 6. quæ non ualet etiam mutata qualitate eiuſdem met perſonæ ut tradit Philip. Corn. conſi. 89. lib. 2. & dixi ſupra all. 277. Nec obſtat ſi diceretur quòd facta & geſta & iudicata contra Paulum, non nocent Stanæ, quæ non fuit in iudicio per regulam quòd res inter alios acta, alteri non præiudicat: quia contrarium eſt uerius, in caſu propoſi-
6 to pluribus rationibus. † Prima, quia in proceſſu primæ inſtantiæ diſcuſſa ſunt iura ipſius Stanæ inter Paulum & Catherinam ipſa Stana ſciente & nõ contradicente; ergo ſibi præiudicant, ut dicitur in d. c. quamuis. iuncta gl. magna de re iudic. ita dicit Abb. ibi in principio. ¶ Secunda per not. eiuſdem Abb. ibi col. 2. uer. poteſt poni & per Alex. in l. ſæpe. ff. de re ind. fol. 11. in quæſtione illa, quando Maritus agit pro dote uxoris. ¶ Tertia, quia tractatur de iure indiuiduo inter Paulum & Stanam ut per Abb. in d. c. col. 6. uerſi. tertius caſus, quando allegat. c. una de appel. ¶ Quarta quia ſententiæ latæ non ſunt reſtringibilis ad Paulum tantum. ideo tanquam communes nocent Stanæ, ut dicit Abb. col. 6. de legitimitate. ¶ Quinta, quia in caſu iſto concurrunt ſex requiſita ad hunc effectum, de quibus per Abb. ibi col. 7. uerſi. & generaliter. ¶ Vltima ratione connexitatis, ut ibi per Abb. col. 9. in 7. caſu.
¶ Confirmo prędicta, quia Stana toto tempore quo agebatur cauſa publicè ad tribunal ordinarij per duos annos, inter Paulum & Catherinam, habitabat in eadem do
7 mo cum Paulo; † ergo præſumitur de omnibus geſtis & iudicatis habuiſſe notitiam. c. quod dicitis, ubi gl. 16. diſtin. quæ dicit quòd nulli licet ignorare ea quæ publicè fiunt, & probatur in c. cum in tua qui matri. accuſ. poſ. & quia uicinus præſumitur ſcire facta uicini. c. quoſdã, ubi Abb. col. 1. dicit quòd quando factum eſt notum in loco, non facile auditur uicinus allegans ignorantiam, & parentes præſumuntur ſcire facta cognatorum. l. Octaui in fi. ff. un de cogna. quanto magis Stana præſumitur habuiſſe notitiam de lite iſta cum habitaret in eadem domo comedendo & dormiendo cum Paulo ut cõſtat ex confeſsione ipſius, de qua in proceſſu, & cauſa tãgeret intereſſe ipſius Stanæ æquè principaliter cum Paulo, ideo imputandum eſt ſibi ſi non comparuit, & non deduxit de iuribus ſuis ſi quæ prætendebat, ut dicunt docto. in d. l. ſæpe & in d. c. pe. ſciuit etiam Stana ex prædictis Paulum aſſertum ſuũ Maritum appellaſſe a ſententia ordinarij ad legatum apoſtolicum Venetijs reſidentem, & cauſam ibi pendere & tractari. & ideò de menſe Octobris anni præteriti, ipſa conſtituit procuratorem ſuum Do. Aloyſium Cingiaro, qui mãdatum illud iudicialiter produxit, ſub die. 12. Nouẽb. dicti anni, ut conſtat a tergo dicti mandati. & fuit, antequam Paulus & Catharina concordarent de ſtando unicæ ſententiæ Reuerendiſsimi legati, & Cingiarus fuit ille qui interfuit illi inſtrumento, qui etiam quotidie aſtabat ad tribunal ubi agebatur de cauſa ſingulis audiẽtijs. Et ſententia poſtea per legatum promulgata fuit de menſe Februarij præſentis anni, ex quibus habemus claram ſcientiam Stanæ, & ſui procuratoris, ad omnia geſta & iudicata in cauſa. ideo imputandum eſt illi, ſi ante litem finitam non comparuit, ut dicunt docto. in locis præallega
8 tis. † nam Cingiarus procurator poſtquã recepit mandatum, & illud produxit, tenebatur ad defenſionem cauſę. clemen. 1. de procur. & ſi fuit in dolo, culpa, uel in negligentia, Stanæ conſtituenti præiudicauit talem procuratorem conſtituenti, ut not. per Bar. & doct. in l. j. §. ſi procurator.

curator.ff.ſi quis ius dic.non obt.Abb.& alij.in cap.1.ut lit.non conteſt.

### SVMMARIVM.

1 *In ore duorum uel trium ſtat ueritas.*
2 *Teſtes familiares & domeſtici, qui producuntur de domo, repelluntur a teſtimonio etiam in cauſa matrimonij.*
3 *Fatuitas probatur ſi teſtes deponunt, quod talis communiter tenetur pro ſtulto.*
4 *Ad probandum aliquem eſſe dementem in genere, ſufficiunt teſtes ſingulares.*
5 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, ad probandum impedimentum pro diſſolutione matrimonij, & nu.6.*
7 *Excommunicatus repellitur à teſtimonio, cum ſit extra eccleſiã.*
8 *Eccleſia Romana non conſueuit diſpenſare in ſecundo gradu, etiã tranſuerſalium, niſi inter magnos principes.*
9 *Mediator ſeu proſeneta repellitur à teſtimonio, etiam in matrimonio, niſi deponat de conſenſu ambarum partium.*
10 *Periurus repellitur a teſtimonio.*
11 *Standum eſt potius dicto extraiudiciali, & ſine iuramento, cum quo ſunt iudicia, quàm iudiciali iurato.*
12 *Teſtis criminoſus maximè blaſfemator repellitur a teſtimonio etiam ante condemnationem de iure canonico.*
13 *In matrimonio contrahendo requiritur omnimoda libertas, & ſic conſenſus cum plena ſecuritate.*
14 *Reuerentia paterna ſi pater erat uir terribilis inducit iuſtum metum in filia contrahente matrimonium, etiam ſi non præcedant minæ uel uerbera. Idem ſi adſunt alia coniecturæ metus.*
15 *Paria ſunt, aliquid per uim & metum fieri, uel ueriſimiliter timere poſſe cogi.*
16 *In muliere minor metus excuſat, quia ſexus eſt fragilis.*
17 *Metus & dolus cadit etiam in uolentem, quando e alliditate, quis ducitur ad contrahendum matrimonium.*
18 *Rogationes & preces importunæ arguunt quandoque iuſtum metum ſecundum qualitatem perſonæ.*
19 *Iudex poteſt credere teſtibus ſingularibus attentis circumſtantijs caſus occurrentis.*
20 *Teſtes qui dicunt ſuper articulo de fama, ſe audiuiſſe publicè de hoc dici, probant illam, etiam ſi non dicant a quibus audiuerunt.*

## CONSILIVM CCXCVI.

IN cauſa matrimoniali indeciſa pẽdente coràm Reuerendo P. & excellentiſsimo iur.v. doctoro D.Roberto de montibus in epiſcopatu Vicentino uicario generali digniſsimo, inter Bartholomæum Ioannis Nicolai del Grande agentẽ ex una, & Ioãnem Bernardini Baſsi de Scledo ex altera, qui ambo prætendunt contraxiſſe matrimonium cum D. Paſcha. f.q. Stephani Rottarij: De duobus principaliter dubitari cõtingit. Primò utrum inter Bartholomæum & Paſcham ſit contractum matrimonium. Secundo, poſito quòd ſit probatum de matrimonio inter eos, nunquid ſit canonicum uel meticuloſum. Capio primum, & prima facie uidetur dicem probatum eſſe matrimonium ſtãte regula iuris diuini & humani 1 † quòd in ore duorum uel trium conſiſtit ueritas, Matt.c.18.c.in omni & c. licèt de teſti. Exo. c.20. Sed in propoſito caſu ſunt examinati quatuor teſtes. uide Maria ſoror Paſchæ, Matthæus Garzotus, Sebaſtianus ditto l'organo, & Franciſcus Syluagno. qui examinati concordes & conteſtes dicunt, quòd de anno præſenti & die 25. Martij in feſto Annunciacionis beatę Marię uirginis, ante prandium & apud quendam fontem naſcentis aquę in loco de Planis, contractum fuit matrimonium per uerba de pręſenti ſponte inter ipſam Paſcham & Bartholomæum. confirmatur hæc probatio, quia ipſa Paſcha examinata non diffitetur huiuſmodi cõtractum, ſed dicit ui, & metu contraxiſſe & deceptam fuiſſe a Maria eius ſorore, ut complaceret Franciſco ſuo marito. ſed de huiuſmodi metu & ſeductione non uidetur bene conſtare in proceſſu, ideò probationes pro matrimonio ſtare uidentur.

Sed contrarium puto uerius, quia matrimonium non apparet per illos teſtes bene probatum, ſtantibus legitimis exceptionibus contra eos deductis & probatis. Matthæus primus teſtis ex pluribus nihil probat. Primò quia ipſe uocauit alios aſſertos teſtes ut irent ad fontem. Ita dicit Sebaſtianus ſecundus teſtis ſuper tertia poſitione. idem dicit Franciſcus Syluagnus quando fuit repetitus ſuper tertio interrogatorio, qui dicit, quòd teſtes fuerunt uocati a Matthæo Garzoto. Secundò ipſe fatetur ſe feciſſe uerba contractus, ſuper quarta poſitione, & alij idem firmant, & ſponte ſe ingeſsit a nemine requiſitus. Ita dicit dictus Frãciſcus, ſuper interrogatorio quarti e. & Maria repetita ſuper eod. ergo eſt affectus ad cauſam, & tanquam ſuſpecto minus creditur, ut dicunt doct. in c. ſuper eo el 2. de teſti. Tertiò non probat, quia ante aſſertum contractum, & t pe illo, & etiam quãdo depoſuit fuit & eſt famulus in domo dicti Bartholomæi, & ibi habebat expenſas ab ipſo, ut atteſtãtur Gaſpar rigobelli ſuper. 8. oppo. & Triſtanus de Triſtanis, & Saluator de ſancto Martino, & presbyter Coradus, & Bernardinus de Brunis ſuper eadem. 8. oppo. & 9. 2 † Sed teſtes familiares ſeu famuli qui producuntur de domo, in totum repelluntur in cauſa matrimonij, quæ dicitur grauis, ut dicũt gl. 1. & ibi doct. in c. mulieri de iureiur. & probatur in l. pe. ff. de teſti. & in l. ij. C. eod. tit. & in c. in litteris eod. tit. ubi eſt caſus, quòd ad probandum impedimentum, ad infringendum matrimonium, pro ut tractatur in caſu noſtro, ad infringendum matrimonium contractum inter Paſcham & Ioannem teſtes debent eſſe probatæ uitæ & opinionis, & ſine aliqua exceptione. c. 1. ubi gl. de conſang. & affin. & de famulis repellendis conſul. Alex. in conſi. 24. col. 10. lib. 2. & in conſi. 150. colu. 5. & in conſi. 151. col. 2. lib. 5. Patitur etiam alias exceptiones ut patet ex depoſitione teſtium ſuper oppoſitionibus cõtra eum factis, quæ non curo referre, ex quo prędictę ſufficiũt. Sebaſtiano ſecundo teſti, nulla fides uenit adhibẽda, quia teſtes prænominati ſuper quinta oppoſitione, deponũt ipſum eſſe leuis cerebri, & communiter reputatus pro ſtulto, & conuerſatur quotidie in tabernis, & uadit die noctuque cantando per uias. & hanc dementiã maxime probãt presbyter Coradus quartus teſtis, & Bernardinus de Brunis. 5. teſtis ſuper quinta oppoſ. qui ambo concordant & dicunt Sebaſtianum eſſe hominem leuis cerebri, & quòd reputatur fatuus in terra Scledi, & in cauſa ſcientiæ optimè reſpondent de uera ſcientia, & deponunt de tempore ante, & tempore depoſitionis. 3 † Sed quando teſtes deponunt quòd talis communiter tenetur & reputatur pro fatuo in aliqua terra, iſta probatio ſufficit ad oſtendendum nullitatẽ actus in quo requirebatur intellectus. Ita in terminis tenet Alex. in cõſi. 92. inc. Viſo & opportune diſcuſſo. col. pe. uerſi. præterea lib. 5. per tex. in l. j. cum ibi not. p Bar. C. de teſta. & ibi Bal. in 3. q. cum ſimil. ut ibi late per eum, & de demẽte repellẽdo a teſtimonio tenet Bar. in tracta. teſti. in cap. de reprobat. teſtib. in uerſi. furioſi per tex. quem allegat in §. tria. 3. q. 8. & dicunt doctu. in l. furioſum, & ibi Iaſon poſt eos col. 4. quòd ſignum ſtultitię in homine eſt, quando uadit per uiam deridendo: ſed iſte uadit die noctuque palam per uiam cantando, quod ſignum eſt ſatis ſimile iam dicto. 4 † & ad probandum quem dementem in genere, ſufficiunt teſtes ſingulares. Ita not. Inno. & docto. in c. qualiter el 2. cum multis ſimil. ut per Alex. in d. conſi. 92. col. pe. uerſi. nec obſtat. Idem Alex. in conſi. 54. inc. Ad quæſitum. col. fi. lib. 1. Repetit, quòd dementia probatur ex eo, quòd teſtes dicunt, quòd talis publicè ſeu communiter habebatur pro demente. dicunt etiam præfati duo teſtes, quòd dictus Sebaſtianus continuo conuerſabatur in domo Bartholomæi & cum illo et comedendo. 5 † Sed domeſticus ſeu familiaris a teſtimonio repellitur ut dicit gl. 2. in princip. in d. c. in litteris de teſti. per tex. in l. ij. C. eod. & ita tenet Bar. in d. tract. in c. de reprob. teſti. col. 4. in uerſi. item repelluntur per multa 6 iura quæ allegat † & iſta oppoſitio maximè procedit in q. noſtra in qua tractatur de probando impedimentum primi matrimonij ad dirimendum ſecundum, quo caſu teſtes debent eſſe probatæ uitæ, & opinionis. De quibus, ueriſimile

riſimile non eſſet quòd deberent pro aliquo degerare. Ita
probat tex. in d.c. in litteris in fi. Sed teſtes prædicti dicũt,
etiam Sebaſtianum conuerſati in tabernis, & quòd pro
uno conuiuio diceret omnia pro iſtis del Grande; ergo ip
ſe non eſt talis qualis de iure requiritur, in d.c. in litteris:
Dicunt etiam præfati teſtes, quòd Sebaſtianus conuerſa-
tur carnaliter cum quadam ſua germana, nuncupata la
Riazota, in ſecundo gradu cum eo conſtituta, cum qua
etiam dicitur contraxiſſe matrimonium, ut dicunt teſtes;
quo fit, ut ſit ipſo iure excommunicatus, cle.1. de conſang.
7 & affini. † qui a teſtimonio repellitur, cum ſit extra eccle-
ſiam & communionem hominum poſitus, ut in terminis
decidit Bar. in d. tracta. & c. de reprob. col.2. Nec iſte po-
8 teſt allegare diſpenſationem Papæ,† quia eccleſia nõ con
ſueuit diſpenſare in ſecundo gradu etiam tranſuerſalium:
ſtat enim prohibitio iuris diuini ut habetur Leui. c.18. &
20. & habetur per docto. in c. Litteras. ſuper glo. in uerb.
Diuina de reſti. ſpolia. & per Feli. in c. ad hæc in 2. not. de
iudę. & per docto. in c. Gaudeamus de diuor. niſi cum ma
gnis principibus, ut tradit Petr. de Anc. in conſi. 273. cum
alijs ut per Feli. in c. quæ in col.6. de conſtitu. ¶ Contra
D. Mariam tertiam teſtem oppono, quia fuit mediatrix,
induxit enim puellam ad hoc & conduxit eam ad locum
aſſerti contractus aſſociando ipſam etiam in reuerſione,
ut ipſa fatetur in depoſitione, & Franciſcus maritus ſuus
in ſuo dicto, & hoc ad inſtantiam mariti, ut dicũt quam-
plures teſtes, quod Paſca fuit ſeducta a Maria propter bo
na hæreditaria, Ioſeph de Turre ſuper 6.c. Gaſpar a Pruna
rio ſuper 7. qui refert uerba Mariæ dicentis erga teſtem.
Io ho fatto far queſto alla Paſqua per che mio marito me
uolea amazzare. & concordat Magdalena ſuper 6.c. quæ
dat pro conteſte Luciam ſororem Mariæ, quę Lucia idem
dicit ſuper 7.c. & Samaritana etiam ſoror Mariæ, quæ idẽ
firmat ſuper 5.c. quæ ex ore Marię dicit, quòd ſtatim mor
tuo patre, fuit datus ordo cum ea ut induceret Paſcham
ad contrahendum. cum qua cõcordat Baldaſſar eius Ma-
ritus ſuper 7. cap. qui allegat pro conteſte dictam Samari
tanam. Idem firmat Ioannes q. Petri ſuper 6. & 7.c. & plu
res alij teſtes ita dicunt ſuper oppoſitionibus contra te-
ſtes Bartholomæi ſuper 11. & 12. oppo. Ex quibus clarè
conſtat Mariam fuiſſe mediatricem ad iſtum aſſertum cõ
9 tractum.† ſed mediator repellitur a teſtimonio, niſi depo
nat de conſenſu partium ut not. in c.1. de teſti. in 6. & per
Alex. in conſ. 13. col.5. & 6. & lib.1. ubi atteſtatur hanc eſ-
ſe communem opinionem. idem atteſtatur Alex. in conſi.
58. inc. in his col.5. & 6. lib.4. & in conſi. 150. col.2. lib.5.
immo plus dicit Saluator de ſanto Martino ſuper 11. op-
po. qui dixit contenta in illa eſſe uera, in qua continetur,
quòd maritus coegit Mariam ad deponendum ſuper aſ-
ſerto matrimonio. Idem deponit Bernardinus de Brunis
ſuper 11. & 12. oppo. Nec obſtat ſi dicatur, quòd Maria
cum iuramento repetita ſuper quadrageſimoprimo in-
terrogata dixerit quòd non dedit conſilium uel fauorem
Bartholomæo, quia ipſa mentitur: Nam eadem in ſuo
primo dicto & in ſecundo confitetur ſe cum ſuo marito
allocutam fuiſſe cum Paſcha de huiuſmodi matrimonio,
& poſuiſſe ordinem cum ea eundi ad fontem, & quòd ita
factum fuit. Ergo Maria præſtitit in hoc conſilium, auxi
lium, & fauorem Bartholomæo, iuxta not. per Bart. in l.
in furti. §. ope. ff. de furt. & in l. is qui opem. ff. eod. & in l.
Non ſolum. §. ſi marito. ff. de iniur. & per gl. & docto. in c.
10 1. de offic. deleg. † & ſic apparet ipſam Mariam periurã
ideo ſibi non credendum c. teſtimonium, & ibi gl. in uer-
bo. periurij, de teſtib. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact.
11 † præterea ſtandum eſt potius primo dicto Mariæ extra-
iudiciali ſine iuramento, de quo deponunt præfati teſtes,
* quia cum illo concurrunt plura indicia & maximè * com
munis opinio, quòd Maria induxerit & conduxerit puellã,
quàm ſecundo dicto ipſius iurato, & iudiciali. Ita in ter-
minis tenet Abb. in c. per tuas, col. pe. de proba. ubi Deci.
* col. pe. poſt alios atteſtat cũ Abb. eſſe * cõem opin. & idẽ
Abb. in c. lras col.2. uerſi. & ex hoc: de præſum. & in conſ.
52. inc. uidetur j. lib.1. ex quibus Maria repellitur a teſti-
monio. ¶ Contra Franciſcum quartum teſtem opponi-
tur, quia ipſe fuit & erat tpe quo depoſuit leuis cerebri, &
in terra Scledi habitus cõmuniter pro fatuo, quia fatua
loquebatur, ideo a teſtimonio repellitur ut dixi ſupra con
tra Sebaſtianum poſt Alex. conſulentem, qui inter ſigna
fatuitatis ponunt iſtud, quando fatua loquitur. Idem te-
nent moder. Papi. in d.l. qui furioſum col.3. Habetur etiã
Franciſcus pro homine modicæ fidei & ſtabilitatis, & di-
cunt ipſum fuiſſe & eſſe publicum blaſfematorem Dei ex
conſuetudine, & conuerſatur in tabernis & familiaris in
domo Bartholomæi & patris ſui, pro quibus omnia mala
faceret & diceret, & eſt publica uox & fama in loco, quòd
ipſe in hac cauſa depoſuerit falſum, ut de prædictis atte-
ſtantur quinque teſtes examinati contra eum ſuper qua-
tuor primis oppoſitionibus, concernentibus perſonã ſuã
maximè presbyter Coradus quartus, & Bernardinus de
Brunis. 5. teſtis. Ex quibus iſte Franciſcus uenit repellẽ-
dus a teſtimonio per ea quæ dixi ſupra contra Sebaſtia-
num, & per tex. in c. ſuper eo el primo & in c. teſtimoniũ
12 de teſti. ubi legit. & not. † quòd teſtis criminoſus etiam
non condemnatus de iure canonico a teſtimonio repelli
tur, & ita conſul. Alexan. in cauſa matrimoniali in conſi.
152. Viſo proceſſu cauſæ col.2. & 4. lib.5. ¶ Nec obſtat
prædictis quòd cum dictis teſtium cõcordat Paſcha quæ
in ſuo dicto non diffitetur huiuſmodi contractum. quia
reſpondeo, quòd procurator Paſchæ & Ioannis iuga-
lium, in reſponſione ad libellum Bartholomæi negauit ta
le matrimonium. Nec obſtat confeſſio Paſchę, quia ni-
hil ualet contra ſecundum matrimonium contractum in
ter Paſcham & Ioannem, de quo conſtat in proceſſu per
dicta trium teſtium, quibus nihil fuit oppoſitum, uideli-
cet Ioſeph. q. Hieronymi Sebaſtianus de Brunis, alius Io-
ſeph. q. Iacobi per tex. in d. cap. ſuper eo. de eo qui cogno.
conſang. quem not. ibi Abb. & alij in 2. not. & in diſt. quã-
do ualeat confeſſio coniugum, & omnes concludunt, quod
nihil ualet, quando tractatur de præiudicio alterius ma-
trimonij, pro ut in caſu noſtro: & eſt ratio, quia matrimo
nia non pendent a conſenſu partium, Nam quos deus
coniunxit homo non ſeparet Geneſ. c.2. c.1. de uot. lib.6.
Ex quibus demõſtratum fuit, non eſſe credendum dictis
illorum quatuor teſtium de allegato matrimonio Paſchę
cum Bartholomæo, ſtantibus oppoſitionibus prædictis,
& conſtare ſufficienter de matrimonio contracto inter
Paſcham & Ioannem. & licèt pro obtinenda abſolutoria
prædicta ſufficiant: tamen ut tollantur omnia dubia col
ligibilia ex proceſſu, quæ, poſſent oriri in mentem iudicis:
Capio ſecundum dubium principale, utrum, ſi per teſtes
ſine exceptione fuiſſet probatum matrimonium cum
Bartholomæo contractum ad fontem, nunquid pronun-
ciandum ueniret illud meticuloſum, & conſequenter nul-
lum: & teneo quòd ſic, quòd multipliciter probatur, Pri-
mo per not. à D. Anto. in c. cum T. uirum de reg. ubi per il
13 lum tex. not. † quòd in matrimonio ſpirituali, ſeu carna-
li contrahendo, requiritur omnimoda libertas, ita quòd
fuerit conſenſus, cum qualitate libertatis: ideo in pe. not.
infert, quòd quis non dicitur habere liberum arbitrium
ſeu liberum uelle, quando in eligẽdo habet ſequi alterius
uoluntatem, pro ut in caſu iſto ſecuta fuit D. Paſcha, ut la
tè inferius probabo, maximè per tex. in c. cum locum in
fi. de ſponſ. ibi plena debet ſecuritate ille gaudere, cuius
eſt animus indagandus, ne per timorem dicat ſibi place-
re quod odit, & ſequatur exitus qui de inuitis ſolet nu-
ptijs prouenire. quem tex. ad hoc not. omnes docto. ubi
Abb. in 3. not. dicit, quòd ad matrimonium contrahen-
dum non ſufficit purus conſenſus, ſed debet eſſe cum ple-
na libertate & ſecuritate, immo debet eſſe conſenſus liber
etiam a uoluntate priori ipſius contrahentis c. requiſiuit.
de ſponſ. & ibi do. Ant. in 1. not. Et dicit Collectarius in
c. quanto de iudic. col.1. quòd aliud eſt habere libertatẽ,
& aliud habere plenam libertatem. ubi alia plura ſimilia
allegat, ubi uidendum. Quæ uerba ſunt multum ponde-
randa ad caſum noſtrum, in quo licèt probatum eſſet per
teſtes legitimos Paſcham pure in Bartholomæum conſen
ſiſſe, ipſa tamen puella ætatis annorum 12. cum eſſet ſola
ad fontem cum Maria ſorore ſua maiori, quæ eandem ſe-
duxit,

duxit,quatuor uiris armatis malę conditionis &ſamę de
mentibus,tabernarijs,blaſfematoribus adductis,ad uim
illi inferendum,ſtipata,ad locum fontis ſolitarium & re-
motum a comertio hominum,ut dicūt teſtes , de quibus
infra : profectò non erat ibi cum plena animi libertate ,
& mente ſecura,ut ipſa dicit in ſua depoſit. Che quando
la niſte queſti armati uenir contra de lei,la ſe perſe , & che
pero tutto quel che ſucceſſe fu per paura.& Abb.ibi col.2.
ponit rationes quare in matrimonio ꝯtrahendo requira-
tur animi plena & libera ſecuritas,aliàs eſt nullum.& poſt
Calde.diſcurrendo tria bona matrimonij,latè probat,ꝙ
ſi teneret matrimonium contractum ſine plena & libera
animi ſecuritate,deſtruerentur illa tria bona matrimo-
nij,ut ibi latè per eū.Et ꝑ prædicta D.Anto.in d.c.cum T.
in antepe.not.per illum tex.temperat dictum Inno. in c.
cauſam matrimonij de offi.deleg.& gl.& Bar.in l.j.§.quę
14 honorandæ.ff.quar.rer. act.non dar. † qui dicunt, quòd
Imperium parentum aut reuerentia maritalis non cauſat
iuſtum metum ad annullandum contractum filiorum ſa
ctum in præſentia parentum uel uxoris in præſentia mari
ti,niſi minæ ſeu uerbera eorum præceſſerint . Nam dicit
Butr.quòd doctrina iſtorum procedit regulariter in con
tractibus bonorum ſecularium.ſed nō in ingreſſu religio
nis,ſeu matrimonio carnali,qui requirunt omnimodam
libertatem & ſecuritatem:quia etiam ſi non procedat uer
beratio,uel minæ,uitiatur actus , & nulliter contrahitur,
per illum tex. & dicit quòd eſt pulchra limitatio ad dictū
Inno.& Bar.& quòd de facili alibi non reperitur , & licèt
Abb.in d.c.cum T.dubitet de dicto D.Anto.tamen ſequi
tur illud,ſi pater erat uir terribilis , etiam ſi uerbera uel
minæ non præceſſerint.qui tandem hoc ponit in arbitrio
iudicis,qui uarijs circunſtantijs,in occurrenti caſu conſi
deratis, arbitrabitur,nunquid puella cōtraxerit cum ple
na animi ſecuritate . unde ſiue tranſeamus cum dicto D.
Anto.quod eſt uerius per tex.ibi & in d.c.cum locum , &
per infra dicenda , ſiue cum D. Abb. debet Reuerendus
D.Iudex conſideratis circumſtantijs & qualitate caſus oc
currentis,colligibilibus,ex proceſſu,& ex dictis teſtium ,
arbitrari,hanc puellam in contrahendo non fuiſſe conſti
tutam in plena animi ſecuritate & libertate. ¶ Secun-
dò principaliter confirmando prædicta , adduco gl. not.
in c.bonæ el primo in uerbo , metuebant circa medium ;
15 de elect.quæ loquendo de actu ſpirituali dicit , † quòd ꝙ
timet ſibi uim inferri,& ſic,qui non habet liberam pote-
ſtatem eligendi,dicitur pati iuſtum metum , licèt impreſ-
ſio ſeu uiolentia non præceſſerit nec fuerit ſubſecuta.Satis
eſt enim dicit gl.uim ſibi inferri poſſe,ueroſimiliter time-
* re . cum qua pertranſeunt * communiter doct.quam etiā
refert & ſequitur Alex.qui loquit̄ in matrimonio in conſi.
98.inc.Quoniam per excellētiſsimum col.2.li.3.pro qua
allegat Inno.in c.cum nobis olim,in uerbo nulla,de elec.
ubi dicit ſufficere ꝓ metu in actu electionis ſubeſſe cām
propter quam poteſt timeri futura uiolentia,licèt in ueri-
tate impreſsio ſeu uiolentia non fuerit ſecuta . Allegat ēt
l.metum cum duabus.ll.ſequentibus.ff.quod met.cau.ex
quibus ſatis comprobatur doctrina D. Ant. in d.cum T.
Pro quo eſt etiam tex.in l.fi.§.quòd ſi compulſus.ff.quòd
falſ.tuto.aucto.per quem dicit ibi Bal. quòd a pari pro-
cedunt,aliquid coactè fieri,uel timore coactionis.Ad idē
eſt text.in l. ait prætor.§.permittitur in uerbo coactè. ff.
de minor.& in l.Labeo cum ibi not.ff.de ſtat.lib.per quæ
& alia iura Aret. in conſi.24.inc. Quatuor dubia.colu.3.
uerſi.præterea ad hoc,tenet quòd ille qui gerit actum nō
dicitur ſpōte illum feciſſe, ſi poterat ad id cogi, & ſubdit,
ſicut enim minæ præcedentes uel uerbera reddunt actum
meticuloſum : ita pariter quando adſunt perſonæ , quæ
uериſimiliter poterant minas ſeu uerbera inſerre,prout in
terminis q. nr̄æ , euenit ad locum fontis,ubi dicitur con-
tractum.Nam puella.12.annorum ſimplex & timida ſo-
la aderat ut ſtatim probabo per lecturam teſtium inter
quatuor armatos peſsime conditionis , ut dixi in primo
dubio,ad uim illi inferrendam, & ad eam abducendam
(ſi opus erat) ibi conductos ; prius tamen uarijs ſuaſio-
nibus ad id inducta,ſeu potius a Maria ſorore ſua ſedu-
cta & decepta,ut dixi ſupra,& referam inferius plures te-
ſtes : ideò poterat ipſa probabiliter timere uim ſibi infer-
ri max.in abſentia ſuorum conſanguineorum,& commiſ-
ſariorum teſtamenti paterni,ſi uoluntati Bartholomæi &
ſororis repugnaſſet. & Aret.conſul.in terminis in d.conſ.
quando mulier fuit conducta ad locum contractus a fra
tre ſuo maiori,a quo gubernabatur , & rogata fuerat cō-
trahere,& conſuluit,quòd ſicut metus reuerentialis præ-
ſumitur in patre erga filium,& in marito reſpectu uxoris :
ita etiam in fratre maiori reſpectu ſororis minoris,ut ſuf-
ficiat ad infringendum contractum etiam ſi minæ non
præceſſerunt . Idem de fratre maiori erga ſororem mino
rem,conſul.Soci.in conſi.263.col.2.lib.2.& adducunt ra-
16 tionem,†quia in muliere quæ eſt ſexus fragilis minor me
* tus ſufficit.ut tenet gl.1.approbata,ibi per * omnes doct.
in d.c.cum locum,& in c.conſultationi eo.tit.quanto for-
tius prædicta militāt in q.noſtra, in qua aderat Maria ſo-
ror maior , quæ impulſa a marito totis uiribus conaba-
tur puellam ad contrahendum inducere , & in qua. q. ſeu
cauſa uerſatur metus,& terror quatuor uirorum , qui ibi
cum armis aſtantes apti ad uim eidem puellæ inferendā
quarum ſolus timor infert iuſtū metum abſque eo quòd
fuerint uibrata ſeu nudata,ut conſul.in terminis Petr.Phi
lip.Cor.in conſi.41.inc.Videtur col.2.uerſ.tamen his non
obſtantibus lib.2.ubi ad hoc allegat etiam rationem na-
turalem,quæ ſufficit.l.ſcire opt.§.ſufficit.ff.de excuſa. tu-
to.& tradit latè Alex.de metu armorum.in cōl.98.& 99.
lib.3.ubi uidendum,unde contingit dictæ puellę,id,quòd
dicit Imperator in l.Data.C.de donat. quod clandeſtinis
ac domeſticis fraudibus ſeducta fuit & metu uiolentiæ
inferēdæ impulſa ad contrahendum : ideo illi ſuccurren-
dum eſt per Reuerēdam D.V.iuxta tex.in l.j.ff. de minor.
licèt enim ſcienti & uolenti dolus ſeu deceptio non dica-
tur fieri.l.cum donationes.C.de tranſact.l.j.§.fi.ff.de act.
17 empt.& not.in l.2.C.de reſcin.uendi.†tamen etiam in uo-
lentem dolus committi poteſt,ſcilicet quando calliditа-
te ducta & ſollicitata eſt perſona maximè in tali ætate cō
ſtituta,l.4.§.ſi quis nolēte.ff.de liber.homi.exhib.in uerſ.
ſed ſi nolentem & in l.j.§.2.in uerſ.perſuadere.ff.de ſer.co
rup.Per quæ iura patet, quòd nimia perſuaſio per quam
perſona inducitur ad contrahendum,habetur loco com-
pulſionis,& coactionis,& conſequenter, quòd tollatur in
puella plena ſecuritas , & liber conſenſus contrahendi.
18 † quinimmo etiam rogationes & preces importunæ ſo-
roris & Franciſci eius mariti,ut contraheret cum Bartho
lomæo æquiparantur metui,ad actus reſciſsionem, ſecun-
dum Inno.in c.petitio de iureiu.& Bart. in tracta. de Ty-
ranno qu.6.quos refert & ſequitur Bart. Soci.in d. conſi.
263.Capio primum.col.4.lib.2.& ad hanc , & ſequentem
rationem uide. deciſ. conſilij Neapolitan. nu.69. quædā
domina,col.4.5. & 6.fol.60. quę not. inſeruit . & decidit
caſum noſtrum . Et ratio prædictorum adducitur per
Vulp.iure conſultum in lib.4.ff. in l.j. ff. de minor. ait.n.
Nam cum inter omnes conſtet fragile eſſe, & infirmum
huiuſmodi ætatis conſilium,& multis captionibus ſup .
poſitum , multorumque inſidijs expoſitum , auxilium
eis Prætor hoc edicto pollicitus eſt , & aduerſus captio-
nes opitulationē.Et ideò ſecundū iura.C.Hono.& Theo-
do.Imperatores,in l.coniunctione.§.fi. C. de nup. ſanxe-
runt,quòd puella minor,utraque parente orbata , prout
eſt D.Paſca,ponebatur ſub defenſione Curatoris,& adhi-
bitis propinquis indagabatur animus puellæ, & nubebat
cui magis expedire uidebatur.Ecce ergo ꝙ iura ad euitā-
das deceptiones & ſubornationes & fraudes contra mi-
norem præſumptas,& ſolitas committi,prouiderunt de re
medio opportuno ſimplicitati , & imbecillitati ob defe-
ctum ætatis & conſilij,& de fragilitate ſexus muliebris ut
de facili decipiatur.habetur in toto titulo.ff.& C. ad Vel-
leia. Et pro confirmatione prædictorum adſunt quamplu
res teſtes examinati pro Ioanne del Baſſo,qui dicūt quòd
Paſcha erat puella ſimplex quæ de facili potuit decipi , &
circumueniri, ut cōtraheret cum Bartholomæo & ſunt in
fraſcripti,qui adducunt bonas rationes ſui dicti : Ioſeph.
q.Iacobi de Turre , Gaſpar a Prunario de Tretto D.Mag-
dalena

dalena uxor Bernardini Rottarij, D. Ioanna uxor Ioānis Rottarij, D. Lucia, & D. Samaritana ſorores Paſchæ, Ioannes. q. Petri, qui etiam deponit de ætate puællæ. 12. annorum, & Baldaſſar Michaelis de Valle: omnes ſuper 4. cap. Et ultra prædicta, ex quib. arguitur præſumpta deceptio & circumuenctio metus, ſeu uis, ad contrahendum cum Bartholomæo probata eſt etiam, quòd uere ipſa fuit decepta & metu, ac oi inducta, ex ore & confeſsione ipſius Mariæ, quam referunt & probant teſtes quamplures ſuper 6. articulo quos nominaui & retuli ſupra in primo * dubio in reprobando ipſam Mariam. Probatur etiam ulterius deceptio, metus, & uiolētia, per teſtes quos ſupra proximè nominaui, qui ſuper. 13. articulo concorditer deponunt de publica uoce & fama, in locis Scledi & Planarum de ſeductione, dolo, metu & uiolentia erga Paſcham ad contrahendum cūm Bartholomæo & in cauſa ſcientię dicunt prædicta ſcire, quia audiuerunt hæc dici in dictis loci a a maiori parte perſonarum. Ex quibus concludenter probata eſt fama quæ facit ſemiplenam probationem, ut not. Bar. qui * communiter approbatur, in l. de minore. §. ſi plurium. ff. de quæſti. & in l. admonendi in q. de fama. ff. de iureiur. & gl. & docto. in c. ueniens el 2. de teſtib. & in c. [illegible]. de appel. Et teſtes qui deponunt de ſama ſuper 13. c. ſunt numero nouem, & duo alij, qui ſunt examinati ſuper oppoſitionibus contra teſtes Bartholomæi ſuper 4. oppo. contra Franciſcum & ſunt infraſcripti. uidelicèt Gaſpar Rigobelli de Scledo, & Bernardinus de brunis, inter quos adeſt Ioannes. q. Petri. 9. teſtis qui ſuper generalibus dicit ſe fuiſſe rogatum a Franciſco fratre Bartholomæi, quòd uellet, dare dictam Paſcham Bartolomæo eius fratri in uxorem. quòd cum ipſe teſtis negaſſet uelle facere, dictus Franciſcus replicauit illi, come ſarinu a noo darmela o p forza, o per bōta, per che la uoglio a tutte le uie & a ogni modo? & Franciſcus q. Hieronimi a Turre 12. teſtis ſuper 9. c. dicit ſe uidiſſe Bartholomæum del Grande armatum cum tribus aut quatuor ſocijs euntem erga fontem Planarum, & audiuit Bartholomæum dicere hæc uel ſimilia uerba erga ſotios armatos. Io uolgio al tutto che nediamo che la meprometta o per bonta o per forza, ſe non io uoglio che la meniamo uia per forza. Ex quibus comprobatur fama de uiolentia & metu illatis dictæ puellæ per Bartholomæum & ſocios armatos. & licèt iſti duo
19 ultimi teſtes ſint in ſuis dictis ſingulares, † poteſt nihilominus iudex ex illis ad credulitatem induci, & plenam fidem adhibere, cōſideratis alijs circumſtantijs, & inditijs ad idem tendentibus, ut conſul. Paul. de Caſt. in conſ. 280. Viſo proceſſu. col. fi. ſecūdum antiquam impreſsionem, & Bar. Soc. poſt Paul. conſ. 262. inc. in cauſa col. 5. lib. 2. Nec obſtat ſi contra teſtes deponentes de fama, obijceretur, quod non dicunt a quibus audiuerunt dici, de articulata ſama, & ſe audiuiſſe dici de illa a tota uicinia, uel a maiori parte ipſius, uel loci de Planis, ſeu de Scledo, & quòd propterea non probant famam iuxta doctrinam Bart. in d. l. de minore. §. ſi plurium, & Alex. in conſi. 151. & ſequenti lib. 5. quia duobus modis ad hoc obiectum reſpondeo. & primo, quia nonnulli teſtium prædictorum nominant teſtes a quibus audiuerunt dici de fama, & etiam dicunt ſe audiuiſſe a maiori parte illorum qui de contractu, & metu ac uiolentia intellexerunt & notitiam habuerunt, ut patet ex eorum dictis, & ſic ſatisfactum fuit opinioni Bar. per tot teſtes qui ſufficiunt. nam duo teſtes legitimè
* deponentes de ſama probant illam. Ita Bar. & * communiter docto. in d. §. ſi plurium, & alij in locis præallegatis. Secundo reſpondeo, quòd doctrina Bar. non procedit de iure, ut per Bal. qui in pluribus locis in hoc puncto reprehendit Bar. quem refert D. Iaſon in l. non hoc. col. 3. C. un
20 de legit. qui tenet & probat. † quod teſtes qui dicunt ſe publice audiuiſſe dici de fama in uicinia uel in ciuitate, uilla, uel caſtro, probant famam, etiam ſi dicant non recordari a quibus audiuerunt. & cum Bald. concordat Sali. in l. ea quidem. C. de accuſ. in ultima parte ubi tractat de fama, in 8. q. uerſi. ad idem quòd ſi pro ratione dicat. & idē Salic. in l. eum qui in fi. uer. ulterius nota. C. de falſ. & Pau. de Caſt. in l. ij. in fi. ff. ad Mace. quam legit ſimul cum l. j.

§. in filiofamilias eod. ti. & hanc partem contra Bar. poſt prædictos firmat Deci. in conſi. 272. Viſo proceſſu cauſæ, col. 3. lib. 2. & eſt opinio etiam magis æqua, & ita contra Bar. practicatur in Rom. Cur. in ſacr. Rot. Auditorio, ut atteſtatur & probat Gu. l. Caſſad. deci. Rot. 3. de prob. inc. Ad hoc ut teſtes, & licèt non ſit opus uti ſuffragio dictæ deciſionis in q. noſtra. ex quo tot teſtes numero ſufficientes dicunt a quibus audiuerunt, & a maiori parte hominum, ut in ſimili caſu dicit Deci. in d. conſi. col. 3. tamen uolui hoc dixiſſe pro abundanti cautela. Ex quibus concludo. Ioannem & Paſcham eſſe in caſu abſolutionis a petitis, pro parte Bartholomæi.

Ioannes Bapt. Ferretus Iu. V. doctor. Aduocatus conſiſtorialis de an. 1544. de menſe Ottob. Venetijs.

## SVMMARIVM.

1 *Princeps poteſt polliceri præmium occidenti, ſeu capienti bannitum, & occidens erit etiam tutus in foro conſcientiæ.*
2 *Quæ concluſio extendit uires ſuas etiam ad terras & loca confœderata, & non ultra.*
3 *Et ideò quid occidit bannitum extra territorium bānientis ſub ſpe præmij poteſt a Principe illius territorij capitaliter puniri.*
4 *Occidens tamen bannitum extra territorium bannientis lucratur præmium ſibi promiſſum.*
5 *In delictis atrociſſimis ualet bannum ſeu ſtatutum cum præmio occidenti reum etiam extra territorium bannientis.*
6 *Propter atrocitatem delicti licitum eſt, iura tranſgredi.*
7 *Ex cauſa reipublica homicidia ſunt permiſſa etiam iure diuino. Hinc eſt quòd plures ſancti in ueteri & nouo teſtamento cōmiſerunt homicidia.*
8 *Hinc eſt quod Paulus Papa iij. Romanus de anno 1542. conceſſit Dominio Veneto iudicare clericos, & in ſacris conſtitutos committentes delicta atrocia.*

## CONSILIVM CCXCVII.

¶ Iſta allegatio fuit repetita per obliuionem infra. 317.

1 PRINCEPS poteſt † præmium polliceri occidenti, ſeu capienti bannitum, & occidens, illum uel capiens, poterit cum bona conſciētia accipere præmium ſibi promiſſum dummodo bannitus occidatur in territorio Principis banniētis. Ita decidit Alber. de Roſa. in 4. parte ſtat. qu. 17. & 18. & in l. Graccus. C. de adult. Hoſti. & alij docto. * communiter. in c. fi. de conſuet. & in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. & in l. omnes Populi. ff. de iuſti. & iur. & eſt communis opinio ut atteſtatur Alex. in l. ſi Plagij colu. 1. ff. de uerbo.
2 oblig. † Quæ concluſio extenditur etiam ad ciuitates & loca confœderata cum Principe banniente. Ita Bart. & Alberi. not. in l. non dubito per illum tex. ff. de capt. ſed ceſſante cōfœderatione, bannum non poteſt extendere uires
* ſuas ultra territorium bannientis, & eſt * communis doc. diſtinctio & ideò dicit ibi Bar. & alij ſequūtur, quòd non adeſt aliqua cauſa ſeu ratio, propter quam, ille bannitus ſortiatur forum in alieno territorio, & ibi puniri poſsit, & ad hoc allegat tex. in c. Romana de for. compet. lib. 6. ubi delinquens in diœc. epiſcopi non poteſt puniri in curia Archiepiſcopi. Idem tenet Bar. in l. cunctos populos. fol. pe. in 8. q. C. de ſum. Trini. & ibi Bald. col. peo. in uerſi. Tertiò iuxta hoc quæritur, per tex. in c. ſi de conſti. lib. 6. & in l. fi. ff. de iuriſdicti. omn. iud. ubi dicitur quòd iuriſdictio non extenditur extra territorium, & ſequitur Feli. in d. c. quæ in eccleſiarum. col. 3. uerſi. Octauus caſus, & d. Iaſon in d. l. fi. col. 1. idem latè conſul. Hippol. doctor Bononiē. in conſi. 121. inc. in cauſa capturę, col. 1. & 2. lib. 2. & pro hoc eſt text. in c. poſtulaſti de for. compet. quem not. ibi Abb. dicens, quòd iudex unius territorij non poteſt extendere uires ſententiæ ſuæ, ut exequatur extra territorium:
3 † & ideò qui occidit bānitum in territorio alieno ſub ſpe præmij poteſt a domino & Principe illius territorij capitaliter

taliter pro illo homicidio puniri,ut not.Bal.ſuper ſtatutis
in uer.Bannitus in ſecundo uerſi.inc.ſtatutum, & in Mar-
ga.Inno.in uerſi.excommunicatus repellitur circa mediſi
& tradit Nellus in tracta. bannitorum in ſecunda parte
ſecundi temporis.q.57.& tenet Petr.de Anch.in repetitio
ne.c.Canonum ſtatuta fol.17.uerſi. ¶ Tertio principali
ter de conſtit.cum alijs ut per Iaſo.in d.l. omnes populi,
in repeti.nu.49.in 5.fall.& Hippol.Bonon. conſi.57.inci.
4 Spūs ſanctus.col.pe.nu.35.lib.1. Eſt uerum, † quòd occi-
dens bannitum extra territorium bannientis,meretur prę
mium,de quo in banno,ſiue ſtaturo a Principe ſiue domi-
no banniente ratione ſuæ promiſsionis . ita dicit Bald.in
conſi.434.Præmittendum eſt lib.5.Sed non euitabit pec-
catum nec pœnam homicidij,ex quo bannum non exten
dit uires ſuas extra territorium,& ideo ille bannitus non
potuit impunè occidi ut dixi ſupra. Et q̄ ſupradicta ſunt
5 procedunt regulariter. † Sed in crimine atrociſsimo læſæ
maieſtatis,& rebellionis,poteſt ſaluari ſtatutum ſeu ban-
num , quibus præmium polliceret̄ occidenti ſeu capienti
reum criminis læſæ maieſtatis, quia propter atrocitatem
criminis reus poteſt a Principe banniri & diffidari ut poſ
ſit a quocunque ubi inuentus fuerit capi ſeu interfici , ut
legit.& notatur in c.pro humani.§.fi.de homic.lib.6.& in
c.felicis.de pœn. & in c.1.de ſchiſmaticis eo.lib. & habe-
tur in l.quisquis.C.ad l.Iuli.maieſt. & conſul. Ang.conſi.
6 14.col.2.in quæſtione. Confirmo prædicta † quia propter
enormitatem delicti licitum eſt leges,ſtatuta, & iura trāſ
gredi.ita dicit Inno.& alij docto.ſequuntur in c.1.de cō-
ſti.& Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior col.4.ff.de his q
not.infa. & tradit Petr.de Anch.& Abb.in c. cum non ab
homine de iud.cum alijs ut per Hippoly.Bonon.in d. cōſ.
121.col.fi.lib.2.ubi conſuluit,quod in caſu homicidij cū
proditione,& cum fractura pacis bannitus de una ciuita
te poſsit capi,& occidi in alia ciuitate,etiam non confœ-
derata,etiam ſi iura reſiſterent.nec propterea capiens uel
occidens huiuſmodi bannitum in territorio alieno pec-
catum committet, ex quo auctoritate ſuperioris bannié-
tis,non ſua ſponte atque auctoritate in crimen humani
ſanguinis effuſi incidiſſet.ita probatur in c. miles , & in c.
cum miniſter & in c.lex æterna, cum duobus ſequentibus
23.q.5.ubi recitātur uerba beati Hieronymi . Idem Hie-
ronymus ſuper Ezechi.cuius uerba ſunt regiſtrata, in c. q
malos eadem cauſa,& quæſtione , ait , quòd qui percutit
malos,ut occidat,miniſter Dei eſt.idem ſuper Hiere.dicit
Homicidas,ſacrilegos, & uenenarios punire,non eſt effu-
ſio ſanguinis,ſed legum miniſterium : & licèt homicidiū
l.Diuina ueteris teſta.prohibeatur. Exod.c.20.& in nouo
7 Matth.c.20. † tamen ex cauſa reipub.homicidia ſunt con
ceſſa,iuxta illud,ſi qui occidat occidatur,& qui de gladio
ferit de gladio perit,& ideò in multis caſibus permittun-
tur homicidia ut habetur in cle.1.de homic.& per docto.
in d.c.quæ in eccleſiarum & in d.l.cunctos populos.C.de
ſumm.Trini.& in d.l.omnes populi, & hoc permiſſum eſt
Principibus ex cauſa publica:quia multi magni, etiā ſan-
cti uiri in ueteri teſtamento,inter quos fuit Elias, multos,
etiam manu propria occiderunt,& hoc conſulendo rebus
humanis iuſtè fecerunt,& ita ait Auguſtinus in c. ea uin-
dicta.23.q.4.& latius habetur in 3.lib.Reg.c.15.& 3.& 4.
lib.c.10.& Luc.c.nono & Matth.22.Videmus etiam quòd
uerbis apoſtoli Petri Ananias & uxor eius examines ceci-
derunt ut habetur actuum.c.5. & Moyſes occidit uirum
Aegyptium iniuriam hebræo inferentē ut legitur Exodi.
c.2.& Io.Chryſoſt.ſuper Matth.homelia.17. cuius uerba
ſunt regiſtrata in c.occidit.23.q.8. ſaluat Phineē qui oc-
cidit hominem, & Abraam & Petrum ab eodem delicto,
8 ex cauſis per eos perpetrato. † Hinc ſumpta cauſa Paulus
Papa iij.anno domini.1542.ad inſtantiam oratoris Illu-
ſtriſsimi Dominij Veneti illi conceſsit priuilegium,quòd
iudices ſeculares ciuitatis Venetiarum poſsint punire cle
ricos ſeculares uel regulares etiam in ſacris ordinibus
conſtitutos,pro criminibus grauibus & atrocibus . Sit
igitur concluſio,quòd non liceat Principi dare pręmium
occidēti bannitum in terris & dominio alienis, pro quo-
cunque delicto ſed tantum pro crimine rebellionis,& læſę
Maieſtatis Principis & reipublicæ, & in alio grauiſsimo
& qualificato delicto.

Ioannes Baptiſta Ferretus anno domini 1544.
menſe Septemb.

## SVMMARIVM.

1 *Praeceptum executiuum ſine cauſa cognitione , & ſine clauſula eſt nullum .*
2 *Praeceptum iudicis fundatum ſuper falſa cauſa eſt nullum.*
3 *Quæ concluſio procedit etiam ſi cum falſa adeſſet una cauſa uera .*
4 *Et procedit etiam ſi cauſa eſſet iniuſta.*
5 *Teſtes examinati in una cauſa inter certas perſonas non probant in alia inter diuerſas perſonas nec etiam faciunt indicium ſi uiuunt .*
6 *Super nullitate notoria ex eiſdem actis eſt ante omnia pronunciandum,omiſſo negotio principali .*
7 *Quando cauſa annullans reſpicit totum proceſſum & ſentētiam, iudex non poteſt ferre ſententiam ſuper eiſdem actis , ſed debēt omnia renouari .*

## CONSILIVM CCXCVIII.

1 PRAECEPTVM executiuum † ſine clauſula
iuſtificatoria per Reuerendum D. Vicarium
pāriarchalem contra D.Plebanum S.Raphae-
lis ſine cauſæ cognitione emanatum , ſeu de-
cretum,eſt ipſo iure nullum,ut probatur in l.nec quicquā
§.ubi decretum.ff.de offi.proconſ.ſecundum intellectum
Iac.de Aren.qui eſt communis.quem ſeqūtur Bar.& alij,
ut latè ibi refert Iaſ.col.3 . Idem probatur in l.j. C. de exe-
cut.rei iud.ubi not.Bar.Bal. & Sali. adducendo rationes
2 iſtius dicti. ¶ Secundo eſt nullum † quia fundatur ſuper
falſa cauſa præſentis adulterij,notorij ut dicitur perpetra
ti,per ipſum plebanum.l.cùm uero.§.ſubuentum. uerſic.
proinde.ff.de fideicomm.liber.& Bar. in l.j.§. hæc uerba.
3 ff.ne uis fiat ei. † Quæ concluſio procedit etiam ſi præce-
ptum fundatum eſſet ſuper una cauſa uera,& altera *falſa*,
quia totum uitiatur cum ſit indiuiduum,ut not.Bar.in l. ſi
non ſortem.§.ſi centum.ff.de condi. indeb. cum alijs , ut
per Deci.in conſi.1.inter conſi.40.col. 5.lib.3.ſed præce-
ptum Domini Vicarij habet fundamentum ſuper notorio
adulterio,quod eſt falſum ; ergo totum nullum. etiam ſi
alia cauſa ſuſpitionis de muliere retenta in domo eſſet ue
4 ra. † Quæ concluſio ampliatur etiam ſi præceptum habe-
ret in ſe cauſam iniuſtam,per tex.in cap. ſignificauit cum
ibi not.de cenſ.cum ſimul.ut per Soci. in conſi.18. Proſe.
quendo col.4.lib.1.ubi concordat cum prædictis. ¶ Con
firmo prædicta per doctrinam Bar.communē in l.admo-
nendi.ff.de iureiur.& Abb.in c.pe.col.1.in 1.q. de re iudi.
5 ubi Feli.in principio qui concludunt, † quòd teſtes exa-
minati in una cauſa inter duos ſi uiuunt illi teſtes nihil
probant in alia cauſa inter alias perſonas:& ex hoc infe-
ro ad falſitatem cauſæ narratæ , in d.præcepto,de notorio
adulterio dicti D.Plebani,quod non probatur per teſtes
examinatos in alia cauſa electionis ſubdiaconi , & inter
6 alias perſonas. † Super qua nullitate pręcepti principali-
ter intentata prius eſt pronunciandum. Ita decidit Bart.
in l.cum querebatur,in fi.ff.de re iud.& in l.ſi ut proponis
la prima,col.2.in fi.C.quom.& quan.iud.& Philip.in c.di
7 lecto.q.10.de appel. † Nec D. V.Reuerēda poteſt ex eiſdē
actis & proceſſu nullo proferre ſententiam uel præceptū
decernere contra D.Plebanum,reformando illud domi-
ni uicarij,ex quo defectus ſeu cauſa annullans reſpicit to
tum proceſſum,& examen aſſertorum teſtium : ideò erit
formandus alius proceſſus ut declarat Abb. in cap. cum
dilecti colum.3.& 4.de emptio.& uendit.cum alijs ut per
Deci. in conſi. 483. pro reſolutione colum.2.lib.3. Opus
ergo eſt formare nouum proceſſum contra dictum D. Ple
banum caſſato prius præcepto præfati Reuerend. domi-
ni Vicarij ,

### SVMMARIVM.

1 *Si agatur ex chirographo requiritur libellus & litis conteſta-*
*tio, & ſolennis ordo iudiciorum.*
2 *Probationes & inſtrumenta non merentur executionem regula-*
*riter, niſi ſint confeſſata uel iuramento deciſa.*
3 *Praeceptum iudicis diffinitiuum ſine clauſula, uel ſine cauſæ co-*
*gnitione eſt nullum ipſo iure.*
4 *Super articulo nullitatis uenit ante omnia pronunciandum, &*
*hoc quando agitur principaliter uia nullitatis notoria.*
5 *Iudex debet ex officio pronunciare proceſſum nullum ſi ſibi con-*
*ſtat de nullitate.*

## CONSILIVM CCXCIX.

1 SI agatur ad debitum ex chirographo † re-
quiritur libellus, & litis conteſtatio, & con-
ſequenter ſolennis ordo iudicioeum iuxta
not. in l. proſatam, C. de ſenten. & auth. offe-
ratur. C. de lit. conteſt. & communem practicam iudicio-
rum. Ita in chirographo tenent, Bart. in authen. contra
qui propriam, in peincip. ubi docet. practicam. C. de non
nume. pecun. ubi Bald. in fine. & expreſsè Paul. de Caſt. in
ultimis uerb. & Salice. in octaua & nona quæſt. Immo ſi
ante libellum, in præparatorio, reus interrogetur ſuper
recognitione, & negaueeit ſcripturam eſſe manu ſua, o-
pus eſt libello ſi agatur ad pœnam. d. l. ſecus ſi agatur ad
pœnam in libello ſuper credito. Ita tenent docto. præal-
legati, & ibi Salice. quæſt. 8. & hoc expreſſe tenent docto.
in l. j. C. de execu. rei iudi. ubi Salice. in primo not. dicit
quòd etiam ſi debitum eſſet probatum, ſeruanda eſt te-
la iudiciaria, & de cauſa cognoſci, quia non eſt incipien-
dum ab executione, ut ibi probatur. & Salicet. per illum
2 textum colligit † quòd probationes, & inſtrumenta non
habent executionem paratam: nam & adhuc ſub iudi-
ce lis eſt, l. eo tempore & l. qui debetur. ff. de pecul. Sed in
caſu propoſito coràm iudice a quo, Petrus Gouella egit
contra d. Plebanum ad ſummam. 135. duc. ex abrupto ſi-
ne libello & litis conteſtatione, & obſeruatione termi-
3 norum, ut conſtat ex proceſſu; ergo nulliter. † Qui iu-
dex fulminauit mandatum contra eum executiuum, quod
fuit & eſt nullum, cum ſit ſine clauſula, & tollit defenſio-
nes, ut probatur in l. j. & in l. nec quidquam. §. ubi decre-
tum ſecundum intellect. Iacobi de Aren. ff. de offic. pro-
* conſ. quem ibi Bart. & docto. * communiter ſequuntur,
4 ut ibi latè per Iaſ. colum. 3. † & ſuper nullitate illius pro
ceſſus & præcepti executiui uenit ante omnia pronuncian
dum, ex quo cauſa annullans concernit omnia acta & ip
ſum decretum, ut tenet Barto. in l. cum quærebatur. ff. de
re iudic. & in l. ſi ut proponis prima circa fin. C. quomo.
& quando iudex. & Philip. in capitulo dilecto quæſt. 10.
fol. 3. columna decima de appella. & hoc quando agitur
uia nullitatis principaliter, prout in quæſt. præſenti actũ
fuit per Reuerend. D. Plebanum coràm R. D. V. & caſſato
proceſſu & præcepto remanet ſaluum ius Petro Gonella
coràm D. V. agendi & deducendi de iuribus ſuis ſeruatis
ſeruandis, ut dicunt Bartol. & Philip. in locis præallega-
tis, & tradit Abb. in capitulo cum dilecti in ultimo not.
de empt. & uend. & idem Abb. in capitulo primo in quar
5 to de lit. conteſt. dicit. † quòd iudex ex officio debet pro-
nunciare proceſſum nullum, ſi de nullitate ſibi conſtat.
& non eſt parum mirandum de R. d. iudice à quo, qui uo
luit dare executionem chirographo manu tertiæ perſo-
næ ſubſcripto teſtibus antequam fuerit recognitum per
ipſos teſtes uiuentes, quæ notata per Barto. in l. admo-
nendi, ff. de iureiurand. in quæſt. de priuata ſcriptura per
tex. & ibi not. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. habean-
tur, & in l. contractus, C. de fide inſtrumen. maximè quia
chirographum illud non fuit recognitum per ipſum d.
plebanum, nec per aſſertos teſtes, nec per comparatio-
nem ſaltem legitimè, ut ſuis loco & tempore dicetur; &
hæc pro nunc ſufficiant.

### SVMMARIVM.

1 *In cauſa criminali criminaliter intentata poſſunt teſtes exami-*
*nari ad fauorem rei ſuper eiſdem capitulis & contrarys, licèt*
*ſint didicita teſtificata.*
2 *In criminali cauſa reus non poteſt renunciare defenſionibus nec*
*dilationibus.*
3 *Si agatur de crimine ciuiliter ad pœnã pecuniariam, ſeu ad pri-*
*uationem beneficy non procedunt prædicta.*
4 *Condemnatus de crimine etiam criminaliter per uiam inquiſi-*
*tionis, de iure canonico non efficitur infamis, quicquid de iure*
*ciuili.*

## CONSILIVM CCC.

IN cauſa Caliſtana ſtupri & deſloratæ uirgi-
1 nis per ſpontaneam copulam † utrum pro fa
uore Rei poſsint examinari teſtes ſuper eiſ-
dem articulis uel directo contrarijs, non ob-
ſtante quòd ſint publicata & didicita dicta teſtium; Bar.
in l. j. in §. ſi quis ultro. & in l. unius. §. cognituram. ff. de
quæſti. & alij relati per moder. Bonon. in dicto §. ſi quis
ultro per illa iura tenent quòd ſic. quæ iura loquuntur
quando agitur de crimine criminaliter ad pœnam cor-
poris. Pro qua conclusione allegantur per docto. tex. in
l. additos. C. de epiſcop. audi. & in l. ſi non defendantur.
ff. de pœn. & in l. non tantum. ff. de appella. Quæ iura lo-
quuntur quando agitur de pœna corporali, in qua nemo
eſt dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad l.
Aquil. & ideò concludunt docto. uarijs in locis quòd li-
cèt in ciuilibus quis poſsit liberè renunciare dilationib.
& defenſionibus ſuis. l. iubemus. C. de iudic. ubi docto. &
glo. in l. pactum quòd inter hæredem. ff. de pact. cum ſi-
mil. ut per Feli. in capitulo cum ueniſſent columna penul
2 tima de teſti. † tamen fallit in cauſa criminali, in qua in-
geritur pœna corporalis ſeu ſanguinis in qua Reus non
poteſt renunciare defenſionibus ſuis, nec tacitè nec ex-
preſsè, ideò non obſtant ſibi publicationes atteſtatio-
num, licèt illas didicerit. & ita tenet glo. magna, quæ ad
hoc allegatur in dicta l. pactum in glo. fin. ſuper qua doc.
maximè Angel. de Peruſ. latè loquuntur. & ita tenet An-
gel. de Aret. in tractat. malefic. fol. 93. in uerbo. Compa-
ruerunt inquiſiti, & negauerunt totum, in uerſicu. quæro
an poſt publicationem, & Feli. in dicto capitulo cum ue-
niſſent columna penultima, ubi decidit poſt alios, quòd
reus poteſt renunciare terminis & defenſionibus ſuis ubi
non ingeritur reo pœna corporalis, aliàs non. idem te-
net Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo nume. 18. C. de pact. &
latè hoc firmat Hippoly. Bonon. in conſi. 43. incip. Spiri-
tus ſanctus fol. 2. libro primo. et ita conſul. Aret. in conſi.
146. Viſa conſultatione coln. 3. uerſi. Sed concludo cum
3 alijs infinit. quæ poſſent allegari ad pompam. † Sed in
quæſtione noſtra licèt agatur de crimine ſtupri & uirgi-
nis deſloratæ per copulam ſpontaneam non agitur cri-
minaliter ad pœnam corporis, ſed ciuiliter ad priuatum
commodum puellæ deſloratæ ut dotet ipſam quam in
uxorem ducere non poteſt, capitulo primo & ſecundo, de
adulter. et ad priuationem beneficij. quo caſu ciuiliter
agitur, ut probatur in capitulo per tuas primo, in fine. &
ibi Abb. in primo not. de ſimon. & in capitulo ſuper his,
ubi idem Abb. not. in primo not. de accuſa. per tex. in di-
cto capitulo per tuas; ideò ceſſant omnes rationes legũ,
& doctorum quæ loquuntur cum de crimine agitur cri-
minaliter ad pœnam corporalem. Nec obſtat ſi obijcia-
tur de quæſtione ſtatus propter infamiam ex ſententia
forſan ſecuturam: quia rñd. quod condemnatus de crimine,
et criminaliter, per uiam inquiſitionis, ut in q. nřa de iure
canonico non efficitur infamis quicquid ſit de iure ciui-
li ut tenet Abb. ubi Ioan. de Ana. & Feli. in c. inquiſitio-
nis in princip. in primo not. de accuſa. & fuit opinio glo
ſarum iuris ciuilis, quòd indiſtinctè damnatus per inqui
ſitionem non efficeretur infamis, licèt Bartol. in l. infa-
mem. ff. de publi. iudic. tenuerit contra glo. cuius opinio

ſaluari poteſt de iure ciuili in ſpeciali indicio inquiſitionis, de iure uero canonicó indiſtinctè non ſubſequatur infamia: & ita ſaluant docto. Barto. uerſatur ergo quæſtio noſtra in caſu in quo conſenſus rei attenditur qui ſibi præiudicare potuit petendo aperturam teſtium, & dicta eorum percunctando. capitulo fraternitatis, & clem. ſecunda de teſti.

## SVMMARIVM.

1 *Epiſcopatus habent inſtitutionem a iure diuino, & fuerunt figurati ante aduentum Chriſti.*

2 *Gentiles ante Chriſtum habebant tres ordines ſacerdotum.*

3 *Inferiora beneficia & dignitates ſunt de iure poſitiuo.*

4 *In nouo teſtamento fuit ab ipſo Chriſto aliqualis diſcretio maiorum & minorum ſacerdotum.*

5 *Quam diſtinctionem ſunt ſecuti apoſtoli, qui crearunt primum epiſcopum in Hieruſalem, & alios epiſcopos in diuerſis ciuitatibus.*

6 *Statutum fuit per plures Rom. Pontifices ad imitationem Apoſtolorum, quod epiſcopi eligerentur per clericos eccleſiarum, aliquando etiam per laicos, aliquando cum authoritate principum ſecularium.*

7 *Carolus Magnus Imperator concordauit cum Leone iij. & Gregorio. iiij. quod electio epiſcoporum ſpectaret ad clerum, & populum.*

8 *Et in concilijs maximè Baſilien. decretum fuit quòd epiſcopi eligerentur per capitula eccleſiarum.*

9 *Hodie Rom. Pontifices reſeruarunt ſibi & conſiſtorio Cardinalium prouiſiones epiſcopatuum.*

## CONSILIVM CCCI.

1 EPISCOPATVS † habent inſtitucionem a iure diuino, ut legitur in c. 1. 8. diſtinc. Vbi dicitur quòd gentiles habebant in ſuis maioribus ciuitatibus tres ſacerdotum ordines: ſcilicet, Primates, Archiflamines, & Flamines. Primi patriarchas: ſecundi Archiepiſcopos: tertij Epiſcopos deſi-
2 gnabant. loco quorum † apoſtoli Chriſti, in eiſdem ciuitatibus, in quibus primates gentilium reſidebant poſuerunt epiſcopos, ut Petrus Iacobus & Ioannes inſimul, in Hieruſalem poſuerunt Iacobum Alphei, & Paulum apoſtolum & Barnabam in alijs locis, actuum. 13. & Ioannes euangeliſta conſtituit ſeptem epiſcopos. in ſeptem eccleſijs. Quibus ſcripſit Apocalypſim. Ita atteſtatur Clemens primus Papa dicti nominis, anno domini 102. in cap. 2. 80. diſtinct. & Anacletus græcus Athenienſis. primus Papa dicti nominis, de anno 152. in cap. 5. 80. diſtinct. & Lucius primus Papa dicti nominis poſt Chriſtũ anno Chriſti 257. Scribit quod per multos annos ante aduentum Chriſti ſtatutæ erant urbes per Gentiles, in quibus eorũ ſacerdotes deberent reſidere, & in ipſis poſt aduentũ Chriſti; Apoſtoli & eorum ſucceſſores poſuerunt epiſcopos & alios primates. Secundó probatur Deuter. 17. Vbi fit mẽtio de ſacerdotibus Leuitici generis, per quos deſignan-
* tur epiſcopi & Cardinales ſecundum.* communem opinionem docto. in c. per uenerabilem. §. rationibus qui filij ſint legit. Tertió fit mentio de epiſcopatu, per Dauid Pſalmo. 118. ubi dicit, Fiant eius dies pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. quod etiam Petrus cõfitetur Actuum apoſtolorum. c. 1. ubi Matthias fuit electus per apoſtolos loco Iudæ in epiſcopum, ut ait Paulus ad Timotheum. c. 3. & Archadius iureconſultus gentilis ante Chriſti aduẽtum in l. munerum. §. epiſcopi. ff. de munc. & honor. facit
3 mentioné de epiſcopatu. † Inferiora uero beneficia ſunt de iure poſitiuo, & Dionyſius Papa primus huius nominis qui 25. Petri ſucceſſor anno poſt Chriſtum 275. fuit inuentor & diuiſor eccleſiarum parochialium, qui presbyteris eccleſias & cimiteria in urbe Romana diuiſit, foris autem parochias & diœceſes diſtribuit, ſtatuitque ꝙ unuſquiſque finibus ſuis & limitibus contentus eſſet. Redeundo ad epiſcopatus dico ꝙ ante aduentum Chriſti Moyſes ex præcepto domini, elegit Aaron fratrem ſuum in ſummum ſacerdotem, filios uero eius in minores ſacerdotes, poſtea uero Dauid miniſteria domus domini am-
4 pliando ianitores & cantores inſtituit. † In nouo uero teſtamento maiorum & minorum ſacerdotum aliqualis diſcretio ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes pro epiſcopis & 72. diſcipulos tanquam minores ſacerdotes inſtituit, Petrum uero in ſummum ſacerdotem elegit. Hanc eandem
5 formam † Apoſtoli poſt mortem Chriſti ſecuti, crearunt primum epiſcopũ in Hieruſalem Iacobum Alphei, & poſtea in ſingulis ciuitatibus alios ep̃os & presbyteros ordinauerunt, ut ſcribit beatus Iſidorus lib. 7. ethimo. c. 12. & habetur in c. 1. & 2. 21. diſt. et de electione epiſcoporũ
6 † Leo primus Papa dicti nominis qui fuit poſt Chriſtum anno 471. Statuit, ꝙ illi non ſunt habendi inter epiſcopos qui nec a clericis ciuitaris electi ſunt, nec a plebibus expetiti, nec ab epiſcopis prouinciæ cum ſuo metropolitano conſecrati. Habetur etiam in hiſtoria tripartita ꝙ Valentinianus Imperator qui fuit anno Chriſti 378. cum ab oriente Italiam nauigaſſet, inuenit eccleſiam Mediolanenſem uacantem. qui conuocatis epiſcopis prouinciæ Lombardiæ Mediolanum, illis propoſuit ut eligerent aliquẽ uirum idoneum in Archiepiſcopum. cui ipſi reſponderũt, ꝙ iſta electio magis ſpectabat ad ipſum Imperatorẽ, quibus ipſe ait, nos enim gratia diuina petiti & illo ſplendore fulgentes melius poteritis eligere: Tunc ep̃i illi in ſynodo Ambroſium nondum baptizatum in archiepiſcopum Mediolanenſem elegerunt, & tunc ſedebat Romę Liberius Papa qui a quibuſdam dictus eſt Leo, & Nicolaus Papa Rom. primus huius nominis anno dñi 868. ſcribit Lothario tunc regi Romanorum, qui poſtmodũ fuit Imperator, ꝙ in eccleſia Treuerenſi Agrippina, & Coloniæ non permitteret ep̃os electos ↄſecrari per epiſcopos prouinciæ, niſi de hoc daretur ſibi per litteras notitia. Et ſcribit beatus Gregorius Papa ix. anno domini 1240. epiſcopo eccleſiæ Saloonitanæ, ꝙ epiſcopi illarum partium eligantur de conſenſu & uoluntatẽ Sereniſs. Principis: tunc enim regnabat Federicus. 2. Imperator. & Gregorius præfatus ſcribit Ioanni ſubdiacono eccleſiæ Mediolanenſis, ꝙ non admittatur electio facta de Cõſtantio diacono in archiepiſcopum Mediolanenſem per clerũ, niſi fuerit approbata & ſubſcripta per populum dictæ ciuitatis, & hoc fecit Papa ad requiſitionem oratorum populi Mediolanenſis. Item Leo Papa iiij. Rom. de anno 853. ſcripſit Lothario & Ludouico Auguſtis patri & filio, qui pro certo tempore inſimul imperarunt, quos deprecatur quatenus dignentur cõcedere eccleſiam Reatinam & Tuſculanam, illis qui fuerunt electi in ep̃os ad effectum, ut obtenta licẽtia ipſe Leo poſſet dictos electos in ep̃os cõſecrare. Idẽ Leo reſcribit Guidoni Comiti, qualiter ipſe noluit conſecrare ep̃um Reatinum electum per clerũ & populum niſi cum litteris Imperatoris, in quibus appareat de electione facta de licentia imperiali, & atteſtatur ita extare priſcam cõſuetudinem. Idem Leo ſtatuit ꝙ defuncto archiep̃o Mediolanenſi ad electionem ſucceſſoris debeant cõuenire clerici, & ciues, qui ex presbyteris uel diaconibus eiuſdem eccleſiæ optimum eligant. Habetur etiam in Cõcilio Tolletano ꝙ in electione ep̃orum facienda in eccle-
7 ſia Tolletana ↄſenſus regius interuenire debeat. † Et Carolus Magnus Imperator anno dñi 815. & Ludouicus anno 840. inierunt concordiam cum Leone. iij. & Grego. iiij. Rom. Pontificibus quòd electio epiſcoporum ſpectaret ad clerum & populum ciuitatum. Vltimo per concilia generalia decretum fuit ꝙ electiones epiſcoporũ fierent ut ſupra dictum eſt, ut habetur in c. 1. & in c. cum in cunctis, & in c. quia ꝓpter de elect. Et pro iſtis electionibus faciendis & obſeruandis inſudarunt quamplures Reges Franciæ, ut refert Vincentius in Specul. hiſtor. lib. 22. c. 25. ubi loquit de Clodoueo primo Rege Franciæ Chriſtiano, qui ↄuocatis prælatis totius regni, inter quos aderat quintus Melonus, ſtatuit electiones epiſcoporum & cõfirmationes eorum fiendas eſſe ſm canones antiquos, de qb. dixi ſupra. Silr Rex Carolus Magnus, & Philippus Deodatus auus beati Ludouici Reges Francorũ ita fecerunt.

runt. Nec innenitur a principio naſcentis eccleſiæ uſque
ad tempora beati Ludonici, qnòd Roma. Pontifices de
electionibus epiſcoporum & aliarum dignitatum ſe in-
tromiſerint, ſed tempore Ludouici, præfati Roma. Pon-
tifices cœperunt electiones impedire, & onera pecuniaria
beneficijs imponere, ideò de nouo Ludouicus multique
alij Reges Francorum decreuerunt electiones in ſuo re-
gno fieri debere modo quo ſupra, & exactiones ceſſare,
8 quæ decreta inuiolabiliter obſeruari fecerunt. † Fuit e-
tiam in ultimo Concilio Baſilieñ anno Chriſti 1433. die
13. Iulij ſtatutum & ordinatum qnòd clectiones epiſco-
porum & monaſteriorum fierent per capitula ipſarum
9 eccleſiarum, & ita de cætero obſeruari noluerunt, † nerũ
quia Rom. Pontifices a certo tempore citra per regulas
cancellariæ reſeruarunt ſibi prouiſiones eccleſiarum ca-
thedralium & monaſteriorum excuſant ſe dicendo quòd
ipſi prouident eccleſijs per niam electiuam cum colle-
gio dominorum Cardinalium in ſuo conſiſtorio. Pro-
pterea dicunt quòd non receſſerunt a nia electiua anti-
quitus ordinata tã de iure diuino tẽpore apoſtolorum,
quàm de iure poſitiuo. Quæ tamen ratio non ſatisfacit,
ex quo receſſum fuit a decretis conciliorum, & alijs, qui-
bus cantum fuerat; quòd electiones huiuſmodi fierent
uia electiua per capitnla eccleſiarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Index delegatus a Papa ſuper executione ſententia per eum la-
ta poteſt cognoſcere de nullitate ſua ſententia, maxime quan-
do illi reperitur commiſſa cauſa appellationis.*
2 *Iudex delegatus poſt ſententiam per eum latam non dicitur fun-
ctus officio ſuo, niſi executa ad plenum ſententia.*
3 *Dominus citatus ad cauſam, ſi conſtituit procuratorem qui pro-
duxit mandatum & onus aſſumpſit, non poteſt dici contumax
nec citari per affixionem cedularum.*
4 *Qui ab initio conſtituit procuratorem ad cauſam uidetur uelle
ſe perſonaliter nolle comparere, ideò male citatur per cedulas.*
5 *Sententia eſt ferenda contra præſentem, in quo fundata eſt in-
ſtantia.*
6 *Si dominus qui habebat procuratorem, citetur ad ſententiam, ip
ſa eſt nulla, ex quo ipſe dominus nunquam fuit in iudicio.*
7 *Si procurator qui aſſumpſit onus ſe abſentat a ciuitate, in qua fa
cta diligentia non reperitur, tunc poteſt contra dominum pro-
cedi per cedulas.*
8 *Idem ſi procurator non produxit mãdatum uel ſi produxit onus
non aſſumpſit.*
9 *Prima citatio regulariter debet incipere a perſona domini, ſi re
peritur in loco, aliàs poteſt incipere a procuratore.*
10 *Nullitas ſententia de qua conſtat notoriè ex actis, uel inconti-
nenti poteſt probari, impedit executionem ſententia, non obſtan
te aſſerta re iudicata.*
11 *Et in iſto caſu ſignatura daret commiſſionem ſuper nullitate, ſi-
ne clauſula parito iudicato.*
12 *In materia penſionis datur commiſſio non appoſita illa clauſula,
ſine retardatione penſionis, ſi agatur de nullitate notoria, re-
ſultante ex litteris penſionis.*
13 *Si excipiatur de notoria nullitate impeditur executio et triũ
ſententiarum conformium: ſecus ſi agatur de nullitate princi-
paliter, uia actionis, quia tres conformes non impediuntur, ſed
bene duæ.*

## CONSILIVM CCCII.

IN cauſa dominorum clericorum eccleſię ſan
cti Abundij de ſancto Bonifacio de pluribus
1 dubitari contingit. Primò † utrum Reueren
dus D. Plebanus ſancti Lucæ qui promulga-
uit ſententiam diffinitiuam, & expenſas taxauit, & execu
toriales contra dominos clericos decreuit, quæ eiſdem
fuerunt intimatæ, poſsit cognoſcere de nullitate notoria
dictæ ſuæ ſententiæ colligibili ex proceſſu; & prima fa-
cie uidebatur dicendum quòd non, per tex. in capitulo in
litteris in fine. de offic. delegat. & in l. iudex. ff. de re iudi.
Contrarium eſt uerius. quod probo ex tenore commiſsio
nis apoſtolicæ ſibi præſentatę, cuius uigore decreuit exe-
cutoriales, in qua eidem plebano committitur cauſa ap-
pellationis interponendæ pro parte clericorum a dicta
ſententia, qui ab illa ſententia appellarunt, ut conſtat in
actis cauſæ. Sed ſub uerbo appellatio, uenit etiam nulli-
tas. l. Carmelia pia. ff. de iure patro. Ita declarant docto.
in capitulo dilecto de appell. ubi Philip. quæſt. 19. & Præ-
poſi. quæſt. 7. colum. 9. in fine. & Bellame. deciſ. Rot. 97. in
princip. incip. Iudex appellationis ubi decidit poſt Inno.
quòd iudex appellationis poteſt pronunciare ſuper nul-
litate ſine alia commiſsione. Non obſtat obiectum d. ca
2 pituli in litteris, † quia procedit quando iudex eſt execu
tus ad plenum ſententiam, ut ibi probatur cum glo. fina.
in principio. ſed D. Plebanus adhuc eſt iudex executio-
nis, ut patet ex tenore executorialium, quæ adhuc non
ſunt ſortitæ effectum, ſed tantum intimatæ. Præterea
Barto. in l. ſi expreſsim columna penultima. ff. de appell.
quem ſequitur Abb. in dicto capitulo in litteris columna
fina. dicit, quòd reus poteſt adire iudicem, qui tulit ſen-
tentiam nullam, & excipere coram ipſo de nullitate ſen-
tentiæ, & petere iterum melius pronunciari etiam ſine ap
pellatione, & quod eſt in facultate rei adire ſuperiorem,
uel iudicem qui tulit ſententiam. ¶ Secundò dubitatur
utrum dicta ſententia lata contra dictos clericos citatos
per cedulas more contradictarum tanquam contra con-
tumaces, ſit nulla ex defectu citationis, & breuiter teneo
quòd ſic, quia præfati D. clerici fuerunt in prima citatio-
ne citati ſuper negocio principali coram D. Plebano ſan
cti Panthaleonis commiſſario apoſtolico, qui citati con-
ſtituerunt procuratorem ad cauſam cum legitimo man-
dato, qui comparuit & ſubſtituit alium, qui ſubſtitutus
ſemper comparuit in iudicio coram dicto plebano ſan-
cti Panthaleonis & admiſſus fuit per partem aduerſam,
contra quem etiam fuit cœpta lis ſuper negotio princi-
pali maſſeriatus, qui etiam fuit citatus ad reſpõdendum
3 libello, † quo caſu non potuit procedi per D. Plebanum
ſancti Lucæ commiſſarium apoſtolicum contra ipſos cle
ricos per affixionem cedularum, ſed debuit citari pro-
curator ſubſtitutus, cum quo fuit cœptum iudicium, e-
tiam ſuper negotio principali, & etiam ſuper articulo
nullitatis, coram plebano ſancti Panthaleonis; ideò to-
tus proceſſus & ſententia per plebanum ſancti Lucæ, la-
ta contra dominos clericos, uti contumaces eſt nulla,
per tex. in l. j. C. de ſenten. ubi Barto. columna ſecunda, in
uerſ. Breuiter, adducit rationem, & aliam adducit ibi
Barto. columna penultima. uerſi. item quæro. dicit enim
quòd quando principalis citatus miſit procuratorem ad
cauſam, uidetur dicere, quòd non uult per ſe litigare, ſed
per procuratorem, qui debuit citari, & non dominus, er-
go citatio facta contra clericos ad comparendum non fe
cit illos contumaces, & ut ibi latè, per Barto. Ad idem eſt
deciſio in terminis noſtris Petr. de Anchara. in conſilio
4 289. incip. De uiribus, † ubi in principio decidit per d. l.
j. & per not. à Barto. quòd ſi citatus in iudicio elegit liti-
gare per procuratorem, & ipſe in iudicio nunquam fuit,
ſententia eſt nulla ipſo iure ſi eſt lata cum domino, pro-
curatore non citato, etiam ſi ipſe dominus fuerit ad ſen-
tentiam citatus, quia non tenebatur comparere. Confir-
mo per deciſ. Ioan. Andre. in additio. Specul. in titulo de
citatione. §. uiſo, uerſ. item licet ſuper uer. incumbit, circa
medium. quem ſequitur Milis in uerbo citatio, uerſ. cita-
tus ſpecialiter, ubi decidit quòd ſi dominus citatus miſit
procuratorem qui aſſumpſit onus, debet ipſe citari, ſi prę
ſens ſit in ciuitate & non dominus, qui nunquam com-
5 paruit. † Si uero procurator abſens ſit a ciuitate, tunc
facta diligentia per binos nuncios de perſona ſua ha-
benda, ad domum & in locis publicis ciuitatis, & ipſo nõ
inuento, bene ualeret citatio per cedulas. Ita tenet Rot. in
6 nou. deciſ. 129. In abſentia. † Idem dico ſi dominus cita-
tus conſtituiſſet procuratorem qui mandatum non pro-
duxit, uel onus non curauit aſſumere, nam tunc poteſt
procedi contra dñm, per affixionem cedularum, quia im
putandũ eſt dño, qui talẽ elegit. Ita Rot. in nou. deci. 169.

ſi uigore. & Bellam. deciſ. 576. Si impetranti circa fi. & in
7 deciſ. 681. Si citatus. † Nec obſtant not. per docto. in c.
cauſam de dolo, & contuma. & per Nico. de Mil. in uer-
bo citatio prima, quia loquuntur de prima citatione,
quæ debet fieri de perſona principalis ſi reperitur. ſed iſta
deciſio non facit contra ea quæ dixi ſupra, immo pro fa-
uore; quia etiam in quęſt. noſtra. prima citatio fuit exe-
cuta contra dominos clericos principales, ut patet in ci-
tatione regiſtrata in proceſſu formato coràm plebano S.
Panthaleonis, qui citati cōſtituerunt procuratorem, qui
comparuit & ſubſtituit, cum quo ſubſtituto erat forman-
dus proceſſus, & ſententia ferenda. ¶ Tertiò dubitatur,
8 † utrum nullitas dictæ ſententiæ de qua notoriè conſtat
per uiſionem proceſſus, impediat executionem dictæ ſen-
tentiæ: & teneo quod ſic per not. Bar. in l. iiij. §. eondem
natum. ff. de re iudi. cum quo pertranſit Ioan. Stephil. in
ſuo tracta. litter. gratiæ, & iuſti. fol. 150. & 151. Vbi te-
9 net quòd iſto caſu † ſignatura dat commiſsionem pro-
cedendi ſuper nullitate abſque clauſula, ſine præiudicio
rei iudicatæ. pro qua bene facit deciſio decima. in titulo
de reſcript. in recollect. per Gnil. Caſſad. ubi latè tenet &
10 probat, † quòd ſignatura dat commiſsionem in mate-
ria penſionis, non apponendo in illa clauſulam ſolitam,
ſine retardatione penſionis, ſi agatur de nullitate noto-
ria reſultante ex forma litterarum penſionis. Ad idem
allego deciſ. Rot. 280. in nou. inc. Licèt per niam in prin-
11 cipio. † quæ decidit quòd exceptio nullitatis notoriè
impedit executionem ſententiæ, quæ diceretur tranſi-
uiſiſſe in rem iudicatam, ſed in quæſt. propoſita procu-
rator dominorum clericorum excipit de notoria nulli-
tate dictæ ſententiæ ex defectu citationis, quæ probatur
ex facie proceſſus, quæ impedit executionem ut ſupra di-
12 xi. Quæ executio etiam impediretur, † ſi ageretur de
nullitate uia actionis principaliter, etiam ſi extarent duę
diffinitiuę conformes, & tenet Rot. in antiqu. 21. incip.
Nota: ſecus uero ſi extarent tres conformes, iuxta text.
clemen. prima, de re iudic. quia ſpeciale eſt propter præ-
ſumptam calumniam ſuccumbentis per tres conformes,
ut earum executio non impediatur agēdo per uiam nul
litatis, ut dicit illa deciſ.

## SVMMARIVM.

1 *Litteris ordinarij in ſpectantibus ad eius officium, & in his quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, & inter ſubditos cum ſigillo autentico, cum teſtibus & ſubſcriptione notarij plena adhibetur fides.*

2 *Quæ dicuntur de epiſcopo in iſta materia, procedunt etiam in eius uicario.*

3 *Standum eſt litteris epiſcopi cum ſuo ſigillo, ſine teſtibus & tabellione, de reſignatione in manibus ſuis facta & admiſſa, & de collatione.*

4 *Quæ concluſio ampliatur, etiamſi reſignatio & collatio ſint factæ ex cauſa permutationis, etiam in præiudicium expectātis.*

5 *Quæ concluſio ampliatur etiam ſi in litteris narretur, quòd reſignatio ſuit facta in manibus alterius.*

6 *Et ideò ſtandum eſt litteris inſtitutionis ſi in illis narretur præſentatio patroni alibi facta, licèt de actu præſentationis aliter non doceatur, quàm per uerba enunciatiua.*

*Et idem dicendum de litteris confirmationis, in quibus narratur electio alibi facta.*

6 *Probatis extremis bonis, debemus præſumere de bono medio.*

7 *Verba narratiua inſtrumenti probant enunciata inter partes præſentes.*

8 *Sententia, in qua enunciantur libellus & litis conteſtatio, & cætera iudiciaria, probat enunciata, interueniſſe inter partes præſentes, & non appellantes.*

## CONSILIVM CCCIII.

REVERENDE ac excellentiſsime doctor,
in cauſa uiſitationis contra Ven. D. presbyte
rum Ioſeph de Zucco uertitur quæſtio co-
ram Reuerend. D. V. ſuper ualiditate littera-
rum prouiſionis ſibi factæ, per tunc D. Vicarium, Abba-
tiæ Roſaeen. ſuper qua quęſtione requiſitus quid ſentiā:
Teneo litteras illas collatiuas ualidas eſſe, & fidem face-
1 re de omnibus narratis & diſpoſitis in illis, † quia litteris
ordinarij in ſpectantibus ad eius officium, prout eſt ma-
teria quæſt. noſtræ, autentico ſigillo ſignatis, cum inter-
uentu teſtium, & ſubſcriptione notarij plena adhibetur
fides, ut tenet glo. approbata in cap. poſt ceſsionem de
probat. & tradit Abb. ibi colu. 8. in uerſ. tertiò dico cum
ſimil. ut ibi per Peli. colu. 2. in prima concluſ. qui colu. 3.
atteſtatur hanc opinionem ſeruari de conſuetudine, & tra
2 dit Deci. colu. 8. in uerſ. tertia concluſio num. 16. † & quę
dicuntur in iſta materia de epiſcopo, procedunt etiam
in litteris ſui Vicarij. Ita dicit Butr. in dicto cap. col. 7. in
fi. quinti caſus, & ibi Abb. colum. 4. in quarta opinione.
¶ Secundò ad hoc allego deciſ. Rot. in antiq. 397. Nota
3 creditur, † quæ decidit ſtandum eſſe litteris epiſcopi cum
ſuo ſigillo, ſine teſtibus, & tabellione, de reſignatione in
manibus ſuis facta, & admiſſa, & de ſua collatione, ſi hęc
omnia uno tempore, coràm eo, & per eum facta exiſtunt,
iuribus & rationibus, ut ibi per eam; quanto magis cre-
dendum eſt litteris uicarij in quæſtione noſtra, in quibus
cum ſigillo ſuo adſunt teſtes, & ſubſcriptio notarij, & ſe-
quitur Butr. in dicto capitulo poſt ceſsionem colum. 6. in
quinto caſu, ubi tenet hoc eſſe uerum & procedere, etiam
ſi aliquādo per accidens, tractaretur de pręiudicio tertij.
¶ Tertiò ad idem allego deciſ. Rot. in nou. 21. Fuit dubi-
4 tatum, quæ concludit. † Standum eſſe litteris epiſcopi
cum ſigillo ſignatis, ſine tabellione & teſtibus, ſuper reſi-
gnatione beneficij ex cauſa permutationis factæ in mani
bus ſuis, & per eum admiſſa, & collatione ſubſecuta, etiā
in pręiudicium apoſtolici impetrantis, ſi ille cui ordina-
rius contulit, reperiatur in poſſeſsione beneficij, ante da-
tam apoſtolici impetrantis: nam tunc excluditur omnis
pręſumptio fraudis, & illa deciſio atteſtatur in fin. quod
ita fuit iudicatum de communi omnium dominorū con
ſilio & aſſenſu, & quòd ita ſeruat Rot. quam refert & ſe-
quitur Abb. in d. c. poſt ceſsionem col. 6. uerſi. Fuit etiam
dubitatum, cum alijs, ut per Feli. ibi colu. 5. uerſ. fallit ſe-
primo. Quanto magis erit uera iſta concluſio in caſu no
ſtro, in quo litteræ uicarij ſunt ſigillatæ, & fulcitæ teſtib.
& ſubſcriptione notarij roboratæ? Et ceſſat omnis ſini-
ſtra ſuſpitio, ex quo nullus aderat impetrator, nec contra
dictor. Cum quibus etiam concurrunt litteræ Reueren-
diſsimi bon. memo. Ioannis Matthęi epiſcopi Veronen.
dum uiueret, de eius mandato ſcriptæ & directę uicario
ſuo Abbatiali, ut ille prouideret de dicto beneficio pres-
bytero Ioſeph. Nec obſtat ſi pro parte curiæ diceretur, ꝙ
deciſiones prędictę procedunt ſine dubio, ſi uicarius in
ſuis litteris collatiuis narraſſet factum ſuum proprium,
uidelicet reſignationem dicti beneficij factam fuiſſe per
D. Thideum in eius præſentia, uel in manibus ſuis, prout
loquuntur doct. allegati in d. c. poſt ceſsionem, & deciſio
nes Rot. Quia reſpondeo omnia prędicta procedere, etiā
ſi in litteris ſigillatis, & maximè ſubſcriptis per notariū,
5 & teſtibus roboratis. † Collator ordinarius narraret fa-
ctum alienum, ideſt reſignationem factam fuiſſe in mani
bus alterius, prout in q. noſtra, dicitur in litteris dicti ui-
carij de reſignatione facta per D. Thideum, in manibus
Reuerendiſs. D. epiſcopi Veron. tunc uiuentis. Quod pro
bo per deciſ. in terminis Rot. in nou. 423. inci. Sed retēto:
6 quæ probat & decidit, † ꝙ litteræ ordinarij inſtitutionis
factæ de clerico præſentato, ſeu electo ad beneficium, nar-
rantes pñtationem, uel electionem, & ſic factum alienū,
& alibi geſtum non in pñtia inſtituentis probent præſen
tationem uel electionem pręceſsiſſe, licèt præſentatio &
electio aliter non probentur quā per illa uerba enuncia-
tiua. Quæ deciſio magis comprobat concluſionē meam
pro fauore presbyteri Ioſeph, qui habet lr̄as cum ſigillo
autentico, cū teſtibus inſcriptis, & cum ſubſcriptione no
tarij. Quæ deciſio ampliat not. in d. c. poſt ceſsionē & de-
ciſiones Rot. prææallegatas, quæ loquuntur, qñ in litteris
prouiſionis fit mentio de reſignatione facta in manibus
collatoris, ut procedāt etiam qñ reſignatio eſſet facta in
manibus

manibns alterius,& iſta deciſio. 423. monetur pluribus
rationibus. Prima ratione, nam ex quo in caſu illo con-
ſtabat de uacatione beneficij, & quod præſentans erat
uerus patronus, & quòd inſtitutio erat facta infra tem-
pus narratæ præſentationis,& de idoneitate perſonæ prę
ſentatæ, præſumi debet inſtitutionem ualidam, & perti-
nuiſſe ad ordinarium. Secunda ratio, quia præſumitur
in dubio factum ſolenniter actum, niſi contrarium pro-
6 betur,cap.in præſentia de probat. † Tertia quando con-
ſtat de duobus extremis bonis, debemus etiam præſume
re de bono medio, & ſic de ualida reſignatione argumē-
to.cap.cum dilecti de donat. & cap. inquiſitioni, & cap.
ſecundo requiris de appell. Quarta ratio, quia creditur
litteris epiſcopi in iſta materia collatiua, quæ ſpectat ad
eius officium,& quia eſt cauſa uoluntariæ iuriſdictionis,
& inter ſubditos, & non tractatur de præiudicio tertij.
Sed tantum epiſcopi collatoris,in cuius arbitrio eſt pro-
uidere iſti uel illi, quibus rationibus attentis, dixerunt
omnes domini de Rot. præſentationem narratam,& in-
ſtitutionem ſecutam fuiſſe ſufficienter probatas. Nec
obſtat tex.in capitulo decernimus.16.quæſtio.7. ubi in-
ſtitutio epiſcopi eſt nulla, ſi eſt facta ſine præſentatione
patroni, de qua non conſtabat niſi per narrationem epi-
ſcopi, quæ poterat eſſe falſa. quia domini de Rot.in d.de
ciſ.reſpondebant: quòd ex quo patronus ſe non oppo-
ſuerat, nec contradixerat inſtitutioni, ſed paſſus fuit in-
ſtitutum poſsidere, uidetur conſenſiſſe. Et per prædicta
domini de Rot.ibi reſpondent etiam ad not.in dicto cap.
poſt ceſsionem, quis procedunt etiam quando in litte-
ris narratur factum alienum, quod præſumptiuè dicitur
interueniſſe. cuius deciſionis rationes ſi bene conſide-
rentur in effectu,militant in caſu quæſt.noſtrę, in qua be-
neficium uacabat, ut patet per litteras ſcriptas tunc ui-
cario de commiſsione bon.mem. Reuerendiſsimi D.epi-
ſcopi Veron.ut de beneficio prouideret dicto presbytero
Ioſeph. Apparet etiam de uerisſimili reſignatione facta
per D. Thideum qui conſtituerat procuratores ad reſi-
gnandum in manibus Papæ, uel alterius poteſtatem ha-
bentis conferendi. quæ uerba ultima conueniunt D.epi
ſcopo præfato, ut legit. & not. in cap. admonet de re-
nunciatio. et conſtat etiam quòd D.Thideus fuerat ante
reſignationem uerus rector dictæ eccleſiæ, & quòd ſciuit
prouiſionem factam de illa per dictum uicarium pres-
bytero Ioſeph. quem paſſus fuit eandem per annum &
ultra pacifice poſsidere: & conſequenter conſtat de duo-
bus extremis & ſic de bono medio, quod conſiſtit in reſi-
gnatione narrata per uicarium. concurrunt etiam litteræ
collationis factæ in perſonam idoneam, qui fuit ad il-
lam tanquam Aaron uocatus (omni ambitu ceſſante)
nullus etiam adfuit apoſtolicus impetrator, & per nota-
rium ſubſcriptæ, & coràm teſtibus fide dignis. Quæ lit-
teræ habent uim perfecti inſtrumenti,quibus plene ſtan-
dum eſt,ut dixi ſupra in principio. Confirmo dictam de-
ciſ. Rot. 423. per text. cum ibi not. in l.optimam. C. de
7 contrahen. & committen. ſtipula. † ubi uerba narratiua
ſeu enunciatiua, etiam de facto alieno probant enuncia-
ta inter partes præſentes & non contradicentes. Ad idem
* eſt deciſio * communis docto.in capitulo quoniam con-
tra falſam,quos latè refert & ſequitur Deci.ibi.nume.53.
8 uer.ſecundo prædicta concluſio. Qui dicunt,† quòd uer-
ba ſententiæ enunciatiua libelli, & litis conteſtationis,
& ſimilium, probantur enunciata interueniſſe, quando
ſententia eſt lata præſentibus partibus, & non contradi-
centibus,licet narrata ſint etiam de facto alieno,& nō po
tuerint interueniſſe tempore latę ſententiæ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Expreſſo in litteris apoſtolicis uno modo uacandi beneficiorum, non uenit alius.*
2 *Cauſa falſa expreſſa in ſententia uitiat illam.*
3 *Sententia habens duas cauſas,quarum una eſt uera reliqua falſa,ſuſtinetur ex uera.*
4 *Vbi actum exercens habet uoluntatem & poteſtatem, error in qualitate extrinſeca non uitiat diſpoſitionem.*
5 *Defectus cauſæ impulſiuæ non habet uitiare actum, & cauſa finalis quæ inducit ordinarium ad conferendum, eſt uacatio beneficij, qua ceſſante uitiatur actus.*
6 *Tex.in c.ſuſceptum de reſcript. in 6.non procedit in litteris ordinarij collatiuis.*
7 *Nec procedit in prouiſione Papæ facta motu proprio.*

CONSILIVM CCCIIII.

REuerendus Vicarius Abbatiæ Roſacen.requi-
ſitus per litteras Reuerendi P.D.epiſcopi Ve-
ronen.ut prouideret Ven.ſacerdoti D.Ioſeph
de Zueco de Archipresbyteratu eccleſiæ ſan-
cti Ioannis Bapt.de Propoth, auctoritate ordinaria qua
fungebatur ſibi data a prę́fato D. epiſcopo, contulit di-
ctam eccleſiam tanquam uacantem per liberam reſigna-
tionem D. Thidei tunc illius Rectoris factam in manib.
præfati D.epiſcopi,prę́fato D.Ioſeph. Dubitatur modo,
utrum collatio iſta ſit ualida, ſi reſignatio illa non fuiſ-
ſet facta in manibus epiſcopi, uel ſi modus uacandi ex-
preſſus in litteris non eſſet uerus. et prima facie uideba-
tur dicendum collationem inualidam eſſe, per text.in c.
1 Suſceptum.de reſcript.in ſexto. ubi legitur.& not.† quòd
expreſſo uno modo uacandi in litteris non uenit alius,
cum ſimil.ut latè per Feli.in c.in noſtra correllario 37.de
2 reſcript.† Secundò ſententia diſſinitiua lata ex falſa cau-
ſa eſt nulla,quam iudex ſecutus eſt.c.ſicut de teſti. c.cum
I.& A. de re iudi.ſic ergo uidetur in caſu præmiſſo. quia
ordinarius in ſua collatione uidetur ſecutus falſam cau-
ſam reſignationis factæ in manibus epiſcopi, de qua non
conſtat. et licèt iudex ex alijs cauſis nō expreſsis potuiſ-
ſet moueri ad iudicandum,& ex illis ſententia iuſtificari,
cap.in præſentia de renuncia.cap.ſicut de re iudi.ſed non
uidetur ſic in caſu noſtro. nam uicarius exprimendo in
collatione unum modum uacationis, omnes alios uide-
tur excludere,quia impoſsibile eſt, uno momento in eo-
dem beneficio dare uacationem ſub diuerſo modo,& co-
ràm diuerſis perſonis, ut habetur in cap.cum non igno-
res de prę́ben.& in c.conſiderauimus de elect. ¶ Quibus
3 non obſtantibus cōtrarium eſt uerius. Primò, † nam ſen
tentia iudicis duplicem continens cauſam, quarum una
eſt uera,& reliqua falſa,ualet ex illa uera. Caſus eſt in ca-
pitulo per tuas,qui fil.ſint legit.quê ibi not.Abb. & Butr.
Sed in caſu noſtro collator duplicem expreſsit cauſam,
quarum una uera, alia falſa; ergo collatio ſuſtinebitur
ex uera. Dixit enim uicarius in litteris eccleſiam uacare,
& hoc uerum erat, ut patet ex litteris de cōmiſsione epi-
ſcopi ſcriptis,& apparet ex facto: nam non confertur ec-
cleſia niſi uacans. Secundo dixit per reſignationem & in
manibus epiſcopi factam,qui modus uacādi & qualitas
uacationis licèt eſſent falſa, ſuſtinebitur tamen collatio
4 ex prima cauſa ut dicit tex. in d.c.per tuas. † ¶ Secundò
ſic arguo,ubi actum exercens non caret poteſtate,nec uo
luntate,errat tamen in qualitate extrinſeca, ualet actus
ſic geſtus,nec inficitur illo errore qualitatis extrinſecæ.c.
tua,cum ibi not,de ſponſ.ubi ſi contrahentes habent ani
mum contrahendi matrimonium,& unus dixit ſe uocari
Ioannes qui uocabatur Nicolaus, ualet tamen matrimo
nium,quando adeſt intentio,licèt error ſit in nomine.
¶ Tertio ad idem eſt tex.in c.ex parte el ſecundo,de con-
uerſ.coniugat. ubi profeſsio ex cauſa falſa facta ualet &
obligat profitentem, ex quo habebat animū profitendi.
Ita in propoſito,uoluntas epi, qui ſcripſit, & ipſius uica-
rij cōferentis,fuit prouidendi presbytero Ioſeph de dicta
eccleſia,licèt in demonſtratione uacationis, uicarius for
ſan erraſſet. q̃ demonſtratio licèt erronea,non hꝫ uitiare
collationē,per iura prę́miſſa. ¶ Quarto ſic demonſtro,
5 † defectus cauſæ impulſiuę non hꝫ actum uitiare gl.& do
cto.in c.poſt tranſlationem de renunc.& in c.cum ceſſan
te de appe.Sed datu quod hic eſſet defectua cauſæ impul
ſiuæ illa non ſubſiſtente, actus non deſtruetur. nam cau-
ſa finalis ordinarium mouens,fuit prouidere de bono pa
ſtore gregi, & eccleſiæ uacanti. c.ne pro defectu de elect.

unde necatio eſt cauſa finalis, qua prælatus mouetur, &
error huius cauſæ bene inficeret collationem. cap. 1. de
conceſ. præben. Cauſa autem impellens ordinarium, eſt
modus uacationis, ſiue mortis, ſiue reſignationis: defe-
ctus ergo huiuſmodi non habet uitiare prouiſionem, li-
cèt cauſa impulſiua deficeret. Ex quibus concludo, ta-
lem collationem ualere, non obſtante errore in modo
uacandi, ſi aliquis error adeſt. ¶ Modo reſtat reſpon-
6 dere ad contraria. † Non obſtat capitulo ſuſceptum,
quia loquitur in litteris apoſtolicis Papæ ad beneficia.
quæ ſunt ambitioſæ. c. quamuis de præben. in 6. ideò ſunt
ad unguem obſeruandæ, capitulo cui de no. eod. tit. &
libro. Sed quæſtio noſtra uerſatur in ordinario collato-
re, & ipſius litteris, quæ ſunt fauorabiles, & multa expreſ-
ſa uitiant litteras Papæ, quæ non uitiant litteras ordina-
rij, cuius iuriſdictio eſt fauorabilis, & amplianda, ut eſt
glo. approbata pen. in fin. clem. fina. de offic. ordin. Nec
obſtant allegata, ſupra de falſa cauſa in ſententia, quia
loquuntur quando falſa cauſa in ſententia eſt finalis, ſed
hic eſſet falſa cauſa extrinſeca & impulſiua, quæ non ui-
tiat ut ſupra dixi. Et ut detur audacia uerbis meis ita in
terminis conſul. Gemi. in conſi. 52. incip. Vacante cano-
nica, quod eſt repetitum in conſi. 119. ubi poteſt uideri,
qui reſpondet ad omnia, quæ poſſunt allegari in contra-
rium. ¶ Secundò reſpond. ad dictũ capitulũ ſuſceptum.
7 † quia non procedit, quando prouiſio eſſet facta clerico
motu proprio collatoris, quia tunc deberetur benefi-
cium, quocunque modo uacaret non obſtante uno mo-
do uacandi expreſſo. Ita decidit Iap. in dicto capitulo
quem refert & ſequitur Philip. ibi colu. 3. in prima fallen.
Sed dicto presbytero Ioſeph epiſcopus prouidere man-
dauit per litteras ſuas, motu proprio. ergo in litteris pro
uiſionis uenit omnis modus uacandi.

*SVMMARIVM.*

1 *Quando certus ordo a iure uel homine annexus eſt beneficio ſim-
pliciter, puta, ſacerdotij, tunc ualet electio ſeu prouiſio facta
clerico de beneficio, licèt non habeat illum ordinem.*
2 *Valet præſentatio patroni ad eccleſiam curatam, de clerico in
minoribus conſtituto, ſi habeat ætatẽ legitimam ad beneficiũ.*
3 *Et prædicta procedunt etiam ſi certus ſit ordo annexus benefi-
cio ex primæua inſtitutione.*
4 *Limitantur prædicta ut non procedant, quando certus ordo eſ-
ſet annexus actu, ideſt contemporanee cum ipſo actu electio-
nis ſeu prouiſionis.*
5 *Ordo cenſetur annexus beneficio actu, ſi diſpoſitio legis, uel ho-
minis negatiuè loquatur, puta, de non conferendo certo benefi-
cio niſi actualiter conſtituto in ſacerdotio.*

## CONSILIVM CCCV.

ALIAS Reuerendiſsimus Cardinalis Zeno,
tunc epiſcopus Vicentinus in ſuo teſtamen-
to ordinauit conſtrui capellam maiorem in
eccleſia ſua Vicentina, cui etiam pro dote le-
gauit quinquaginta ducatos annuatim dandos uni ſa-
cerdoti eligendo per ſpectabiles deputatos ad utilia ma-
gnificæ communitatis Vicentiæ. qui ſacerdos tenetur
ſingulis diebus celebrare miſſas ſuper dicto altari pro a-
nima ipſius: & ꝙ electio confirmari deberet per epiſco-
pum Vicent. pro tempore exiſtentem. Præfati magnifici
deputati de anno præſenti, & de menſe Septemb. elegerũt
ad dictum altare D. Baptiſtam Saracho, clericum in mi-
noribus ordinibus conſtitutum. Qui de menſe Octobr.
immediatè ſequẽtis fecit ſe promoueri ad ordines ſacros
& presbyteratus ordines, & petijt electionem ſuam per
Reuerendiſsimum ac Illuſtriſsimum Cardinalem de Ro-
dulphis, modernum epiſcopum Vicent. confirmari: qui
recuſauit dicens, beneficium ſeu legatum huiuſmodi in
primæua inſtitutione habere ordinem ſacerdotalem an-
nexum. Nam in dicto teſtamento dicitur, quòd per do-
minos deputatos eligatur ſacerdos, ſed qualitas adiecta
uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi. l. in deli-
ctis. §. ſi extraneus. ff. de noxali. Sed iſte, tempore electio
nis non erat in ſacerdotio, ergo electio nulla. & pro hoc
uidetur glo. in uerbo, annexi, clementina ſecunda, circa
medium in uerſ. nec intelligo de æta. & qualita. in quan-
tum dicit, quia tunc non eſt dare, quòd habeat illud be-
neficium, non habens ordinem annexum. Contrarium
tamen in caſu propoſito abſq; dubio puto uerius, & pro
1 deciſione iſtius dubij conſidero, † quòd quando certus
ordo annexus eſt beneficio ſimpliciter, puta, ſacerdotij,
a iure communi, aut primæua inſtitutione, conſuetudi-
ne, uel ſtatuto, & tunc ualet electio, & confirmatio ſeu a-
lia prouiſio facta clerico in minoribus ordinibus tantum
conſtituto, in ætate tamen legitima ad illud beneficium,
dummodo poſtea electus, proximis ſtatutis temporibus
a iure, faciat ſe promoueri ad huiuſmodi ordinem requi
ſitum. Nam ſatis eſt quòd tempore præſentationis ſeu
electionis, ille ſit aptus promoueri ad illum ordinem.
2 De hoc eſt caſus in capitulo ſecundo de inſtitu. in 6. † ubi
clericus in minoribus legitimè præſentatur per patro-
nos ad beneficium curatum, habens ſacerdotium anne-
xum, & præſentatus ab ordinario debet inſtitui, & ſatis
eſt quòd infra annum præſentatus faciat ſe promoueri
ad ordinem ſacerdotalem annexum. Quem text. not. ibi
* omnes docto. maxi. Philip. in ſecundo not. ¶ Secundò ad
idem eſt tex. in c. ſi pro clericis de præben. eod. lib. quem
poſt alios not. ibi Gemin. & Philip. in ſecundo & ult. not.
& in c. ei cui eod. titu. & lib. idem probatur in cap. cum in
cunctis. §. inferiora ubi do. Anto. in 5. colu. & alij docto.
not. ubi Abb. colu. penult. de elect. & docto. in cap. licèt
canon. per illum text. de electio. lib. 6. et de prædictis eſt
etiam tex. in d. clem. ſecunda. in §. illi, & ibi glo. in uerbo,
3 annexi. in princip. quæ ampliat illum text. † quando be-
neficium uel officium, dignitas uel præbenda haberent
certum ordinem annexum, etiam in primæua inſtitutio-
ne, prout in quæſt. noſtra. nam ualet electio & prouiſio
facta clerico non habenti ordinem annexum, dummodo
ad illum fecerit ſe promoueri infra annum. Quem tex.
cum glo. not. Paul. & Cardi. in prima oppoſ. & ibi Imol.
col. 1. & latiùs fol. ult. ſuper d. glo. ubi etiam dicunt, ꝙ in
dubio, ordo annexus beneficio, cẽſetur per modum apti-
tudinis requiſitus, & non actu, ideſt non contempora-
nee, cum ipſa electione, uel prouiſione. ſed in propoſito
caſu dictæ capellæ, eſt ſimpliciter annexus ordo ſacerdo-
tij, qui ordo intelligitur annexus aptitudine, & non actu
cum ipſa electione, ut probatur in dictis iuribus; ergo
electio de dicto D. Ioanne Baptiſta, tunc temporis cleri-
co, & in ætate habili ad dictum beneficium ualuit, & te-
net. Et ideò confirmanda uenit per Reuerendiſsimum
D. epiſcopum, ut ſatisfiat ordinationi & uoluntati dotan
tis & legantis. ¶ Non obſtat obiectum de quo ſupra
in principio, pro fauore Reuerendiſsimi epiſcopi allega-
4 tum, quia procederet † quando eſſet annexus ordo bene
ficio reſpectu actus, ideſt cumtemporanee, quando fieret
electio ſeu prouiſio de beneficio, nã tali caſu requiritur
ordo tempore electionis ſeu præſentationis, uel prouiſio-
nis, aliàs huiuſmodi electio, præſentatio & prouiſio non
ualerent, & conſequentet non eſſent confirmandæ, & iſta
fuit not. deciſio glo. in d. clem. 2. §. illi in uer. annexi circa
medi. ibi. Nec intelligo de annexione qua non poſſunt
conferri, niſi ei qui ſit in illo ordine. nam iſta prohibitio
negatiua ꝙ, non poſsit conferri beneficium, non haben-
ti illum ordinem, dat modum, ut contemporanee, cum
electione uel prouiſione ordo requiſitus debeat concur-
rere, & non poſtea. quam glo. ponderant ibi. ad hoc D.
Cardin. in prima oppoſi. & Paul. de Leaza. & Imol. folio
ultimo ſuper illa glo. et ibi Boniſac. de Vitali. in dicto §.
illi colum. 2. in 4. quæſt. & Philip. de Peruſ. in d. cap. ſi pro
clericis in ſecundo & ult. not. & colu. 3. ubi bene declarat
prædicta, & ponit exemplum, qñ dicatur requiri ordo tẽ-
pore actus electionis, qñ uidelicet lex uel ordinatio teſta
toris, uel ſtatutum, ordinaſſet, quòd non ualeret electio,
præſentatio, uel prouiſio, niſi actualiter clerico conſtitu
to in ſacerdotio facta reperiretur, & ita in terminis de-
cidit Rot. in nou. deciſ. 3. in principio. incipien. Si ſta-
tutum,

5 tutum,& ponit exemplum huiuſmodi, uidelicet † ſi ſtatu
tum eſſet in aliqua eccleſia de certa præbenda non confe
renda,niſi actualiter in ſacerdotio conſtituto. Quam de-
ciſionem refert & ſequitur Abb in d.§.inferiora col.pen.
ubi ponit idem exemplum de ſtatuto prędicto,& tunc o-
portet,quod tempore collationis ſit ſacerdoa, aliàs non
ualeret collatio,& allegat ad hoc.d.glo.in uerbo,annexi.
quæ ſecundum eum hoc ſubtiliter uoluit, ponderando il
lam,in uer.nec intelligo in uerbis negatiuis . & Abb. ibi
diſtinguit, quando beneficium dicatur habere ordinem
annexum actu,uel aptitudine. Et pro prædictis Abb. alle
gat tex.in c.a multis in princ.de ætat.& qualit.ubi. l.ne-
gatiuè diſponit , ut nullus in epiſcopum eligatur niſi in
ſacria ordinibus fuerit conſtitutus , & ſic ibi requiritur
ordo ſacer actu,ideſt tempore electionis.Sed in caſu pro-
poſito in teſtamento & ordinatione dicti Cardinalis Ze-
no,ordo ſacerdotij non fuit annexus beneficio,per huiuſ-
modi uerba negatiua ſeu annullatiua electinnis prout lo
quitur d.glo.in uerbo,annexi,& doct.qui illam ubique ſe
quuntur . Ergo huiuſmodi electio de D. Ioanne Bapt. eſt
ualida,ideò uenit confirmanda.

Ioannes Bapt.Ferr.I.V.D.Paduæ legem ordinariam.
Iuris canonici de mane . anno domini. 1544. de
menſe Decembr.

*SVMMARIVM*

1 *Qui in teſtamento uel acceptilatione , per uerba generalia libe-
rat debitores ſuos nihil facit,niſi aliunde doceatur de ſolutione.*
2 *Generalis liberatio uel renunciatio uidetur erronea , niſi probe-
tur certa ſcientia .*
3 *In contractibus quodlibet uerbum habet ſuam efficaciam,& de-
bet adimpleri .*
4 *Clauſula inſtrumenti,quod talis ex certa ſcientia promittit, tol-
lit exceptionem erroris, & indebita promisſionis .*
5 *Verba generaliter prolata ſunt cum effectu intelligenda .*
6 *Tranſactio non extenditur ad incognita , niſi ſpecialiter ex-
primantur .*
7 *Clauſula inſtrumenti,quòd talis non ui,dolo,uel metu,ſed ſponte
& de certa ſcientia,quid operetur.*

## CONSILIVM CCCVI.

QVæritur utrum conuentus & fratres S. Mat-
thię teneantur præſtare D.Aloyſio Nigro pi-
ſcationes,molendina, & iactus lignorũ pro-
ut illi promiſerunt,ut conſtat in inſtrumento
inter partes celebrato de anno 1541.die x.Decembris.&
prima facie uidebatur dicendum ꝙ non,per not. Bart.in
1 l.Aurelio.§.Caius col.fi.ff.de liber.legat.ubi tenet,† ꝙ ſi
aliquis confiteatur in ultima uoluntate,uel in inſtrumẽ-
to acceptilationis,ſibi fuiſſe plenariè ſatisfactum de om-
nibus creditis,& conſequenter liberat debitorem ; ꝙ iſta
uerba non inducunt liberationem , niſi probetur realis
ſatisfactio,& adducit rationem.quia illa uerba uidentur
appoſita per notarium magis ad ſollennizandum acce-
2 ptilationem quàm ꝙ hoc ſit uerum. † ¶Secundò ad idẽ,
quia iſta promisſio ita generalis , uidetur facta per erro-
rem,ſi comprehendat ea quæ non exiſtebant in bonis di-
ctæ abbatiæ de Lemo , ut probatur in l.ſed & ſi quis.§.fi.
ff.ſi quis caut.Sed piſcationes,molendina & iactus ligno
rum fuerunt poſita & promiſſa in uerbis generalibus in-
ſtrumenti,ibi,nemorib.paſcuis,piſcationibus,uenationi-
bus,molendinis,lignorum iactibus, decimis & alijs iuri-
bus & pertinentijs &c. ¶Contrarium tamen de iure ue-
riua eſſe puto,primò per not.dictum Bald.in rubri.C.de
3 contrah.empt.in 9.q.ubi dicit.† ꝙ in contractib.nedum
clauſula,ſed etiam quodlibet minimum uerbum, non de
bet eſſe ſine uirtute aliquid operandi. l. ſtipulatus . ff. de
uſur.l.in lege.ff.de contrah.empt. quod dictum quotidie
celebretur per ſcribentes. Sed conuentus & fratres per
ſuum ſyndicum dederunt in emphytooſim D.Aloyſio pi-
ſcationes, molendina, & iactus lignorum ; ergo tenẽtur
ad promiſſa tradendum,ſi poſſunt,aliàs in id quod inter-
eſt dicti D.Aloyſij huiuſmodi non fuiſſe tradita . l.j.ff.de
action.empt.cum ſimilib. ¶Secundò ad idem allego di-
ctum Bald.in l.mater colu.2.C.de rei uendic.in uer.quid
4 ergo ubi dicit , † quòd ſi notarius in inſtrumento dicat
quòd Petrus ex certa ſcientia conſenſit uel promiſit , uel
quid ſimile ,creditur notario nec ſtatur contradictioni
Petri. & mouetur quia ipſe contrahens cum eſſet præſena
uidetur confiteri omnia narrata per notarium eſſe uera.
ſi enim talia uerba ſibi diſplicebant, uel ſalſa erant, de-
buit contradicere,l.filius.ff.ad Macedon.l.optimam . C.
5 contrah.ſtipul. ¶Tertiò ad idem. † quia uerba ita gene-
raliter prolata, ſunt generaliter intelligenda,ut effectum
operentur l.pluribus.ff.de acceptil.l.j.§.generaliter.ff. de
legat.præſt.& intelliguntur cum effectu, ne ſint ſuperflua
l.j.§.Hęc autem uerba.ff.quòd quiſque iur.ibi uerba cum
effectu accipimus , non uerbotenus . Quartò prædicta
confirmat Bald.in l.pactum quod dotali.14.15. 16.quæ-
ſtio.C. de collat. ubi dicit . Conſulo quòd caueant ſibi
contrahentes, quòd in inſtrumentis non utantur uerbis
generalibus, ne ex effuſo ſermone incidant in periculum.
l.ſi.in fine.C.de dot.promiſ.& dicit Barto. in dicta l.Au-
relio.§.Caius colu.fina.quem refert & ſequitur Alexand.
6 in conſi.21.Viſo colu.3. lib.2. † Quòd licèt alias tranſa-
ctio non porrigatur ad incognita , tamen fallit , niſi uer-
ba contrahentium hoc dictarent . per l. cum Aquiliana.
ff.de tranſact. ſed in quæſt. propoſita uerba de piſcatio-
nibus & de molendinis, & de iactibus lignorum ſunt ma
niſeſta & expreſſe promiſſoria & obligatoria ; ergo ſuum
debent operari effectum , ſtante maximè iuramento , de
quo in inſtrumento, quod obligat pręcisè contrahentea
ad omnia & ſingula promiſſa in inſtrumento, ut habetur
in c.1.& in c.peruenit de iur.iuran.& not.Io.Andr.& Ar-
chid.in c.2.de pact.in 6. ¶ Quinto ad prædicta moueor
per tex.& ibi not. in c.qui ad agendum de procur. in 6. &
in cle.non poteſt de procur.& in l.ſed & ſi quis. §. quæſi-
tum.ff.ſi quis caut.ubi probatur.& not. quòd uerba ge-
neralia poſita in contractu,quæ ſequuntur clauſulam ſpe
cialem, trahuntur ad omnia requirentia ſpeciale manda
tum, dummodo non ſint maiota expreſsis. Vnde inſero,
quòd ſi comprehenſa ſub generalitate uerborum ex men
te contrahentium omnia debent obſeruari ac ſi eſſent ſpe
cificata : quanto magis in quæſtio.noſtra debent fratres
& conuentus adimplere illa quæ expreſsè promiſſerunt .
¶Non obſtant contraria , nam Barto. in dicto §. Caius
columna fina. loquitur in ultima uoluntate , & in acce-
ptilatione , in quibus ſpeciale eſt, quòd uerba genera-
lia non operentur . Vbi ſoluit hoc contrarium, & allegat
rationes, ut ibi per eum . Præterea contrarium loquitur
de comprehenſia ſub clauſula generali in illis duobus
caſibus . Sed in quæſtio. propoſita ſpecialiter fit mentio
de piſcationibus , molendinis , & iactibus lignorum .
¶ Non obſtat ſecundum quia tollitur per not. Barto. in
dicta l.ſed & ſi quis.§.fina.& in l.finali.§. idem quæſijt.ff.
* de conditio.indeb.quem ſequuntur * communiter doct.
7 ubi tenet † quòd quando in inſtrumento adeſt clauſula ,
quòd non ui, dolo, uel metu nec per errorem , ſed de cer
ta ſcientia & animo deliberato & ea partes ipſæ promiſe-
runt, tunc non poteſt allegari aliquis error , nec indebi-
tum, ſed obligatio eſt preciſa , quæ excludit exceptio-
nem erroris & indebiti . Sed in inſtrumento de quo agi-
tur adeſt clauſula prædicta , & etiam alia renunciatio-
nis erroris & cõdictionis indebiti . Ex quibus concludo
monaſterium & fratres teneri ad omnia & ſingula pro-
miſſa, & expreſſa in inſtrumento ſi tradi poſſunt, aliàs ad
id quod intereſit præfato domi. Aloyſio ipſa non fuiſſe
tradita .

*SVMMARIVM.*

1 *Non ualet conſenſus vicarij epiſcopi, ſine ſpeciali mandato quod
Metropolitanus cognoſcat de negotio, omiſſo appellationis ar-
ticulo.*

2 *Appellatio informis a grauamine, non deuoluit articulũ ad Me-*
*tropolitanum niſi de conſenſu partium, et de cõſenſu diœceſani.*
3 *Vicarius epiſcopi generalis, deferendo appellationi informi, ab*
*interlocutoria ad archiepiſcopum non deuoluit, ſine ſpeciali*
*mandato.*
4 *Delatio appellationi, ſi & in quantum de iure regulatur a iure,*
*utrum deuoluat, & priuet deferentem iuriſdictionem.*
5 *Quod procedit etiam ſi apoſtoli ſint ſimpliciter reuerentiales,*
*quia regulantur a reſponſione iudicis, quia ſunt relatiui ad pro-*
*ceſſum. Et relatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatib.*

## CONSILIVM CCCVII.

1 CONCLVSIO * communis doctorum † quę
habetur in c. Romana in princ. de foro cõpe.
in 6. ꝙ Metropolitanus non poteſt cognoſce-
re de negotio principali omiſſo appellatio-
nis articulo de cõſenſu partium, etiam ſi uicarius epiſco-
pi, a quo appellaret ſine ſpeciali mandato detuliſſet, pro-
cedit etiam in cognitione appellationis ab interlocuto-
2 ria, eiſdem rationib. † Nam ſi appellatio eſt informis, quia
ſine ſcriptis, & cauſarum expreſſione, eſt nulla, & non de-
uoluit. c. 1. de appellationib. in 6. Nec delatio huic appel-
lationi facta per uicarium ſine ſpeciali mandato ſuffra-
ganei, dat iuriſdictionem archiepiſcopo, ut ſine appella-
tione inter clericos ſubditos diœceſani cognoſcat, ſed re-
quiritur conſenſus ipſius epiſcopi. c. ſignificaſti de foro
compe. & probatur in d. c. Romana, per quæ iura mouen-
tur ibi doct. & Inno. & Gemi. in d. c. 1. §. poſt hoc, & ſic in
3 utroq; caſu militat eadem ratio decidendi; † ergo delatio
uicarij Concordienſis, etiam ſi fuiſſet ſimplex, non de-
uoluiſſet articulum uicario domini Patriarchæ Aquile-
giæ, quia carebat mãdato ſpeciali; ſicut non deuoluebat
negotium principale: & ad hoc eſt deciſio Gemi. in d. c.
Romana in ult. not. & in 1. q. ubi dicit, quòd archiepiſco-
pus non poteſt adiri per uiam quærelæ per ſubditos ſuf-
fraganei, ſine ipſius conſenſo. Secundo dicit, ꝙ iſti ſubdi-
ti non poſſunt coràm archiepiſcopo litigare, etiã de con-
ſenſu uicarij generalis, per illum tex. Qui requirit conſen-
ſum epiſcopi. Noto uerbum illud, litigare, quod uerifica-
tur in cognitione articuli & negotij principalis. Tertiò
dicit Gemi. ꝙ ſi diœceſanus detuliſſet appellationi ad ar-
chiepiſcopum interpoſitæ, ꝙ poterit cognoſcere de nego-
tio omiſſo articulo, quia per delationem adeſt uoluntas
epiſcopi, ex quibus concludo, quod uicarius Metropoli-
tani bene pronunciauit, etiam ſi uicarius Concordienſis
appellationi ſimpliciter detuliſſet, ex quo appellatio pec-
cabat in forma, & ipſe uicarius nõ habebat ſpeciale man-
datum. Nec prædictis obſtat deci. Gemi. in d. §. poſt hoc:
quia, dum loquitur de iudice deferente appellationi in-
formi, per quam delationem facit Metropolitanum iudi-
cem, ut eſt deciſ. Bal. in l. poſt ſententiam. col. 2. C. de ſent.
& inter. om. iu. & Alexan. conſi. 2. conſideratis. circa finẽ
lib. 3. & ſequitur Iaſ. in l. patre furioſo. col. 3 ff. de his qui
ſunt ſui, debet intelligi, de epiſcopo deferente, & nõ de ui-
cario, per iura quæ ipſe allegat, in d. c. ſignificaſti. & cap.
Romana, quę allegat ibi Inno. ſuper quo fundatur Gemi.
qui Inno. in d. c. cordi col. fi. loquitur expreſsè de cogni-
tione articuli appellationis, & requirit delationem ſuffra-
ganei per tex. in d. c. Romana. Nec deciſ. Rot. 385. in no.
quam allegat Gemi. facit contra prædicta, quia loquitur
de appellatione informi interpoſita ad Papam, & prædi-
cta procedunt, etiam ſi uicarius ſuffraganei purè detuliſ-
ſet appellationi. Sed fuit prout de iure, ſed cum fuerit nul-
la & informis non deuoluit. d. c. cordi, & c. cum appella-
tionibus de appellationibus in ſexto. Nec obſtat ꝙ ille
4 dederit apoſtolos, † reuerentiales quia regulantur a de-
latione, quę fuit, ſi & in quantum de iure. quod probo, quia
ſtatim in eademmet reſponſione, quam detulit ſi, & in
quantũ, ſubiunxit, & apoſtolos reuerentiales obtulit &c.
Nec eſt præſumptio ꝙ quis incõtinenti ſe corrigat, & mu-
tet uoluntatem. Bal. in l. pe. in fi. C. per quas perſonas no-
bis acqui. c. maiores de bapti. Ad idem, nã apoſtoli ſunt
teſtimonia geſtorum per iudicem & relatiui actorum, ut
5 conſtat ex ipſorum tenore. † Sed relatio intelligitur fa-
cta cum omnibus ſuis qualitatib. quia relatum eſt in re-
ferente. l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudi. l. ſi ita ſcripſe-
ro. ff. de con. & demo. l. aſſe toto. ff. de hæredib. inſti. l. inſti-
tutio talis. ff. de condi. inſti. cum alijs, ut ad hoc congerie
Deci. conſ. 538. col. 7. & conſ. 539. In inclyta. col. 3. lib. 3.
ergo reuerentiales habent in ſe illam reſponſionem con-
ditionatam, ex quo ſequitur ꝙ huiuſmodi delatio etiam
ſi fuiſſet facta per epiſcopum, non deuoluiſſet ad metro-
politanum quia regulatur a iure, ſecundum Ange. conſi.
217. in cã appellationis. col. 3. uer. Nec obſtat. Rom. cõſi.
501. ut declarationem, col. 2. cum ſimil. ut per Maria. So-
ci. iuniorem. conſ. 18. Viſis. col. pe. nu. 15. lib. 1. & not. eſt,
ꝙ iſtamet difficultas fuit mota & propoſita coram uica-
rio metropolitano Vtini. Nam pro parte d. plebani, dice-
batur, appellationem informem non deuoluere, ut patet
in illo proceſſu fol. 39. Appellantes uero dicebant, illam
deuoluere, quia illi delatum, propter apoſtolos reueren-
tiales, ut patet in ſua appellatione interpoſita a dicto ui-
cario metropolitano. fol. 54. & etiam auditor tunc legati
iudex in cauſa, dedit hoc dubium ſignanter, ut patet per
polizam manu ſua ad me trãſmiſſam in ſecundo dubio,
ſuper quo fuerunt latæ tres conformes quæ ſunt exequen-
dæ. cle. 1. de re iudi. ut tenet Alex. conſ. 85. Viſis col. pen. l.
ij. nec in hoc iudicio, deuolutionis, uel non deuolutionis
notari poteſt nullitas, ſed tantum iniuſtitia. ita Inno. in
d. c. 1. col. fi. de appellationib. in 6. unde ex quo uicarius
Aquilegiæ metropolis, cognouit, utrum ſua eſſet iuriſdi-
ctio, quod potuit. c. ſuper litteris, de reſcript. & iudicauit
ſuam non fuiſſe, & ſuper hoc extant tres conformes, illis
ſtandum eſt, quia faciunt ius inter partes ut ibi Inn. dicit.

### SVMMARIVM.

1 *Scientia, uel ignorantia probatur per iuramentum.*
2 *Appellatio tollit præſumptionem ſententiæ.*
3 *Decreta copia, non data, nec oblata, nec aliter intimata procura-*
*tori uel domino non arguit ſcientiam.*
4 *Sententia lata ad conſilium ſapientis, poteſt retractari etiam ſi-*
*ne appellatione per alios peritos.*
5 *Clauſula, ſine præiudicio rei iudicatæ, uel parito prius iudicato,*
*regulatur a iure, ut tunc demum exequatur, ſi ab illa non ſit*
*appellatum.*

## CONSILIVM CCCVIII.

1542. Die prima Aprilis, lata fuit ſententia contra D. Ma-
riam, in abſentia ſui procuratoris, Die 12. Maij procura-
tor iudicialiter, allegat ignorantiam ſententię, & petit de-
cerni ſibi copiam illius, quam iudex decreuit ſibi dari.
Quæ copia non fuit unquam intimata. d. procuratori.
Qui die 23. Iunij appellat ab illa ſententia infra x. dies a
die notitiæ, & ita iurat, & eſt bona appellatio. Die 28. Iu-
nij, iudex defert appellationi quatenus ſit in tempore, &
aſsignauit reuerentiales. Quæritur utrum ſententia illa
tranſiuerit in rem iudicatam. Valet appellatio infra. x.
1 dies, a die notitiæ ſniæ, cum iuro appellantis. † Quia quę
conſiſtunt in aĩo probantur per iurm, niſi aliter de ſciẽtia
doceat. c. fi. qui matri. accu. poſ. gl. 3. in c. ſignificaſti. pri-
mo de homi. & ita dicunt Ang. & alij in l. a ſnia in fi. prin-
cipij. ff. de appellationib. & Feli. poſt alios, quos refert in
c. cum ſuper col. 3. de re iudi. quæ appellatio ſuſpendit ſen-
tentiam & executionem. c. uenientes in fi. de iu. iuran. l. 1.
2 uer. integer. ff. nil nouari appellatione pen. † & appellatio
tollit præſumptionẽ ſnię, ut not. doct. in c. in præſentia de
* renun. & in c. qm̃, de proba. & eſt * cõis opinio. † Nec de-
3 cretum copiæ arguit ſciam, ex quo non fuit procuratori
legitimè intimata cle. cauſam de ele. c. cõtentationi, & ibi
gl. in uerbo, ſciuerit, ubi docto. de appell. in 6. & declarat
Alex. in cõſ. 95. Viſis. col. pe. l. ij. & Iaſ. in l. 1. col. 2. ff. de eo
per quem fa. er. & dicit Feli. in c. ex rõne in 1. not. de app.
ꝙ antequam quis habeat copiam de ſententia, & notitiã
illius, non currunt ſibi x. dies ad appellandum. ex quibus
cõſtat, quod ſentẽtia illa appellata, non meret executionẽ.
Nec

Nec obſtat ſnĩa lata per plebanum.S.Panthaleonis ad cõ
ſilium ſapientis,qui pronunciauit illã ſniam tranſiuiſſe in
rem indicatam,& exequendam fore,quia fuit ab illa legi
4 timè appellatum,quæ appellatio pendet indeciſa. † Im-
mo de ſententia lata ad conſi.ſapientis,etiam citra appel
lationem,poteſt quæri de iniuſtitia,ut not.Do.Ant.& alij
communiter ſequuntur in c.propoſuiſti de probat.
¶ Non obſtat concordia aliàs facta inter partes de qua
opponit aduerſarius,quia reſpondeo, quòd in inſtrumen
to adeſt clauſula,pro ut de iure,a quo regulantur omnia,
5 in illo contenta.† Nec obſtat clauſula poſita in reſcripto,
ſine præiudicio rei iudi.quia illa recipit interpretationẽ
a iure communi,ut ſententia non mereatur executionem
ſi ab illa fuerit appellatum,ſed tunc demum ſi in rem trã
ſiuit iudicatam l.reſcripta.C.de pre.impe.offe. c. cauſam
quę de reſcri.cum ſimi.ubi per Feli.col.7.uerſi.interpre
tatio,& eſt in terminis deciſio. Roma. in conſi.334.circa
primum,ubi conſuluit,quod clauſula,parito prius iudica
to,poſita in commiſione Papæ pro executione ſententiæ,
reſoluatur pro ut de iure, ſi prius conſtiterit legitimè de
re iudi.ſecus ſi pendeat appellatio,& ibi allegat plura iu-
ra,& rationes,ubi eſt uidendum.

## SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur de gremio eccleſiæ.*
2 *Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius commune.*
3 *Per binas uices inducitur conſuetudo.*
4 *Valet conſuetudo, etiam ſi non ſit obtenta in iudicio contradi-
ctorio.*
5 *Conſuetudo,quæ impedit obſeruantiam legis ualet etiam ſi non
ſit præſcripta.*
6 *In eccleſia uacante præſumuntur eſſe clerici idonei ad dignita-
tem uacantem.*

## CONSILIVM CCCIX.

IN cauſa tituli ſubdiaconatus eccleſiæ S. Ra-
phaelis,principalis difficultas conſiſtit,Nun-
quid presbyter Matthæus tempore electionis
ſuæ ad illum titulum, factæ per capitulum d.
eccleſiæ fuerit de gremio eiuſdem.Et prima facie uideba
tur dicendum quod non,& hoc per quandam cõſtitutio-
nem factam per Reuerendiſsimum D. patriarcham die
ultimo menſis Iulij.1538.regiſtratam in proceſſu,qua ca-
uetur,quod electio nõ ualeat,niſi ſit facta gradatim,& de
clerico, qui ſit de gremio dictæ eccleſiæ. Et declarat qui
clerici dicantur eſſe de gremio. quæ qualitates ibi requi
ſitæ non concurrunt in perſona presbyteri Matthæi.
¶ Secundo,ad idem, per partem opponentem productæ
ſunt litteræ Clemẽtis Papę vij.ſub bulla,regiſtratæ in pro
ceſſu,in quibus dicitur,quòd electio clericorum in eccle-
ſijs collegiatis Venetiarum ad titulos, & fiant de clericis,
qui ſint de gremio ipſarum,iuxta conſtitutiones patriar-
chales,& in ipſis litteris adeſt decretum irritans. ſed iſte
presbyter Matthæus non uidetur tempore ſuæ electio-
nis fuiſſe de gremio.d.eccleſiæ ſed alterius,uidelicèt.S.Ni
colai; quia ut dicitur,quando fuit promotus ad ordines,
uocatur clericus ſancti Nicolai; ergo de gremio illius di
citur,ut expreſſè deciditur in d.conſtitutione patriarcha-
li. ¶ Quibus tamen non obſtantibus contrarium puto
uerius,rationibus infraſcriptis. Et primò,quia iſte ſacer
dos fuit electus per capitulum tanquam de gremio eccle
ſię ſancti Raphaelis,& ita reperitur notatum per publicũ
inſtrumentum regiſtratum in proceſſu primæ inſtantiæ
ſol.1.& hoc in præſentia capituli, & aliorum clericorum,
qui fuerunt balotati,inter quos aderat presbyter Hanni-
bal aduerſarius opponens,qui tunc tacuit: quo fit ut ſibi
præiudicauerit,ita ut non debeat admitti huiuſmodi op
poſitio,ex quo fuit per omnes tacite approbatus de gre-
mio illius eccleſiæ per tex.& ibi not.in c.ex ore,ubi glo.in
uerſi.renunciaſſe, quæ ad hoc allegat illum tex.& multa
iura adducit,de his quæ fiunt a maio.par.cap. & ibi not.
Docto.maximè.D.Ant.in 3. & ult. opp. qui tenet per illũ
tex.cum gl.quòd tacitus conſenſus aduerſarij in materia
electionis,ſibi præiudicat,& ualidat actum. ¶ Secundo,
ad idem facit,quia uerba illa, tanquam de gremio illius
eccleſiæ prolata per notariũ,etiam ſi ſint enunciatiua,prę
iudicant partibus præſentibus, & tacentibus per l. opti-
mam.C.de contrha.& commit.ſtip. ¶ Tertio hoc probo
1 † Quia iſte presbyter Matthæus electus, per ſeptem annos
continuos inſeruiuit eccleſiæ ſancti Raphaelis in diuinis
officijs,& in ſacramentis parochianis exhibendis, maxi-
me in confeſsionibus audiendis,ut dicunt quaſi omnes te
ſtes,etiam pro aduerſario examinati. ¶ Quarto,per hoc
facit,quia ipſe receſsit ab eccleſia ſancti Nicolai,& ſe to-
tum tranſtulit ad eccleſiam ſancti Raphaelis,ita ut de iu-
re debeat dici de gremio ipſius eccleſiæ per not. in c.nul-
lus.61.diſt.ubi D.Præp.Alex.not.ſuper gl.1. quod illi ſunt
de gremio unius eccleſię qui reſident in eadem,& appella
ri poſſut confratres,ſecus ſi habitent:& ſe exerceãt in alijs
eccleſijs.Ad idem eſt glo.in c. requiſiſti in uer. quanta.de
teſta.pro quo etiam facit text.in c. cũ inter canonicos de
ele.ubi habetur,quòd electio dicitur fieri de gremio ec-
cleſiæ quando fit de clerico in illa reſidente. Ex quibus
fundata eſt intentio electi,de iure communi. ¶ Non ob-
ſtat contrarium de conſtitutione patriarchali, quia illi
2 multipliciter reſpond.Et primò, † quia reuerendiſsimus
D.Patriarcha decernẽdo,qui clerici dicantur de gremio,
non potuit ſtatuere cõtra ius commune.c.quod ſuper his
de maio.& obedi.& ibi not.& Calde.in conſi.14. Nun ua
let.de conſt.damnat ſtatutum epiſcopi, quo cauebatur,
quod non habens ordinem diaconalem careret uoce in
cap. contra ele. ut hi qui de æta. & quali. Et quòd nullus
reciperetur in canonicum,niſi omnes de capitulo conſen
tirent,contra c.primum de his.qu.fiunt a maio. par.c. Et
quia iſta conſtitutio non ualet, Clemens Papa.vij. in ſuis
litteris regiſtratis in proceſſu ſecundæ inſtantiæ, ſtatuit,
conſtitutiones patriarchales eſſe ſeruandas, ſi a procura-
toribus cleri Venet.approbatæ fuerint,& cõſuetudine utẽ
tium oſſeruatæ. Nam quod omnes tangit debet ab om-
nibus approbari.c.quod omnes de reg.iur.in 6. Et lex nõ
firmata moribus utentium,non ligat.§.leges.4. diſtin. Et
eſt gl.celebrata.in c.1.de treu. & pa. Sed conſtitutio iſta
non apparet admiſſa per clerum, nec eius procuratores,
ergo non ligat: quinimmo apparet ſeruatum contra-
rium, ut conſtat per binas litteras in ſecunda inſtantia
3 productas, per binas uices, † quæ inducunt conſuetudi-
nem etiam in extraiudicialibus,ut not.Bart. in l. mella.§.
1.ff.de ali.& ciba.leg.& Albe. in l. de conſuetudine. ff. de
legi.& Abb.in conſi.73.circa primum.col.fi.lib.2.ubi de
4 cidunt, † quòd ad ualidandam conſuetudinem non eſt
opus quòd ſit obtenta in iudicio per tex. in l.ſed ea. ff. de
legi.& in.c.cum dilectus de conſuet.& in §.ex non ſcripto
5 inſti.de iur.natu. † Nec requiritur quòd ſit præſcripta, cũ
non ſit derogatoria legi,ſed impeditiua obſeruantiæ con
ſtitutionis patriarchalis. & ita decidunt But. Car. &
Imo.in d.c.1.de treu.& pa.col. fi. quos refert, & ſequitur
Deci.conſi.11.col.9.uerſi.3.reſponde. Quòd modo ſit ſer
uatum contrarium,colligitur ex eo,quia presbyter Lucas
Ragno poſt illam conſtitutionem, & litteras Clementis,
fuit de anno.1539.electus ad titulum diaconalem in ec-
cleſia ſancti Nicolai,qui tamẽ erat de eccleſia Sancti Ra
phaelis,ut patet per litteras ſuorum ordinum in proceſſu
ſecundæ inſtantiæ: Et de titulo diaconali in eccleſia ſan-
cti Nicoli conſtat per litteras prouiſionis. probatur etiã
per alias litteras in eodem proceſſu,in quibus conſtat de
electione facta de presbytero Marco Muſchatelo, & eius
confirmatione ad ſubdiaconatum in eccleſia ſancti Syl-
ueſtri: & tamen per litteras ſuorum ordinũ dicitur, quòd
erat clericus de eccleſia ſancti Bartholomæi,ut in proceſ-
ſu conſtat. Nec.ob. præmiſsis quædam reſponſio partis
aduerſæ,quòd hæc facta fuerunt, quia in illis duabus ec-
cleſijs non fuerunt inuenti clerici idonei, & ideò de alijs,
aliarum eccleſiarum facta fuit electio:quia iſta reſponſio
eſt contra tex.in c.obitum,& in c.nullus.61. diſt. per quæ
6 iura D.Præpo.Alex.in d.c.nullus in 2.not.dicit, † nota ꝙ
in eccleſia uacante præſumuntur adeſſe clerici idonei ad
titulum

titulum uacantem, de quibus poſsit fieri electio, niſi contrarium ſit probatum. quod aduerſarius non fecit.

¶ Ex quibus omnibus conſtat, quòd electio, de qua agitur fuit legitima de presbytero Matthæo idoneo ſcientia, moribus, & ætate; quia non conſtat de contrario; & de gremio eccleſiæ ſanti Raphaelis ſecundum iuris communis diſpoſitionem, quod ſufficit: & ideò uenit confirmanda, & pronunciandum male fuiſſe iudicatum in prima inſtantia per ordinarium, & bene ab eo appellatum non obſtante conſtitutione illa patriarchali, quæ eſt nulla: & ēt quia non fuit approbata per procuratores cleri, nec de conſuetudine obſeruata. Nec obſtant quædam alia obiecta, quia non apparent in proceſſu probata. ¶ Verũ quia fuerunt per Reuerendum iudicem tria dubia propoſita, ideò pro reſponſione adduco tex. in cap. Cataninſis. 61. diſt. per quem Lau. Archidia. & Car. de Tur. crc. quærunt, quis dicatur de clero, ſiue de eccleſia: & dicunt illum, qui ibi habet domicilium: Sed Matthæus electus ultra domicilium, continuam in ea a ſeptem annis citra fecit reſidentiam; ergo dicitur de eccleſia ſancti Raphahelis, & in eo uerificantur nerba conſtitutionis Andreæ Bondumerio patriarchæ, & litterarum Clemẽtis; Quod de gremio fiat electio. Ad idem allego tex. & ibi not. per docto. in c. cũ in iure de ele. & not. per Io. And. Car. & Imo. in d. c. requiſiti ſuper gl. in uer. quanta de teſta. in eorum diſtinctione, ſaluando gl. a contrarijs. Non ob. c. illud. 77. diſt. & in d. c. nullus. 61. diſt. quia loquuntur de promouendis ad epiſcopatum: ſed qui dicantur de gremio, nullum ſit ibi uerbũ: & ſuper hoc uerſatur quæſtio noſtra. Quæ iura non procedunt in electione plebanorũ, nt patet ex bulla Clemẽtis, in qua ponuntur qualitates, quibus eligendi in plebanos debeant eſſe ornati. Nec requirit quòd tranſitum fecerint per omnes illos gradus, de quibus in dictis. c. Nam in plebanos poſſunt eligi ſacerdotes etiam de alienis eccleſijs; ut quotidie ſeruatur. ¶ Circa ſecundum dubium de d. c. ex ore, reſpondendo, dico, quòd illi B. pro quo Papa ſcripſerat, erat ius quęſitum, tantum in ſpe, ut probatur in c. dilectus ſecundo de præben. ubi Abb. io 1. & 2. not. & in c. ſi ſoli de conceſ. præb. in 6. quam ſpem habebat Hannibal ex balotatione fienda de perſona ſua, & ſic. q. noſtra, in hoc, uerſatur in terminis. d. c. ex ore. Nec obſtat quòd in caſu noſtro, Hannibal non fecerit aliquem actum poſitiuum, ex quo arguatur conſenſus, pro ut fecit. B. in d. c. ex ore: quia reſpondetur, quòd etiam ſine actu, ex ſola taciturnitate, aliquis ſibi pręiudicat, ut in terminis dicit ibi D. Ant. in 3. oppo. & col. fi. poſt gl. in uerſi. oppono. Et de hoc eſt tex. clarus in c. 1. §. præterea, quibus mo. ſeu. amittatur. Nec obſtat, quòd forſan Hannibal ignorabat, utrũ Matthæus eſſet de illa ſancti Raphaelis, uel de alia eccleſia ſancti Nicolai: quia hanc ignorantiam non poteſt allegare, ex quo illa ſancti Nicolai eſt uicina huic ſancti Raphaelis, & eſt notorium, quòd Matthæus fuerat clericus in illa ſancti Nicolai. c. quoſdam, & c. quanto de præſum. c. quod dicitis. 16. diſt. c. cum in tua, qu. matri. æccu. poſſ. ergo ſequitur, quòd tacẽdo quando notarius in inſtrumẽto electionis nominauit Matthæum de gremio ſancti Raphaelis ſibi præiudicauit. ¶ Circa tertium de conſuetudine, dico conſuetudinem eſſe probatam per duas uices, ideò ſtant argumenta pro Matthæo. & quatenus eſſet cõtra ius, tunc dico ad magis firmandam hanc conſuetudinem præſcriptam, produximus alias plures litteras, & bullas electionum ad huiuſmodi titulos in eccleſijs. de clericis aliarum eccleſiarum: & certi iuris eſt, quòd ex inſpectione multorum inſtrumentorum, notoria conſuetudo habetur, quæ probatione non indiget, ut dicit Bald. in l. j. col. fi. uerſi. ſed hic quæro. C. ad Velle. Et per Deci. in d. cõſi. 11. col. 8. uer. ad hoc fundamentum. Et ſi D. V. Reuerenda uult latius inueſtigare ueritatem huius conſuetudinis, poterit cum iuramento examinare plusquam 20. clericos, qui fuerunt electi ad huiuſmodi titulos, cum tamen prius fuiſſent de alijs eccleſijs; dummodo tempore electionũ inſeruierint in eccleſijs in quibus fuerunt electi,

## SVMMARIVM.

1 *Qui fundat intentionem ſuam ſuper titulo beneficij, tenetur per litteras, & non per teſtes probare titulum, niſi in certis caſibus. & nu. 2.*

3 *Solo uerbo gratia perficitur, ſed ad probationem requiruntur litera.*

4 *Confeſsio aduerſarij non probat titulum, ſed colorat poſſeſſionẽ, ut reſtituatur ſpoliatus.*

4 *Palatium non adiudicat beneficium petenti, licèt aduerſarius cõfiteatur titulum.*

6 *Per inſtrumentum locationis non probatur titulus etiam contra conductorem, maximè in damnum tertij.*

7 *Nec etiam probatur poſſeſſio locantis, cui non fuit ſolutus affictus, & ſic duo requiruntur, inſtrumentum, & ſolutio penſionis.*

## CONSILIVM CCCX.

IN cauſa de Parlatoribus, Reuerende ac excellentiſsime domine, intentio presbyteri Aloyſij de Parlatoribus, qui agit ad penſionem, ſibi debitam, quia alias ſibi fuerit prouiſum de eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ de Planetijs, ex cauſa permutationis, & quòd illam poſſederit, & eãdem poſtea reſignauerit in manibus ordinarij, & quòd ex illa reſignatione fuerit ſibi conſtituta penſio, non apparet fundata; quia beneficia eccleſiaſtica licitè non obtinentur ſine canonica inſtitutione a legitimo ſuperiore c. 1. de regulis iuris lib. 6. cum ſimi. ut ibi per gl. & Petr. de Anch. poſt an
1 tiquos in 8. q. dicit, † quòd qui fundat intentionem ſuam ſuper titulo beneficij, & illud non poſsidet de præſenti, tenetur docere de titulo ſuper quo fundatur intentio ſua. Idem not. Inno. Hoſt. & Ioan. Andre. in c. illud de præſumtionibus, & in c. inuotuit, de eo qui fur. ord. rece. Nam de proprio titulo quis tenetur docere, licèt non de titulo ſui autoris, Lap. allegatione. 89. col. 7. cum ſimil. Nec gratia beneficialis probatur teſtibus, niſi in tribus caſib. de quibus per modernos in Rubrica de conſti. col. 3. ubi Feli. in quibus præſupponuntur litterę ſuper gratia perfectæ, iuxta notata per D. Ant. Abbatem, & Felin. in c. poſt ceſsio-
2 nem de proba. ubi decidunt † qualiter probetur collatio epiſcopi per litteras ſuo ſigillo ſignatas cum ſubſcriptione ſui cancellarij. Et tradit Rot. in antiq. deci. 397. Nota creditur, & in no. 423. & licèt gratia ſolo uerbo ſuperio-
* ris, ſit perfecta ſecundum communem * opinionem do-
3 ctorum 1 † tamen requiruntur litteræ perfectæ ad probationem ipſius gratiæ, ut dicit. Rot. in no. deci. 332. licèt Rõ. curia, & ſequuntur doct. in d. rubrica & moderni practici, uidelicèt Staphil. Caſſado. & Gomeſ. in ſuis libellis: & ratio adducitur per eos, quia difficile foret teſtib. probare gratiam cum ſuis qualitatib. Ego uero adduxi aliàs rationes in d. rubrica col. pe. Hinc uidemus, quòd iudices non poſſunt iudicare cauſas beneficiales ad fauorem agẽtium, per ſolã ſupplicationem ſed per litteras expeditas, ut habetur in regula Pauli. Sed iſte de Parlatoribus, de incumbentibus nihil penitus probauit; ergo male agit. ¶ Non obſtat cõfeſsio presbyteri Franciſci ad. 5. primas
4 poſitiones, † quia non iuſtificat titulos, de quibus in poſitionibus ſed tantum colorat poſſeſsionem ad effectum reſtituẽdi ſpoliatũ, in odium ſpoliantis. Ita decidit Abb. poſt Rot. & Lap. in c. in litteris fol. ultimo col. 9. de reſtit. ſpoli. uerſic. ſed tenendo, & concordat Rot. in deciſ. Bella. 59. inc. Si petens, & deci. 578. inc. Spoliatus. quæ etiam dicunt, ꝙ ad probandum titulum beneficij requiritur con-
5 cludens probatio. † Et ideò palatium Rom. cu. non adiudicat beneficium petenti, licèt aduerſarius confiteretur titulum allegatum. Sed in q. noſtra Parlatorius agit ad pẽſionem, quam fundat ſuper titulo ſui aſſerti beneficij, ꝙ dicit reſignaſſe in manibus ordinarij, quæ quidem nõ ꝓbat; ergo male agit. ¶ Non obſtat confeſsio Franciſci ſuper 6. poſitione de inſtrumento aſſertæ locationis ſibi fa
6 ctæ: † quia per illud, nõ probatur titulus beneficij locat, etiam

etiam contra conductorem,quando uerſatur quæſtio ti-
tuli,ſecus ſi ageretur ex locato,ut tenent docto. ubi Abb.
in c.cum uenerabilis de reli.domi.Bart.& Bal.in l.ad pro
bationem. C.locat.cum ſimi.ut per Soci. in conſi.266. in
cauſa quæ uertitur col.5.uer.3.uidendum lib.2. ubi dicit
hoc magis eſſe uerum,quando in cauſa tractatur de præ-
iudicio tertij,pro ut agitur in q. noſtra de præiudicio. D.
Horatij Almerico,cui debetur annua penſio auctoritate
papæ ſibi reſeruata,de expreſſo conſenſu presbyteri Fran-
7 ciſci.† Nec etiam per inſtrumentum locationis confeſſa
tæ,probatur poſſeſsio d.beneficij,niſi etiã probata ſit ſo-
lutio mercedis ſiue affictus,ut latè deducit,& ꝓbat Alex.
poſt Bar.& alios in conſi.9.inc.Viſo proceſſu col.1. lib.4.
& Corne.Peruſi.in conſi.6.inc.In præſenti col.1.uerſ. & ſi
dicatur lib.3.Sed iſte de Parlatoribus,nec articulauit,nec
probauit ſibi ſolutũ affictum; ergo nec probauit de poſ-
ſeſsione,d.beneficij.Et minus ꝓbauit,quòd ipſe reſigna-
uerit dictam parochialem in manibus ordinarij uicen-
tiæ,licèt de illa poſuerit in ſeptima poſitione. Nec proba
uit,quòd ordinarius ille,illam contulerit Domino Petro
Mariæ.de quo in 8.poſitione. Nam presbyter Franciſcus.
illis reſpondendo,dicit,poſita in illis,ignorare. Nec de al
legata reſignatione,& prouiſione conſtat per litteras d.
penſionis expeditas ſub Altobello Aueroldo tũc nuncio
apoſtolico,quia de illis fit mẽtio duntaxat per uerba enũ
ciatiua; quæ etiam cum ſint de facto alieno non probant
enũciata,ex quo de illis aliter legitimè nõ apparet,ut legi
tur,& notatur in cle.1.de proba.Nam ſpeciale eſt in Papa
quando narratiua ſunt de facto proprio , & habetur, latè
in auth.ſi quis in aliquo.C.de edendo. ¶ Ex quibus om
nibus,& ſingulis conſtat , quòd præfatus de Parlatoribus
non fundauit intentionem ſuam,& ſic malè agit . cui etiã
obſtant aliæ exceptiones,de quibus alias in proceſſu,& in
prima mea allegatione,quam D.V.R. dignetur repetere,

SVMMARIVM.

1 *Terror armorum,cauſat iuſtum metum in conſtantem uirum, e-*
*tiam ſi qui armati aſtabant,arma depoſuiſſent.*
2 *Dicitur uis facta cum armis , ſi quis habet arma ad latus licèt*
*arma non exercuerit,nec illa admenauerit, immò illa depoſue-*
*rit , ſi in facultate ſua erat arma reaſſummere.& nu.3.*
4 *Sapiens iudex,non debet fauere coactis nuptijs .*
5 *Si omnia arma, quæ erant iacta extra cameram , & portantes*
*illa,blandè loquuti fuerint,cum contrahente,eundem etiam de-*
*oſculando,per iſta non purgatur metus .*
6 *Paria ſunt quod quis compellatur , uel quod timeat poſſe com-*
*pelli .*
7 *Vt ualeat matrimonium,debent contrahentes Gaudere omnimo*
*da & plena libertate .*
8 *Quando unus eſt clauſus in loco,ita quod non poteſt inde liberè*
*exire, ſi facit actum,ille dicitur meticuloſus .*
9 *Magis creditur duobus teſtibus, de uiolentia,quàm mille de libe*
*ra uoluntate .*

CONSILIVM CCCXI.

IN præſenti cauſa diu uerſa in curia patriar-
chali Aquileg.ſuper aſſerto foedere matrimo
nij,inter Donnam paſcam Bernoſſam actri-
cem,& Nardinum del Meſtre reum conuentũ
oritur dubium,præſuppoſito quòd ſit probatum matri-
monium per teſtes,Vtrum per eoſdem teſtes,qui depoſuẽt
pro Paſcha,& per illos productos per Nardinum, ſit pro-
bata uiolentia,& metus . Et omiſsis argumentis ad par-
tes,teneo matrimonium fuiſſe per uim,& metum cadentẽ
in conſtantem uirum contractum . Nam quando Nardi-
nus contraxit cum Paſcha de menſe Auguſti.1543. quo-
dam ſero,in die dominica in domo Paſchæ,in quadã co-
quina,ibi aderant tres armati diuerſis armis offenſibili-
bus,ad hoc ut ui cogerent dictum Nardinum ad contra-
hendum . qui fuerunt Franciſcus Faber,Stephanus Com-
paruto,& Andreas Cocetus,omnes attinentes Paſchæ.Ita
probant,& dicunt Franciſcus Faber primus teſtis pro Pa-
ſcha,qui etiam dicit, quòd Stephanus,& Nardinus erant
amplexati ad inuicem cum enſibus nudis . Idem Ioannes
Roſa tertius teſtis.idem Georgius de Carpaneto quartus
teſtis,qui dicit,quòd omnes erant armati,Andreas Coce
tus ſeptimus teſtis dicit , quod ipſe erat armatus parte-
ſanono,& Stephanus enſe,& dicit,quod Stephanus appre
hendit Nardinum per brachia : Helena mater Paſchæ idẽ
dicit . Et præfati omnes ſunt examinati pro Paſcha.Idem
dicunt teſtes infraſcripti examinati pro Nardino,uideli-
cet,Dominicus,Leonardus tertius teſtis ſubdens;Che Ste-
phano,& Franceſco ſono braui , & faſtidioſi , & Nardino
quieto,pro ut etiam dicunt nonnulli alij teſtes , Magiſter
Petrus quartus teſtis dicit , ex ore Stephani , quod ipſe in
ingreſſu,arripuit pugionem de manu Nardini , Iacobus
ſextus teſtis dicit, quod aſtabant armati tempore aſſerti
contractus,Michael ſeptimus teſtis dicit,che quãdo Nar-
dino la ſposò , un certo Iacomo li teniua un perteſanon
apreſſo la panza,Andreas Cocetus dicit,quòd multi ue-
nerunt cum armis , Dominus Vlyſſes de Colorero , teſtis
nonus dicit,quòd Stephanus arripuit pugionem de ma-
nibus Nardini,& quòd Helena mater Paſchæ tenebat por
tam coquinæ , ubi erant armati cum Nardino, clauſam .
1 ¶ † Et iſte terror armorum, cauſat iuſtum metũ cadentẽ
in conſtantem uirum,etiam ſi armati arma depoſuiſſent ,
dummodo poſſent illa reaſſumere , ut probatur per text.
ad litteram,iuncta gl.in uer.qui armati.in l.3.§.qui arma
ti.ff.de ui & ui.armata.Cuius uerba ſunt hæc. Qui armati
uenerunt,& ſi non armis uſi ſunt ad deijciendum,& deij-
cerint,armata uis facta eſſe uidetur,ſufficit enim terror ar
morum , ut uideantur armis deiecitſſe,per quem text.di-
cit ibi Bar.not.tex.menti tenẽdum,in eo,quod dicit, ſuf-
ficit terror armorum, quòd quis non debet pati prius ſe
percuti,quàm ſe defendat.allegat notata in l.j. C. eo.
2 ¶ Secundo dicit ibi Bar.in fi. † quòd licèt quis arma non
exercuerit,tamen ſi arma habeat ad latus, dicitur uis fa-
cta cum armis.Idem tenet Ang.inſt.de interdictis.§.recu
perandæ,& in §.ex maleficijs.col.4.inſtitu.de acti. & aliã
rationem iſtius dicti ponit Petr.Philip.Corn. in conſi.41.
inci. Vt col.1.lib.2.dicens,quòd ipſa arma non inferunt
metum,ſed illi qui arma ferunt, ne cum ipſis offendant .
& licèt deponant arma, tamẽ ſi illa poſſunt de facili reaſ-
ſumere antequam timens poſsit euadere , ſunt timendi ,
ut ratio naturalis demonſtrat,quam ſufficit allegare.l.ſci
re oportet.§.ſufficit.ff.de excu.tu.& ibi col.2.latè probat
hoc aſſumptum,& pro deciſione quæſtionis noſtræ in ter
minis latè conſuluit Alex. in conſi.98.inci. quoniam per
totum lib.3.& conſuluit in cauſa matrimonij , ubi multa
3 ad hoc adducit , & concludit † quòd terror armatorum
ibi præſentium cauſat iuſtum metum cadentem in conſtã
tem uirum, abſq; ulla admenatione , uel percuſsione, uel
comminatione,etiam ſi illi qui cum armis acceſſerunt,il-
la depoſuerint,quia in facultate,& poteſtate eorum erat ,
arma reaſſumere. cuius cõſilij uerba, cauſa breuitatis nõ
4 refero.Et dicit ibi Alex.in princ. † quòd ſapiens iudex nõ
debet fauere coactis nuptijs,quæ ſolent habere difficiles
exitus,ut dicitur in c.requiſiuit,& in c.cum locum de ſpõ
ſalibus.Ad idem eſt conſilium Alexandri in conſi.99. In
caſu prædicto.eo.lib.ubi col.2.uerſi. circa ſecundum am-
5 pliat prædictam concluſionem procedere, † etiam ſi om-
nia arma fuiſſent iactata extra cameram , & portantes il-
la,blandè,& pacificè locuti fuerint cum contrahente,eũ-
dem deoſculando,quia hoc non habet purgare metum ;
ſemper enim donec fuerit in illa camera,ſeu coquina,de-
buit timere quòd compelleretur ad contrahendum cum
6 Paſcha. † Paria autem ſunt, quòd quis compellatur per
minas,uel uerbera,uel quòd timeat poſſe compelli,ut di-
cit tex.in l.nouiſsimè uer. quid ſi compulſus.ff.quod falſo
tut.cum ſimi.ut ibi per eum.Idem tenet Alex.conſi.1.col.
3.lib.3.& Decius latius cæteris hoc probat in conſi.219.
Viſo puncto.col.pen.& fi. lib.2. ¶ Ex quibus applicatis
ad caſum noſtrum concludo,aſſertum matrimoniũ fuiſ-
ſe nullum,quia ui,& metu contractum cadentibus in con
ſtantem uirum; nam in q.noſtra,concurrunt omnia con
ſiderata

ſiderata per Docto. præallegatos. ¶ Confirmo prædicta
7 † quia ad hoc ut ualeat matrimonium, debent contrahen-
tes gaudere omnimoda,& plena libertate, ut probatur in
d.c.cum locum,de ſponſ.in fi.ibi,plena debet ſecuritate il
le gaudere,cuius eſt animus indagandus.quem tex. not.*
omnes doct.ubi Abb.in 3.nota.dicit, quòd ad matrimo-
nium contrahendum , non ſufficit purus conſenſus , ſed
debet eſſe cum plena libertate, & ſecuritate.Et dicit Col-
lecta.in c.quantu de iudicijs,quòd aliud eſt habere liber
tatem,& habere plenam libertatem, & ibi multa ſimilia
adducit . ſed in caſu noſtro Nardinus nedum erat liber,
nec purè conſenſit in Paſcham,quinimmo ſolus erat clau
ſus in loco illo in manibus,& poteſtate trium armatorũ,
a quibus non poterat aufugere , qui ui armorum ipſum
coegerunt contrahere cum Paſcha , ut etiam ſtatim alio
medio probabo. Et quòd Nardinus eſſet detentus per
armatos,& clauſus in dicta coquina, ita quòd non pote-
rat aufugere : atteſtantur Ioannes Roſa tertius teſtis pro
Paſcha examinatus , qui dicit , quòd porta erat clauſa,
& ſenti,che Nardinu non la uolea ſpoſare . & Vincentius
quintus teſtis dicit,de porta clauſa,Helena mater Paſchæ
teſtis pro ipſa dicit , che li parenti che erano drento con
Nardino lu teniuanu,& non lo haueriano laſſato fugire,
ſe prims non lhaueſſe ſpoſata. Teſtes etiam pro Nardino
examinati dicunt de ianua clauſa cum catena ferrea ab
extra.ita dicit Iacobus ſextus teſtis,ubi dicit,che Nardi-
nus erat clauſus,Andreas Coceto,qui eſt teſtis examina-
tus pro utraque parte dicit,de porta clauſa,poſtquam ipſi
tres armati ingreſsi fuerant locum.idem dicit,quòd Nar
dinus erat captus,& clauſus,ita quòd non poterat aufu-
gere,& quòd potuiſſent illum offendere ſi uoluiſſent : &
8 dicit quòd Nardinus non erat in ſua libertate. ¶ † Sed
quando unus eſt clauſus in loco , ita quòd non poteſt in-
de ad ſuum libitum exire,ſi facit actum ille dicitur meti-
culoſus.Ita decidit Gemi. conſ.15.colu.4. ſuper ſecundo
dubio,& Deci.conſi.119.Viſo puncto.col.pe.lib.2.ubi di
cit quòd qui habet cuſtodes ad locum, unde nõ poſsit ad
ſuum libitum exire,dicitur eſſe in carcere, & ſi facit actũ
dicitur metu feciſſe.allegat tex.in l.qui neque.ff.de uerb.
ſigni.Quibus addo.Bal.in tractatu de ſchiſma, quem po-
ſuit poſt titulum.c.ſi quis aliquem.teſt.probi.fol.2.col.1.
ubi dicit quòd qui in loco cõſtrictus eſt dicitur ſpoliatus
libertate.l.3.in fi.ff.de ui , & ui armata : Ergo ſequitur q
Nardinus,quando contraxit,non erat in libertate. Ergo
matrimonium nullum,ut probatur in d.c.cum locum , &
iſte detentus non diſtat a ſeruo ut tenet ibi Bal.poſt gl.in
d.l.3.in fin. Et ultra prædicta,quòd Nardinus ui , & metu
contraxerit,probatur per teſtes infraſcriptos. Franciſcus
Faber,qui uidit Stephanum , & Nardinum ſe amplexan-
tes cum enſibus nudatis,Ioannes Roſa dicit ſenſiſſe Nar-
dinum dicentem contra armatos , quòd nolebat contra
here cũ Paſcha,& dicit,quòd Stephanus , & Andreas erãt
in domo Paſchæ,dedita opera,& ordine poſito,ut facerẽt
quòd Nardinus eam deſponſaret . Andreas Cocetus di-
cit,quòd Stephanus dicebat Nardino , el beſogna che tu
la ſpoſi,Nardino ſe excuſante,& dicit quòd inter eos fue-
rat prius datus ordo , ut irent ad domum Paſchæ,& face-
rent,quòd Nardinus eam deſponſaret . Helena mater re-
fert uerba Stephani contra Nardinum, el biſogna che tu
li prometti,& che tu lu ſpoſi , & dicit uolemu che tu li at-
tendi quanto li hai promeſſo,che la ſia tua moglie. Et iſti
quatuor teſtes ſunt producti per Paſcham,& pro ipſa exã
minati. ¶ Sequuntur dicta teſtiũ pro Nardino ſuper hoc
paſſu. Dominus Dominicus de ſancto Felice,refert uerba
ſibi dicta per Andream Coceto, & per Stephanum Com-
paruto, de tota materia præparata ad uim inferendam
Nardino , Andreas ſecundus teſtis optime dicit caſum
uiolentiæ ex ore Stephani,cum quo concordant Leonar-
dus tertius teſtis,Iacobus ſextus teſtis, qui refert uerba ,
quæ dicebantur per armatos contra Nardinum clauſum,
& per Nardinum erga ipſos,& per Helenam matrem Pa-
ſchæ erga Nardinum,& armatus,quæ dicebat , Fatti che
queſtu traditor ſpoſi mia fiula , per che el la uulena aſſaſi-
nare. Dicit etiam,quòd Paſcha ſentiens prædicta fieri , &
dici,plorabat,& lamentabatur.Idem refert uerba Nardi-
ni dicentis,laſſeme che faro cio che uoleti,che la ſpoſero ,
ma laſſatime poi andar a caſa . & refert uerba Nardini
erga Stephanum dicentis,Iu lhu fatto per paura.Michael
ſeptimus teſtis refert uerba Andreæ Coceto dicentis erga
ipſum teſtem , Iu portu queſta ſpada, per che io feci che
Nardinu ſposò la fiola de Bernoſſo,quæ eſt Paſcha,al de-
ſpetto de eſſo Nardino,& refert uerba Iacobi.Georgij, di
centis erga ipſum teſtem . Quando Nardino ſposù ditta
Paſcha,eſſu Iacomo teniua per mezo la panza de Nardi-
dino,unu parteſanon ; auantandoſe de tal coſa . Andreas
Cocetus ſeptimus teſtis,dicit, quòd ipſe teſtis , & Stepha-
nus,ſtabant abſcõditi in domo Paſchæ cum armis offen-
ſibilibus expectantes Nardinum,& dicit quòd iuerunt il-
luc ut facerent,quòd Nardinus deſponſaret Paſcham , &
dicit,quòd Nardinus euaginauit enſem,& exiuit extra ca
meram,ſed quòd ipſi armati inſecuti ſunt eum , quem ce-
perunt,& reduxerunt in coquina reclamantem, & uolen-
tem exire,quem tenuerant per bonum ſpacium temporis,
ut deſponſaret Paſcham,& quod tunc ſuperuenit Franci-
ſcicus Faber armatus enſe , & dicit , che Stephano teniua
Nardino,al qual diceuano che uoleuano chel la ſpoſaſſe
& dicit,che Nardino non uoleua far coſa alcuna , & che
uoleua andar uia,& dicit,che era li un Iacomo de Zorzi ,
con un parteſanun,per quod confirmatur dictum Micha
elis de quo ſupra,& dicit,che la madre de Paſcha,qual era
de ſura,cridaua forte,Fatti chel lha ſpoſe,& dicit, che Pa-
ſcha parea che piangeſſe,& ait,che eſſu Nardino alhura
diſſe laſſatime che la uolgio ſpuſare. Quæ uerba fuerunt
per eum dicta,poſtquã fuerat ab eis tormẽtatus , captus ,
& detentus,in præſentia armorum, & dicit , che Nardino
non la uoleua ſpoſare,& uulea partirſi, ma che loro uol-
ſero chel la ſpoſaſſe cõ la uera,la qual Andrea hauea por-
ta con lui apoſta . Dominus Vlyſſes nonus teſtis , narrat
qualiter illu ſero contractus erat in domo patris Nardi-
ni,& quòd Nardinus ſuperuenit, qui tota illa nocte dor-
miuit in uno lectu cum ipſo teſte,& quòd Nardinus ma-
ne ſequenti equitando cum ipſu teſte uerſus Vrinum , ſibi
narrauit totam ſeriem facti,& quod deſpõſauerat Paſchã
per uim,& metum . Georgius frater Nardini concordat
cum præcedenti, quòd illa nocte ſecuto facto Nardinus
dormiuit in eadem camera cum ipſo teſte. Ex quibus ſa-
tis clare conſtat de nullitate aſſerti matrimonij contracti
per uim,& metum,& propterea Nardinus uenit abſoluen
dus a petitis,& Paſcha in expenſis condemnanda. ¶ Nõ
ob.quod nonnulli teſtes examinati pro Paſcha uideantur
deponere, quòd Nardinus ſponte contraxit cum Paſcha,
quia multipliciter reſpondetur. Primò quia tollitur hoc
dictum propter præſentiam armorum , & quia Nardinus
erat ibi ſolus,& clauſus,& detinebatur ab illis armatis, qui
uenerant illuc ad hunc effectum,& qui dicebant illi, el bi-
ſogna che tu la ſpoſi. Et quòd Nardinus uolebat aufuge-
re,ſed non poterat. Ex quibus, & alijs ſupradictis proba-
tur metus,ut dixi ſupra,unde teſtes ipſi,qui dicunt de ſpon
tanea uoluntate, mentiuntur,quia dicunt contra notoriã
ueritatem,quæ colligitur ex facto,& ex iuris diſpoſitione.
¶ Confirmo prædicta,nam iſti teſtes qui ſunt quatuor cũ
matre, ſunt oẽs conſanguinei Paſchæ,pauperes, & media
tores,ac affecti ad cauſam,qui procurarũt huiuſmodi cõ-
tractum : ideo repelluntur ſtãte diſparitate inter contra-
hentes reſpectu diuitiarum , ut probatur in d.c.ſuper eo,
& c.uidetur. ¶ Tertio reſpondetur,quia ſunt plures teſtes,
qui deponunt de ui,& metu, cum quibus concurrit ueri-
tas,& plura iudicia ad uim,& metum. ¶ Vltimo reſpon-
9 detur † quòd magis creditur duobus teſtibus de uiolen-
tia,quàm mille de libera uoluntate,ut dicunt Inno.in c.ſu
per hoc de renun. & Ang.in l.fi.in princ.ff.quod met.cau.
Bal.in d.tracta.ſchiſma.fol.2.col.5.nu.22.ubi adducit ra
tionem,quoniam illi qui deponunt de libera uoluntate,
non poſſunt ſcire intentionem contrahentis,quæ ſoli deo
reſeruatur,& de inuiſibili,& de eo quod non audiunt,nec
ſentiunt,dicunt teſtimonium,de quo nulla poteſt eſſe cer
titudo . Ex quibus ſequitur , quòd actu exteriori proba-
to.i.metu , actus interior,id eſt uoluntas probari non po-
teſt .

teſt. Quos refert, & ſequitur Iaſ. in l. interpoſitas. nume. 5. C. de tranſact.

Ioannes Baptiſta Ferretus Paduæ de anno. 1545. menſe Auguſti.

## SVMMARIVM.

1 *Si pater in teſtamento uoluit matrem habere curam, & guberna tionem filiorum cenſetur ipſam feciſſe tutricem.*
2 *Si pater in teſtamento poſuit filios ſub poteſtate matris, fecit ipſam tutricem.*
3 *Ille dicitur tutor cui conuenit diffinitio tutelæ.*
*Executores teſtamentarij, ſecundum Venetam conſuetudinẽ ſunt tutores, & curatores.*
4 *Tex. in authen. matri & auiæ circa ſolennia non habet locum in tutela teſtamentaria materna, quando maritus ualde confidebat de ipſa.*
5 *In materia tutelari, iudicium patris præualet legi.*
6 *Mater tutrix teſtamentaria per tranſitum ad ſecunda uota non deſinit eſſe tutrix.*
7 *Mater commiſſaria in teſtamento poteſt conſtituere procuratorem etiam ante litem conteſtatam, idem ſi ſit executrix teſtamenti.*
8 *Qui habet aliquod commodum per teſtamentum cum adminiſtratione bonorum poteſt conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam.*
9 *Habenti tutorem, non poteſt dari tutor, niſi de conſenſu, ſuo cauſa cognita.*
10 *Non eſt præfixus terminus matri ad ſuſcipiendum tutelam, niſi ut priuetur hæreditate.*
11 *Mater debet moneri ſi uult ſuſcipere onus tutelæ, ſine qua non eſt contumax.*
12 *Tutor datus tenetur iurare defenſionem pro pupillis, aliàs non ualet proceſſus.*
13 *Per actus negatiuos non derogatur legi, nec inducitur conſuetudo, ſed per actus affirmatiuos.*
14 *Quando pupilli cenſeantur indefenſi per tutorem.*
15 *Quando tutor non fuit diligens circa probationes, & alia, in quibus conſiſtit uictoria cauſæ, pupilli dicuntur indefenſi.*
16 *Quod iudex tenetur ex officio etiam ſine inſtantia partis pronunciare proceſſum nullum ex nullitate notoria.*

## CONSILIVM CCCXII.

MAGNIFICA D. Marieta Paruta mater, cenſetur tutrix teſtamentaria filiorum ſuorum,
1 quod probo dupliciter. † Primò per uerba teſtamenti mariti ſui, quando uoluit matrem ſtare debere cum filijs ſuis, & habere curam, & gubernationem perſonarum, & bonorum. Ita poſt Dyn. tenet Paul. de Caſt. in l. ſi uir uxori. §. cum Vir. col. 1. ff. de cond. & de monſt. & concordat Iaſ. in l. manumiſsiones col. 1. ff. de iuſtit. & iu. Non ob. text. in l. qui aliena. §. quanquam. ff. de nego. geſt. iuncta gl. 1. quæ uoluit contrarium, quia procedit ſecundum iura antiqua, quando mater non admittebatur ad tutelam, & ita reſpondent docto. præallegati.
2 † ¶ Secundo quia pater filiorum in eodem teſtamẽto poſuit filios in poteſtate matris. ibi, & che li ſiano obediẽti, & ſe non ſaranno, lei poſſa priuarli della faculta, ſecondo che a lei parera. per quę uerba datur ius, & poteſtas ma-
3 tri in filios, & obedientiam illorum erga matrem: † & ſic matri conuenit diffinitio tutelæ. l. j. ff. de tutel. ubi Bart. & inſt. eo. in princ. cum gl. per quæ uerba cenſetur data tutrix. Ita Bal. in c. ex parte M. de appe. in fi. & ibi Philip. & D. Præp. in fi. & in 3. not. Ideo ipſa tanquam tutrix potuit conſtituere actorem ad cauſam, pro ut fecit. l. neque tutores. C. de procu. Addo ad prædicta Paul. de Caſtr. in conſi. 413. Viſo proceſſu. tria ſunt lib. 2. col. 1. ubi dicit, quòd de ſtylo ciuitatis Ven. executores, ſeu commiſſarij teſtamẽtarij ſunt loco tutoris. Nec ob. ſi obiciatur, quòd ipſa mater non ſeruauit ſolennia. d. authen. matri, & auię. C.
4 qu. muli. tutel. offi. fun. po. Quia rñd. † quòd non procedit in tutela teſtamentaria, ſed in legitima, ut in terminis dicit ibi Albe. col. 2. ubi dicit, ſuo tempore ita fuiſſe practicatum. Et approbando omnia prædicta latè ita decidit poſt alios per eum relatos, Nicolaus Boerius in deciſ. Regij parlamenti Burdegalen. 124. teſtator. fol. 1. & 2. lib. 1. ubi uiden. Nec etiam tenetur cõficere inuẽtarium, Guido Pap. dec. 330. & Nicola. Boer. in d. deciſ. col. 6. nu. 15. Et eſt ratio, quia ipſa mater cenſetur approbata a teſtatore marito ſuo. Quæ opinio maxime procedit in caſu noſtro, in quo maritus expreſsè plenè confiſus fuit de uxore ſua, ibi, Per che ben conoſco la bonta della mia conſorte, & ibi, Laſſo alla bona diſcrition de lei, & ſon certo che la
5 non manchara. † ¶ Confirmo quia in materia tutelari, iudicium patris eſt præferendum diſpoſitioni legis. Ita dicit Alex. in conſi. 140. col. 2. in fi. lib. 1. Quod probo, quia mater tutrix in teſtamento mariti, non eſt confirmanda, nec tenetur ſatisdare. Ita tenet Albe. in d. authe. mat. col.
6 2. & alij communiter docto. † Et quia nec per tranſitum ad ſecunda uota deſinit eſſe tutrix teſtamẽtaria. Ita tenet Albe. in l. ſi quis ſub conditione col. fi. ff. de teſta. tutel. Ex quo infero, quòd uana eſſet renunciatio nuptiarum. quæ tamen ſunt facienda per matrem legitimam tutricem, ut ibi not. & in l. ſi q's. ſub conditione. ff. de teſta. tut. Confirmo, quia ipſimet aduerſarij in alia cauſa coram ſeculari iudice. in ſuo quodã libello, appellant, D. Marietam tutricem ſuorum filiorum. & ipſa in reſponſione facta ad libellum, bis ſe appellat tutricem; ergo ab illis eſt approbata. l. cum precum. C. de lib. cau. l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipu. not. in c. qm̃ cõtra. de proba. Non ob. quod Bart. in d. locis, & Abb. in d. c. ex parte col. fi. dicant, quòd tutela teſtamentaria ſtat in ſuſpenſo donec mater ſeruauerit ſolennia. d. auth. quia reſpondeo, quòd opinio Albe. eſt uerior rationibus prædictis. Nam Bart. & Abb.
* & * communiter alij mouẽtur per d. auth. matri, quæ loquitur in legitima tutrice, in qua ceſſat approbatio teſtatoris, ſuper qua fundatur Alber. quæ optime procedit in terminis noſtris, ubi maritus expreſsè approbauit fidem, & bonitatem uxoris: opinio uero contraria ſit uera, quãdo maritus ſimpliciter feciſſet uxorem ſuam in teſtamen-
7 to tutricem. † ¶ Tertio, ad idem moueor, quia D. Marieta eſt commiſſaria, & executrix teſtamenti, cum ampliſſima facultate agendi, defendendi, exigendi, & cætera omnia faciendi, quæ potuiſſet teſtator ſi uiueret, quam poſuit loco hæredum ſuorum: ideò etiam ex iſto capite, potuit ipſa conſtituere procuratorem etiam ante litem conteſtatam, cum ſuo nomine habeat, & moueat actiones. ita tenet Bal. in l. id quod pauperibus col. 1. in 2. q. C. de epiſ. & cle. ubi loquitur in muliere commiſſaria, & executrice. idem col. 3. in 6. q. cum ſimilib. ut dixi infra conſil. 310.
8 † ¶ Quarto hoc idem probatur, quando quis habet commodum ex teſtamento, puta alimenta, uel uſufructum, cũ adminiſtratione bonorum, poteſt conſtituere procuratorem ad cauſam ante litem conteſtatam. ita Ang. & Alber. tenent in l. j. in princ. ff. de procur. & notatur in c. edocẽri de reſcri. ſed in q. noſtra. D. Marieta habet alimenta in bonis, teſtatoris, quando fecit ipſam Donnam & Dominam filijs hæredibus inſtitutis, quam etiam ordinauit adminiſtratricem, & gubernatricem hæreditatis ſuæ: ergo ſequitur, quòd potuit conſtituere procuratorem. pro hoc eſt tex. in l. j. C. de bo. mat. ubi pater, qui in aduenticijs filiorum habet uſumfructum, & adminiſtrationem hæreditatis, poteſt per ſe, & per procuratorem comparere. Qui procurator debet admitti per Reuerendam D. Vic. ad dicendum de nullitate proceſſus formati coram D. Vicario patriarchali, & D. Plebano ſancti Auguſtini intentata ex defectu mandat' in perſonam. D. Baldaſeris Seuerino aſſerti tutoris, & curatoris filiorum. d. D. Marietæ. ¶ Quòd autem. D. Baldaſar careat mãdato legitimo, probatur ex
9 pluribus. † primò, quia ipſe non potuit dari tutor, nec curator per ipſum. D. Vicarium filijs. d. D. Marietæ habẽtibus matrem tutricem. l. tutor ſi petitus. ff. de tut. & curã. ubi Bar. notat, niſi cum uoluntate. d. tutricis, quæ debuiſſet primo moneri per eundem Vicarium ſi uolebat aſſumere tutelam, uel curam ſuorum filiorũ, aliàs quòd ipſa poteret illis, ab eodem, dari tutorem: tunc enim ipſa nolẽte

onus

onus aſſumere, poterat Vicarius pupillis dare tutorem, &
curatorem, & non prius. ita in terminis tenet Bal. in d. c.
ex parte. col. 6. in fi. uerſ. ulterius quæritur, ubi dicit, quòd
omiſſa iſta monitione, mater poteſt quandocunque aſſu-
10 mere tutelam, † quia illi non eſt præfixus terminus a iure
ad ſuſcipiendam tutelam, niſi ut priuetur ſucceſsione. Ita
tenet Alex. in conſ. 140. col. 2. uerſi. & ideò dicebat lib. 1.
11 † ¶ Et quòd requiratur monitio, tenet Bar. in d. auth. niſi
in fi. ubi Sali. col. pe. q. 21. & Ang. col. 2. per text. in l. quod
dicis. C. qu. da. tut. ubi Sali. in princ. notat ad hoc illum
tex. & cum prædictis concordat latè Alex. in conſi. 161.
Super 1. col. 2. & 3. lib. 5. & tradit Abb. in conſi. 43. Ex om-
nibus. col. pe. lib. 2. Sed D. Marieta non fuit monita, nec re
quiſita, ſi uolebat onus huiuſmodi aſſumere, nec ſponte
conſenſit dationi tutelæ: ergo datio fuit nulla. nam fuit
ipſa Domina, tantum monita ſub pœna excommunicatio
nis, quòd peteret tutorē dari filijs ſuis. quod cū recuſaſ-
ſet, fuit excommunicata, niſi ad primam hoc petijſſet ab
ipſo Vicario. ideo metu cenſurarum, de quo fuit proteſta-
ta, conſtituit procuratorem ad petendum dari tutorem
filijs ſuis, ut de omnibus conſtat in proceſſu primæ inſtan
tiæ in principio. Sed excommunicatio cauſat iuſtum me
tum, & impedit actum, quando eſt iniuſta, ut in caſu no-
ſtro, (quia debebat mater primo moneri, ut dixi ſupra) ut
legitur, & notatur in c. cum dilectus quo. met. can. & in c.
olim il 3. de reſti. ſpo. & Rot. in antiquis. 490. Nota ſi ali-
quis; eò maximè, quia iſti aduerſarij in alia cauſa coram
ſeculari, in materia ſpoliorum abbatiæ, appellāt iſtam tu
tricem filiorum, & ipſa tanquam tutrix illis reſpondet ut
conſtat ex productis coram uobis. ¶ Secundo datio cu
ratoris, ſeu tutoris fuit nulla, quia exiſtenti in poteſtate
aliena, non poteſt dari tutor inſtitu. de tutel. in princ. ubi
gl. notat, & latè declarat D. Antonius in conſi. 18. col. 2. &
3. ſed iſti filij Dominæ Marietæ pupilli exiſtebant, prout
ſunt ſub poteſtate matris ex teſtamento paterno, ut dixi
ſupra; ergo non tenet datio tutoris per Vicarium. ¶ Ter
12 tio eſt nulla, † quia D. Baldaſſar tutor datus, non promi-
ſit ſuſcipere defenſionem pupillorum, ut tenebatur de in-
te. l. fi. §. ſed omnem, ubi caſus. C. de admi. tut. quæ ad hoc
notant omnes Docto. & licèt ſit dubium inter ſcribentes,
nunquid in promiſsione de defendendo, debeant inſeri
uerba iſta uidelicèt, Sine ulla contatione, quæ ſunt poſita
in d. §. ut patet ex not. per Alex. poſt Bal. in l. prætor ait in
princ. ff. de nou. ope. nuncia. tamen omnes concordant, q
requiratur promiſsiò de defendendo, ut tenet ibi Bart. cū
* ſimi. ut ibi per Alex. & Iaſ. quia teſtatur hanc eſſe* com-
munē. & dicit Bar. in l. legitimos. col. fi. in 5. requiſito. ff.
de legit. tut. quòd iſta opinio eſt per omnes celebrata, &
in iudicijs practicata, & Ang. de Are. inſti. de leg. agna. tu-
tel. in princ. col. fi. dicit ſe erraſſe in practica, & quòd fuit
caſſata tutela ex defectu. d. clauſulæ. Idem tenet Ange. de
Peru. in l. 2. col. 1. C. qua mul. tutel. offi. cum ſimi. ut latè p
Alex. in conſi. 129. colu. 2. & 3. lib. 1. & in conſi. 161. lib. 5.
ubi ampliat hoc procedere ēt in curatore dato ad unam
cauſam tantum, ubi atteſtatur, quòd multi proceſſus fue-
runt caſſati ex defectu huiuſmodi. & Albe. in d. l. fi. dicit
quòd ſi opponatur contra inſtrumentum tutelæ de defe-
ctu. d. clauſulæ, quod caſſatur, licet dicat ſe nō uidiſſe hāc
clauſulam in aliquo inſtrumento. Idem dicit Bar. in d. l. le-
gitimos, quando loquitur de uſu antiquorum, qui ſubdit,
* quòd poſtea moderni* omnes eā apponunt, quæ ſi omit-
tatur, proceſſus caſſantur. & ideò in inſtrumentis tutelæ
ſecundum Ro. cu. reperitur iſta clauſula de defendēdo, ut
habetur in lib. inſtrumentorū ſol. 64. Non ob. reſponſio da-
ta per aduerſam partem. quòd d. lex. fi. ſit abolita per con
ſuetudinem Venetam, quia huic motiuo reſpondeo per
not. Alex. in conſi. 45. Viſis col. 2. lib. 2. & in conſi. 195. Vi
ſo col. 3. & 4. eo. lib. & per Feli. in c. cum acceſsiſſent colu.
11. & 12. de conſti. ubi dicunt, quòd non uſus legis in ali-
quo loco, ſeu ciuitate non tollit ipſam, nam poteſt eſſe, q
non uenit caſus: ideò non fuit oppoſitum, nec orta quæ-
13 ſtio ſuper hoc. † Et probant, quòd per actus negatiuos nō
derogatur legi, ſed per affirmatiuos, ut latè ibi per eos. ſed
in caſu noſtro, non apparet, nec deducitur aliquis actus
affirmatiuus contra dictam legē. Ex quibus cōſtat, quòd
proceſſus primæ inſtantiæ, & ſententia in eadem per D.
14 Vicarium lata ſunt nulli ex defectu mandati. † ¶ Quar-
to eſt nulla, quia eſt lata contra pupillos indefenſos, ut
ſtatim oſtendam. l. cōtra pupillum. l. acta. §. fi. ff. de re iud.
& in l. cum & minores. C. ſi aduer. re. iud. Quæ indefenſio
ad effectum nullitatis proceſſus conſideratur per Bart. in
in d. l. contra in fi. & per Sali. in d. l. cum & col. pe. & fi. poſt
15 Petr. Cyn. Iac. Butriga. & Bart. † Quando in medio cau-
ſæ, ubi conſiſtunt probationes, & defenſiones, curator nō
fuit diligens, prout fuit defectus multiplex in q. noſtra, ut
16 patet, ex ſerie proceſſus. † Ad prædicta etiam facit, quia
ex quo pro nunc uerſamur circa nullitates colligibiles ex
actis, dico, quod iudex tenetur ex officio ſine inſtātia par
tis pronunciare proceſſum nullum c. cauſam el 1. de iudi.
ubi Abb. in 2. & 3. not. cum ſimi, ut ibi per Deci. in 2. not.
qui dicit, quòd ille tex. procedit etiā in cauſa appellatio-
nis & Abb. in c. 1. in 4. not. de lit. conteſt. Videñ. de iſta
materia quæ addidi. in allegatione infra 310.

## SVMMARIVM.

1 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quando ex relatione materia reuertitur ad ius commune.*
2 *Canonicus debet habere præbendam & cætera iura canonicalia.*
3 *Materia, quæ reducitur ad ius commune eſt fauorabilis, & ampliãda.*
4 *Reſeruationes pro reſignante ſunt reſtringendæ.*
5 *Iſtæ reſeruationes factæ per Papam ſunt contra naturam. Idem, quod beneficium ſit ſine redditibus.*
6 *Clauſula odioſa in fine poſita refertur duntaxat ad immediata, & non ad omnia præcedentia, ſi materia eſt fauorabilis.*
7 *Quando materia reducitur ad ius commune per receſſum a iure ſingulari non conſideratur damnum etiam magnum priuati uel eccleſiæ.*
8 *Gratia Papæ reſeruationis regreſsus & fructuum, & ſimilium pro reſignante durat ad uitam reſeruatarij, niſi aliud per Papā determinetur.*
9 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, ne ſequatur iurium correctio: Et ſic non refertur ad ea, quæ ſunt determinata a iure.*
10 *Clauſula poſita in l. per Papam, peruerſo iuris ordine, regulā a iure communi.*
11 *Verba alicuius diſpoſitionis debent reduci ad communem, & ſanum intellectum.*
12 *Quando clauſula eſt inſerta inter uerba unius articuli, non refertur ad alios.*
13 *Pono intellectum ad c. cum dilecti, de donat.*
14 *Quando clauſula in fine poſita iungitur præcedentibus cum aduerſatiua, ſi uero, non refertur ad omnes præcedentes, ſed ad ultimum tantum articulum.*
15 *Gratia Papæ in beneficijs etiam ambitioſa debet eſſe perpetua, niſi per Papam ſit limitata, & conditionata.*

## CONSILIVM CCCXIII.

VISO elegantiſsimo conſilio, & ſubſcriptioni-
bus clariſsimorum iure conſultorum: capio
ſecundam difficultatem. In qua conſiſtit tota
uis præſentia conſultationis. Et prima facie
1 dubium mihi faciebat contra Reuer. D. Reginum, † quia
clauſula illa, uidelicet, Quòd reſeruatio huiuſmodi fru-
ctuum finiatur per mortem R. Archipresbyteri, ſi referatur
ad omnia præcedentia, facit redire materiam reſeruati-
uam, quæ habet plures articulos, ut in facto narratur ad
2 ius commune, quo cauetur † quòd clericus habens cano-
nicatum conſequi debet præbendam, ſtalum in choro, &
locum, & uocem in capitulo, & diſtributiones quotidia-
nas, & cætera iura canonicalia, ne nomen canonici ſit ina
ne. c. dilectus el 1. de præben. c. dilecto. eo. tit. c. 1. de cler.
3 non reſ. lib. 6. not. in c. cum omnes de conſti. † Vnde quod
omnes articuli reſeruatiui extinguantur per obitum ar-
chipresbyteri, eſt fauorabile, ergo ampliandum, ut eſt gl.
approbata

approbata in c.3.in uerbo numerandum de præb. in 6. p
quam multa dicunt moderni in d.c. cum omnes col.3. &
4.& in c.cum acceſsiſſent col.4. de conſt. ubi inferunt ad
4 plures deciſiones† & reſeruationes factas pro Regino,q̃
ſunt contra iura ſunt ambitioſæ & reſtringendæ. c.quam-
uis de præb.lib.6.c.1.& 2.de fil.præſ.eo.lib. Et ita in termi
nis dicit Abb.in c.cum dilecti in ultimo not.de donat. &
5 in c.olim de uer.ſignif.†Nam quòd quis ſit canonicus ſi-
ne præbenda, & diſtributionibus & alijs iuribus canoni-
calibus,uidetur contra naturam, quia corpus ſine anima
ut dicit text.in c.ſi quis obiecerit.1.q.3.ita Bell. deci.13.
Nam ſunant in priuilegium,ideo facilius tollũtur. l. eius
qui.§.ſi militia miſſus.ff.de teſt.mili, Ex quibus infero, q̃
clauſula reſeruatiua fructuum,quæ debet finiri per mor-
tem archipresbyteri,de qua eſt quæſtio uidetur de iure re
ferenda ad omnes articulos reſeruatiuos. Per quam rela-
tionem,receditur a materia ſtricta,& odioſa, quæ cõſiſtit
in illis reſeruationibus, & reducit totam materiam om-
nium articulorum ad ius commune; ergo amplianda ue
nit. Quòd comprobari poteſt per tex.cum ibi not. in d.c.
cum dilecti,ubi clauſula de penſione ſoluenda,& de fore-
ſta in fine poſita,refertur tantum ad ultimam donationẽ,
6 & non ad alias præcedentes,† quia clauſula erat odioſa,
& relatio fuiſſet facta contra donationem,quæ eſt latiſsi-
mè interpretanda,& materia nõ deuiabat a iure commu-
ni,prout in q.noſtra: Item quia ſecundum unum intelle-
ctum Hoſtien. quem ſequitur ibi Abb. primæ duæ dona-
tiones habebant determinationem libertatis ideò clauſu
la onerosa de foreſta in fine poſita ad illas determinatas
non referi,ſed tm̃ ad ultimã.Sed in caſu noſtro gratia reſer
uatiua Papæ pro Regino deuiat a iure communi. Et arti-
culi præcedentes non uidentur qualificati, nec tempore
determinati ; ideò uidetur poſſe dici,quòd clauſula poſi
ta in fine,perimat omnes articulos præcedentes de reſer-
uatione,ut omnes extinguantur per mortem archipresby
teri,ſicut expreſſè cauetur de reſeruatione fructuum.
¶ Nec prædictis obſtat præiudicium.R.Regini,quòd ſen
7 tiret ex relatione prædicta. Nam reſponderi poteſt,† q̃
quando reducitur materia ad ius commune per receſſum
a iure ſingulari,non cõſideratur damnum alicuius priua
ti,nec eccleſiæ etiam magnum. Ita decidit Abb. in c.ue-
niens col.6.uerſi.uel Tertio,poſt Inno.& ibi Felin.col.pe.
de præſcrip.Et eſt communiter approbata. ¶ Confirma-
ri poſſunt prædicta per doctrinam Abbatis in d.c.cum di
lecti col.fi.ubi dicit quòd ſi ibi omnes donationes fuiſ-
ſent ſimplices & puræ, non uidet rationem quare clau-
ſula de foreſta & de penſione,non debuiſſet referri ad om
nes donationes præcedentes per c. ſecundò requiris de
appellat.Sed in caſu præſenti omnes articuli reſeruatiui
uidentur puri & ſimplices, & ſine termino ; ergo clauſu-
la in fine poſita quæ perimit huiuſmodi reſeruationem
cum morte archipresbyteri,uidetur referenda ad omnes
præcedentes. ¶ Quibus tamẽ non obſtantibus concurro
in ſententiam excellentiſsimi domini conſultoris. Et pro
8 fundamento propoſitæ difficultatis conſidero† quòd gra
tia Papæ ſuper reſeruationibus ad fauorem.R.Regini,de-
bet eſſe perpetua ideſt ad eius uitã durare c. ſanctorũ 60,
diſt.gl.fi.& ibi docto.in c.ueniens. de fil. presb.glo.3,ubi
doct.in c.ſi gratioſe de reſcr.lib.6. regula decet,& regula
priuilegium de re.iur.eod. lib. Ergo omnes reſeruationes
præcedentes illam de reſeruatione fructuum habent ſuũ
terminũ,& uitam a iure,duraturã donec uixerit Reginus.
9 quo caſu† clauſula in fine poſita non refertur ad omnia
præcedentia,ſed tantum ad proximum,& ultimum,ne ſe
quatur iurium correctio.Ad hoc allego deciſionem Ab-
batis communiter approbatam in c.eccleſia ueſtra il 2.
in 6.not.per illum tex.iuncto.c.quia propter in fi.de elect.
ubi dicit,quòd clauſula poſita in fine non reſpicit omnia
præcedentia,quando ex illa relatione,iura corrigerentur.
& dicit hoc eſſe menti tenendum,quia non habetur ſimi-
lis textus in corpore iuris canonici. Et hac ratione utitur
Bar.in l.talis ſcriptura.§.fi.circa fi.de leg.1.quando dicit
quòd clauſula de executione facienda non porrigitur ad
ea legata,in quibus lex ipſa facit executionem. ¶ Con-
firmo per tex.in l.Plautius.ff.de au.& ar.leg. ubi illa qua-
litas muliebria in fine poſita refert ad ornamenta tantũ,
quæ immediate præcedunt, & non ad alia præcedentia
mediata,quæ fuerant a teſtatrice ſimpliciter prolata,&
quæ a iure ſuam habent determinationẽ.& eſt bonus tex.
in l.cum uulgaro in fi.ff.de dot.præleg.ibi quia diem ſuã
habebat,uidelicet a lege. Pro quo bene facit tex.in c.cau
ſam quæ de reſcri.ubi gl.in uerſ.intelligenda & doct. not.
10 † quòd clauſula poſita in lege iuris ordine præpoſtero re
11 gulatur a iure communi. ¶ Confirmo prædicta † quia
uerba diſpoſitionis debent ad communem & ſanum ſen-
ſum reduci.c.ex litteris il primo in fine de ſponſ.l.Labeo.
uerſi.non enim.ff.de ſup.lega. & ideò cum præcedentes
articuli reſeruatiui uſque ad illũ de reſeruatione fructuũ,
ſint ſimpliciter & diſtinctè poſiti,& ſecundum iura, & cõ-
munẽ, & ſanum ſenſum & ſtylum Ro. cur.determinati,ad
uitam R.D.Regini.dicunt etiam ſtare ſub ſua puritate &
ſimplicitate,ſine aliqua modificatione uel termino, ut in
ſimili caſu dicit gl.in uerſi.expirat circa medium in d.c.ſi
gratioſæ, quando ſoluit contrarium.c.ſi.de prec. ¶ Secũ-
do pro R.Regino,urget illa ratio conſiderata per clariſ-
12 ſimos conſulentes,† quando clauſula ponitur inter uer-
ba unius.c.ut in q.noſtra clarè conſtat in c.de reſeruatio
ne fructuum,tunc illa clauſula refertur tantum ad illud,
ut dicunt Bart.& alij in d. l.talis ſcriptura. Pro quo alle-
go Alex.in conſi.48.col.fi.lib.1.quando allegat Bar.in l.
fi.ff.de re.dub.ubi loquitur de cõditione uel qualitate in
ſerta in uno legato ut referatur ad illud tantum, non ad
præcedentia.pro qua deciſ.ultra alios allego text. in d.c.
cum dilecti,& ibi Card.in fine tertij contrarij dicit quòd
clauſula illa de foreſta poſita fuit inter uerba ultimæ do-
nationis,ideo refertur ad illam ultimam. Et hoc dictum
13 † probatur in d.c.ibi: ſed ad inferiorem conceſsionẽ,quę
penſionem, & determinationem habet inſertam. Et per
hanc rationem ponitur contrarium factum per Abb. in
d.c.cum dilecti col.fi.& per Card. in tertio contrario, &
per me ſupra quando dicitur quòd ſi in d.c.omnes dona-
tiones fuiſſent puræ,nõ uidetur poſſe aſsignari ratio,qua-
re clauſula de foreſta,non debuiſſet referri ad omnes do-
nationes,iuxta tex. in d. c.2. requiris. Nam ponitur hoc
obiectum ex quo in d.c.cũ dilecti clauſula de foreſta erat
inſerta inter uerba ultimæ donationis ; ideò illam tantũ
14 ultimam reſpicit. ¶ Tertio pro R. Regino facit, † quia
in ultima reſeruatione de fructibus,illa clauſula de morte
domini Archipresbyteri quæ habet finire dictam reſerua
tionem,fungitur præcedentibus articulis,cum aduerſatiu-
ua,uero,quæ aduerſatur præcedentibus, ut probatur in l.
ſi cum filiusfamilias.§.1.ff.de donat.iuncta gl.in uer. pro
mittere,& ibi Bart.quo fit ut clauſula ibi poſita non refe-
ratur ad alios articulos præcedentes, ſed tantum ad ulti-
mum ſecundum Bal.in l.3.C.de legit.hære.quem refert, &
ſequitur Alex.in d.conſi.48.col.fi. ¶ Ex quibus ſatis cla-
re conſtat de ueritate ſecundæ difficultatis reſolutæ ad fa
uorẽ Regini ut clauſula illa iſerta inter uerba reſeruatio
nis fructuum duratura tantum ad uitam archipresbyteri,
determinet illam duntaxat, cæteris manentibus in termi
nis juris communis iuxta uulgatam regulam iuris, quòd
caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris. l. ſi cum dotẽ
in principio.ff.ſolut.matr.l.commodiſsimè.ff.de liber. &
poſth.Ex qua reſolutione manet etiam ſoluta prima quæ
ſtio de forma mandati ipſius R. Regini non ſeruata pro-
pter quod litteræ deſuper expeditæ ſunt nullæ.c.cum di-
lecta cum ibi not.de reſcrip.l.diligẽter.ff.mand.cum alijs
allegatis ſupra per dominos conſulentes ſuper qua non
inſiſto, cum ſit de ſe ſatis nota. ¶ Non obſtant obiecta
ſupra per me adducta,quia ſatis apparẽt ſoluta per allega
tas rationes pro R. Regino; ſpecialius tamen reſponden-
do. Et primæ rationi dico quòd licèt materia reſeruati-
na prout ſunt aliæ gratiæ beneficiales, ſit ſtricti iuris, &
15 ambitioſa: † nihilominus poſtquam eſt facta & legitimè
expedita purè,& ſimpliciter,debet eſſe perpetua & durare
ad uitam reſeruatiui, ut ſupra dixi in prima ratione; niſi
ſint per pontificem conditionatæ ſeu limitatæ ad certum
tempus, cõcurrente etiam uoluntate reſignatarij,ut tenet
gl.3.

gl.3.in d.c.ſi gratioſæ. Nam cum Papa ſit dominus bene-
ficiorum.c.2.in princ.de præb.lib.6.& in illis habeat ple-
niſsimam poteſtatem clem. 1. in fi.ut lit.pen. potuit reſer-
uare pro R. Regino reſignante, omnia illa, quæ apparent
per eum de conſenſu reſignantis,& reſignatarij iuxta for-
mam ſuorum mandatorum reſeruata. Et quòd reſeruatio
nes præcedentes illam de reſeruatione fructuum, durent
ad uitam Regini erit ſecundum ius commune. quæ limi-
tatio & determinatio operatur,ut clauſula poſita in arti-
culo de reſeruatione fructuum duratura ad uitam archi-
presbyteri non referatur ad omnia præcedentia limitata,
* & deciſa ſecundum * omnes docto.in d.l. talis ſcriptura,
& in d.c.2.requiris cum ſimilibus; maximè ne per talem
relationem corrigatur ius commune, ſecundum deciſio-
nem Abb.in d.c.eccleſia. ¶ Nec obſtat, quòd litteræ apo-
ſtolicæ ſint expeditæ contra Reginum ut omnes reſerua-
tiones præcedentes, excepta illa de reſeruatione canoni-
catus per ceſſum uel deceſſum reſignatarij, expirent per
mortem archipresbyteri, quod uidetur fauorabile ut di-
xi ſupra in obiecto: quia reſpondeo litteras illas eſſe in-
ualidas, cum non fuerint ſeruati fines mandati ipſius Re-
gini.d.c.cum dilecta, cum ſimi. ¶ Non obſtat aliud obie-
ctum de c.cum dilecti, tenẽdo unũ intellectum quòd om-
nes donationes eſſent puræ, & inde terminatæ ultima
excepta. q̃a in q. noſtra omnes articuli reſeruationũ ſunt
terminati a iure ad uitã D. Regini ultimo excepto de fru-
ctibus qui eſt terminatus in procuratorio Regini ad uitã
archipresbyteri: ideò clauſula iſta non refertur ad præce-
dentes determinatos.

## SVMMARIVM.

1 *Regulæ cance. ſunt ſtricti iuris, ideò non capiunt iura capituli, ni-
ſi uerbis expreſſis.*
2 *Expreſſo uno modo uacandi, cum clauſula generali, non uenit
modus electiuus.*
3 *Omne non expreſſum in litteris ad beneficia, cenſetur excluſum.*
4 *In materia electionis capituli attenditur initium, non confirma-
tio, nec inſtitutio.*
5 *In gratia collatiua ſimplici, non uenit caſus mixtus.*
6 *Gratia collatiua præiudicans ordinarijs eſt odioſa, collatio uerò
ordinaria eſt fauorabilis.*
7 *Clauſula ex nunc, pro ut ex tunc, & e contra, poſita in gratia pu-
ra trahitur retro ad initium, ſecus ſi ſit conditionalis, niſi ha-
beret decretum, & tempus acceptandi.*
8 *Regula de non tollendo ius quæſitum, an procedat in iure acquiſi-
to ſolùm ex decreto.*
9 *Species extracta de genere, ſub illo, ampliùs non includitur.*
10 *Decretum Papæ habet uim priuatiuam, & annullatiuam poteſta-
tis conceſſæ.*
11 *Cardinales utrum comprehendantur ſuper generali derogatio-
ne; Et quando qualitas Cardinalis.*
12 *Poſt adeſſe, uel abeſſe tempore uacationis, de illa non eſt neceſſa-
ria mentio.*
13 *Cardinalis habens indultum ſi conſenſit collationi, non poteſt ul-
tra in caſu illo uti indulto.*

## CONSILIVM CCCXIIII.

¶ Tranſmiſſa ad Ro. curiam.

REVERENDE pater duo proponuntur du-
bia. primum, an gratia. D. Iacobi ſit reuocata
per regulas cancell. del 1539. & del 1540.&
quatenus non, an deroget indulto conceſſo
Cardinali ad beneficia ſpectantia ad inferiorũ collatio-
nem. ¶ Ad primum, quod non ſit reuocata, facit, quia re
gulæ reuocant expectatiuas, & alias gratias ſuæ Sancti-ta-
1 tis†. quæ cum ſint ſtricti iuris, ut probat Caſſa. dec. 16. nu.
5.& 23. nu.6. de præb. non debent extendi ad gratiam ca-
pituli electiuam, a quo gratia ſumpſit initium, etiam ſi re
gulæ reuocaſſent gratias, per quoſcunque conceſſas. Ita
Ioannes mona. in regula in generali de reg. iur. lib.6. quẽ
ſequuntur Ioannes Andr. & Ioan. de Ligna. in c. cũ in illis
§.1. ſuper gl. in uer. electionem, de præb. eo. lib. Dicunt. n.
2 † quòd in uerbis generalibus collatiuis Papa non ſenſit
de uniuerſitate, ſeu capitulo eligente: uel ſi uolumus tene
re aliam rationem ad illum tex. quæ fuit. D. Flo. quem ſe-
quuntur Gemi. & Phili. quòd expreſſo uno modo, non ue-
nit electiuus, ut ibi, puto idem dicendũ. quia illæ regulæ
in uerbis reuocatiuis non faciunt mentionem de modo
electiuo, per quem gratia. D. Iacobi ſumpſit exordium,
pro quo eſt deciſ. Ro. in nou. 44. licèt de more, & concor-
dat Phili. in c. dudum col. pe. de præb. eo. lib. ¶ Confirmo
per tex. in d. cap. §. cum autem, ubi Phili. & Gemi. dicunt.
3 † quòd omne non expreſſum in litteris ad beneficia uide-
tur excluſum. c. ſuſceptum de reſcri. in 6. etiam ſi non ex-
preſſum ſit minus. c. cui de non de præb. eo. lib. quod pro-
cedit etiam in regulis cancell. ut per Caſſa. in d. deciſ. 16.
& 23. facit, etiam ad hoc, quia gratia D. Iacobi eſt fauora
bilis, cum ſit ſecundum ius commune. c. cum. M. de conſt.
c. relatum, & c. dilectus de præb. & de conſenſu capituli ca
nonicorum eccleſiæ Taruiſinæ ad quos ſpectat electio, &
prouiſio canonicatus & præbendæ ut creditur probatum
per iura, & teſtes. Illa uerò, quæ reuocantur per regulas
ſunt odioſa, & ambitioſa. c. quamuis de præb. eo. lib. ideò
fauendum eſt gratiæ, q̃ nõ ſit reuocata, & odium reſtrin-
gendum, quod uerſatur in reuocatione. c. odia de reg. iur.
in 6. & ita arguit Cald. in conſi. 22. uerſi. planum eſt autẽ,
de præb. & Feli. in c. in noſtra col. 31. & 32. de reſcri. Non
obſtat ſi obijciatur, quod pro D. Iacobo ſtat gratia Papæ
Pauli, qui confirmauit electionem capituli, & D. Iacobo
4 contulit canonicatum & præb. quia reſpondetur, † quòd
in huiuſmodi materia mixta electionis capituli, ordinarij
collatoris, & confirmationis, & gratiæ ſuperioris, attendi-
tur initium, non cõfirmatio, nec inſtitutio, quia cum ſint
acceſſoria ſequuntur naturam principalis & ab illo regu
lantur, regula acceſſorium de reg. iur. in 6. ita decidunt
Ioan. And. Gemi. & Phili. in d. §. cum autem: uerſ. quid au
5 tem ſit in terminis. ¶ Ad idem moueor † quia caſus no-
ſter eſt mixtus electionis capituli, & confirmationis epi-
ſcopi, & poſtmodum ipſius Papæ cũ gratia collatiua. un-
de cum regulæ illæ reuocatoriæ, loquantur de expectati-
uis, & gratijs ipſius Papæ ſimpliciter, ſub illis, nõ uenit ca-
ſus noſter mixtus, ut eſt caſus in gl. c. cum in illis. §. ſi. Quæ
mixtura fauet ordinariæ poteſtati; ideò fugienda reuoca-
tio, & reſtringenda: c. pernenit ex 19. q. 3. & eſt gl. pe. in clem.
6 ſi. de offi. ord. Quæ dicit, † quòd gratia præiudicans ordi-
narijs eſt reſtringenda, ordinariorum uero cum ſit natu-
ralis eſt fauorabilis, & amplianda. Pro hoc facit glo. pen.
in c. præſenti de offi. leg. lib. 6. quæ dicit, quòd reſeruatio
legati de beneficio ſpectante ad collationem capituli, nõ
capit beneficium ad collationem eiuſdem, & epiſcopi, &
econtra, ſecus ſi materia faueret collationi ordinariæ, ut
in terminis decidit Cald. in d. conſi. 22. Secundo, regulæ
illæ non derogant gratiæ, quia per litteras collatiuas Pa-
pæ, canonicatus & præb. etiam uacaturæ, acquiſitum fuit
7 D. Iacobo plenum ius in re, † per clauſulam, ex nunc,
pro ut ex tunc, & ecõtra, ut expreſsè dicitur in gratia, quæ
fuit del 1537. & ſic ante regulas & tempus uacationis præ
bendæ quod fuit poſt regulas & trahitur retro ad tempus
gratiæ prouiſionis Papæ quæ fuit pura maximè ſtãte clau
ſula decreti in eadem gratia, ut per Cardinalem in cle. 1.
in princ. q. 15. de conceſſ. præb. ſecus ſi gratia fuiſſet con-
ditionata, quia tunc attenditur tempus purificatæ condi-
tionis, ut per Oldra. conſi. 58. & 229. col. ſi. & ſuper hoc pũ
cto eſt lõga deciſio Rot. relata per Caſſad. tertia de præb.
quæ poſt alios relatos diſtinguit inter gratiam puram,
& conditionalem, ut in prima attendatur tempus gratiæ,
in ſecunda tempus purificatæ conditionis, ſed reuocato
ria tollit ius quæſitum ad rem, non in re. c. pe. de præb. in
6. c. ſi. de conceſ. præb. eod. lib. ergo non tollit gratiam, de
8 qua agitur. Et licèt doctores ſint uarij, † an regula de nõ
tollendo ius quæſitum, procedat in iure quæſito non uerò,
ſed ex decreto Papæ, tamen hoc dubium deciſum apparet
in d. gratia, in qua Papa expreſsè declarat, quòd D. Iaco-
bus habeat ius quæſitum, etiam quo ad effectum. d. regu-
læ ita quòd nihil ſuperſit prouiſo agere, niſi actualẽ poſ-
ſeſsionem

ſeſsionem capere,& fructus præbendæ uacaturæ percipere. Nec obſtat, quòd Papa per regulas illas uoluit præiudicare in iure quæſito, non realiter, ſed ex decreto ſuo tantum, quia reſpondetur, quòd per hoc nõ fuit derogatum regulæ de non tollendo, ſpecialiter, & indiuiduo, prout ſeruatur in practica, quando Papa intendit derogare regulis a ſe editis, ut atteſtantur moder. in tracta. de benefic. in tertia parte. quæſt. 46. & tradunt moder. in procemio regularum cancell. in quinta quæſt. Stat ergo regula de non tollendo, pro D. Iacobo cum qua eſt etiam iuris cõmunis diſpoſitio in l. ij. §. ſi quid a principe. ff. ne quid in loc. public. & capitulo ſuper eo de offi. deleg. & eſt tex. in materia in capitulo ſi poſtquam, ubi Gemi. & Philip. not. de præben. libro ſexto. & hæc dicta in ſecunda ratione procedunt, ſi gratia D. Iacobi fuiſſet comprehenſa ſub uerbia regulæ del 1539. & 1540. quod tamen expreſſe negatur per rationes deductas in prima ratione. ¶ Ad ſecundum dubium, dicò gratiam D. Iacobi derogare indulto Cardinalis in caſu noſtro, per expreſſam derogationem, & per tacitam. De expreſſa apparet ex uerbia gratiæ, ibi, necnon priuilegijs, indultis ac litteris apoſtolicis quibuſuis cuiuſcunque dignitatis etiã imperialis &c. & infra, ac etiam Cardinalatus honore fungentibus &c. Nam tenor gratiæ eſt attendendus. c. porro. de priuileg. capitulo accepimus de fide inſtru. De tacita reuocatione eſt tex. in capitulo dudum de præben. in ſextò. ubi ponitur lougus caſus de indulto conceſſo Cardinali epiſcopo Peleſtrino legato in Gallia per Boniſacium. viij. in quo concurrebat prouiſio Papæ de canonicatu & præbenda uacatura, cum gratia ipſius Cardinalis uigore indùlti ſibi facta, & ibi conclusum fuit, quòd prouiſus a Papa debeat præferri pluribus rationibus. Prima, quia apud Papam remanſit eadem, & maior poteſtas illa, quam dedit Cardinali. Secunda, quia Papa fuit primus, prout in q. noſtra, in prouidendo D. Iacobo, quia del 1537. & Cardinalis poſterior, prouidit D. Marino del 1540. ergo potior debet eſſe conditio D. Iacobi. Tertia, quia gratia ſpecialis Papæ pura, & cum decreto, ut ibi, & hic, derogat generali indulto Cardinalis, licèt de genere nulla ſit facta
9 mentio: & eſt ratio † quia ſpecies extracta de genere, amplius ſub illo non includitur ſecundum Ioan. monac. in d. capitulo qui allegat bona iura, poſt Io. Andr. Quarta, quia ſi de indulto Cardinali conceſſo, fuiſſet expoſitũ Pontifici, nihilominus gratiam conceſsiſſent de indulto non habita mentione. quòd autem hoc expoſito, gratiam conceſsiſſet, apparet ex tenore illius, in qua derogat etiam prouiſionibus per ſe factis, & fiendis in eccleſia Taruiſina de canonicatu & præben. uacantibus, & uacaturis, & omnibus priuilegijs, & indultis quibuſcunque, & uult gratiam ſuam ualere, etiam ſi canonicatus & præbenda fuiſſent ſpecialiter, uel generaliter reſeruati, etiam mentaliter &c. & quia foret abſurdum ſi poteſtas Papæ tã lata impediretur, ſi in omnibus gratijs ſuis deberet de illo indulto facere mentionem. Quinta, quia per gratiam, nullum ſit præiudicium Cardinali ſi indulto derogetur, quo ad beneficia ſpectantia ad inferiorum collatores, ut probatur in dicto capitulo prout etiam eſt caſus noſter. Tractatur enim tantum de lucro. D. Iacobi prouiſi: effectus enim indulti non deriuatur in Cardinalem cui ſit, ſed in ꝓuiſum de beneficio, ut ibi per Gemi. & Phi-
10 lip. qui etiam dicunt in nota † ꝙ decretum Papæ in gratia, quod eſt etiam in caſu noſtro, habet uim priuatiuam, & reuocatiuam poteſtatis conceſſæ Cardinali ad ipſum Papam. ex quibus infero, ꝙ Cardinalis poſt gratiam factam. D. Iacobo, non potuit uigore indulti reuocati, præbendam uacantem. D. Marino conferre, etiam per text. in c. ſi poſtquam de præb. eo. lib. & per not. ibi per Gemi. & Phili. poſt Archi. in uer. quid ſi Papa poſt collationem. Et conferunt not. per Feli. in c. ad antes in octaua cõcluſ. in fi. de reſcr. & Ludo. Go. epiſcopus Sarnen. in procemio re-
11 gularum. q. 4. fol. 50. qui tenent, † ꝙ de iure, & ſecundum practicatam opinionem, Cardinales comprehendi ſub generalibus derogationib. in materia de qua eſt. q. pro quo
12 facit † quia qñ qualitas iſta Cardinalis poteſt adeſſe, & abeſſe tempore uacationis, de illa non eſt neceſſaria mentio ut tradit Feli. in c. in noſtra in 7. corr. de reſcri. Multũ
13 etiam ualet pro D. Iacobo † ꝙ uicarius ſufficienti facultate munitus approbauit electionem prædictam, quo fit, ut non ſit locus indulto Cardinalis ut tradit Sarn. ſuper regula de impe. bene. uac. per ob. fam. car. quæſt. decimanona.

*SVMMARIVM.*

1 *Regula cancell. Pauli Papæ. iij. edita de anno 1536. & de menſe Auguſti contra indulta Cardinalium in fauorem expectantium, non comprehendit expectantes præbendam authoritate electionis capitulorum.*

2 *Caſus mixtus prouiſionis capituli & confirmationis cum prouiſione Papæ non comprehenditur ſub gratia ſimplici Papæ.*

3 *Regula cancell. quæ reuocat indulta Cardinalium comprehendit illa, quæ ſunt ad collationes inferiorum, non ad ſuam.*

4 *Fauendum eſt indulto Cardinalium in ſpectantibus ad collationem ſuam iure ordinario, quia eſt fauorabilis.*

5 *Gratia Papæ reuocatoria indultorum ſimpliciter ſub uerbis generalibus, non reuocat indulta Cardinalium.*

6 *Gratia Papæ ſecunda, in qua non ſit mentio expreſſa de priori electione facta per capitulum in canonicum ſub expectatione præbenda eſt nulla. etiam ſi gratia Papæ ſit confirmatoria electionis facta per capitulum.*

7 *Per uerba reuocatoria indultorum generalia, non præiudicatur priuilegijs Cardinalium.*

## CONSILIVM CCCXV.

¶ An indultum Cardinalis ſit ſublatum per regulam editam contra indulta Cardinalium in fauorẽ expectantium de anno 1536. de menſe Auguſti.

1 Reuerende pater teneo ꝙ non, † quia regula emanauit pro fauore habẽtium expectatiuas concedendas per ſuam ſanctitatem iuxta formam ſuarum regularum, quæ cum ſint ſtricti iuris, ut per Caſſa. deciſ. 16. nu. 5. & 23. nu. 6. de præb. ideò non ſunt extendendæ ad gratiam aduerſarij, quæ habet initium a cap. Ceneten. ſecuta ꝯfirmatione Papæ & proui-
2 ſione eiuſdem. † et caſus mixtus non cõprehenditur ſub ſimplici. c. cum in illis. §. ſi. de præb. lib. 6. maximè quando mixtura habet electionem capituli, ut poſt Io. Mona. tenent Ioan. Andre. & Ioan. de Lign. in d. c. §. 1. ſuper glo.
3 in uer. electionem. ¶ Secundo † quia regula reuocat indulta, quatenus concernunt collationes inferiorum collatorum, in alijs autem ſalua remanent, ut ibi in fi. regulæ dicitur. ſed collatio canonicatus & præben. de quibus agitur, ſpectauit & ſpectat Cardinali iure liberæ collationis, qui eſt in poſſeſsione conferendi, ut conſtat ex proceſſu. Nam ultimo & immediato poſſeſſori, per cuius obitum fuit per Cardinalem prouiſum D. Iulio Moſchardino, ipſemet de eiſdem prius prouiderat, ut in actis; ergo regula non reuocat indultum in caſu noſtro, cui fauet ius commune. ¶ Confirmo quia fauendum eſt in-
4 dulto, † in ſpectantibus ad collationem Cardinalis iure ordinario. Caſſa. deciſ. 8. de præben. & deciſ. 3. & 4. de priuil. Gemin. conſi. 104. conſuetudo, in fine, præſeruantur enim de facili huiuſmodi indulta a gratijs, ut ibi per eũ. Ad hoc eſt glo. penultima in clementina ſecunda de offi. ordin. quæ dicit, quòd collatio ordinarij eſt fauorabilia & extendenda, extraordinaria uero eſt odioſa, & reſtringenda, ut etiam declarat Abb. in capitulo mandatum in ultimo not. de reſcript. ideò non conuenit, quòd regula faueat electioni capituli Ceneten. ad quod non ſpectat prouiſio, nec confirmationi Papæ illi acceſſoriæ, ad reuocationẽ indulti. ¶ Dubitatur ſecundo, an grã Papæ reuocatoria indultorũ, ſub uerbis generalibus, reuocet in-
5 dulta Cardinaliũ. † Teneo ꝙ nõ, ut uoluit Io. And. in c. t.

de ſchiſma . libro ſexto . cum ſimilibus. ut per Sarnen.in
procemio regularum quæſtio.4. fol. 9.reg. maxime quia
gratia pro Iacobo eſt ambitioſa, & exorbitans,ut poſt a-
lios tenet idem Sarnenſis.ibi, in uerſ.tertius caſus.
¶ Secundò principaliter indulto Cardinalis non eſt de-
6 rogatum,† quia gratia D.Iacobi eſt nulla ipſo iure, nam
tacuit in illa, ſe prius fuiſſe electum in canonicum ſuper-
nnmerarium in eccleſia Concordien. & Taruiſina per ca
pitula earum, & ambas electiones per Papam confirma-
tas,& earum uigore ab eodem Papa ſibi prouiſum fuiſſe
de canonicatibus & præb. etiam uacaturis cum clauſula
ex nunc prout ex tunc,& cum pleno iure in re, in ampliſ-
ſima forma. Quas gratias d.Iacobus ambas proſequi-
tur in ſacro Ro. auditorio; ergo præſens gratia Papæ in
Ceneten.de qua eſt.q.eſt ſubreptitia, & nulla.c.ad audiẽ
tiam el 2.c.poſtulaſti.& c.ſi proponente de reſcript.& eſt
caſus clarus pro iſta ratione,& deciſione.q.noſtrę in c.in
noſtra eodem titu.per quem Abb.& alij notant, quòd ele
ctus prius in una eccleſia in canonicum ſupernumera-
rium, etiam adhuc non conſecutus præbendam, tenetur
in gratia ſecũda ad aliam eccleſiam expreſſam de prima
facere mentionem,aliàs gratia eſt nulla,etiam ſi iſta ſecũ
da Papæ ſit confirmatoria electionis capituli.et ita deci-
dit glo.pe. approbata in c.ſi apoſtolicæ de præben.lib.6.
Quæ dicit ita ſeruari in Rom.cu.et tradit Rom. in conſi.
362.& in conſ.383.col.1.& 2. & Gemi.conſ.128.factum
tale eſt col.pe.uerſ.ad ultimum.et eſt regula cancell.Pau-
li in terminis de non habendo duas expectatiuas. Ex
quibus ceſſant omnes difficultates,& d.Iulius eſt in caſu
abſolutionis a petitis actore non probante. ¶ Non obſt.
text.in c.ſi poſtquam, & in c.ſi apoſtolicæ,de præb.lib.6.
quia procedunt ſi non extaret indultum, uel ſi illi fuiſſet
derogatum, etiam ſi gratia pro Iacobo fuiſſet ualida.
¶ Non obſt.text.in c.relatum, & in c.dilectus de præben.
quia procedunt in canonicatu electiuo,ſed eſt collatiuus
ut dixi,& in ſtatu liberæ collationis reperitur,per ultimã
& immediatam collationem,quæ habuit effectum,ut cõ-
ſtat in proceſſu,quod ſufficit.c.cum eccleſia de cau.poſſ.
cap.conſultationibus de iurepatro.cum ibi not. ¶ Non
obſt.conſenſus Reuerẽdi D. Ioannis Grimani fratris Car
dinalis præſtitus ſuper electione capituli, quia facultas
ſua eſt de uacantibus, non de uacaturis, ne detur uotum
captandę mortis.& ſic ad caſum noſtrum non ualet.cap.
conſtitutus cum ibi not.de conceſſ.præb.c.deliberatione
§.prohibemus de offic. leg. lib.6. et tradit Biſgne. dec.5.
Ordinarius.de conceſſ.præben. ¶ Secundò ſtante nulli-
tate gratiæ Papæ confirmatoriæ, & prouiſionis ſubſecu-
tæ,per tex.in d.c.in noſtra,conſenſus prædictus precedẽs
nihil operatur. ¶ Non obſtat deciſ.Felin.in d.c.ad aures
in octaua concluſ.ubi poſt Franciſcum Pauinum tenet Fe
li. q regulæ cancell. in uerbis generalibus comprehen-
7 dunt Cardinales, quia deciſio non procedit † quãdo præ
iudicatur priuilegijs Cardinalium, ut tenet Viladiego in
tracta.Cardinalium.q.12. in fi. ut eueniret in q.noſtra ſi
tolleretur indultum,cui potius fauendum eſt,quia tendit
ad conſeruandum ius commune collatiuum, quod præ-
ſeruatur per dictam regulam. ſecus ſi conſtitutio conti-
neret rationem iuris communis, licèt eſſet pœnalis, puta
in caſu.c.de multa de præben.& cap.nemo de elect. in ſe-
xto.& capitulo ſi quis ſuadente.17.quæſt.4.& ſimilib. Et
ſic per diſtinctionem ſaluãtur opiniones Feli.& aliorum,
qui tenent contrarium, ut per Sarnen.in dicta qu.4.in ſe-
cundo caſu. et quia habemus deciſiones Io.Andre. & ſe-
quacium in ſpecie tenentium, quòd reuocatoria gratia-
rum in uerbis generalibus non comprehendit Cardina-
les maximè, quia in caſu noſtro gratia Papæ pro Iacobo
eſt fundata ſuper iure capituli extraordinario, & ſic re-
ſtringibili,& odioſa, glo.pen.in d.clem.2.item quia ſtan
te nullitate gratiæ, ceſſat obiectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcriptum Papæ directum patriarchæ Venetiarum, non poteſt
exequi per ſuum uicarium.*
2 *A delegato epiſcopi recuſato, uel non recuſato poteſt appellari
ad uicarium generalem epiſcopi in abſentia ipſius diœc. ſecus
ſi ſit præſens.*
3 *Suſpenſo epiſcopo, ſuſpenſa eſt iuriſdictio uicarij.*
4 *Multa conceduntur uicarijs propter abſentiam dominorum ſuo
rum a loco ſuæ reſidentiæ.*

## CONSILIVM CCCXVI.

QVAESITVM fuit a me utrum reſcriptum
Papæ Pauli. iij. directum Reuerendiſſimo D.
Patriarchæ Venetiarum abſenti, commoran-
ti in diœceſ.Vicentina,obtentum ſuper indul
gentia, capitulo Odoardus de ſolutio. poſſit exequi per
ſuum generalem uicarium & locumtenentem, durante
1 eius abſentia. † et uidebatur dicendum quòd non, per
deciſionem Philip.in capitulo cum non deceat, in ulti-
mo not.de electio. libro ſexto. ubi hoc expreſſè tenet.
& mouetur, quia uidetur conſiderata dignitas epiſco-
palis. Pro quo facit deciſio Rot. in antiqu. 157.& 847.
cum ſimilib. ut per Philip. in capitulo eam te. columna
decimanona, in uerſicu. mandato facto epiſcopo: de re-
ſcript. Quibus tamen non obſtantibus contrarium pu-
to uerius in caſu noſtro per deciſionem Abb. in capitulo
ſi quis contra clericum columna decima,uerſic.Sed circa
2 prædicta, de foro competen. ubi tenet † quòd a delega-
to epiſcopi poteſt appellari ad eius uicarium in abſentia
eius, ſecus in præſentia per text. in capitulo ſecundo de
conſu.libro ſexto. & per text. cum ibi not. in capitulo ſi
contra unum, de offic.delega. eodem libro. ubi conclu-
ditur, quòd recuſatio delegati epiſcopi poteſt probari
coram uicario, epiſcopo abſente, ſecus ſi ſit præſens, ut
ibi probatur. Idem decidit Abb. in capitulo dilecti filij
prior, libro ultimo de appellatio.columna ſecunda, ubi
tenet, quòd uicarius epiſcopi, ſeu archiepiſcopi in ab-
ſentia eorum, cognoſcit de appellatione ad epiſcopum,
uel archiepiſcopum interpoſita, quia archiepiſcopus,ſeu
epiſcopus uidetur cognoſcere miniſterium ſui uicarij;
cum iuriſdictio uicarij non ſit ſeparata a iuriſdictione
3 eorum. † Nam ſuſpenſo epiſcopo, uel excommunicato,
ſuſpenſa eſt iuriſdictio uicarij ut le.& no.in capitulo pri-
mo de offic.ordin.libro ſexto. Mouetur etiam ratione. l.
ſi hominem.ff. manda.ubi ex cauſa ueriſimiliter non co-
gitata per legiſlatorem, Procurator generalis ſe intro-
mittit in cauſa alijs ſpecialiter commiſſa, & per hoc li-
mitatur text.in capitulo ſtuduiſti de offic. leg. ut ibi per
Abb.ſed Papa reſcribendo D. Patriarchæ Venetiarum co
gitauit illum Venetijs reſidere. qui cum reperiatur ab-
ſens, unde ne reſcriptum reddatur inutile cum damno,
& intereſſe impetrantis, debet ipſius uicarius & locum-
tenens, commiſſionem prædictam exequi. Pro hoc eſt
text.in capitulo cum nullus.§.epiſcopo, de tempo.ord.
in ſexto. ubi Bonifac.viij. dat facultatem epiſcopis, & a-
lijs ordinarijs dandi litteras commendatitias ad ordi-
nes eorum clericis, & hoc prohibet uicarijs: quod ta-
4 men illis concedit, abſente epiſcopo tantum. † Ad idem
* allego dictum archidiaconi, cum quo * omnes ibi per-
tranſeunt in capitulo Reatina.63.diſtinc. ubi dicit, quòd
ſi de conſuetudine eſt, ut aſſenſus Regis, uel archiepiſco
pi requiratur ante electionem, & ille ſit abſens extra re-
gnum, uel archiepiſcopatum ſuum, ſufficit uicarium
talis perſonæ, requiri. quod non permittitur in præ-
ſentia ipſius. et dicit ſe ita obtinuiſſe in cauſa Cantu-
rienſis archiepiſcopi. & per iſtud dictum domi. Iaſ. in
lege cum filiusfamilias columna ſecunda. ff. ſi certum
petatur dicit, ſe conſuluiſſe in caſu, in quo requirebe-
tur conſenſus epiſcopi, qui non poterat haberi propter
abſentiam ab epiſcopatu, quòd ſufficiebat habuiſſe con
ſenſum ſui uicarij, uel eius locum tenentis. Et ibi Iaſ.
per illum text. infert ad multa, quæ permittuntur uica-
rio,

rio,& locum tenenti, propter abſentiam ſuorum domi-
norum. quæ aliàs denegantur in eorum præſentia.
Confirmo prædicta, quia beneficium d. cap. Odoardua
clericis pauperibus poteſt concedi per epiſcopos, & eo-
rum uicarios, ut ibi le. & no. Non obſtãt contraria, qnia
procedunt, data præſentia patriarchæ in diœc.

## SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi, niſi ſit facta*
*pro utilitate eccleſiæ.*
2 *Succeſſor in beneficio tenetur ad debita eccleſiæ contracta per*
*prædeceſſorem, pro utilitate, uel neceſſitate eiuſdem.*
3 *Qui percipit fructus beneficii, tenetur pro illis ad onera collecta-*
*rum, & decimarum, & ad ſolutionem clericatuum. quæ ſi non*
*ſoluit, tenentur ipſius hæredes. & nu. 4.*

## CONSILIVM CCCXVII.

SVPER puncto, de quo petitur conſilium,
* deciſiuè loquendo, * communis opinio do-
1 ctorum eſt † quòd ſucceſſor in beneficio de
Cereda non tenetur ſtare locationi ſactæ per
prædeceſſorem, niſi in quantum eſſet ſacta pro utilitate
eccleſiæ. Ita tenent glo. & doct. in c. fi. ne præla. uic. ſu. &
Gemi. conſ. 17. colu. fi. & latè conſuluit Alex. in conſ. 160.
2 per totum lib. 6. ſuper ſecundo quæſito. Teneo † q ſuc-
ceſſor in beneficio tenetur ad debita contracta per præde
ceſſorem pro ntili, ſeu neceſſaria reparatione eccleſiæ, qa
ad hoc tenetur etiam ſucceſſor. c. 1. de ſolu. Et latius hoc
decidit Gemin. in dicto conſilio. Super tertio concludo
3 † quòd rector eccleſiæ, qui dum uixit percepit fructus &
redditus eiuſdem, teneatur ad onera decimarum, & col-
lectarum, & ad ſolutionem clericatuum in dicta eccleſia
exiſtentium, ſi redditus ſufficiunt ultra uictum, & ueſti-
tum, ut probatur in c. fi. §. porrò de offic. ord. lib. 6. & latè
hoc decidit Gemi. conſi. 3. incip. Super dubio, per totum,
4 ubi dicit, & probat, † quòd ſi rector non perſoluit onera
huiuſmodi, ut ampliaret patrimonium, ut quotidie fit, ad
illa tenentur ſui hæredes, & non ſucceſſor in beneficio, ut
ibi latè per eum.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſſio matrimonij etiam facta in iudicio, per ipſos iugales in*
*præiudicium alterius matrimonij, non ualet.*
2 *Statur aliquando dicto extraiudiciali, & non iurato, contra a-*
*liud dictum iuratum, & iudiciale, quando cum non iurato con*
*currunt indicia, ut puta, ſi poſtea ſit contractum matrimoniũ*
*cum alio.*
3 *Confeſſio recepta a iudice non ſuo, cuius iuriſdictio fuit ſuſpenſa*
*non nocet confitenti.*
4 *Confeſſioni unius contrariæ, non eſt ſtandum ratione contrarie-*
*tatis & periurij.*
5 *Statur ſecundo dicto contra primum, habito cum tormentis, idẽ*
*quando fit animo ſe corrigendi incontinenti.*
6 *Secundum matrimonium probatum per duos integros teſtes, con*
*tractum in faciem eccleſiæ, præualet primo probato per unicũ*
*tantum teſtem cum fama.*

## CONSILIVM CCCXVIII.

IN cauſa matrimoniali de Appano Pad. diœc.
uertitur quæſtio in ſecunda inſtantia coram
auditore Reuer. legati apoſtolici; An ſtandũ
ſit primo dicto, ſeu primæ ꝯfeſsioni dñæ Lau-
ræ iuratæ, confitentis ſe contraxiſſe cum do. Hannibale
Aromatario, uel ſecundo, in quo confitetur ſe cõtraxiſſe
cum Andrea piſtore. Et tenendum eſt, ſtandum primo di-
cto iurato ipſius Lauræ, in quo negauit ſe contraxiſſe cũ
Andrea, ſed cum Hannibale. & hoc ꝯfeſta eſt bis, aut ter,
ut cõſtat in actis cauſæ, & de ipſo matrimonio in faciem
eccleſiæ contracto in ciuitate Paduæ in domo Gaſparis
Linaroli ſuper contrata ſanctæ Crucis, inter D. Lauram
& Hannibalem, conſtat ex depoſitione quinque teſtium,
examinatorum Paduæ in ſecunda inſtantia per litteras
remiſſoriales ſuper ſecundo cap. qui etiam dicunt, quod
tunc ipſa Laura fuit deſponſata, & incontinenti ad do-
mum Hannibalis traducta; & hæc fuerunt del 1544. de
menſe Iulij, teſtes autem ſunt infraſcripti. Ven. presby-
ter Cæſar curatus, qui fecit uerba matrimonij, Theodo-
ſia de monte Scilice, Marieta uxor Antonij ſutoris, Chri-
ſtophorus de S. Maximo artium & medicinæ doctor, qui
fuit compater anuli, magiſter Antonius ſutor omnes ſu-
per ſecundo artic. Lauræ, qui uocant plures alios ꝯteſtes,
1 qui fuerunt præſentes huiuſmodi cõtractui. † Ex quo in-
fertur, q confeſsio Lauræ confitentis ſe contraxiſſe cum
Andrea, nihil ualet, cum tendat in præiudicium matrimo
nij contracti publicè in faciem eccleſiæ cũ D. Hannibale
cum quo uſq; in hodiernũ diem habitat in eadem domo,
ut probatur in c. ſuper eo, de eo qui cogn. conſan. ux. ſuæ,
* ubi * omnes doct. not. Nam hmõi confeſsio præſumitur
colluſoria, & facta in damnum matrimonij, quod habuit
initium ab ipſo Deo, ut eſſet indiſſolubile facto hominis
Gen. c. 2. c. 1. de uot. lib. 6. ¶ Comprobatur iſta opinio,
qnia cum primis duobus dictis iuratis, & iudicialibus ip
ſius Lauræ, negantis ſe contraxiſſe cum Andrea, & cum
eo rem habuiſſe carnalem, concurrunt plura indicia. Pri-
mum, quia cum aliàs ad inſtantiam Andreę prima uice,
coràm Vicario Paduano, uerteretur lis ſuper huiuſmodi
matrimonio, cum non poſſet illud probare, ipſe Andreas
ceſsit iuri, liti, & cauſę, de qua ceſsione apparet in proceſ-
ſu Paduæ in prima inſtantia, formato, inter Laurã, & An-
dream fol. 13. Secundum indicium pro primo & ſecun-
do dicto Lauræ negatiuo, qnia etiam in ſecũdo proceſſu
Paduæ formato del 1544. ipſe Andreas nihil probauit de
ſuo articulato matrimonio: ideo Laura reportauit abſo
lutoriam, ut conſtat ex actis. Tertium indicium, quia
ipſa Laura poſt aſſertum matrimonium ꝯtractum, ut dr,
cum Andrea, contraxit matrimonium Paduæ in faciem
2 eccleſiæ cum Hannibale. † Ex quo ſumitur indicium, &
probatio, q Laura prius cum Andrea non contraxerat,
niſi de illo concludenter probetur, ut eſt tex. ad hoc not.
in c. per tuas, qui fil. ſint legit. quem omnes docto. ad hoc
not. Quæ deciſio procedit etiam ſi Laura aliquando con
feſſa fuerit, Andream fuiſſe, & eſſe ſuum maritũ, ut ibi pro
batur in principio. Et eſt etiã de hoc deciſ. Salic. in auth.
item ſi quis ſecunda. C. de natur. libe. Et ita not. per illum
tex. decidit Ant. Roſel. in ſuo tract. legitimat. regiſtrato
in primo lib. tract. ſol. 164. nu. 57. & 60. Vnde ſequitur ex
his, q etiam ſi primum dictum Lauræ negantis matrimo
nium, & copulam cum Andrea, fuiſſet unicum, & non iu-
ratum, & etiam extraiudiciale, ex quo cum illo concur-
runt indicia præfata, ſtandum eſſet illi, & non ſecundo iu
rato. Ita not. decidit Abb. in c. litteras. col. 2. de præſum.
& in conſi. 52. Videtur primò, per totum li. 1. Idem Abb.
ubi moder. in c. per tuas. col. pen. de proba. & tradit Bart.
in l. eos. col. 2. ff. de falſ. ubi allegat text. in c. ſicut de teſti.
quem not. Abb. in primo not. poſt eum, ſubdens hoc ma-
ximè procedere, quando pro primo dicto eſt lata ſenten-
tia, ut erat in caſu. d. c. & in q. noſtra, in qua pro primo di-
cto Lauræ bis confirmato, lata fuit ſentẽtia abſolutoria,
per D. Vicarium Paduæ, in epiſcopatu, ut tunc non ſtetur
ſecundo dicto Lauræ. Tertiò contra ſecundum dictum
3 Lauræ facit † quia fuit receptum per uicarium prædictũ
poſtquam ab eo fuerat appellatum, & eidem inhibitum:
& ſic ſuſpenſa ipſius iuriſdictio. c. non ſolum de app. in 6.
Ergo tale dictum non eſt ꝯſiderabile, ut dicit Abb. in d. c.
per tuas. col. fi. per not. in c. an ſi clerici in princip. per illũ
4 tex. de iud. Quarto ad idem, † aut Laura dixit uerum in
primo & ſecundo dicto iurato, & iudiciali, & tunc in ſecũ
do de neceſsitate dixit falſum, & periurium incurrit: aut
dixit falſum in primis duobus, & tunc ſecundo non eſt
ſtandum, quia periura, per ea, quæ leg. & not. in c. teſtimo
nium. de teſti. Et probatur in d. l. eos, ubi Bar. not. & Abb.
in d. c. per tuas. col. fi. in uer. puto tamen, quando loqui-
tur de primo dicto iurato ꝯtrario ſecundo, ut ſtet primo
& nõ ſecundo, ratione periurij. Et in hoc caſu ſaluat Bart,

5 in d.l.eos.† tunc enim ſtatur ſecundo contra primum,qñ
ſecundum dictum eſt cum tormentis, uel qñ fuit inconti
nentі animo corrigendi primum.Ita tenet Bar.ibi.colu.
2.in ſua diſtinctione & eſt cõe dictum.¶ Confirmo prædi
* cta,per* cõe dictum doctorum in c.1.de cland.deſp.†ubi
6 poſt Vincentium tenent, ꝙ non ſtatur probationi factæ
pro priori matrimonio clandeſtino, per unum teſtem cũ
fama,etiam de uera ſcientia, in præiudicium ſecundi ma
trimonij in faciem eccleſiæ contracti.quod dictum deci-
dit ẽt.q.noſtram,etiam ſi pro aſſerto ꝯtractu Lauræ cum
Andrea,eſſet unus teſtis de uera ſcientia cũ fama. Ex quo
conſtat notoriè per teſtes examinatos, Lauram cõtraxiſ-
ſe publice,& in faciem eccleſiæ,cum Hannibale.

### SVMMARIVM.

1 *Penſio exempta in perſonam primi penſionarij,ex cauſa oneroſa, tranſit cum exemptione in ſucceſſorem,ex cauſa lucratiua.*
2 *Clauſula derogatoria non tollit conuentionem partium, niſi de pacto fiat mentio.*
3 *Pactum perſonale tranſit in ſucceſſorem ex cauſa etiam lucratiua quo ad ius excipiendi.*
4 *Penſio eſt onus reale, & debetur penſionario,ex gratia principis, ſine qua eſſet ſimonia.*
5 *Pactum reale tranſit ad ſucceſſorem,etiam ex cauſa lucratiua.*
6 *Facultas transferendi penſionem in tertiam perſonam, competit ex gratia Papæ,& non ex pacto partium.*
7 *Penſio dicitur aſsignata ex cauſa oneroſa,quando debetur ex cauſa remunerationis obſequiorum; nam ſeruitia æquiparantur exburſationi pecuniæ.*

## CONSILIVM CCCXIX.

1 REſoluendo dubia mihi propoſita, dico, † ꝙ
penſio de qua agitur,quæ eſt exempta a deci
ma, ex pacto, & gratia Papæ tranſiuit in D.
Marcumantonium, cum eadem exemptione
ſui auctoris, licèt illã acquiſiuerit ex cauſa onerſa, & ſuc-
ceſſor ex lucratiua,per tex.in l.ſi tibi decem.§. pactũ con
uentum.ff.de pact.ubi pactum ex cauſa oneroſa tranſiuit
in ſingularem ſucceſſorem, licèt ex cauſa lucratiua per ta
tiones Alberi.Bal.Pau.& Ang.in d.§. pactum. Res enim
cui ineſt certa qualitas tranſit cum ſuo commodo,& one
re ut ibi.Et probatur per tex.in extraua.Bonifa.viij.in ti-
tulo de deci.§.ſi autem perſonis aliquibus pro iuſta mer-
cede,cum uer ſequenti,quid ſi ſic. Nec obſtat ſi opponatur
de glo.in clementina ſecunda de deci.in prima glo.in
uerſ.Tertium, quæ diſtinguit inter ſucceſſorem ex cauſa
oneroſa & lucratiua. quia reſpondetur glo. loqui in au-
ctore,a quo primo penſio incœpit ſibi a beneficiato debe
ri ex cauſa lucratiua, ut probatur in d. extra. §. ſi autem
in ijs gratia facta. Sed quæſtio noſtra loquitur de ſucceſ-
ſore in penſione ex cauſa lucratiua, qui habuit cauſam
ab illo qui habuit ex cauſa oneroſa,quæ tranſit in ceſsio-
narium,cum eadem exemptione per text. in dicto §. pa-
ctum conuentum,& in d.extra.§. ſi autem in perſonis ali
quibus, cum uerſ.ſequenti. Confirmo prædicta per uer-
ba litterarum tranſlationis penſionis in D. Marcuman-
tonium linea.21.ibi, penſionem annuam liberam, & ex-
emptam &c. Clarè igitur Papa ex pacto auctoris cum
Cardinali commendatario, transfert illam partem pen-
ſionis cum exemptione in ſucceſsione. Nec obſtat quod
dicitur in dubio formato, etiam penſionem exemptam
ſubijciendam decimæ,ut habetur in litteris conceſsis per
Papam Illuſtriſsimo Dominio, quia dubium procedit in
penſione exempta ſimpliciter,non ex pacto,de quo nullũ
uerbum fit in parte diſpoſitiua litterarum,nec in clauſulis
2 derogatorijs † cui non eſt derogatum clem.dudum circa
fi.de ſepul. Nec obſtat quod iſtud fuerit pactũ perſonale,
quod nõ tranſit ad alios,reg.priuilegium de reg. iu. in 6.
3 quia dupliciter reſpondetur,† ꝙ pactum perſonale tran-
ſit in ſucceſſorem ex cauſa etiam lucratiua,quo ad ius ex-
cipiendi,de quo agitur in q.noſtra, ut in d. §.pactum ſe-
cundum caſum,quem ponunt Bal.Ang.Paul.Alex.& Iaſ.

4 ¶ Secundò reſpondetur,† ꝙ penſio eſt onus reale,& debe
tur penſionatio ex gratia Papæ,ſed qualitas exemptionis
adiecta penſioni illi ineſt ex pacto partium,& ſic eſt qua-
5 litas realis ex pacto in rem; † ergo transfert ad ſucceſſo-
rem, etiam ex cauſa lucratiua, ut not. Dynus in d. regu.
priuilegium in ſua diſtinctione, & ibi per alios, & not.in
dicto §.pactum. ſecus ſi perſona epiſcopi fuiſſet exem-
pta a ſolutione decimæ, ex cauſa dictæ penſionis, quia
tunc poſſet fieri diſtinctio de ſucceſſore ex cauſa lucrati-
ua ad oneroſam ut dixi poſt Angel. Et tradunt Bald. &
Salice.in l.uitia in fine.C.de acquiren.poſſeſ. Non obſtãt
deducta in primo dubio, quia reſoluendo, D. Marcus
Antonius dicit ſe uelle uti gratia reſeruationis Papæ fa-
ctæ ſuo auctori cum exemptione, & etiam gratia trans-
lationis in eum, quæ fuit cum eadem qualitate, ut in lit-
teris Papæ. quæ qualitas pendet a pacto partium, cum
in hoc non interſit Papæ. Non obſtant deducta in ſecun-
6 do dubio, quia de plano fatendum eſt † quòd facultas
transferendi pẽſionem competit ex gratia Papæ tantum,
non ex pacto ſolo, ſed non ſequitur, ſi epiſcopus auctor
D. Marciantonij potuiſſet illam transferre in tertiam
perſonam cum qualitate exemptionis ſibi a Papa cõceſ-
ſę: ergo idem potuiſſet ceſsionarius in alium transferre.
Nam iſta conſequentia tollitur per ea, quæ dicuntur de
procurarore dato cum facultate ſubſtituendi, quia ſub-
ſtitutus non dabit alium ſubſtitutum. idem uidemus in
delegato Papæ, qui poteſt ſubdelegare, & delegatus ab
ordinario, ſi habet hoc in mandatis,qui tamen non ſub-
delegant,ne detur proceſſus in infinitum, ut de hoc ſunt
communes deciſiones doctorum.Et prædicta procedunt
tenendo, quòd D. Marcusantonius ſit ſucceſſor ex cauſa
lucratiua. ſed contrarium uidetur uerius,quòd ſucceſſe-
rit ex cauſa oneroſa, ex alio tamen onere, quàm auctor
ſuus. quod probo quia in litteris apoſtolicis translatio-
nis allegantur duæ cauſæ. prima ut D. Marcusantonius
commodius ſuſtentari ualeat, quæ cauſam lucratiuam
importat: altera intuitu ſuorum meritorum, quæ onus
importat relata ad ſeruitia impartita per ipſum Reuerẽ-
do D.epiſcopo ſuo auctori, dum Romæ cum illo famu-
laretur,ut dicitur in litteris,& eſt caſus de hoc in d.extra.
in d.§.ſi autem perſonis,pro iuſta mercede, ſeu remune-
ratione laboris, uel obſequij præſtiti uel præſtandi talia
ſunt conceſſa, illi, quorum eſt proprietas decimam exhi-
bebunt. Pondero tex.æquiparantem mercedem pecunia
7 riam,& remunerationem laborum,uel obſequiorum.†Et
ita utitur Roma.curia, ubi beneficia,& penſiones confe-
runtur familiaribus, & ſeruientibus pro remuneratione
laborum,& obſequiorum præſtitorum,uel præſtandorũ;
& eſt conceſsio ex cauſa oneroſa,ut ibi probatur.Ex qui-
bus concludo,ꝙ in omni caſu D.Marcusantonius eſt ex-
emptus a ſolutione decimæ.

### SVMMARIVM.

1 *In materia poſſeſſoria beneficiali, qui eſt prior in poſſeſsione, & titulo colorato,eſt manutenendus,etiam contra ſecundum poſſeſſorem.*
2 *Nec in huiuſmodi materia admittitur exceptio defectus tituli.*
3 *Nam ſufficit quòd oſtendatur ualiditas tituli, quo ad formam extrinſecam poſſeſſor non debet amoueri a poſſeſsione, niſi eo citato,& cauſa cognita conſtet de defectu tituli.*
4 *Spoliatus iuris ordine non ſeruato, uenit ante omnia reintegrandus.*
5 *In materia poſſeſſoria admittitur exceptio de notorio non iure, de quo conſtat incontinenti.*
6 *Regula reuocatoria gratiarum, & reſeruationum per Papam Paulum edita, ſunt facta in fauorem expectantium per expectatiuas Papæ.*
7 *Legatus Papæ, etiam de latere,non poteſt conferre beneficia Papæ reſeruata generali,uel ſpeciali reſeruatione.*
8 *Poſſeſsio canonicatus,& præbendæ ad hoc,ut ſit legitima,debet eſſe tradita per canonicos capitulariter congregatos.*

CON-

## CONSILIVM CCCXX.

REuerende pater, in cauſa poſſeſſoria canonica-
tus,& præbēdæ ſancti Iacobi eccleſiæ Veronen.
commiſſa R.P.V.per Illuſtriſs.Dominium ad re
ferendum, † arbitror litteras ducales pro poſſeſsione tē-
1 porali,dandas D.Adæ Fumano,priori in titulo, & poſſeſ
ſione ſpirituali,in qua etiam de præſenti reperiī,per tex.
cum ibi.not.in c.ſi a ſede de præb.lib.6.cum ſimi. ut latè
in terminis in materia ad referendum conſuluit Deci. in
conſ.210.incip.In cauſa beneficiali,ubi eſt uidendum . q̃
concluſio ampliatur,ut procedat etiam ſi per R.D.Audi
torem Reuerend. legati fuiſſet capta poſſeſsio poſterior,
amoto ipſo Adamo, prout tenēt ibi Gemi.& Philip.in 2.
not.& latius Deci.in conſ.169.col.pe.uerſi.circa tertium
2 lib.1.† Nec in huiuſmodi materia poſſeſſoria, quæ uerſa
tur coram dominio iudice incompetenti in petitorio ad
mittitur exceptio defectus tituli ; quia ſufficit, quòd pro
ceſſerit ab habente poteſtatem conferendi , ut dicit Deci.
in d.conſi.& quòd oſtendatur ualiditas tituli,quo ad for
mam extrinſecam ut per doct.in c.in litteris de reſt. ſpol.
Ioan.And.in tit.de reſti.ſpoli.in princip. Vt tradit Guid.
Papæ in ſuis. qu.85.incip. Curia parlamenti. ¶ Sed D.
Adamus adeptus eſt poſſeſsionem capitulariter dictorū
canonicatus,& præben.ſub die 2.præſentis menſis , cum
prouiſione Papæ Pauli.iij. in ampliſsima forma,uſque de
anno.1539.die 17.Auguſti in uim reſeruationis.S.S.cum
decreto irritanti,& cum clauſula ex nunc prout ex tunc .
cuius prouiſionis uigore,ipſe Adam fuit aſſecutus plenū
ius,etiam quo ad effectum regulæ , de non tollendo ius
quæſitum,& alterius regulæ de triennali poſſeſſore, & cū
clauſula, ꝙ eueniente uacatione ſecundi canonicatus , &
præb.non ſuperſit ipſi prouiſio aliquid agere,niſi actualē
3 poſſeſsionem capere, prout eam adeptus fuit . † Nec D.
Adam legitimus poſſeſſor, etiam ſi quæſtio uerteretur co
ràm eccleſiaſtico iudice competenti,deberet a ſua poſſeſ-
ſione amoueri,ēt in uim reſcripti Papalis,niſi prius cauſa
cognita,& ſeruata tela iudiciaria , prius cognoſcatur de
4 defectu tituli ipſius poſſeſſoris , † aliàs tāquam ſpoliatus
de facto,ueniret etiam de facto reintegrandus,ut probat
in l.meminerint.C.unde ui,ubi Bal.& Salice.not.pro quo
eſt tex.in terminis in c.conquerente de reſtit.ſpoli. quem
not.ibi Abb.in ultimo not.& in prima oppo. idem Abb.
in c.cum cauſa in pe.not.de off. deleg. ubi Feli.col.1.qui
dicunt,ꝙ nec iudex eccleſiaſticus, nec executor. Pap.pōt
ſpoliare clericum poſſeſsione ſui beneficij, niſi ſeruato iu
ris ordine cognoſcatur de inualiditate tituli, quæ cogni
tio non pōt fieri coram D.V.R. quæ repręſentat iudicem
laicum Incompetentē.c. eccleſia S.Mariæ de conſtit.& in
c.decernimus de iudi.et inoleuit practica inter relatores
ꝯformis iuri,ꝙ ipſi referunt in materia poſſeſſoria, remit
tendo cauſam petitorij, ad iudicem competentem eccle-
ſiaſticum.Guid.Papę deciſ.ſeu q.85.Curia parlamēti.co-
lu. 1 .Et pro prædictis eſt tex.in c.licèt eps de præb. lib.6.
quem ad hoc not.Philip.in 2.& 3.not.ꝙ poſſeſsio benefi-
cij nemini eſt auferenda,ſine citatione & cauſæ cognitio-
ne, quantumcunq; quis poſsideat,prima facie, beneficiū
contra ius , quia illo ſit ipſo iure priuatus , tñ ab eo tolli
non debet,& in aliū poſſeſsio trāsferri , niſi diſcuſſo prius
ſuꝑ iure ipſius poſſeſſoris, quē Philip.in 3.not.adducit ꝯ
executores,qui ſpoliant de facto poſſeſſores, quia poſset
poſſeſſori ius aliquod competere, ut dr̄ in d.c.licet in fin.
ex his diluitur id,quod a nonnullis obijci poſſet, ꝯcluſio-
5 nem non procedere † qm̄ notoriè conſtaret de defectu ti-
tuli poſſeſſoris,ut not.Inno.in c.2.de cau.poſ.Bart.in l.ſi
de ui.ff.de iud.Ang.& alij,in l.aj.C.de edic.diui.& l.incer
ti.col.2.C.de interd.Abb.in c.ꝯſtitutis el 2.col. fi.de app.
& in c.cum olim.col.pe.de cau.poſ.& in c.poſt electionē
col.fi.de ꝯceſ.præb. uel quia poſſet incōtinenti liquere de
defectu tituli,ut per Philip.in d.c.licet in 4.not. qm̄ reſpō
detur obiectum loqui de iudice competenti in petitorio,
cui competit facultas cognoſcendi,& decidendi cauſam
pręuia citatione,& cauſa cognita ac per ſniam iudicialiter
acta,ut not,in d,c.conquerente,& per Philip. in d.c.li-
cet in 3.not.& col.pe.uel per ꝯſeſsionem partis,ſeu per re-
nunciationem beneficij.ut not.Inno. in cap.ſuper hoc de
renunc.& hī.in c.audita,& accepta.de reſti.ſpolia.aut per
teſtimonium Papalem ſpecialem , uel generalem ſi eſſet
notoria,& cum decreto,irritati, uel ſi obijceretur de titu.
habito ab ordinario lite ſuper hoc pendente per c.2. ut
lit.pend.lib.6.ut latè de prædictis tradit Rot.in nou.dec.
16.& 23.& Bella.66.& 342.536.in antiq.7.& 475.ſecus ſi
materia requireret diſcuſsionem , & indaginem iudicia-
riam. quia tunc ſtat ratio. c.licet in fi. quia poſſet abſen-
ti ius aliquod competere,cum ſua glo. ¶ Secundò nega-
tur,ꝙ iſta exceptio notorij non iuris,ſit uera in facto,con
tra D.Adam poſſeſſorem,nam contra ipſum adducuntur
tres regulæ cancell.apoſtolicæ, una ſub die 25.Februarij
1539.ſecunda 4.Nouembr.1540.tertia 25. Aprilis 1545.
per quas Papa Paulus . iij. reuocauit omnes gratias etiā
reſeruatiuas ſuæ ſanctitatis,etiam ſi per illas eſſet acquiſi
tum plenum ius,per quas uidet̄ ſublata,& reuocata gra-
tia reſeruatiua,& collatiua pro Adam ſub die 12.Augu-
ſti 1539.& alia reualidata ſub die 17. Decembr. eiuſdem
6 anni,† quia reſpondetur, quod reuocatoriæ illæ fuerunt
factæ ad fauorem clericorum habētium expectatiuas ab
eodem Papa expeditas iuxta tenorem ſuarum conſtitu-
tionum.Nam uoluit ſanctitas ſua quod expectantes con
ſequerentur commodum expectatiuarum , & ne impedi-
rentur per tot gr̄as,reſeruationes,& mandata de prouidē
do per S.S.diuerſis ꝑſonis ꝯceſſas, oīa ꝑdicta reuocauit ,
& hanc rationē Papa adducit in procœmio illarū trium
regularum,quæ cenſet̄ finalis.l.fi.ff.de hęre.inſti. Qua ra-
tione ceſſante,ceſſat reuocatoria.c.cū ceſſante, ubi caſus
de appe.l.adigere.ff.de iurepat.Sed D.auditor ex aduer-
ſo principalis,non hēt a Papa gr̄am expectatiuā, ſed inni
tīt prouiſioni Reu.legati, Vnde ipſe non pōt ꝯſequi cōmo
dum dictarū regularū, q̃ ſolū fauent expectantib. Et quā-
uis ut dixi corā R.D.V. tanq̃ relatore ſuꝑ poſſeſſorio , nō
ſit opus diſcutere de petitorio , tñ ad cautelam dico , qđ
Reuer.D.auditor nullū hēt titulum in d. canonicatu,pro
quo allego Rotā in no.deciſ.119.inc.Legatus,uel nūcius,
7 & deciſ.489.nuncius, q̃ ꝯcludunt † ꝙ legatus Papæ ēt de
latere,uel nuncius S.S. non poſſunt uigore ſuarū faculta-
tum ꝯferre beneficia in prouincia, q̃ ſunt Papę reſeruata,
ex gn̄ali uel ſpeciali reſeruatione , per tex.ubi eſt caſus in
c.dudum de pręb.li.6.quē not. ibi Philip.in 3.6.7.8.& 9.
not.ubi probat̄, ꝙ legatus Papæ uigore ſuarū facultatū ,
non pōt ꝯferre beneficia,in quibus Papa manū appoſuit.
Sed Papa Paulus uſq; del 1539.de menſe Auguſti,& Decē
bris prouidit de canonicatu & pręb.ꝑdictis D.Adæ,quas
prius ſuæ prouiſioni reſeruauerat cū decreto irritanti;er-
go ꝓuiſio legati eſt nulla.c.ſi eo t̄pe de elec.lib.6.c.ſi hi ꝯ
quos,ut lit.pend.eo.lib.Quinimmo facultates Reuer.le-
gati ſunt expreſsè reuocatæ per regulam cancell. ſub die
25.Aprilis pn̄tis anni . 1545. ut apparet ſub c. de reuoca.
expecta.mandatorū,reſeruationū,& indultorū,niſi oñda
cur reualidatio , q̃ ſi oſtendat̄ non includit canonicatum
hmōi,ut dixi.¶ Non omittā ēt dicere,ꝙ R.D.auditor nō
8 hēt aliquā poſſeſsionē legitimam. † Nam ad hoc ut quis
adipiſcat̄ poſſeſsionē canonicatus & pręb.debet eſſe tra-
dita illi per canonicos , & alios de capitulo capitulariter
ꝯgregatos,aliàs nō ualet.Ita poſt alios decidit Guil. Caſ.
deciſ.8.de cau.poſ.ubi dicit ita ſuiſſe iudicatū , & practi-
catum ſuo t̄pe in Roma.curia,ſed pro R.D.auditore non
fuit capta poſſeſsio capitulariter;ergo nulla.Ex quib.cō-
cludo referendū eſſe per V.R.D.Illuſtr.Dn̄io ad fauorem
D.Adę legitimi poſſeſſoris. Et ſi diceretur ex aduerſo,ꝙ
p̄us canonicatus non ſit cōprehenſus in gr̄a Papę pro D.
Ade, qa non ſit ſecundus, nā rn̄dei ꝯtrium eſſe uerius . qđ
ꝓbo , quia canonici capitulariter ꝯgregati in traditione
poſſeſsionis hoc expreſsè dixerunt,ut patet in inſtr̄o poſ-
ſeſſorio.Et ſi forſan de hoc cōtingeret ulterius dubitarī,
hoc requirit altiorē indaginem,q̃ non impedit poſſeſſo-
rium,nec uenit diſcutienda corā relatore,ſed corā iudice
cōpetenti,ut legi.& not.in l.fi.C.de edi.di.Adri. & in d.c.
licèt eps,& dixi ſupra cum ſimi.ut dicit Deci.in d.ꝯſ.220.
col.2.Et ita ſemper fuit practicatum in iſta ciuitate.

### SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſine præiudicio alieno, poſita in inueſtitura feudorū, nihil tribuit inueſtito, ſed præſeruat illi ius, ſi quod habet.*

2 *Clauſula inueſtituræ pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis uocat fœminas ordine ſucceſsiuo, in defectum maſculorum.*

3 *Et quid ſi dicatur pro ſe, & hæredibus utriuſque ſexus.*

*A natura feudi antiqui, quid ſit maſculinum, uel fœmininum, non receditur ſine cauſa, per nouas inueſtituras.*

4 *Inueſtitura facta per D. feudi poſt appellationem, & inhibitionē ſuperioris, eſt nulla, quia attentatum.*

5 *Poſt elapſum primi fatalis ſimpliciter, cauſa deſertionis eſt dubia, niſi cognitum ſit ſeruatis ſeruandis ſuper impedimentis.*

6 *Ad effectum, ut cognoſcatur de deſertione, appellans eſt citandus coram iudice ad quem, ut doceat de appellatione, & de eius proſequutione; & hoc in caſu dubio.*

7 *Et requiruntur tres termini, & quartus pro quarto ex abundanti, & hoc de ſtylo Rom. curiæ, uel eſt citandus ad allegandum cauſas, quare non debeat pronunciari appellationem deſertā, & ſententiam in rem tranſiuiſſe iudicatam.*

8 *Non poteſt ſententia per lapſum primi fatalis exequi, niſi prius ſit de cauſa deſertionis legitimè cognitum.*

9 *Iudex, qui ſine cauſa cognitione exequitur ſententiam, dicitur de facto poſſeſſorem ſpoliare, ideò uenit reintegrandus.*

10 *Non poteſt exequi ſententia, ſine cauſæ cognitione, niſi ex actis ſibi conſtiterit de lapſu biennij.*

## CONSILIVM CCCXX.

EX themate premiſſo fundatur intentio dominorum Benedicti, & Conſtantini, & aliorum cōſortum de Zattis de Campo S. Petri. quod oſtendo tripliciter. Primò ex nullitate inueſtituræ feudi factæ in perſonam dominæ Poliſenę neptis eorum: Secundò per attentata per eam: Tertiò per ſpolium commiſſum. Circa primum † conſidero clauſulam

1 in inueſtitura, ſine præiudicio iſtorum de Zattis, per quā Vicarius epiſcopi Taruiſini reſpondendo appellationi eorum declarauit, ꝙ per inueſtituram non intendit dare ius Poliſenæ, ſed tantum, ſi quod habebat illi conſeruare, ſed illa nullum ius penitus habebat in feudo, de quo eſt quęſtio, niſi in defectum maſculorum, ut latè per Deci. poſt alios in conſi. 193. col. 3. ſed adſunt quamplures maſculi de agnatione collitigantes, ut conſtat ex actis. Nec ob-

2 ſtat inueſtitura de anno 1535. † quæ admittit hæredes utriuſque ſexus, quæ clauſula admittit fœminas inſimul cum maſculis, ut conſuluit Deci. in conſ. 208. Ad clariorem. col. 2. lib. 2. quia contrarium eſt uerius, ut conſuluit Alex. in conſi. 9. lib. 5. ¶ Secundò reſpondetur, quia in antiquis inueſtituris de anno 1367. & 1455. a quibus feudum ſumpſit exordium, iſti de Zattis fuerunt inueſtiti pro ſe & hęredibus maſculis, & fœminis. quo caſu illæ uocantur tantum in defectum maſculorum. cap. 1. §. quin etiam, epiſcopum, uel abbatem. c. 1. §. filia de ſucceſ. feu. Bar. in l. ut iusiur. §. ſi liberi. col. 1. ff. de oper. liber. Calde. conſi. 4. & ultimo de feud. Roma. conſi. 1. & conſ. 12. cum ſimi. ut per Deci. conſi. 193. colu. 3. uerſ. ſecundo præmit-

3 to. † A quibus non potuit fieri receſſus per nouas inueſtituras, ut patet ex not. per Alua. poſt alios in c. 1. in princip. colu. 7. de iis, qui feud. da. poſ. & per Card. in cap. 2. colu. 3. feud. cum ſimi. ut per Deci. in dicto conſi. 193. colu. 2. Præterea conſi. Decij procedit, quando fœmina cōprehenſa ſub illis uerbis eſſet par in gradu cum maſculis, quæ paritas ceſſat in quæſt. noſtra, quia ipſa eſt neptis. ita in terminis ſe reſtringit Deci. in d. conſ. colu. 3. quando reſpondet ad conſ. Petr. de Ancha. & ad rationes Alex. Ex quibus ſequitur, quod D. Poliſena, nullum habet ius in huiuſmodi feudo, niſi in defectum maſculorum. Hinc ſequitur, quòd inueſtitura, cum clauſula ſine præiudicio iſtorum de Zattis agnatorum, nihil tribuit Poliſenæ, ſed eſt reuocanda, prout de facto proceſsit. ita in terminis conſuluit Paul. de Caſt. in conſ. 160. incip. In cauſa appellationis in prima impreſsione. ¶ Videndum eſt de ſe-

4 cundo, quod eſt de attentatis. † Nam auctoritate Reuerendiſsimi dom. legati apoſtolici, ad quem fuit appellatum, per conſortes de Zattis ab illa inueſtitura, fuit decreta citatio, & inhibitio, & executa cōtra Poliſenam die 23. Octobris. 1545. & die 24. antequam uicarius qui inueſtiuit, pronunciaret ſuper deſertione appellationis per lapſum primi fatalis, fuerat eidem intimata citatio, & inhibitio, poſtquam die dicta 24. ipſe decreuit mandatum executiuum pro adipiſcēda poſſeſsione, ad fauorem Poliſenæ, & ſic attentauit contra text. in cap. non ſolum de appell. lib. 6. cum etiam careret iuriſdictione, ex quo prius detulerat appellationi. c. cum appellationibus eod.

5 tit. & lib. † Nam adeundus erat D. legatus iudex ad quem ſuper iſto articulo deſertionis, licèt Poliſena prætenderet rem iudicatam per lapſum primi fatalis, eò maxime, qa ipſe legatus iam appoſuerat manum ſuper iſto articulo, quia protogauerat fatale ad ſex menſes, niſi eſſet decur-

6 ſum. Eſt enim concluſio communis doctorum, † ꝙ deſertio ſemper eſt dubia per lapſum primi fatalis, niſi cauſa cognita, & ſeruatis terminis, de quib. infra, ſit prius pronunciatum ſuper ipſa deſertione. Ita decidit Salicet. in l. eos. colu. 2. C. de appell. Et Rot. in nouis deciſ. 424. in fin. cum ſimilib. ut per Philip. in capitulo ex ratione ſolio antepenult. in ſeptimo membro. colu. 3. uerſ. quo ad ſecundum, & ſolio penult. col. 2. uerſ. circa nonum membrum, & colu. 4. uerſ. quarto quæritur. Sed in caſu dubio adeundus eſt iudex ad quē ſuper articulo deſertionis. ita Rot. in nouis deciſ. 98. Item licet, & deciſ. 153. Et ita tenet Prępoſ. in dicto capitulo ex ratione. ſol. 19. colu. 3. in 6. quæſtio. nume. 49. & Bonifa. in clem. ſicut. colu. fi. num. 43. de appella. ubi dicit quòd iudex a quo, non poteſt procedere ſuper iſto articulo, niſi poſtquam cauſa ſibi fuerit remiſſa per iudicem ad quem, per d. cap. cum appellationibus, uel fuerit per ipſum de deſertione cognitum, uel ipſe moderaſſet ſuam inhibitionem, prout quotidie utimur. Et ideo Rot. in antiquis deciſ. 5. in princip. dicit, quòd iudex ad quem, cognita deſertione, debet ſe pronunciare iudicem incompetentem, quod non poteſt ante cauſam cognitam hoc facere, nec dicere appellationem deſertam; ita tenet Rot. in nouis deciſ. 86. in princip. ¶ Secundò ipſe uicarius & Poliſena attentarunt, decernendo mandatum executiuum pro adipiſcenda poſſeſsione, quam ipſa acquiſiuit ſub die 26. Octobris eiuſdem anni, pendente tempore decem dierum ad appellandum a pronuncia ſua ſuper aſſertis deſertione & re iudicata, & a decreto mandati executiui contra d. c. non ſolum in princip. Ergo omnia ſunt reuocanda, & caſu quo, ſecundum opinionem aliquorum, cognitio deſertionis ſpectaſſet iudici a

7 quo † tunc debuiſſet de ipſa cognoſcere monita parte appellante ad docendum de diligentijs, & proſecutione appellationis ut dicit Rot. in d. deciſ. 5. in antiquis in fin. & deci. Bellam. 207. in fi. quæ dicit hunc eſſe terminum ſubſtantialem, & ſeruantur tres termini, & quartus pro quarta monitione ex abundanti: quia potuiſſet pars appellans docere de impedimentis. & ideò Feli. in capitulo ex parte. S. columna penult. de reſcript. poſt Rot. dicit, quòd auditor non procedit ad executionem ſententię, poſtquā pronunciauit appellationem deſertā, niſi ſeruentur prædicti termini. & ita latè Philip. poſt alios in d. c. ex ratione. ſol. penul. colu. 3. & 4. uerſ. quarto quæritur, ubi dicit,

8 † quòd licèt prima facie cōſtet appellationem deſertam: tamen non poterit fieri executio, niſi cauſa cognita, & ſeruatis prædictis, quia poſſet abſenti competere defenſionem. c. licèt epiſcopus de præben. lib. 6. Et ad hoc allego Ang. in l. ſi contra. C. de appel. qui dicit, quòd appellatio non debet iudicari deſerta, nec ſententiam exequi, ut in d. l. niſi prius citato appellante, ut compareat coram ſe, ad allegandum cauſas; quare non debeat appellatio pronunciari deſerta, & exequi ſententiam, & dicit ſe pluries ita practicaſſe. Et ſequitur Feli. in d. capitulo ex parte columna ſexta. uerſic. declara tamen dupliciter. quod ſeruatum non fuit in quæſtione noſtra, immo domini Benedictus, & Cōſtantinus fuerunt ſimpliciter citati die 22. Octobr. ad uidendum pronunciari appellationē deſertā,

& ſenten-

& ſententiam inueſtituręę tranſiuiſſe in rem iudicatam,&
dari mandatum executiuum,corãm quo die 24.Octobr.
comparuit D.Benedictus pro ſe,& alijs ſuis conſortibus,
a quibus habebat bonum mandatum , ut in proceſſu , &
petijt ab eo ſe audiri , dicentem de iuribus ſuis , ſed non
fuit exauditus, immo ſtatim fuit lata ſententia, cauſa
non cognita, ſuper deſertione,& re iudicata,& decretum
mandatum ; ergo male . Et ita in terminis etiam decidit
Cardi.in dicta clemen.ſicut.columna ſecunda . in ſecun-
da quæſt.ubi dicit, quòd cõtra appellantem inauditum,
non eſt iudicandum,nec exequendum . Circa tertium de
9 ſpolio,conſidero † quòd quando iudex procedit ad tra-
ditionem poſſeſsionis ſine cauſæ cognitione, dicitur tan
quam priuatus extraiudicialiter procedere, & ſpoliare
poſſeſſorem de facto, qui uenit reintegrandus. Ita proba
tur in l.meminerint,ubi Angel.& alij not. C.unde ui & in
capitulo conquerente, ubi Abb. hoc dicit in ultimo not.
& in prima oppo.de reſtitut. ſpoliato.& in capitulo cum
cauſa in not.& ibi Feli.columna prima.de off.delega.ubi
legendum , & eſt caſus in dicto capitulo licèt epiſcopus
de præben.lib.6. cum ibi not. per Philip. in tertio not. &
tradit Rot.in nou.deciſ.56.in fine. Sed in quæſtio.noſtra
uicarius iudex a quo , cauſa non cognita , & non ſerua-
tis ſeruandis , & ipſa Poliſena aduerſaria ſpoliarunt de
facto iſtos conſortes de Zattis ſua poſſeſsione partis feu-
di, de quo eſt quæſtio, medio brachij ſecularis ; ergo iſti
10 ſpoliati ſunt reintegrandi . † ¶ Vltimò ad prædicta ad-
do, quòd non poterat exequi inueſtitura ſub prætextu
aſſertæ deſertionis, niſi lapſo biennio, licèt ex actis con-
ſtaret de lapſu primi anni . Ita decidit Barto.in l.j.in fin.
ff.nil inno. appell. pend.per text.in authen. ei qui. C. de
tempo.appella.ubi etiam Barto. & Paul. not. & ſequitur
Bald.in dicta l.eos.columna ſecunda.circa medium , ubi
etiam Salice.colum.2.C.de appella.dicunt , quòd de de-
ſertione liquido non apparet, niſi per lapſum biennij .
Idem tenent Angel. & Imol.in l.præſes.ff.de re iudica. &
ſequitur Præpoſit. Alexand. in dicto capitulo ex ratione
fol. 20.in ſecunda quæſt.num.58.uerſ.in contrarium,qui
allegat Abb.idem tenere in fine.qui uoluit, quòd per la-
pſum anni , non debeat fieri executio , niſi prius citata
parte, & cauſa cognita , ſi adſunt impedimenta : tunc e-
nim ſi ſeruatis ſeruandis , appellans non docuerit de im-
pedimentis in primo fatali , ſententia tanquam res iudi-
cata, ceſſante legitimo impedimento, erit exequenda, ut
probatur in dicta clemen.ſicut in fin.ubi Cardi.in ſecun-
da quæſt.ut dixi ſupra . & de lapſu biennij, tenet Bald. in
dicto capitulo ex ratione,columna penultima . & Philip.
in dicto capitulo fol.penulti.columna 3. & 4. in decimo
membro uerſ.ſecundò quæritur, & ſequitur Feli. in dicto
capitulo ex parte .S. columna antepenult. circa finem,
qui omnes docto. incipiendo a Bart. allegant ad hoc de
lapſu biennij, Ioan.Andre.in capitulo in præſentia de re-
nunc.qui hoc dicit in princip.& in fi.ubi Hoſtien.in duo-
bus locis idem dicit. ¶ Confirmo omnia prædicta,quia
præfata inueſtitura pro Poliſena, nullam meretur execu-
tionem,etiam ſi ab illa non eſſet appellatum, uel ętiam ſi
appellatio eſſet deſerta , ſtante clauſula , de qua in ea.
uidelicet ſine præiudicio iſtorum de Zattis , & ſtante de-
claratione ipſius uicarij inueſtientis, qui in reſponſione,
appellationi iſtorum de Zattis declarauit, quòd intentio
ſua fuit inueſtire Poliſenam,ut fieret habilis ad deducen-
dum de iuribus ſuis, cum illis conſortibus de Zattis , &
ſine illorum præiudicio , unde ſequitur , quòd Poliſena
non poterat mitti in poſſeſsionem, niſi cauſa cognita,co
ram competenti,citatis iſtis de Zattis,ipſa reportaſſet ui
ctoriam per ea,quę ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio geſtorum per principalem factorum , per non haben tem mandatum, operatur reintegra exiſtente .*
2 *Ratihabitio domini non trahitur retro in præiudicium iuris quæſiti tertio.*
3 *Poſt latam ſententiam non ualet ratihabitio, ſed ualet ante ſententiam, ſi dubitatur de damno tertij.*
4 *Nec trahitur retro, ſi tempore, quo fit, ille actus ratificatus, non potuiſſet fieri per ratificantem.*
5 *Non ualet ratificatio poſt concluſum in cauſa.*
6 *Nec quando quis nomine alieno fecit actum in iudicio, falsò allegando ſe procuratorem ſurripiendo a iudice actum ratificatum .*

CONSILIVM CCCXXI.

DICO proceſſum,inueſtituram , & omnia fa-
cta nomine Poliſenę de Zattis per Paulũ Stra
zarolum,tanquam procuratorem dom. Poli-
ſenæ in prima & ſecunda inſtantijs , fuiſſe , &
eſſe nulla ex defectu mandati procuratorij,de quo nõ do
cuit etiam in termino ſibi per iudicem aſsignato. l. licet,
cum ibi not.C. de procut. Nam fuit per eam conſtitutus
duntaxat ad inueſtituram petendam,& obtinendam,qui
tanquam procurator comparuit , & non tanquam con-
iuncta perſona,cum cautione de rato : ideò nulliter egit,
& in iudicio comparuit.l.maritus in fin.C.de procu.latè
probat Rom.conſ.446.in primo dub. col.1. & 2.nec uir-
tute ſui mandati ad unum actum extraiudiciale , potuit
ſtare in iudicio,niſi fuiſſet generaliter conſtitutus ad om
nia negotia.c.qui generaliter ubi glo.1.de procur.lib.6.
Verum quia iſte Paulus comparuit cum nouo mandato
dñæ Poliſenæ,quæ ratificauit omnia geſta , & facta retro
per eum,uidendum eſt,nunquid iſta ratificatio trahatur
retro,& conualidet geſta per D.Paulum . Et prima facie
uidetur dicendum, ꝙ ſic per text.in c.ratihabitionem de
reg.iur.lib.6.& in l.ſemper qui.ff.de reg.iur.& in l.licet.ff.
de iud. ¶ Quibus non obſtantibus,ꝯtrarium puto uerius.
1 † Primò quia ratihabitio non trahitur retro , niſi ſuperue
niat re integra,ut docet Alex.cõſi.110.col.1 . & 2.lib.1.&
in conſ.78.col.5.poſt Dyn.Bar.& alios,uiſo lib.5 . & in cõ
ſi.26.col.4.& 5.lib.6.ubi dicit, ꝙ ratihabitio retrotrahi-
tur,quando res eſt in eodem ſtatu,in quo erat, quãdo ab
initio fuit geſtus,ſecus quando iam fuit actus impugna-
tus,ut dicunt Paul.Ang.& Albe.in d.l.licet . Sed in q.nřa,
tempore ratificationis,multa facta , & geſta ſunt per ip-
ſas partes,& iudices in prima & ſecunda inſtantijs. nam
præceſsit inueſtitura feudi in perſonã Poliſenæ,a qua pro
parte D.Benedicti,& Conſtantini de Zattis , & conſortũ
appellatum, & de nullitate. Secundo quia Reuerendus
Vicarius Taruiſinus pronunciauit appellationem deſer-
tam,& inueſtituram exequendam , & decreuit mãdatum
executiuum,implorando brachium ſeculare,a quib. om-
nibus pro parte conſortum de Zattis fuit ad Rener.D.le-
gatum appellatum,& de nullitate dictum,qui cauſam ap
pellationis D.Auditori ſuo cõmiſit,qui decreuit citatio-
nem,& inhibitionem ꝫ partem appellantem in forma , &
pars citata coram eodem,& illi,ac iudici a quo inhibitũ,
& pro parte iſtorum conſortum coram iudice ad quem
producta petitio ſuper nullitate & attentatis; ergo ſequi
tur, ꝙ ratihabitio ſubſequens non põt retrotrahi,nec ua-
2 lidare geſta. ¶ Secundò † quia ubi uerſatur intereſſe par-
tis non retrotrahitur.Ita dicit glo.fi.in fi.in d.l.licet,quæ
approbatur per oẽs cum ſimi.ut per Felin.in c.ſicut tuis.
col.3.in 6.ſall.de ſimo.& Rot.in antiquis.13.& deciſ.6.in
reco.per Biſgne.de procu.circa medium, Iaſ.in l.licet. co
lu.pe.in 6.ſall.C.de procur.& gl.in d.reg.in fi.qñ allegat.
c.edoceri de reſcr.& Alex.in d.ꝯſ.78.col.4.nu.13. cum ſi-
mi.ut per Deci.in d.l.ſemper. col.fi.in 3.ſall. Sed in q.no-
ſtra tractatur de grandi præiudicio iſtorum conſortũ de
Zattis,ſi ratihabitio traheretur retro, quia ualidaret inue
ſtituram,& omnia decreta,& poſſeſsionẽ Poliſenæ,& oẽs
proceſſus de quibus dixi ſupra , cũ damno euidenti præ-
3 fatorum. ¶ Tertiò † non retrotrahitur ex dictis per Alex.
in d.conſi.78.& conſi.26.col.5.ubi poſt alios dicit,quòd
ſi tempore quo fit ratihabitio, actus ratificati nõ potuiſ-
ſent fieri per ratificantem : tunc non retrotrahitur , quia
deficit unum extremum.l.bonorum.ff.re.rat.ha.Sed tem
pore quo Poliſena ratificauit geſta per Paulum , quæ fuit
ſub die nono præſentis menſis Ianuarij.1546. apparet ex

proceſsibus primæ,& ſecundæ inſtantiæ, de duabus ap-
pellationibus iſtorum D. de Zattis ad Reuerendiſsimum
legatum,prima ab inueſtitura,ſecunda, à pronuncia dñi
Vicarij ſuper deſertione aſſerta & tranſitu in rem iudica-
tam,& decreto mandati executiui,& ab actu adeptæ poſ-
ſeſsionis dicti feudi per Poliſenam,& de deuolutione cau
ſæ iudici ad quem.quæ omnia præcedunt ratificationẽ,&
impediunt actus ratificatos fieri per partem, & iudicem
a quo,quibus ligatæ ſunt manus ex capite litis, & appel-
lationis pendentis,c.non ſolum de appell.in 6.Nec obſt.
ſi dicatur ex aduerſo de deſertione primæ appellationis,
quia reſpondetur per ea,quæ latè dixi ſupra in præceden
ti allegatione,negando deſertionem per lapſum anni,ex
quo non fuit de illa cognitum,ſeruatis ſeruandis,& quia
fuit multipliciter nulla cum toto proceſſu. ¶ Quartò ra-
4 tihabitio non retrotrahitur, † quia facta poſtquam par-
tes fuerant monitæ ad audiẽdam ſententiam, ut patet ex
proceſſu ſecundæ inſtantiæ; ergo pro concluſo in cauſa
habebatur,prout etiam fatetur pars aduerſa in ſua longa
ſcriptura,regiſtrata in proceſſu. Ita tenet Rot.deciſ.149.
5 in antiquis. ¶ Quinta ratio, † quia quando quis nomine
alieno fuit actum in Iudicio, allegando ſe procuratorem
ſuum,falsò tamen,& ſubreptitiè, ſi de mandato non do-
cuerit,non iuuat ratificatio poſtea ſubſecuta, ut fecit iſte
Paulus, qui allegauit ſe procuratorem Poliſenæ, dando
annum,diem,& menſem ſuæ conſtitutionis,de quo tamẽ
non docuit,licèt Reuerendus D. Iudex ad quem monue-
rit eum,pro certa die,ad docendum de mãdato.Idem fe-
cit,quando Paulus coram Reuerendo D. iudice ſubſtituit
procuratorem presbyterum Aloyſium: quia narrauit ſe
procuratorem modo quo ſupra,(falſo tamen.) Ita in ter
minis tenet Bal,in l.Iulianus.col.fi.ff.qui ſatiſda.cog.ubi
dicit ſe audiuiſſe hoc a Bar.uiua uoce legẽte. quos refert,
& ſequitur Andr.Sic.in c.nonnulli.§.ſunt,& alij de reſcr.
& ſequitur Alex.in conſi.32.incip.Viſo puncto.col.2.nu.
23.lib.1.eſt uerum ꝙ Feli.in d.§.ſunt & alij. col. 3. & 4.in
tertia ampliatio. poſt Card.Abb.& Imol.dubitat de hoc
dicto, quia eſſet maxima limitatio ad l.licet. ff. de iudic.
non tamen ſe firmat. magna tamen eſt auctoritas Bart.
Bald. & Alex. a quibus pro nunc non diſcedo. pro qua
parte allego Bar.in l.falſus in principio.ff. de furt. Ange.
in §.primo.inſti.quib.mod.re.contrahi obli.col.2.ſuper
glo.in uer.condictitia.

*SVMMARIVM.*

1 *Penſionarius tenetur pro ſua rata ad onera ordinaria, & extra ordinaria impoſita ſuper fructibus beneficij per Illuſtriſs. Dominium Venet. ſicut tenetur rector beneficij pro ſua rata.*

2 *Quando fructus beneficij nominantur cauſa taxationis, tunc rector non tenetur ad penſionem, ſi non percepit fructus ex beneficio.*

3 *Et ibi dicitur, quando fructus cenſeantur nominati cauſa taxationis, uel demonſtrationis.*

4 *Paria ſunt, quòd actus de iure ualeat, uel quòd ſit nullus, ſed de nullitate opponi non poſſit, propter potentiam principum, qui de facto cogunt ſubditos: & ideò ſtatutum inualidum eſt in conſideratione ſi de facto ſeruetur.*

5 *Fideiuſſor coactus ſoluere uſuras, poteſt illas repetere a debitore.*

6 *Religioſi, qui de facto poſsident immobilia pro illis tenentur ſoluere onera.*

## CONSILIVM CCCXXII.

IN caſu propoſito per Reuerẽdum patrem D.
Io.Angelum de S.Seuerino affinem mihi ho-
1 norandum, teneo † ꝙ Reuerẽdus D.Gabriel
Boldu penſionarius teneatur pro rata penſio
nis ſuper fructibus beneficij de Maſono impoſitæ ad one
ra impręſtitorum,impoſita per Illuſtriſs.Dominium Ve-
net.ſuper fructibus dicti beneficij,ex pluribus per ea,quę
decidit Bar.Bellam.in trac.de cari.ſubſi.qu.38. ubi con-
cludit id quod dixi ſupra, ſiue onera ſint ordinaria, ſiue
extraordinaria per dominos ſeculares.& ibi refert,ꝙ pẽ-
ſionarius tenetur ſoluere caritatiuum ſubſidium, & deci-
mam Papalem pro rata ſuæ penſionis. ¶ Secundò addu-
co deciſ.Paul.de Caſtr.in conſ.53.Quia exceptiones.col.
2.ubi per bona iura,& rationes conſuluit, quòd ſi in ea-
dem oratione imponitur penſio ſuper fructibus beneficij
2 † quòd tunc fructibus non perceptis, Rector eccleſiæ non
tenetur ad penſionem, quia fructus cenſentur nominati
cauſa taxationis,quod refert & ſequitur Feli. in capitulo
ad audientiam,ſecundo. col.8.uerſ.6.concluſio de reſcr.
& Deci.in conſi.500.In cauſa,quæ Mantuæ.colu.fi.lib.3.
Sed Reuerendus D. Angelus rector beneficij nõ lucratur
fructus reſpectu penſionis, quæ debetur penſionario; er-
go pro illa parte non debet teneri ad onera,ſed penſiona
3 rius pro portione fructuum,quos percipit.† ¶ Tertiò mo
ueor,quia fructus beneficij conſiderantur detracto onere
pẽſionis,ex eo quod not.Bal.in l.j.col.2. C.de fruct.& lit.
expen.ubi inquit,ꝙ ſi quis impetrauit a Papa beneficium
ualoris centum florenorum in anno,poteſt habere bene-
ficium trecentorum, ſi tot onera ſint, quæ aſcendunt ad
ſummam ducentorum florenorum,quia ipſe in effectu nõ
dicitur habere in redditibus niſi centum, pro quibus te-
netur ad onus impoſitum,& non pro alijs ducentum de-
bitis alijs,argumento d.l.primę cum alijs,ut ibi per eum.
¶ Quartò ex dicto Inno.in c.non ſit circa fi. de deci. ubi
dicit ꝙ onus pẽſionis uidetur iniunctum fructibus, ideò
penſio tranſit cum onere,pro rata fructuum; & ſic rector
beneficij ad integrum nõ tenetur. ¶ Quintò facit text.in
c.tua nobis.de deci.ubi dicitur,ꝙ ſicut colonus de parte
fructuum,quæ ſibi remanet ratione culturæ, ſic & dñs de
portione, quam percipit ratione terrę decimam reddere
tenetur. Ita in iſto caſu dicendum, ꝙ rector ſolum pro ra
ta fructuum,quos percipit, & pẽſionarius pro ſua rata in
effectu ad onera impoſita teneantur. ¶ Sextò iſta conclu-
ſio comprobatur, quia penſionarius in effectu abſorbet
partem fructuum. Rector licet habeat titulum beneficij,
non tenetur pro fructibus, qui a penſionario percipiunt,
ut in ſimili not.Bal.in l.ſi negotium.C.de nego. geſt. ubi
concludit,ꝙ imponitur pro bonis,nõ pertinet ad uendi-
torem deſcriptum in æſtimo,ſed ad emptorem,qui habet
fructus,& ad ipſum uſufructuarium pertinet onus colle-
ctæ.l.quaro,ubi Bar.Modo ſic pro penſione,quam Reue
rendus D.Angelus rector dicti beneficij ſoluere tenetur,
non dicitur in effectu habere fructus, quia abeſſe uidetur
quod alteri debetur.l.ſi mandato Titij,ubi Bar.&Ang.ff.
de neg.geſt.ergo nõ ipſe rector: & uerifimiliter ſi iſti dñi
imponentes onera fuiſſent interrogati, noluiſſent utique
in tantum rectorẽ grauare; & ideò hoc debet haberi pro
expreſſo,iuxta glo.in l.tale pactum.§.fin.ff. de pact.unde
conſonat,ꝙ onus impoſitum per dominium ſuper fructi
bus beneficiorum intelligatur de parte fructuum,qui re-
manet apud ipſos rectores, & ſic detracto onere penſio-
nis,pro qua penſionarius tenebitur ad onus impoſitum.
¶ Vltimò pro iſta parte adduco Caccialupũ in tract. de
penſio.q.16.& 17.ubi decidit.q.propoſitam. Nec obſt. ſi
diceretur prędicta eſſe uera,qñ grauamen fuiſſet impoſi-
tum per ſuperiorem legitimum,quod non uidetur in ca-
ſu.q.propoſitæ,ut legitur,& not.in c.eccl.S.Marię.de cõ-
ſti.& in c.decernimus, de iudi.& in c.fi.de reb.eccleſ. non
4 alien. Quia ad hoc reſpondetur, † ꝙ ex quo re ipſa, & de
facto impoſitio hmõi obſeruatur in ciuitate Venet. & in
ſuo dominio, & coguntur clerici per ſequeſtrationes bo-
norum, & capturam pignorum ad ſoluendum onus con-
iunctum,perinde habetur,ac ſi de iure teneret: ex quo de
nullitate opponi non poteſt,ut dicit gl.in uer.conſiliõ in
5 fi.in l.qui habebat.ff.de manu teſta.† Vnde fideiuſſor,qui
de facto cogitur uſuras ſoluere,põt illas repetere a debi-
tore,ac ſi de iurę ſoluiſſet,ut ↄcludit not. Albe.in l.j.col.
fi.uerſ.ego hanc.q.de facto habui. C. de ſum.tri.& Imol.
in c.2.col.7.de fideiuſ.& Alex.in ↄſ.107.pro inueſtigatio-
ne.col.pen.lib.2.& expreſsè hoc tenet Bar.in l.j.in princi.
ff.quod quiſ.iur.in uer.uidendum eſt.& facit quod uoluit
Petr.de Anch.in conſi.108. cõtra fratres,ubi loquitur de
fratrib. minoribus, qui de facto bona immobilia poſſi-
dent;

6 dent; † nam pro illis tenentur ſoluere. & ita etiam uoluit
Butr.in conſ.34.ut ſupra ſolemniter.& Deci.in conſi.456.
incip.conſului alias lib.3.in princ.concludit,& probat,ꝙ
decretum communitatis Ianuæ,licèt fuerit nullum, tamẽ
quia de facto,re ipſa ibi obſeruabatur, perinde ualeret,
& effectum ſortiretur,ac ſi de iure teneret. Ex quibus idẽ
concludo in q.noſtra,& quòd rector beneficij,& penſiona
rius teneatur ad onus impoſitum per Illuſtriſsimum Do-
minium tenet. Et ita conſulo, Ego Io. Baptiſta Ferretus
I.V.D.Paduæ legens anno.1533.de menſe Iulij.

## SVMMARIVM.

1 *Tex.in l.fi.in §.omnem.C.de admi.tut. quæ in inſtrumẽto tutelę uel cura requirit clauſulam de defendendo pupillos, & formalis, & ſecundum omnes doct. practicatur.*

2 *Iudex ex officio tenetur prouidere, ne reddatur iudicium nullum.*

3 *Non currit tempus tutrici ad acceptãdum onus tutelæ, niſi prius monita conſtituatur in mora, & ante monitionem non poteſt dari pupillis tutor.*

4 *Mater tutrix uel curatrix data a marito in teſtamento, non tenetur ſeruare ſolennia auth.matri,et auiæ, ideo adminiſtrat ſine decreto, & ſine confectione inuentarij.nu.6.& 7.*

5 *Mulier etiam mater poteſt eſſe commiſſaria & executrix teſtamenti etiam in prophanis, et conſtituere procuratores, etiam ante litem conteſtatam.*

6 *Quando filius exceſsit pubertatem, licèt mater deſinat eſſe tutrix tunc, tanquam curatrix, commiſſaria, & adminiſtratrix, ſeu gubernatrix filiorum, & bonorum etiam ſine confectione inuentarij, per teſtamentum patris, habet curam, & omnimodam adminiſtrationem.*

7 *Nam teſtator poteſt matri filiorum in teſtamento decernere adminiſtrationem, ſicut iudex, quæ non tenetur facere inuentarium.*

8 *Mater tutrix, etiam ſine decreto iudicis, ſi per plures annos adminiſtrauit, ualent ea quæ geſsit.*

9 *Ante Bar. & Alberi.de Roſa. antiqui notarij non obſeruabant ponere clauſulam de defendendo pupillum, & tamen ſi opponebatur contra inſtrumentum cura, caſſabatur.*

## CONSILIVM CCCXXIII.

ADDO ad ea, quæ dixi ſupra alleg. 198. circa
nullitatem inſtrumenti tutelæ & curæ, in per-
1 ſonam D.Baldaſaris Seuerino facti, † quia oẽs
doct. tenent, quòd ſit nullum ex defectu clau-
ſulæ de defendendo pupillos per tex. formalem, in l.fin.§.
omnem.C.de admi.tut.ut patet ex dictis per Alex. & Iaſ.
in l.prætor ait in princ.ff.de nou.oper.nunc.& ex ijs, quæ
dixi in all.198.nec Bal.uoluit contrarium, ut bene aduer
tit Alex.ibi, qui etiam ſuper hoc articulo fuit uarius, ut
patet ex dictis per Iaſ.qui doct.atteſtantur de practica iu
diciorum in caſſando proceſſus, & inſtrumẽta ex defectu
huiuſmodi ſi opponatur, quam tanquam ueram, & prati-
2 catam ſequitur Guid.Pap.deciſ.310 † Et incumbit etiam
officio iudicis prouidere huiuſmodi nullitatibus, ut eſt ca
3 ſus in c.cauſam quæ de iudi. † Stat etiam firma prima ra-
tio nullitatis dationis tutelæ, & curæ per D.Vicarium pa-
triarcalem, ex quo domina marieta mater non fuit prius
monita per eum, ſi uolebat aſſumere onus tutelæ, uel cu-
ræ pro filijs, quæ monitio erat neceſſaria, ut ipſa conſtitue
retur in mora, ut poſsit deueniri ad dationem tutoris, uel
curatoris, ut dixi poſt Bar.& alios in d.auth.matri.per iu-
ra clara. Nec obſt.obiectum factum per reuerendum D.
auditorem Reuerendiſsimi legati, quòd D. Vicarius for-
taſſe ignorabat teſtamentũ D.Philippi mariti ſui; & ideò
non tenebatur monere ipſam Dominam, ſed ipſa potius
debuiſſet animum ſuum manifeſtare, ſi uolebat huiuſmo
di onus aſſumere: quia hoc remouetur per tex.in d.auth.
matri.cum ſua gl.in uerſ.tutela, in princip.quam ibi Bar.
* & * communiter alij ſequuntur, qua cauetur, matrem de-
functo marito eſſe legitimam tutricem, & curatricem fi-
liorum, ſi uult.& hanc diſpoſitionem legalem non ignora
bat D.Vicarius l.ignorantia de reg. iur. ergo ipſe defecit
in monitione requiſita per ll. & doct. Nec ipſa tenebatur
propalare mentem ſuam; ſatis enim fuit ſibi contradice-
re, quòd non tenebatur petere tutorem, uel curatorem fi-
lijs; ideo ad hoc non potuit compelli per cenſuras, prout
coacta fuit. Nam ſi fuiſſet monita, tunc ipſa aſſumpſiſſet,
aut ligitimam tutelam, & curam ſeruando ſolennia. d.
4 auth. a qua per maritum non potuit excludi; † etiã ſi ma
ter a ſucceſsione filiorum ſtatuto, uel alias excluderetur,
ut uoluit Bal.in conſ.308.teſtator.lib.2. cum alijs. ut per
Deci.in reg.2.col.3.uer.7.ff.de reg.iur.& in l quo tutela.
ff.eo.uel aſſumpſiſſet teſtamẽtum a marito ſibi demanda
tum per ea, quæ alias dixi, uel curam eidem in eodem te-
ſtamento iniunctam, in quantum curam, & gubernatio-
nem filiorum, & adminiſtrationem bonorum eidem ma-
tri impoſuit, ut ex uerbis teſtamenti colligitur. & tunc nõ
tenebatur ſeruare ſolennitates d.auth.matri, approbatæ
in teſtamento per ſuum maritum, ut ibi per Albe.colu.1.
quantum ad perſonam Excellentis D.Thomæ, quem ipſa
domina in ſecunda inſtantia conſtituit procuratorem.
addo, quòd cũ Bal.in l.id quod pauperibus. C.de epiſ. &
5 cler.concordat Abb.in c.tua nos in 1. not. de teſta. † qui
dicit, quòd mulier poteſt eſſe commiſſaria, & executrix te
ſtamenti, quæ habet actiones, quas intentat proprio no-
mine; ideo potuit conſtituere D.Thomam procuratorẽ,
etiam ante litem cõteſtatam. Hanc partem latè poſt alios
tenet Deci.qui de Abb.nõ meminit in d.l.2.col.4.in uerſi.
8.qui loquitur de fœmina executrice teſtamenti ad bona
prophana, uel ad pias cauſas, quia ſubeſt eadem ratio. &
fuit etiam opinio Alberi.in pluribus locis, in l. filium. ff.
de optio.lega.& in l.Titium.ff.de admi.tut. & in l.filio.§.
mater.ff.ſolu.matr. Et tanto magis procedit iſta ratio, ex
quo mater per teſtatorem eſt poſita ad curam, & guberna
tionem filiorum, & adminiſtrationem bonorum, cum fa-
cultate priuãdi filios hæreditate in totum, uel in partem,
& facta commiſſaria, cum ampliſsima facultate, & eſt po-
ſita per teſtatorem in loco ſuo, & ſuorũ hæredum: & quia
ipſa Domina ſentit commodum alimentorum ex teſta-
mento, ut alias dixi, ex his etiam tollitur obiectus, quòd
mater tanquam tutrix non potuerit ſupplere perſonam re
uerendi D.Abbatis filij ſui, qui exceſsit pubertatem; quia
6 reſpondetur † quòd ipſa prouidit illi tanquam curatrix,
commiſſaria, & executrix & tanquam adminiſtratrix, &
gubernatrix filiorum, & bonorum, quod potuit etiam ſi-
ne confectione inuentarij. ex quo ipſa per teſtamentum
patris filiorum ſui mariti habebat, curam, & omnimodã
adminiſtrationem, & gubernationem filiorum, & bonorũ
& quia ſtabat pro defenſione pupillorum, ut in terminis
decidit Guid.Pap.deciſ.330.col.1.etiam abſque eo, quod
decernatur ſibi adminiſtratio per iudicem, prout alias de
7 iure requirebatur.§.fi.inſt.de curat.† Nam teſtator illi ad
miniſtrationem decreuit, quod poteſt ſicut iudex, text.eſt
in l.cui eorum & ibi gl.ff.de poſtul. Ita in terminis deci-
dit Nicol.Boer. deciſ.124. teſtator. col.6. nu.15.lib.1.&
Bar.in d.l.legitimos.col.2.uerſi.uel teſtator ipſe, ubi etiã
tenet, quòd nõ tenebatur facere inuentarium, & quòd ita
ſeruatur. Nec obſtat ſtatutum Venetũ de tutore loquẽte,
quòd teneatur facere inuentarium, quia loquitur in dato
a iudice, non in teſtamentario. & cum Bar.concordat Sa-
lic.in l.nulli.col.4.C.de epiſ.& cler.quãdo loquitur de po
teſtate tradita executori in teſtamento. & dicit etiam, ꝙ
de iure canonico, executor poteſt agere ſuo nomine etiã
in prophanis, & non ad pias cauſas. Et pro prædictis fa-
cit quod dicit Soci.in conſi.1.col.1.uerſ.ſecundum lib.2.
8 † quòd licèt mater non fuerit tutrix per iudicem decreta
tamen ſi adminiſtrauerit duobus annis, & plus, cuius ge-
ſta longo tempore tenuerint, & effectum habuerint, ualet
adminiſtratio, quia præſumendum eſt, quòd fuerit legiti
mè decreta tutrix. quẽ refert, & ſequitur præfatus Nicol.
Boe.in d.deciſ.124.col.5.nu.13. Sed in q. noſtra domina
Marieta mater poſt mortem ſui mariti per quinque an-
nos continuos, a die obitus illius, ſemper tanquã cõmiſ-
ſaria ex teſtamento, & adminiſtratrix, & gubernatrix bo-
norum, & filiorum, & omni alio meliori modo, conſtituit
ſuos

ſuos procuratores quàmplures, in diuerſis cauſis, etiam contra præſentes aduerſarios, qui ſine aliqua exceptione hucusque fuerunt admiſsi ad agendum, & defendendum iura ipſorum pupillorum, ut patet per plura inſtrumenta procuratorum, & per acta iudiciaria producta in proceſſu; ergo oppoſitio modo facta, contra inſtrumentũ procuræ factæ in perſonam domini Thomæ eſt calumnioſa, maxime ex quo in pluribus cauſis ipſi aduerſarij ſemper approbarunt mandata procuratoria ipſius D.Marietæ. ¶ Nec prædictis obſtaret ſi diceretur, quòd in hac ciuitate Venetiarum, non apponitur iſta clauſula de defendendo pupillos, in inſtrumentis tutelarum, quia hoc nihil re-
9 leuat. † Nam etiam antiqui ante Bar. & Alberi. de Roſa. non obſeruabant ponere hanc clauſulam, & tamen ſi opponebatur contra huiuſmodi inſtrumenta, caſſabantur tutelæ, ut atteſtatur Bar. in d.l. legitimos col. fi. in ꝟ. requiſito, & Alberi. in d.l. fi. §. defenſionem, quos refert & ſequitur etiam alios referendo Petr. Philip. Corn. in conſi. 164. col. 1. lib. 4. & iſta opinio, ultra quòd habet pro ſe caſum apertum, habet magnam honeſtatem & æquitatem, quia fauet pupillis, ut defendantur. ¶ Secundo reſpondetur, quòd ſi non ſeruatur in foro ſeculari, hoc procedit, quia in illo non ſeruantur leges communes imperiales, nec canonicæ, ut eſt clarum. Sed in foro canonico, habeo duos caſus in terminis, in quibus curatores promiſerunt pupillos indefenſos non relinquere, ultra iuramentum ſolitum utilia facere & inutilia prætermittere. Nã de anno 1546. de mẽſe Maij. die 7. in cauſa de Cordes, & die 22. dicti mẽſis, in cauſa de Madijs, deputati fuerunt curatores per auditorem Reuerendiſsimi D. legati cum clauſulis præfatis Notarius eſt presbyter Bartholomæus a Capello, & fuit in actis cauſarum præfatarum ad tribunal.

*S V M M A R I V M.*

1 *Non eſt credendum parti narranti Papæ in ſuppoſitione locum aliquem eſſe ſibi ſuſpectum, ſed opportet corãm iudice deducere cauſas ſuſpitionum, & illas probare, & ſuper illis pronunciare.*

2 *Idem eſt dicendum, quando allegatur iudex ſuſpectus.*

## CONSILIVM CCCXXIIII.

REVERENDE ac Excellentiſsime D. Vicarie, domina Calidonia non eſt amonenda de monaſterio in quo reperitur ſequeſtrata, de conſenſu ambarum partium, ut conſtat per actum ſequeſtrationis factæ per magnificum aduocatorem ſub die prima Febrarij. 1545. ex eo quòd Ludouicus Vgo allegauerit ſummo Pontifici, monaſterium illud ſibi
1 ſuſpectiſsimum, † niſi ſpecificet coram uobis cauſas ſuſpitionis, & illas probet legitimè, & ſeruatis ſeruandis, ut legitur, & not. in c. ex parte tua de appel. ubi Abb. col. fi. qui allegat tex. in c. uenerabilibus. §. & hoc ipſum de ſen. excom. lib. 6. & probatur in c. accedens & ibi gl. pen. per illũ tex. el 2. ut lite non conteſtata. Male enim ageretur inter partes, ſi crederetur aduerſario in narratis pontifici in præiudicium alterius partis, & ideo tex. in c. 1. §. uerum de reſcr. qui fuit Alexandri. iij. reſcribẽtis in Anglia Cantuarieñ. archiepiſcopo, dicit, quòd in litteris ſuis ſemper eſt intelligenda hæc conditio, etiam ſi non opponatur ſi preces ueritate nitantur, cum ſimi. ut ibi in gl. Et arbitrium ueſtrum, de quo in commiſsione, debet regulari prout de
15 iure ſecundũ oẽs * doct. quia etiam omnes clauſulæ reſcriptorum Papæ regulãtur a iure in dubio. c. cauſam quę ubi omnes doct. latè tradunt de reſcr. ¶ Videmus ẽt, quã
2 do iudex recuſans ſuſpectus † quia ſuſpitiones ſunt proponendæ, & ſpecificandæ, corã eo. c. ſuſpitionis de off. deleg. c. cum ſecundo requiris, & cum ſpeciali de appel. ubi Abb. & alij in primo & 2. not. & cauſæ allegatæ probandæ ſunt. c. ſi contra unum & c. ab arbitris de offi. deleg. lib. 6. Immo ſuper ſuſpitionibus eſt pronſiciandum. c. iudex eo. tit. & lib. circa finem. Et prædicta maximè ſunt ſeruanda in q. noſtra, in qua tractatur de bonore, & de infamia Vener. dominarũ Abbatiſſæ, & monialiũ dicti monaſterij, & quia etiam D. Calidonia ſtat in dicto monaſterio in cuſtodia, non ad effectum, ut amplius habeatur eius liber conſenſus, ex quo iam pluribus menſibus, immo elapſo iã anno ipſa liberè & cum plena ſecuritate per D. Veſtram examinata, & conſtituta dixit ueritatem. Prædicta confirmãtur, quia ſtat decretum neſtrum & ſui collegæ, ſuper prædicta amotione, uidelicet quòd in ipſa procedatur cauſa cognita, & ſeruatis ſeruandis de iure, quod tranſiuit in rem iudicatam, de quo aduerſarius nullam in reſcripto fecit mentionem, ut conſtat ex tenore ipſius; ergo nõ ſuffragatur impetranti, ut not. in c. ſuper litteris de reſcr. l. cauſas, uel lites. C. de tranſ. l. fi. c. ſent. reſcin. nõ poſ. Ex quibus liquido conſtat, quid ſeruandum, & faciendum ſit in propoſito articulo aſſertæ ſuſpitionis, in quo etiam offerimus probare cauſam petitæ amotionis, quia aduerſarius uellet habere puellam in loco, in quo poſſet prece ac precio ſubornare Calidoniam, & ipſam etiam leuare de ſequeſtro temerè, & de facto, & hac uia indirrecta finem ſiti imponere. Interim tamen donec pendet articulus non retardetur examen teſtiũ dominæ Calidoniæ, ſuper articulis & oppoſitionibus ſuis iam admiſsis, & iam litteris remiſſorialibus expeditis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex, a quo poſtquam detulit appellationi, non poteſt ex interuallo aſsignare terminum appellanti ad proſequendum, ſed incontinenti.*

2 *Et prædicta procedunt in ordinario, ſecus in delegato.*

3 *Auditores legatorum, & gubernatorum ciuitatum habent delegatam iuriſdictionem, ſicut auditores Rotæ Rom. cur.*

4 *Poſtquam iudex detulit appellationi, tota cauſa deuoluta eſt ad ſuperiorem, ita quod ad illum non ſpectat cognitio, etiam de conſenſu partium, niſi ſibi per iudicem, ad quem remittatur.*

## CONSILIVM CCCXXV.

EX alio capite Re. Do. V. non potuit aſsignare terminum appellanti duorum menſium ad proſequendum appellationem ſuam per ui-
1 ginti dies: † & ſic ex interuallo, poſtquam detulerat appellationi, per quam abdicauit a ſe iuriſdictionem quam tranſmiſit ad ſuperiorem, ut legitur, & not. in c. cum appellationibus de app. lib. 6. & ita tenet Rot. poſt Ioan. de Ligna. concordando opiniones contrarias deciſ. 356. in fi. quæ concludit, quòd iudex deferens appellationi, poteſt incontinenti eodem contextu aſsignare terminum ad proſequendum per ea, quæ leg. & not. in c. cum teneamur de appel. & in c. 2. in gl. 4. de matr. contra. con. interdi. ecc. Idem tenet. Zenze. & poſt eum Bonifa. de Vit. in cle. 1. nu. 63. de appel. qui uolunt quòd iudex a quo poſt delationem non poteſt aſsignare terminum prædictum ex interuallo appellanti præſenti, & contradicenti, prout euenit in q. noſtra. Adducunt etiam rationem, quia poſt delationem, & ante termini aſsignationẽ, annus iam cœperat competere appellanti ad proſequendum. c. cum ſit Romana, & c. ex ratione de appe. qui a iudice tolli non po-
2 teſt regula indultum de reg. iur. lib. 6. † quinimmo poſſet etiam teneri, quòd delegatus poſt delationem etiam incõtinenti non poſsit aſsignare dictum terminum, quia gl. in d. c. 2. loquitur expreſſe de ordinario, quam ibi circa finẽ refert, & ſequitur, & ita probatur in d. c. cum teneamur ſecundum primum intellectũ, & ibi. gl. & ibi Abb. in fi. ubi Philipp. Nam ordinarius poteſt ſe impedire poſt appellationem, circa ea, quæ tendũt ad faciliorem exitum appellationis, ſecus in delegato, qui per delationem abdicauit a ſe iuriſdictionem delegatã in totum, quam habebat ad
3 illam cauſam. † Sed Reuerendus D. auditor legati apoſtolici, iudex a quo habet delegatam iurdictionem in decidendo, ſicut auditores Rotæ Rom. cur. ut not. gl. & docto. in clem. auditor de reſcr. ita tenet Bal. in l. fi. col. fin. c. ubi ſenat. uel clar. & Feli. in c. nonnulli. §. ſunt. & alij. col. 15. de reſcr. uerſi. fallit quartò: & propterea tales Auditores

non

non faciunt unum tribunal, cum ſuis Dominis. Hinc eſt
quòd a ſententijs ipſorum appellatur ad legatos, & guber
natores reſpectiuè. Ita tenet Cor. Peruſ. conſ. 48. latiſsimè.
col. 2. lib. 1. & cõſi. 98. col. 2. ubi dicit, ꝙ iſti auditores non
interponunt decreta ſuper alienatione bonorum. & pro
4 hoc eſt deciſ. Rotæ. in nouis 70. quæ dicit ſimpliciter † ꝙ
poſtquam iudex detulit appellationi, deſinit eſſe iudex in
tota cauſa, ita quòd non poteſt amplius de illa cognoſce-
re, etiam de expreſſo partium conſenſu, niſi iudex ad quẽ
cauſam illi remittat. & alia deciſ. etiam in nouis. 363. quę
in fi. limitat deciſ. 70. ut non procedat in ordinario, qui
detulit, ad quem partes ambæ de conſenſu poterunt redi
re, quas deciſiones refert, & ſequitur Philip. poſt Gemi. in
d. c. cum appellationibus. col. 2. & in c. cum ceſſante in 5.
limitatione eod. tit.

## SVMMARIVM.

1 *Exceptio tranſactionis, & laudi emologati, dicitur litis finitæ.*
2 *De cauſa criminali, criminaliter intentata, non ualet compromiſſum, nec ſententia arbitri, ſecus ſi ciuiliter.*
3 *Soluitur contrarium, duarum legum in materia, utrum ualeat compromiſſum de cauſa criminali.*
4 *Poteſt de iure compromitti in arbitratores, & amicabiles compoſitores in materia delicti deducta ciuiliter, ſiue criminaliter; ſecus in arbitrum ſecundum communem, & practicatam opinionem.*
5 *De cauſa ſpirituali, & mera, eccleſiaſtica poteſt compromitti in laicum, tanquam in arbitratorem, & amicabilem compoſitorem; ſecus in arbitrum, ſecundum communem opinionem.*

## CONSILIVM CCCXXVI.

IN cauſa furti, ciuiliter, & criminaliter intenta
ta per Antonium Florianum de Venetijs corã
diuerſis iudicibus ordinarijs, & delegatis, con
tra D. presbyterum Laurẽtium de Mirabilijs
clericum etiam Venet. partes ipſæ in principio litis deue-
nerunt ad quandam tranſactionem, & concordiam, quæ
poſtmodum ab illa tacitè recedendo controuerſiam hu-
iuſmodi iudicialiter diu proſequutæ ſunt. tandẽ deuene-
runt ad communes amicos, quos in ſuos arbitros, & ami
cabiles compoſitores elegerunt, cum clauſulis conſuetis
in hac ciuitate Venetiarum. qui ſententiam ſuam dixerũt
& poſtea dictæ partes eandem laudauerunt, & ad execu-
tionem plenariam deduxerũt, quia presbyter Laurentius
illam pecuniam, in qua fuerat condemnatus integraliter
dicto Antonio perſoluit, in quo laudo præfati arbitri di-
ctam tranſactionem, & concordiam laudarunt. Decurſis
annis. 15. dictus Antonius cœpit proſequi idem iudiciũ
iam cœptum ciuiliter, & criminaliter, & petit publicatio-
nem atteſtationum, ut poſsit deueniri per iudicem ab eo
1 impetratum, ad ſententiam diffinitiuam. † Opponitur per
presbyterum Laurentium exceptio litis finitæ per tranſa-
ctionem, & laudum arbitrorum approbatum, & executũ
per tex. in c. 1. cum ibi. not. de lit. conteſt. lib. 6. & in l. cau-
ſas, uel lites. C. de tranſ. & in l. fi. C. ſent. reſcin. non poſ. quę
exceptio impedit litis ingreſſum, ut dicitur in d. c. 1. ſed
2 pro parte Antonij reſpondetur † quòd de cauſa huiuſmo
di criminali criminaliter prius intentata non potuit fieri
compromiſſum. l. nõ diſtinguemus. §. Iulianus. ff. de arbi.
c. pe. §. fi. de reſt. in integ. & ſic dat de nullitate ſentẽtiæ ar
bitrorum. Pro parte uero presbyteri dicitur ſententiã ua-
lere per tex. in l. quid ergo. §. ex cõpromiſſo. ff. de inſa. ubi
dicitur, quòd ex compromiſſo, arbiter infamiam non fa-
cit, qui loquitur ſimpliciter, ſiue de furto, ciuiliter, ſiue cri
minaliter agatur. ſuper qua difficultate petitur quid iu-
ris, ſuper qua doct. in locis præallegatis ultra gl. Varias de
derunt ſolutiones. Quibus omiſsis capio illam, quæ fuit
3 Oldra. in d. §. Iulianus, qui ſoluendo contraria dicit, † ꝙ
ſi de furto compromittitur in arbitrum non ualet com-
promiſſum, nec ſententia; & ita procedat ille tex. Si uero
in arbitratore, quòd ualeat, ut in d. §. ex cõpromiſſo. quã
opinionem refert, & ſequitur Albe. de Roſ. in d. §. ex com-
4 promiſſo in princ. ubi dicit, † quòd ſiue agatur ciuiliter,
ſiue criminaliter de crimine, poteſt compromitti tanquã
in arbitratorem, & amicum communem; & quòd ita ſer-
uatur, idem Alberi. in d. §. Iulianus latius loquitur in fi. di
cens, quod ita fit, & ſeruatur continuè opinio Oldra. quæ
mihi placet, quam probo per ea, quæ not. Hoſt. & Io. And.
in c. fi. in princ. de rer. permu. Et Rom. conſi. 173. pro de-
ciſione in fi. & Petr. de Anch. in conſ. 23. in hac cauſa. col.
5 3. & in conſi. 98. Iſtam quæſtionem in princ. † ubi probãt,
& tenent, quòd tex. in c. contingit de arbi. qui prohibet de
cauſis ſpiritualibus compromiſſum fieri in laicũ non pro
* cedit in arbitratorem. quam partem tanquam * commu
nem firmat Alex. in conſi. 91. Viſis. col. 1. & 2. cum ſimi. ut
per Deci. in c. decernimus in 1. not. de iud. & per Iaſ. & in l.
quoties. C. de iud. colum. penult. a qua opinione commu-
ni, & practicata, non eſt recedendum, ut atteſtantur Deci.
& alij moderni.

## SVMMARIVM.

1 *Generalis Vicarius epiſcopi, ſine ſpeciali eius mandato, non poteſt auctorizare donationi iurispatr. facta per patronum laicum in perſonam ſecularem.*
2 *Vicarius generalis epiſcopi non poteſt auctoritatem interponere ſuper ſtatuto de certo canonicorum numero, nec creare nouũ canonicum, augendo numerum, nec nouum creare beneficium in eccleſia. & nu. 3.*
4 *Vicarius epiſcopi non poteſt interponere decretum, quòd acquiratur iuspatr. laico, ex fundatione, uel dotatione, ſine ſpeciali mandato.*
5 *Nullus prælatus inferior epiſcopo, ſi non habet iuriſdictionem epiſcopalem, poteſt interponere hanc auctoritatem.*
6 *Abſentia epiſcopi a loco ciuitatis, uel diœceſi ampliat facultates ſui Vicarij, niſi in caſibus a iure expreſsis, & niſi ad comprehenſa in mandato.*
7 *Nec ſufficit in præmiſsis ſpecificatio unius caſus requirentis ſpeciale mandatum, cum clauſula generali, ſed requiritur ſpeciale mandatum.*
8 *Iuspatr. acquiſitum pro ſe, & hæredibus ſuis, non tranſit etiam ad filios, niſi ſint hæredes, & ſe immiſcuerint hæreditati paternæ ſed defertur ad extraneos hæredes.*

## CONSILIVM CCCXXVII.

QVOD donatio facta per Bernardinum, aliàs
in perſonam Io. Frãciſci laici de Magrade ſit
1 nulla, † eò quia non appareat approbata per
epiſcopum Vicentinum, etiam ſi interuenerit
auctoritas ſui Vicarij generalis, niſi oſtendatur ſpeciale
mandatum: eſt deciſio, quæ reperitur inter conſilia Cal.
in conſi. 1. de off. Vic. in quo allegatur deciſ. Io. And. quę
reperitur in c. fi. in princ. de off. uic. in 6. & Fed. de Sen. quæ
reperitur in conſi. 264. ſi canonici. quos refert, & ſequitur
Petr. de Anch. Gemi. & Philipp. in d. c. fi. col. 2. & Deci. in
c. cum acceſsiſſent. col. 6. de conſt. qui concorditer tenẽt,
2 † quòd Vicarius epiſcopi generalis ſine ſpeciali mandato
non poteſt interponere auctoritatem ad ualidandum ſta-
tutum canonicorum de certo eorum numero. & adducũt
3 rationem iſtius dicti, † quia ipſe Vicarius non poteſt le-
gem dicere, uel auctoritatem ſuam interponere in his, quę
ad ſuam inſtructionem non pertinent, ut probatur in d. c.
fi. ¶ Secundo dicunt Vicarium epiſcopi non poſſe crea-
re nouum beneficium in eccleſia, ex quo non poteſt illa
conſerre, ut in d. c. fi. nec clericos illis priuare. c. 2. eod. tit.
& lib. ¶ Tertiò dicunt, quòd Vicarius generalis unius
plebani, etiam ſi haberet plenam poteſtatem temporaliũ,
& ſpiritualium, ſine tamen ſpeciali mandato, non poterit
augere numerum clericorum in dicta plebe, ſicut non po
teſt beneficium in eadem de nouo creare, licèt plebanus
4 prædicta omnia poſſet. † Sed Vicarius epiſcopi generalis
non habet poteſtatem creandi iuspatr. a principio ex cau
ſa dotis, conſtructionis, uel fundationis, quia hoc ſpectat
ad epiſcopum. c. nobis de iur. patr. cum multis ſimilibus.
& tradunt. doct. in rubr. eo. tit. in diffinitione iurispatro.
cum

cum ſimil.ut per Roch.Cut.in ſuo tract.in uer.de diœceſa
ni conſenſu fol.20.q.1.& 2.& ſic iſta materia non ſpectat
iuriſdictioni Vicarij cum ſit de maioribus cauſis,quæ nō
tranſeũt in Vicarium niſi ex ſpeciali facultate munitum,
ut in terminis tradit Cald.cōſi.3.de offi.Vic.per iura,quæ
ipſe allegat in c.nemo,& in c. quicunque & in c. quidem
& in c.auctoritate,ut ibi per eum, quæ iura loquuntur de
conſtructione eccleſiarum,uel monaſteriorum, cũ aucto-
ritate epiſcopi, ad excluſionem Vicarij ſui generalis, ut
probat Cald.in d.conſi.Ergo nec Vicarius poterit præſta
re auctoritatem in q. noſtra. Nec obſt. quòd conſ. Illud
primum non fuerit Cald.ut ibi dicitur; quia reſpondetur
ſatis eſſe,quòd reperiatur inſertum inter ſua cōſilia, quia
ex hoc cenſetur per Cald.approbatum. ita arguit Feli. in
c.cum omnes.col.14.circa medium de conſt. ſaluando pſ.
Feder.conſi.148.quod fuit unius ſcolaris, ſed inſertum in
ter conſilia Federi. Aliam etiam rationem,quare in tranſ-
latione iur. patr. in laicum titulo donationis requiratur
conſenſus epiſcopi,& non ſui Vicarij,aſsignat Reuerēdus
pater Cæſar Lambert.epiſcopus Inſul.in ſuo tract.iuriſpa
tro.in lib.1.fol.101.in 4.articulo primæ.q.prin.ſecundæ
partis uerſ.quæritur modo,ubi adducit incapacitatē lai-
ci donatarij ad iſtud iuspatr.c.quanto de iudi. quæ inca-
pacitas non poteſt ſuppleri,niſi auctoritate Papæ,uel epi-
ſcopi,ut legitur,& not.in c.2.de iud.& nunquam per Vica
rium laicus ad ſpiritualia fit capax. Idē tenet in eod.lib.
in 2.parte fol.105.articulo 10. uerſi. tu dic clarius. quod
etiam probat.Nam quando laicus a principio conſtruit,
uel dotat eccleſiam,nullum ius acquirit niſi per Papam;
uel ipſius legatum,uel per epiſcopum habilitetur ad iſtud
ius annexũ ſpirituali de gratia ſpeciali, ut legitur, & nōt.
in c.3.eod.tit.pari ratione laico incapaci,nullum ius quæ
ri poteſt titulo donationis,uel legati,niſi habilitetur per
ſuperiores, qui poſsint remouere hanc inhabilitatem,qui
ſunt Papa,ipſius legatus,uel epiſcopus.Et dicit idem Cæ
ſar in d.4.articulo fol.101. quòd tanto magis requiritur
conſenſus epiſcopi in tranſlatione huiuſmodi in perſonā
laicam,quia non fundauit,non conſtruxit,uel non dota-
uit,cum ſit per conſequens minus dignus gratia legis la-
toris,de qua in d.c.3.& magis incapax, quia nō inuitauit
ſuperiorem ad faciēdam ſibi gratiam.circa hanc tranſla-
tionem. ¶ Secundo principaliter ad idem, quòd aucto-
5 ritas Vicarij non ſufficiat,adduco, † quia nullus inferior
ab epiſcopo,non poteſt, niſi habeat iuriſdictionē epiſco-
palē. Ita tenet Roch.Cut.in d.tract.in uerſi. Pro eo quod
de diœceſani conſenſu,in 3.q.in fin.qui allegat Abb. in d.
conſi.59.in ultima col.& conſi.89.col.1.lib.2.& ita etiam
latius tenet idem Cæſar in d.trac. in 2. parte primi lib.in
5.art.in uerſi.ſucceſsiuè quinto loco qu[illegible] fol.101. ter
go,ubi ita arguit,quia ſi talis prælatus [illegible] habens iu
ra eſpicopalia,poteſt præſtare cōſenſum in fundatione,&
dotatione beneficij,& acquiſitione iuriſpatr. ut ipſe pro-
bat in eod. lib.1. in 2. q.principali in 14. articulo primæ
partis: ergo idem prælatus poterit præſtare auctoritatē,
& non inferior,non habens iura epiſcopalia,tranſlationi
iuriſpatr. in laicum.Sed Vicarius generalis epiſcopi non
eſt talis,ut probatur in c. 2.& fi.de offi.Vic.lib.6.ergo ip-
ſe non poterat auctorizare huiuſmodi tranſlationi. Nec
obſtat,quòd Vicarius generalis poſsit inſtituere clericũ
præſentatum,c.ex frequentibus.de inſti.ſecundum com-
munem intellectum: quia ex hoc non arguitur iuriſdictio
epiſcopalis,nec ibi ſuppletur aliqua incapacitas per ip-
ſum Vicarium,cum inſtituat clericum præſentatum per
patronum de neceſsitate, ut ibi declarat Abb.quæ ratio
tollit etiam auctoritatem capituli canonicorum haben-
tium inſtitutionem clerici præſentati in q.noſtra. Nã iſta
inſtitutio eſt de leuioribus cauſis,quæ ueniunt in genera
li mandato. ¶ Tertio,quod Vicarius ex generali manda
to non potuerit auctorizare donationi in q.noſtra, appa-
ret ex uerbis narratiuis notarij,qui confecit inſtrumentũ
dictæ donationis,in fine ipſius, ubi dicit quòd præfatus
Reuerendus Vicarius,ſuam, & qua in hac parte pro præ-
fato Reuerendiſsimo D. Cardinali epiſcopo Vicentino
fungi,interpoſuit auctoritatem,ſed de ſuo mandato ſpe-
ciali ad hanc donationem, & tranſlationem faciendam
6 non apparet; ergo nulliter fuit interpoſita, † Nec obſtat
ſi dicatur,quòd hoc poſsit Vicarius ex generali mandato
in abſentia epiſcopi a ciuitate,uel diœc.quia hoc negatur;
nam abſentia epiſcopi non ampliat facultatem Vicarij,
niſi in caſibus expreſsis a iure c.cum nullus in uerſic. epi-
ſcopo.de temp.ord.lib.6.& ita tenet Philipp.poſt alios in
c.2.col.3.circa fi.de offi. uic.lib.6.quod etiam probatur,
quia Vicarius generalis,cui eſt prohibita collatio benefi
ciorum,niſi habeat ſpeciale mādatum.c.fi.eod.tit. & lib.
non confert beneficia in abſentia epiſcopi, quia collatio
eſt uoluntariæ iuriſdictionis. & ideò poteſt per epiſcopũ
extra diœceſ.ubique exerceri; ideò ad ipſum epiſcopum
eſt habendus recurſus pro collatione beneficiorũ, ut not.
Philip.in d.c.fi.col.2.in 1.q.poſt Io. Andr. Petr. de Anch.
& domi.& ita etiam in terminis tradit Feli.in c. ex parte.
col.3.de conſti.in uerſi.an autem abſens,ubi concludit,quòd
abſentia epiſcopi,non ampliat facultates uicarij, niſi in
comprehenſis ſub generali mandato. & ibi limitat conſi.
Fede.de Sen.in d.conſi.264.ut non procedat, quando Vi-
cario eſſet data ſpecialis facultas conferendi beneficia.
Nec etiam obſtat, ſi diceretur, quòd Vicarius potuiſſet
auctorizare donationi huiuſmodi,attenta forma cōmiſ-
ſionum,quæ hodie dantur generaliter Vicarijs, in quibus
ſolent exprimi aliqua de requirentibus ſpeciale manda-
tum,ſequuta clauſula generali:quia reſpōdetur primo ne
gando huiuſmodi facultatem,ex quo de ipſa nō apparet:
& cum ſit ſolennitas extrinſeca non præſumitur. l. ſcien-
dum,ubi Bar.ff.de uerb.oblig.cum ſimil. ¶ Secundo re-
7 ſpondetur † quòd etiam non ſufficeret huiuſmodi genera
litas uerborum,ex quo requiritur ſpeciale mandatum,per
ea.quæ not.Lap.& Domi.in d.c.2.de offi.uic. lib.6. Et ibi
Philip.col.3.in fi.ubi in caſu.d.c.tenent non ſufficere ex-
primere aliquid de requirentibus ſpeciale mandatum,cũ
clauſula illa generali. ¶ Tertio reſpondetur quòd in q.
noſtra Vicarius non poſſet ſine ſpeciali mandato ad hoc
ſibi facto,ex quo nullus inferior ab epiſcopo, poteſt au-
ctorizare tranſlationi iur. patr. in laicum,niſi habeat iu-
riſdictionem epiſcopalem. Et hæc ſufficiant de huiuſmo
di auctoritate Vicarij. ¶ Secunda ratione principali, ad
uerſarij non poſſunt conſequi hoc iuspatr.etiam data ua-
liditate dictæ donationis,quia Io.Franciſcus eorum pa-
ter donatarius acquiſiuit tale ius pro ſe,& hæredibus ſuis
ut patet ex tenore donationis,prout eſt etiam de iure, ut
8 legitur,& not.in c.1.de iur.patr.clem.2.eod.tit. † Et ideo
niſi ipſi filij aduerſarij doceant ſe immiſcuiſſe hæreditati
paternæ,licèt ſint ſui,nullum ius habent in hoc iur. patr.
& ſi eſſent hæredes extranei,docere debuiſſent ſe hæredita
tem adiuiſſe. Ita latè poſt alios tenet idem Cæſar Lamb.
in d.trac.in 2.parte libri primi fol.114.art.22.uerſi. quæ-
ro 22.& fol.127.in 17.articulo,ubi loquitur de filijs, & de
extraneis,& ibi in fine limitat,niſi pater acquiſiuiſſet ius
patr.pro ſe,& filijs ſuis etiam nō hæredibus Quinimmo
etiam ſi appareret in proceſſu præfatos aduerſarios ſe im
miſcuiſſe hæreditati paternæ,hoc non ſufficeret,ex quo ip
ſi,uel ſaltem duo ex illis dixerunt in iudicio ſe non eſſe hæ
redes patris,nec uelle eſſe. & Iacobus unus ex fratribus
aſſertus clericus etiam eſt excluſus ab hæreditate, quia
nunquam ſe immiſcuit in illa,& quia Reuerendus Vica-
rius epiſcopatus Vicentiæ pronunciauit ipſum non eſſe
hæredem in contumaciam. quæ pronuncia fuit ſibi inti-
mata per nuncium curiæ,cum copia dictæ pronunciæ, a
qua ipſe non appellauit. unde ſequitur ipſos aduerſarios
nullum penitus ius habuiſſe,nec habere in dicto iurepatr.
ſed illud deberi præfato magiſtro Io.Peliparìo,tam uirtu
te donationis generalis omnium bonorum dicti Bernar-
dini,quam ex eo, quia fuit, & eſt hæres uniuerſalis dicti
Bernardini ax teſtamento ſuo,excluſis filijs dicti.Io. Fran
ciſci non hæredibus.ſecundum doctrinam omnium doc.
in c.primo de iur.patron.ubi Abb.in 1.not. Et dixi latius
in prima mea informatione,ubi uidendum,

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Verba narratiua per modum cauſæ finalis de collatione benefi-
cij facta ad effectum promouendi promiſum ad ſacros ordines,
probant enunciata per epiſcopum, & ampliatur concluſio etiã
in diſpoſitione priuatorum.*
2 *Verba enunciatiua geminata, probant enunciata eſſe uera.*
3 *Creditur litteris epiſcopi, atteſtantibus de præſentatione, licèt ali
ter non probetur.*
4 *Creditur litteris epiſcoporum, ſigillatis in his, quæ ſpectant ad
eorum officium.*
5 *Creditur litteris epiſcopi ſigillatis, in quibus ipſe narrat reſigna-
tionem beneficij in manibus ſuis factam.*
6 *Etiam ſi hoc aliquando per accidens tertio præiudicaret.*

## CONSILIVM CCCXXVIII.

VERVM quia dicti aduerſarij in proceſſu co-
rã Reuerendiſsimo D. legato formato dicunt
proceſſum, & ſententiam dicti D. Franciſci,
fuiſſe, & eſſe, nullum, & nullam pluribus ratio
nibus, & cauſis expreſsis in dicto proceſſu: ideo reſtat ui
dere de illis. Opponitur primo contra illum, quòd non
ſit decanus corynthienſis, & ſic habilis ad ſuſcipiẽdum de
legationem Papæ iuxta tex. in c. ſtatutum in princ. de re-
ſcri. lib. 6. cui obiecto reſpondetur decanatũ ſibi fuiſſe col
latum per R.P.D. Iulium Brocheto archiepiſcopum Co-
rynthien. de anno. 1509. ſub die 14. menſis Martij. & dixit
conſtare manu. q. Bartholomæi de Pedretis notarij Ve-
net. ut de tali collatione conſtat per uerba narratiua di-
cti D. archiepiſcopi in litteris collationis ſacrorum ordi-
num diaconatus, & presbyteratus 1509. 22. Decembris &
1510. 21. menſis Decembris. quæ litteræ cum ſigillis fue
1 runt per teſtes recognitę, † & iſta uerba narratiua fuerũt
per modum cauſæ neceſſariæ enunciata ad effectum pro
mouẽdi eum ad ſacros ordines ibi. pro quo titulo dictus
D. Franciſcus extitit nobis ſubiectus, iuxta tex. in c. cum
nullus in princ. de temp. ordi. lib. 6. ubi decretum eſt, ꝙ
nullus epiſcopus poſsit aliquem ordinare, niſi ſit illi ſub-
ditus ratione domicilij, uel originis, uel beneficij. ſed uer
ba enunciatiua per modum cauſæ, etiam in diſpoſitioni-
bus priuatorũ, probant enunciata, tam ad effectum agẽ-
di, quàm excipiendi. Ita tenet Bar. in l. ex hac ſcriptura.
col. 2. uer. uenio ad ſecundũ. ff. de dona. ubi eſt gl. quæ idẽ
tenet. & ibi Paul. & Ang. in 2. col. idem Bar. poſt gl. in l. ſi
ſocer. §. Lucius. ff. ſolu. matri. & probatur in l. emptor. §. fi.
ff. de re. uend. & in l. fi. §. 1. ff. de except. dol. & in l. qui uole
bat. ff. de hæred. inſtit. Idem tenent Imol. & Roma. in illo.
§. Lucius. idem tenet Inno. in c. fi. per illum tex. de ſucceſſ.
ab inteſt. ubi interrogatus quidam infirmus, ſi uolebat re
ſtari, dixit ſe nolle, quia iam pridẽ ſe, & ſua obtulerat mo-
naſterio. quæ uerba enunciata per modũ cauſæ, probant
oblationem illam, ſecundum Inno. & Bar. qui allegat il-
lum. & ita conſulendo latè probat Petr. Philip. Corn. cõſ.
208. incip. Placet mihi, per totum lib. 2. ubi alios hoc te-
nentes refert, & ſequitur, quibus addo decíſ. Rot. Bell. de-
ciſ. 122. ſi appellatum. Confirmo propter geminationem
eorundem uerborũ eiuſdem archiepiſcopi in duabus lit-
teris dictorum ordinum ex interuallo duorum annorum,
quæ multum confert ad demonſtrandum ueritatem colla
tionis dicti decanatus, iuxta not. in l. ſcimus. C. de agric.
lib. 11. & in l. baliſta. ff. ad Trebel. & in c. ſi cautio de fid.
2 inſtr. † quia talis geminatio per uerba enunciatiua, pro-
bat enunciata eſſe uera. ita in terminis tenet Roma. in
conſi. 65. Viſo themate. col. 2. ubi allegat pro caſu. d. l. ſci-
3 mus. Ad idem adduco, † quia creditur litteris epiſcopi
factis ſuper inſtitutione beneficij, atteſtantibus de præ-
ſentatione præcedenti, licèt præſentatio aliter non probe
tur. Ita tenet Feli. poſt Rot. in c. poſt ceſsionẽ. col. 4. uerſi.
quid autem de prob. & eſt deciſ. Rot. in nouis. 423. incip.
Sed retento, ubi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum per omnes
dominos de Rota. & eſt ratio, quia præſentatio narrata
per epiſcopum, fuit neceſſaria cauſa præcedẽs inſtitutio
nem, ſicut in caſu noſtro, enunciata collatio Decanatus,
fuit cauſa neceſſaria collationis dictorum ordinum, quæ
appellatur cauſa finalis ſecũdum Philipp. Fran. in c. ſi Pa-
pa in princ. de priuil. lib. 6. Præterea ad idẽ moueor, quia
in litteris ordinis diaconatus dominus archiepiſcopus
ordinator aſſerit ſe contuliſſe dictum decanatum dicto
4 domino Franciſco. † Sed litteris, epiſcoporum in uerbis
aſſertiuis, creditur in his, quæ ſpectant ad eorum officiũ,
Ita not. Innoc. in c. 2. circa finem de fid. inſtr. & probatur
* in d. c. poſt ceſsionem ſecundum doct. * communiter, &
ita atteſtatur Rot. in d. deciſ. 421. & D. Ant. in d. c. col. 7.
ad idem allego deciſ. Rot. in antiq. 393. incip. Nota credi
5 tur, quæ tenet, † quòd credatur litteris epiſcopi ſuo ſigil-
lo ſignatis. ſuper collatione beneficiorum, in quibus epi-
ſcopus narrat reſignationem beneficij in manibus ſuis fa
ctam. & latè tradit D. Ant. in d. c. poſt ceſsionem. col. 6. in
5. caſu, ubi aperte hoc firmat eſſe uerum, etiam ſi iſta pro-
6 batio aliquando per accidens præiudicaret tertio. † Et
creditur etiam litteris epiſcopi, in quib. narrat ſe aliquem
ordinaſſe. & ſequitur Felin. in d. c. col. 4. uerſi. fallit quar-
tò, & col. 5. uerſi. fallit ſeptimò. & eſt deciſ. Rot. in no. 22.

*SVMMARIVM.*

1 *Si conſanguinei rei, impediunt teſtes actoris, punitur reus, de cu-
ius uoluntate præſumitur hoc fieri.*
2 *Quod dictum procedit etiam in delicto commiſſo per conſangui-
neum ad commodum alterius conſanguinei.*
3 *Ex uerbis præcedentibus minatorijs arguitur mandatum, & tra
ctatus præcedens.*
4 *De illo, qui dixit famulo, non reuertaris domum, niſi ſentiam no-
uum de illo negotio.*
5 *Qui aſsiſtit delicto, & non prohibet uulnerantes, ſi potuiſſet, præ
ſumitur particeps delicti, & mandatum illi dediſſe.*
6 *Qui præter ſolitum diſcedit de domo armatus, præſumitur de ri-
xa, ſeu de delicto cogitare.*
7 *Qui poſuit ſe in inſidijs armatus deambulando per locum deli-
cti, præſumitur in eo malus animus aggrediendi poſtea inſul-
tatum.*
8 *Qui aggreditur, ſeu prouocat cum armis aliquem, præſumitur,
quòd appenſatè uenerit ad locum: & in aggreſſo præſumitur
deffenſio.*
9 *Et quicquid facit inſultatus, cauſa defenſionis dicitur feciſſe.*
10 *Qui aggreditur aliquem cum armis, cum quo nihil prius habuit
facere, uel agere eum aggreſſo, præſumitur, quòd appenſa-
tè uenerit.*
11 *Tractatus præcedens arguitur ex modo delinquendi, & ex magnitu
dine uulnerum, & ex uocatione amicorum.*
12 *Qui inſultat alium cũ armis aptis ad occidendum, præſumitur id
feciſſe ex propoſito antecedenti.*
13 *Quando aggreſsio fit de nocte cum armis, arguitur penſamentũ.*
14 *Mendacium eſt indicium ad torturam, & ad tractatum.*
15 *Qui aſſociant delinquentes poſt delictum, uel ante, præſumitur
conſcius, & particeps delicti.*
16 *Quando plures rei appenſatè offenderunt eum, omnes tenentur
inſolidum ad pœnam, & contra omnes poteſt agi, nec ſolutio
unius liberat alios, reſpectu uero expenſarum, & intereſſe
& iniuria, idem dicendum; ſed ſolutio unius liberat alios.*
17 *Idem dicendum in pura rixa, quando plures inſimul delique-
runt inſultando unum, & admenando contra eum cum ar-
mis.*
18 *Per aſsiſtentiam armatorum ad maleficium, percuſſores reddun
tur audaciores, ideò aſsiſtens tenetur eadem pœna cum illis.*
19 *Imputatur culpa, ſi ipſa præceſsit caſum.*
20 *Quando plures deliquerunt uulnerando unum pluribus uulneri-
bus, qui obijt, & non conſtat clarè ex cuius uulnere, utrum om-
nes teneantur, uel unus.*

## CONSILIVM CCCXXIX.

IN cauſa Reuerendi D. Marci Antonij de Bo-
lis archidiachoni Bergomen. uertente corãm
Reuerendiſsimo domino Fabio Mignanelo,
legato apoſtolico, Venetijs reſidente, inter
ipſum

ipſum ex una,& dominos Baptiſtam, & Antonium cleri-
cos de Garganis iquiſitos ex altera:tota difficultas iſtius
quæſtionis reducitur ad hoc, utrum iſti Gargani, uideli-
cet;presbyter Antonius,& Phœbus laicus fratres,& nepo
tes dicti Baptiſtæ,aggreſsi fuerint,& uulnerauerint dictū
Reuerendum D.archidiaconum, ex propoſito, & habito
tractatu cum dicto Baptiſta, & præſumatur mandatum.
eiuſdem ad hoc delictum præceſiſſe. & teneo ipſos fra-
tres de Garganis ex propoſito ueniſſe ad eccleſiam cathe-
dralem armatos de mandato dicti Baptiſtæ, animo deli-
berato occidendi D.archidiaconum, ut colligitur ex in-
fraſcriptis indicijs. Primum, quia præfati Antonius, &
Phœbus ſunt nepotes Baptiſtæ manētes in eadem domo,
cum ipſo ad eandem menſam commedendo, ut ipſi faten
tur in eorum conſtitutis, & per teſtes examinatos; ideò
præſumuntur deliquiſſe de mandato ipſius Baptiſtæ, per
tex.in cap.conſtitutus el r. de teſti. quem ad hoc ibi not.
1 Abb.& alij, † ubi dicitur,quòd ſi conſanguinei rei impe-
diunt teſtes actoris examinari ,punitur reus,de cuius uo-
luntate præſumitur hoc fieri. Idem dicit Abb.in c.cū cau
ſam.col.6.eod.titu. & Alex. conſi.69.Viſo col.2.lib.2.Et
Bar.in l.j.§.fi.ff.quod ui,aut clam.Quòd ſi fui prohibitus
aliquid facere a domeſticis,uel cōiunctis tuis, uideor pro
hibitus uoluntate tua,per quæ Ioan.de Ana.in c.Petrus de
homi.ſuper gl.3.in fi.& per illum text.dixit, quòd ſi con-
ſanguineus facit aliquid,quod tendit ad commodum al-
terius conſanguinei,præſumitur fieri de uoluntate illius.
2 † quod dictum Ana.col.fi.in fi.extendit ad delictum com
miſſum per conſanguineum ad utilitatem conſanguinei,
niſi probetur contrarium per proteſtationem factam per
conſanguineum,& ad hoc allegat illum tex. qui hoc pro-
bat per ſenſum contrarium, quem ibi ſumunt omnes do-
ctores. Et hoc tenet ibi.gl.3.in fi. augetur pſumptio, quia
iam prius per certos dies ante delictum fuerat orta quæ-
dam controuerſia,inter Baptiſtam & Bernardinum de Ve
gijs canonicos, ſuper Canonicatu dicti Baptiſtæ, quem
reſignauerat,& D.archidiaconus caput capituli manda-
uerat eidem Baptiſtæ,quòd de cætero uti canonicus nō re
ſideret,ex quo ſibi conſtabat per publicum inſtrumentū,
de reſignatione facta in Rom.curia,quæ inficit petitoriū,
& poſſeſſorium.c.audita de reſt.ſpol. Sed D. archidiaco-
nus nullo unquam tempore habuit aliquid agere cum di-
ctis Phœbo & Antonio de Garganis, niſi quia cum ipſis
amicè ſe geſſerat, unde non eſt præſumendum, quòd iſti
duo nepotes Baptiſtæ ea ſe moti fuerint aggredi cum ar-
mis archidiaconum exiſtentem in choro ad officium ma-
tutinum in crepuſculo diei, & ipſum proſtratum in terrā
mortaliter uulueraſſe,niſi ex mandato, & conſilio ipſius
Baptiſtæ eorum patrui. & ita in terminis arguit Hippo.
Bonon.doctor inſignis in materia criminali in conſi.3.Sę
pe,ac ſæpius.col.pen.uerſi.ſed ipſe filius lib.1. ¶Confir
mantur prædicta, quia dum Baptiſta prius ante facinus
perpetratum prohiberetur per D.archidiaconum ex cau-
ſa prędicta,lectiones matutinales legere,protulit infraſcri
pta uerba in capitulo,S'io haueſsi ſaputo de queſto impe-
dimento, io ſaria uenuto con altro ordine,& fatta altra
prouiſione.Ita dicit Baldeſar Verdabius canonicus in 1.
& 2.dicto,& Hieronymus de Longis canonicus, & Augu-
ſtinus de Boſonibus canonicus in 1. & 2. dicto Hierony-
mus de Tertio,& Ambroſius,qui dicit ſe credere,quòd Ba
ptiſta protulerit hæc uerba,animo ueniendi ad uim. Iuuā
tur prædicta ex alio,quia Antonius Garganus poſt præ-
dicta uerba dixit corām teſtibus, che haueua a diſpetto,
che,non li laſaſſe leggere ditto miſier Baptiſta. & inter-
rogatus Antonius quid feciſſet, ſi fuiſſet præſens illi
impedimento, reſpondit, S'io fuſſe uenuto lì o che lha-
ueria laſſato legere o nō. Et ita deponit Vincentius de Pe
laconibus canonicus.qui Antonius alibi etiam dixit,que
ſto monſignor archidiacono ne uoria ogni modo fare ſca
uezare il collo; ut deponit Chriſtophorus canonicus. Et
facit ad prædicta,quia Baptiſta in ſero præcedente caſum
dixit Auguſtino de Boſonibus canonico,che haueua pro
poſto d'andare a Matutino la matina ſequēte,& legere la
ſua letione,& uolere uedere un puoco ciò,che gli fuſſe fat

to. Ita deponit dictus D.Auguſtinus,ubi adducit rationē
quare dubitabat de ſcādalo dicto mane. & ibi adducit ra
tionem prædictam. Et de hoc dicto deponit presbyter
Antonius de Brumano in repet.ubi dicit, quod dominus
Auguſtinus de Boſonibus eſt probus ſacerdos,bonæ con
ditionis,& uitæ. ¶Comprobatur ueritas iſtius dicti, q̃a
D.Baptiſta in ſuo conſtituto interrogatus a domino Vi-
cario,an loquutus fuerit cum dicto domino Auguſtino
de iſto caſu,reſpondit illi,quod non.quod mendacium fa
cit maximum argumentum de mandato,& penſamento,
& ordinatione cum nepotibus,ex quibus poteſt informa
ri animus iudicis ad credendum tractatum factum cum
nepotibus,quòd mane ſequenti uenirent armati ad eccle
ſiam,ut ibi adeſſent, & uendicarent ſe contra dictum R.
D.archidiaconum, ſi uellet eum impedire, ne legeret le-
ctionem. & ita arguit Cyn.Odofr.Albe.Bal. & Salic. in l.
3 metum.C.de met.cau.ſuper illa quæſtione,†utrum ea uer
bis præcedentibus minatorijs, arguatur mandatum, &
tractatus præcedens,& cōcludunt hoc eſſe colligibile ex
uarijs inditijs,& cauſis præcedentibus, & ſequentib. quia
per extrinſeca,uoluntas apparet l. naturalem.§. in his. ff.
de acqui.re.dom.§.pauonum.inſti.de rer.diui. Et benefa-
cit doctrina Batt. * communis in l.ſi quis mihi bona.§.
4 ſed ſi mandauit.ff.de acqui.hæred.per illum tex. † Vbi lo
quitur de illo,qui dixerat famulo ſuo,non reuertaris do-
mum,niſi ſentiam nouum de illo negotio. Nam imputa-
tur domino, de mandato, homicidio ſecuto per famulū.
& ſequitur Ang.in lib.maleſi.in uerbo Sempronium man
datorem in 21.q.Paul.de Caſtr.in conſi.262. Videtur per
prædicta in 2.col.Petr.de Anch.& Abb.in c.ex litteris per
illum,tex.de exceſ.præl.Alex.conſi.68.Viſa quadam,in 2.
col.lib.4.cum ſimil. ultimo hoc apparet ab effectu, quia
D.Baptiſta uenit ad eccleſiam dicto mane ſtatuto, & no-
luit legere lectionem,ut uideret, ſi impediretur a domino
archidiacono,ſciens ſe habere nepotes armatos, unum in
eccleſia ſcilicet Phœbum,alterum Antonium deambulā-
tem extra chorū, qui immediatè cœpta altercatione exie
runt de inſidijs,& uenerunt ad locum in choro, ubi exe-
quuti ſunt facinus (dictu quidem horrendum.) Et ſic ex
huiuſmodi facto ſubſequuto,ſunt declarata omnia uerba
præcedentia,de quibus ſupra tendentia ad hunc finem.
Nam exitus acta probat l.rem non nouam.§.fi.in fi.C.de
5 iudi.not.Bal.in c.1.in princ.in 6.q. † ¶ Secundo arguitur
penſamentum,& mandatum,quia D.Baptiſta ſemper aſti-
tit præfatis Antonio,& Phœbo,dum admenabant, & uul
nerabant D.archidiaconum in terra proſtratū, quos po-
tuiſſet prohibere,ſi uoluiſſet,acclamando, & illis reſiſten-
do. quod quidem minime faciendum curauit. Ita dicit
D.Auguſtinus de Boſonibus & D.Hieronymus de Tertio
& probatur in c. Petrus de homi.in quo fit mentio de cō-
tradictione illius Petri,cuius intuitu ſui conſanguinei uul
nerarunt illum Abbatem. Ex quo ſequitur concluſio, q̃
fuit particeps delicti.c.ſicut dignum. §. illi etiā de homi.
ubi dicitur,quòd non obuians delicto,cum poteſt, præ-
ſumitur ſocius delinquentis. Quem text. ad hoc not. ibi
doct. & ideò Abb.in d.c.Petrus in primo & ſecundo not.
dicit, quòd ſi clericus ſuſpicatur uehementer, quòd
conſanguinei ſui committāt homicidium, uel mutilatio-
nem,quòd expreſsè hoc illis prohibeat:& ideò ſi ſciat hoc
fieri per eos, & non contradicit illis,eidem delictum im-
putatur,ut dicitur ad litteram in c.qui poteſt 23. q.3. ita
c.fi.ea.ca.& q.ubi referunt uerba beati Auguſtini pſal.81.
& ſequitur ibidem Feli.col.2.uerſi.fallit quartò,& colu.3.
uerſi.fallit quintò, poſt Bal.Sed Baptiſta aſsiſtebat deli-
cto,& non prohibuit,cum poſſet; ergo &c. ¶Tertio au-
getur præſumptio penſamenti, quia D. Baptiſta promiſe
rat D.Vicario Bergomenſi abſtinere a choro, & a diuinis
officijs,donec Reuerendus D.epiſcopus reuerteretur Ber
gomum. Ita dicunt infraſcripti teſtes D.Hieronymus de
Breſanis,qui aliter non fuit repetitus de cōſenſu D.Bapti-
ſtæ,D.Bartholomæus de Barillis ex ore Baptiſtæ, qui ab-
ſtinuit per certos dies a choro. Idem dicit D. Vicarius in
inquiſitione facta contra D.Baptiſtam, quòd ipſe uiola-
uit fidem ſibi datam de abſtinēdo a choro. idem D. Noe
canonicus

canonicus in fine ſui dicti. ¶ Quarto confirmatur penſa-
mentum,& tractatus, quia presbyter Antonius, & Phœ-
bus fratres, dicta die delicti, ſummo mane in aurora præ-
ter ſolitum, armati uenerunt ad eccleſiam cathedralem,
ut atteſtantur infraſcripti. D. Baptiſta in ſuo conſtituto
præsbyteri Noe,& Bartholomæus de Barillis canonici,
Hieronymus de Longis, Auguſtinus de Boſonibus, Phi-
6 lippus de Vitalibus.† Nam Antonius qui præter ſolitum
diſceſsit de domo armatus, præſumitur de delicto cogi-
taſſe;gl.in uer.licet.C.de pact.Bald.& Sali.in l.j.C. de ſer-
ui.fugi.Ang.in lib.maleſi.& ibi Ang.in addi.in uerſi. An-
dreas armatus fol.78.& in uer.ſemper aſtitit.fol.79.& ad
hoc facit dictum Phœbi fratris Antonij, qui in ſuo conſti
tuto coram iudice maleficiorum, dicit, quòd illo mane,
quo archidiaconus fuit uulneratus,uidit presbyterū An-
tonium ſummo mane exeuntem de domo dicti Baptiſtæ,
in qua ipſi fratres habitabant inſimul cum eodem, cui di
xit,Oue andati coſi a bon'hora? Ecce Phœbum admiran
tem de exitu inſolito presbyteri Antonij.ſubdit Phœbus,
quod presbyter Antonius ſibi dixit, chel doueſſe andare
anche lui a ſan Vincenzo,ubi fuit commiſſum delictum.
¶ Quintum indicium penſamenti,quia Phœbus & Anto
nius die 14. Nouembris, qua fuit commiſſum delictum,
poſtquam uenerunt ad eccleſiam, presbyter Antonius ar
matus enſe,ſe poſuit in inſidijs,& deambulando apud ca-
nonicam, ſuper logijs exſpectans tempus opportunū ag-
grediendi archidiaconum. Ita atteſtantur Hieronymus
de Longis. & Auguſtinus de Boſonibus, qui dicunt, che
eſſendo andato a orinare uiſte fora dela porta dela chie-
ſa pre Antonio Gargano,che ſpaſegiana,auolto uel gaba
no. Antonius de Brumano dicit; Io uidi in ſu le aſſe fo-
ra del choro il prete de Gargani giouane, che ſpaſegiaua
ſolo con la ueſta, ma non haueua ueſtito le maniche; er-
go paratus erat ad arma. Idem dicit Hieronimus de Ter
7 tio. † Iſta expectatio Antonij cum armis, eſt ſignum eui-
dens,quòd ipſe habebat malum animum offendendi, &
aggrediendi ipſum archidiaconum, prout ſtatim fecit,
argumento.l.is,qui cum telo.C. de ſica. & in l.j. in princ.
ibi cum telo ambulauerit.ff.eodem & inſt. de pub. iud.§.
item lex Cornelia,& probatur in l.3.§.ſi quis autem uiſis.
ff.de ui,& ui arma.ibi,qui alibi tendebāt. Et probatur in
l.iij.§.ui poſsidere.ff.eod.tit.ibi.ant q̃ ad hoc ipſum apta
tus,& præparatus ueniat. ¶ Sextum indicium, quia di-
cta die delicti,poſtquā D.Bernardinus de Vegijs, & Noe
legerant primam,& ſecundam lectionem,D.Baptiſta Gar
ganus uolens legere tertiam,tentauit accipere candelam
de manibus presbyteri Noe: & tunc D.archidiaconus di
xit D. Baptiſtę, Voi ſeti uenuto a fare tumulto, non fati
ſcandalo. non uoglio che legiate. & inter iſta uerba,ſu-
peruenit ſtatim presbyter Antonius, qui erga dictum ar-
chidiaconum dixit,laſſate fare il ſuo officio a chi tocca.
& replicatis utrinque quibuſdā uerbis,illico ſubſequutus
fuit Phœbus, qui intrauit chorum per illudmet oſtium,
per quod ingreſſus fuerat Antonius, qui ambo inter ipſa
uerba euaginauerunt enſes,ſeu ſimile genus armorum, &
cœperunt admenare contra D. archidiaconum, qui iuit
uerſus ſacriſtiam, ut in ea aufugeret,quem fugientem in-
ſequuti fuerunt,cum armis nudis,dicti Antonius,& Phœ-
bus,& quem proſtratum in terra uulnerarūt duobus uul-
neribus in brachio ſiniſtro,cum totali debilitatione ma-
nus ſiniſtræ,& pluribus alijs percuſsionibus, ut conſtitit
ex inſpectione ueſtium,quibus D.archidiaconus erat in-
dutus,ut patet ex proceſſu,& ex relatione medicorū, qui
fuerunt ad eius curam,& ita deponunt presbyteri Noe,&
Bartholomæus, Santinus,& Hieronymus de Longis,Phili
ſteus,Auguſtinus de Boſonibus, Philippus de Vitalibus,
Antonius de Brumano,& Hieronymus de Tertio.qui ſunt
omnes canonici,duobus exceptis,qui erant in choro ad
matutinum: & repetiti parte citata cōfirmant eorum di-
cta. Ex quibus probatur, quòd Gargani dederunt cau-
ſam delicto,& principium,quia uerbis, & armis cœperūt
8 rixari,& ſic arguitur dolus, & penſamentum, † ut proba-
tur in l.j.§.cum arietes,ubi doct.ff.ſi quad.pau.feciſ.dica,
facit lex quoniam.C.ad l.Iul.de ui & ibi Cyn.qui dicit per
illa iura,quòd quando ex rixa inter duos inita,maleficiū
accidit,illud in dubio imputatur aggreſſori, & contra il-
lum præſumitur dolus. ita Flori.de S.Pet.in l. ſcientian
§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.aliàs ſi dolus non præſume
retur,opporteret præſumi ipſum eſſe furioſum, uel ſatuū,
quod in homine non eſt dicendum,niſi probetur l.nec co
9 dicillos.C.de codic.c.ſi.de ſucceſſ.ab inteſt.† Et quicquid
facit inſultatus non dolo,ſed calore iracūdiæ,& cauſa de
fenſionis dicit facere.l.qcquid calore.ff.de re.iur.l Grac-
cus.C.de adul.cum ſimi.ut per Cæpol. in conſi.28. Magi-
ſter Iacobus col.2. ¶ Septimum indicium tractatus,ha-
betur ex dictis presbyteri Noe in 1.& 2.dicto, & Auguſti-
ni de Boſonibus,qui dicit tenere pro firmo, quòd iſti de
Garganis appenſatē, & ad inſtantia Baptiſtę eorū patrui,
& ab eo impulſi, aggreſsi ſunt hoc facinus. Et dat ratio-
10 nem † quia præſati Antonius,& Phœbus nihil habebant
agere cum D.archidiacono. Et ita in terminis per hanc
rationem tenet Bar.in l.reſpiciēdum.§.delinquunt.uerſi.
alio modo.ff.de pœn. Et allegat etiam famam de hoc uul
gatam per uniuerſam ciuitatē,& idem teſtis in repet. dat.
aliam rationem, quia Baptiſta, cuius intuitu omnia fie-
bant,erat præſens uulneribus,qui ſi uoluiſſet, poterat uni
co uerbo retrahere nepotes uulnerantes ab illo facinore.
ita dicunt Hieronymus de Tertio ſacriſta: idem presbyter
Ambroſius cuſtos,& Baldaſar de Verdabio canonicus, q
dicunt de publica uoce, & de communi opinione, & fa-
ma,quòd dicti de Garganis ex propoſito acceſſerunt ad
eccleſiam animo committendi delictum, & quòd præſu-
matur contra illum,qui poteſt impedire delictū. ita poſt
alios tenet Deci.in reg.nullum crimen. ff. de re.iur.
11 ¶ Octauum indicium tractatus præcedentis † arguitur
ex modo delinquendi, & ex magnitudine uulnerum ad
mortem,& ex uocatione ſociorum. Idem ſi committatur
delictum in loco publico, & ex genere armorum colligi-
tur animus occidendi,ut decidit Alberi.de Roſa.in q.ſta-
tutorum in 3.parte.q.64.& in l. & ſi amici domū in prin.
ff.de adul.allegat tex.in l.aut facta.§.qualitate,& §.quan
titate.ff.de pœn.& in c.ſignificaſti il 2.de homi.& in l.prę
tor.§.præterea.ff.de iniur.cum alijs,ut ibi per eum.
¶ Nonum indicium penſamenti,colligitur ex dicto Bar.
12 in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.ubi dicit, † q̄
colligitur tractatus in delictis ex propoſito antecedenti.
& ponit exemplum,quando unus inſoltat alium cum ar-
mis per tex.in d.§.cum arietes, & in l. qui aggreſſorem,
C.de ſica.Sed Antonius,& Phœbus aggreſsi ſunt armis ar
chidiaconum exiſtentem in choro, induum ſupercilitio
intereſſentem diuinis, quem in terra proſtratum animo
occidendi uulnerauerunt cum enſibus. quod genus ar-
morum eſt aptum ad homicidium,ut dicunt Doct.in d.c.
13 ſignificaſti. ¶ Decimum indicium, † quia penſamen-
tum arguitur,quando de nocte fit aggreſsio. ita Bart. in
d.l.aut facta.§.tempus circa fi.ff. de pœn. & Albe. in d.q.
64.& in d.l.& ſi amici domū.Sed in q. noſtra facinus fuit
perpetratum in aurora,ut dicunt teſtes prę allegati,qui di
cunt de tempore oſcuro,quo lectiones non poterant legi
ſine lumine candelæ, quorum aliqui dicunt ſe non bene
uidiſſe caſum propter oſcuritatem temporis, & nox dici-
tur ante ſolis ortum,ut dicunt Albe.& Bart.in d.locis.
Vndecimum indicium colligitur ex mendacijs infraſcri-
tis,quia Baptiſta in ſuo conſtituto, interrogatus a domi-
no Vicario,quid fecerit Phœbus in illo aggreſſu, reſpon-
dit, Io non lo ſo,per che ſe benē era preſente, non li uede-
ua piu,che fa quello muro, per che io era tutto perſo, &
attonito. Sed mentitur,quia ipſe in eodem dicto confite
tur,ſe uidiſſe Antonium,& Phœbum armatos, euaginan-
tes enſes,& uidiſſe eoſdem inſequentes presbyterum Ber
nardinum ingredientem ſacrarium. Et nota etiam ſecun
dum mendacium in ijs uerbis,quia teſtes, qui loquuntur
de huiuſmodi actu dicunt, quòd Antonius & Phœbus cū
armis euaginatis,inſequebantur archidiaconum fugien-
tem uerſus ſacrarium,dicunt etiam, quòd Baptiſta erat
pręſens,& uidebat omnia,& potuiſſet delictum impedire,
ſi uoluiſſet. Dixit & Baptiſta aliud mendacium,quòd nō
fuerat loquutus de hoc negocio D.Auguſtinum de Boſo-
nibus,

nibus,qui tamen dixit contrarium,ut dixi ſupra. Phœbus
etiam arguitur de mendacio,quando in ſuo conſtituto di
cit,quòd de controuerſia huinſmodi prius orta inter Ba-
ptiſtam,& Bernardinnm de Vegijs,& achidiaconum non
audiuerat dici,niſi in platea, & locis publicis, quod non
eſt uериſimilè,ex quo ipſe habitabat in eadem domo cũ
Baptiſta,qui abſtinuerat per certos dies,ex rixa prædicta
a reſidentia,nt dicit in ſuo conſtituto,& dicunt multi te-
ſtes. conuincitur etiam idem Phœbus de mendacio,quia
in principio ſui conſtituti dicit,quòd archidiaconus in-
ſequebatur Antonium eius fratrem,cum ueritas ſit in cõ
trarium,ut patet per plures teſtes,qui dicunt, quod Phœ-
bus & Antonius inſequebantur archidiaconum fugien-
14 tem. †Sed mẽdacia ſunt indicia imputati delicti: & fa-
ciunt indicia ad torturam ſecundum Barto.in l. fin.ff.de
quæſti.& Ludo.Rom.in conſ.8.Viſo facto,& Ang.in trac.
malef.in uerſic. ſama publica uerſi.9. quæro cum ſimi.ut
per moder.Bononien.in d.l.fi. ¶ Duodecimum indiciũ
delicti appenſati, inſurgit ex eo † quia Phœbus poſt ca-
ſum aſſociauit Baptiſtam ad domnm, cum enſe nudo, nt
dicũt Hieronymus de Tertio diaconus,& Hieronymus fi-
lius Salnatoris hoſpitis. Ita tenet Fel.poſt alios in c.ſicut
dignum.col.2.in fi. in 4. fall.de homi.quibus circnnſtan-
tijs,& præparamentis conſideratis,'animus iudicis debet
informari,& de facili inclinare,quòd delictum fuerit ap-
penſatum,& tractatu præcedente perpetratum,ut conſide
rat Petr.de Anch.in conſi. 216.incip.Nos Bartholomæus
de Saliceto.col.2.Nec obſtat de cauſa rixæ ſimnlata per
dictum D.Baptiſtam in ſuo conſtituto dum dicit,ꝙ pres-
byter Bernardinus ſibi dedit alapam,& qnòd tunc Anto-
nius Garganus inſequutus ſuit dictum Bernardinũ, quia
iſta cauſa eſt falſa,cum per aliquem non probetur. Nam
D.Bernardinus in ſuo conſtituto dicit, quòd Baptiſta de
dit ſibi pugnum ſuper os.Et teſtes ſuper hoc ſunt uarij, ut
infra,Santinns de Fine teſtis credit alapam datam Bapti-
ſtæ a Bernardino. Idem Santinus confirmat adducendo
cauſam credulitatis,quia uidit tunc manum Bernardini
in aere eleuatam,ſed iſta ratio non conclndit,quia D.Ber
nardinns in ſuo conſtituto fatetur ſe primo percuſſum a
Baptiſta eleuaſſe mannm, uolendo Baptiſtam percuſſo-
rem repercutere cũ pugno. ſed nõ potuiſſe,quia tunc per-
cuſſus fuit in capite ab Antonio cum baſtono, & ſenſns
amiſiſſe. Et D. Philiſteus canonicus teſtis atteſtatur de
percuſsione Antonij in Bernardinnm & multi alij teſtes,
& ipſemet Antonius fatetur percuſiſſe Bernardinum. D.
Antonins de Brumano teſtis dicit, ſe non intellexiſſe ali-
quid de alapa data alicui in dicto choro,ante uulnera da
ta archidiacono, & erat præſens.D. Hieronymus de Ter-
tio teſtis præſens concordat cum præcedenti.D. Ioannes
de Piſonibus teſtis præſens rixæ dicit ſe non uidiſſe dari
alapã alicui,D. Ambroſius teſtis dicit ſe audiuiſſe a Ber-
nardino de alapa ſibi data in principio rixæ. D. Paulus
de Oſſa teſtis dicit,quòd maior pars dicebat D. archidia
conum dediſſe alapam Baptiſtæ, cui non creditur, quia
eſt ſingnlaris, & non fuit præſens ad factum. Vincentius
de Pelaconibns dicit audiuiſſe dici a D.canonicis, quòd
niſi Bernardinus dediſſet alapam Baptiſtæ, nihil mali
fuiſſet ſequutum. Sed huic non eſt credendum rationib.
iam dictis contra Paulum. Item mentitur ex alio, quia
canonici examinati ſi ſciuut aliquid de alapa, dixerunt
quòd non,ut patet ex eorum dictis: ideo conuincitur de
mendacio. Et circa hoc multi teſtes,multa naria depoſue
runt,& etiam multi non examinati diuerſimodè loquuti
ſunt,ut refert Philiſteus de Griſonibus canonicus,& Bar-
tholomæus Barilus in repetitione. Ambroſius de Vegijs
cuſtos dicit Baptiſtam dediſſe pugnum Bernardino,& ad
ducit rationem,quia uidit illa die labrum ſuperius Ber-
nardino inflatum.Sed poſito,quòd Bernardinus percuſiſ-
ſet Baptiſtam,iſta percuſsio non erat cauſa legitima An-
tonio & Phœbo uulnerandi archidiaconum, qui nihil cũ
eo habebant agere. Nam peccata obligant ſuos aucto-
res.l. Grachus. C.de adul.cauſa igitũ aggreſſus,& uulne-
rum fuit antiqua,propter quã uenerant ſummo mane,Ba
ptiſta,Antonius,& Phœbus ad eccleſiam communicato
cõnſilio,nt Antonins,& Phœbus ſtarent in inſidijs, & ex-
pectarent tempus exeundi,& aggrediẽdi archidiaconum
ut fecerunt. Conſtito de delicto appenſato ex præmiſsis,
appareat ex iuris diſpoſitione,quod ſententia lara per cu
riam mag. poteſtatis Bergomi contra Phœbum ſuper hu-
iuſmodi delicto,non præſtat impedimentum, qnin legiti-
me procedatur contra Baptiſtam,& Antonium clericos,
ſuper cauſa uulnerum,& debilitatione manus ſiniſtræ, &
ad pœnam,& ad iniuriam. damna, expenſas, & intereſſe
16 iuxta formam inquiſitionis.† Quia quando plures rei ap
penſatè deliquerunt in unum participato colloquio,om-
nes tenentur in ſolidum ad pœnam,& cõtra omnes poteſt
agi,nec ſolutio unius liberat aliũ,ſiue alios. Reſpectu ue-
ro iniuriarum,expenſarum,& intereſſe,idem dicendum;
ſed ſolutio nnius liberat alios. ita in terminis in pœna
delicti tenet gl. approbata per omnes in l.fin. in fi. ff. ad l.
Cor.de ſica. Quando loquitur de Pœna delicti appenſati,
quam ibi ſequitur Bar.in plnribns locis ſuæ diſtinctionis,
per tex.in l.j.in princ.ff.eod.tit.& in l. is, qui cum telo. C.
eod.tit.cum ſimi.ut ibi per eum. Idem Bar.in l. item mel-
la.§.ſed ſi plures in ſua breui diſtinctione.ff.ad l.Aqui.ubi
Bal.& Abb.Idem tenent præfati duo in l.j.§.ſi plures. col.
pen. uerſi. Prædicta uera.ff.de eo per quem fact.er. & in l.
ſemper.§.in ſepulcro poſt Dyn.ff.quod ui aut clam, cum
alijs,ut per Petr.de Anch.conſi.216.Nos Bartholomæus.
& Alex.conſi.15.Viſo col.3.& 4.lib.1.& doct.§ communi
ter in l.ſi id quod. ff. de iuriſd.omn.iud. Et licèt iſta ſola
ratio pro uictoria contra Garganos ſufficiat, ex quo de
delicto appenſato clarè conſtat: Nihilominus,quia præ
fati aduerſarij prætendunt hoc facinus fuiſſe perpetratũ
per eos in pura rixa iuxta tex.in d.l.fi.ff. de ſica. Adhuc in
17 pura rixa: † teneo dictos Garganos omnes teneri inſoli-
dum ad pœnam,ita quod ſolutio unius non liberet alios,
ſed bene in ſolutione æſtimandæ iniuriæ, expenſarum &
intereſſe,quæ dicitur pœna impropiè, reſpectu ſoluentis
tantum, in qua ſolutio unius liberat alios correoſq; eiuſdẽ
criminis. & ita decidit gl. in d.l.fi.de ſica.per text. in d.l.
item mella.§.ſed ſi plures,quæ tenet,quòd quando plures
inſimul deliquerunt,faciendo inſultum,& admenando ar
ma contra unum,quòd præſumitur animus occidendi.c.
1.de præſump.l.ſi conuitij.C.de iniur.c.ſignificaſti il 2.in
fi.de hom.ubi latè per doct. licèt probabiliter ignoretur
quis uulneranerit, uel mẽbrum debibitauerit, uel quis oc
ciderit: Nihilominus omnes inſolidum tenentur ad Pœ-
nam ciuilem arbitrariam ex l.Aquil.& ſolutio unius non
liberat alios uulnerantes,& ſocios præſtantes conſilium,
auxilium,& fauorem,licèt in pœna impropria,pro dãno,
& expẽſis, ſolutio unius,liberet alios.Et ita tenet ibi Bar.
idẽ Bar.& Alber.in d.§.ſed ſi plures,ubi eſt glo.in prin.di
ctę legis,itẽ mella in uer.cum ſit pœna.idem probatur in
l.ſi.ff.ne qu.eu.qui in in.uoca. cũ gl.fi. et ibi Bal. & Albe.
& in l.pen.§.fi.cum gl.in uer.in ſingulis. Ad idem eſt tex.
in d.l.ſi id quod.§.fi.cum l.ſeq.ff.de iuriſd.omn. iud. quæ
loquitur de mandante,& mandatario, ut omnes teneantur
inſolidum,& ſolutio unius non liberet alium. quem
tex.ad hoc not.Bar.Bal.Paul.Ang.Alex. & moder. ubi cõ
loquuntur de delicto appenſato. idem dicitur in l.utique
ff.de liber.cau.circa medium, et ibi gl.in uerſi.alter.& eſt
bonus tex.in l.j.§.ſi plures,ubi gl.1.ff.de eo.per quẽ fact.
er.& ibi Alber.declarat,quæ ſit propria pœna, & quæ ſit
impropria pro damno, per quem tex.ita diſtinguit gl. in
d.l.item mella in princ.in uer.cum ſit pœna. & pro iſta di
ſtinctione eſt tex.in l.unica.C.de condit. furt. ubi ſi con-
tra plures agitur de furto criminaliter ad ueram pœ-
nam furti,ſolutio unius,nõ liberat alium,quia pœna eſt,
ſed ſi ciuiliter ad rem ſubtractam,ſeu ad ipſius ualorem,
licèt omnes ad id teneantur,tamen ſolutio unius,liberat
alios. Idem probatur in l.illud.ff.ad l.Aquil.& latius de-
clarat Alber.in d.l.fi.col.1.& 2.ff.ne quis cum.ubi atteſta
tur hanc diſtinctionem eſſe* communem gl. & doct. idẽ
Bar.tenet poſt Dyn.in d.l.ſemper.§.ſi in ſepulchro, cum
alijs,ut per Petr.de Anch.in d.conſi.216.col.1.& latius p
Alex.in d.conſi.15.ubi ambo uolunt puniri aſsiſtentem
maleficio eadem pœna cum percutientibus,ſi ex aſsiſten-
ta illa

ſta illa percutientes reddebantur magis audaces ad delictum poſt Ioan. Andre. & Innoc. in capitulo continentia de cleri. percuſſore, poſt Bar. in d. l. fi. de ſica. cum alijs, ut per Alexand. in d. conſi. 15. columna prima. num. 7. Sed in quæſtione noſtra. Teſtes examinati pro parte D. archidiaconi dicunt, quòd Antonius, & Phœbus euaginatis enſibus ſequebantur. D. archidiaconum, & contra eum proſtratum admenabant, qui ab illis fuit uulneratus duobus uulneribus mortaliter, ut medici retulerunt, & conſtat in proceſſu, & fuit animo occidendi ex genere armorum, & ex uulneribus, ut declarat Bar. in d. l. fi. & doct. in d. capitulo ſignificaſti per illum textum cum ſimil. ut ibi per eos, & per Capol. latius in dicto conſi. 34. ſi unquam. quòd autem incertum ſit, quis dictorum Phœbi, & Antonij illum uulnerauerit, patet ex dicto Phœbi, in ſuo conſtituto, ubi dicit, Io menai alcune botte de la ſpada uerſo la perſona del detto archidiacono, ma io non ſo s'io el feriſſe. Nec D. archidiaconus in ſuo conſtituto affirmat, quod Phœbus eum percuſſerit, ſed loquitur per uerbum credo, iuxta glo. fi. ubi docto. de teſt. et dubium inſurgit ex eo, quia proſtratus in terram, non poterat diſcernere percuſſorem. et tenetur etiam Baptiſta ad eandem pœnam:

28 † Quia aſſiſtendo maleficio, ut dicunt teſtes, percuſſores reddebantur audaciores, licèt arma non oſtenderet. l. nihil intereſt. ff. de ſica. l. j. & ibi. Bald. C. de cri. pecu. l. is, cuius opem. ff. de adulte. & not. Bart. & Angel. in l. is, qui opem. ff. de furt. & tradunt docto. in capitulo primo. poſt glo. de off. deleg. & Alexand. in d. conſi. 15. num. 7. colu. 1. Alia etiam ratione tenetur Baptiſta inquiſitus, quia dedit cauſam delicto, uolendo legere lectionem, & eripere candelam de manu presbyteri Noe, ut dicunt teſtes, & ipſe Baptiſta in ſuo conſtituto, propter quod Antonius & Phœbus percuſſerunt archidiaconum, unde tenetur, e-

29 tiamſi præter uoluntatem ſuam illum uulneraſſent; † ex quo culpa ſua præceſſit caſum. capitulo ſignificaſti, el primo de homic. Ita decidit Ioan. Andre. in dicto capitulo Petrus ſuper uer. occaſionem. columna ſecunda. quem referunt, & ſequuntur D. Anton. & Abb. in prima quæſt. & Ioan. de Ana. in ultimo, ubi Feli. columna prima. atteſtatur, quòd * omnes doct. ita tenent. Verum quia Petrus de Anchara. & Alexand. in d. conſi. latè arguunt contra

20 glo. in dicta l. fina. ff. de ſicar. & probant † quòd quando plures uulnerarunt hominem pluribus uulneribus, qui obijt, quod nullus teneatur de homicidio, ſi non conſtat clarè, quis magis deliquerit. Ideò Petr. in dicto conſilio columna ſecunda. et Alexand. columna 3. & 4. poſt Oldrad. Salic. Gaſp. de Cald. & omnes doct. Bonon. diſtinguendo concludunt, quòd glo. in d. l. fin. procedit, quòd omnes teneantur pœna pecuniaria arbitrio iudicis. l. Aquilia ciuiliter contra omnes, inſolidum tamen, & pro damno dato, per tex. in d. l. mella. §. ſed ſi plures, & in d. l. ita uulneratus, & in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. & in l. ſi a reo. §. fin. ff. de fideiuſſ. Et fuit quæſtio recitata per Alber. de Gand. in rubri. de homicid. in quæſt. utrum ſi plures percuſſerint, quæ fuit de facto in ciuitate Parmæ, ubi poteſtas de conſilio ſapientum condemnauit delinquentes ad pœnam pecuniariam. Subdit tamen notabile uerbum, quòd ubi eſſet ſeruãdum ius commune, & appareret uulnerantes habuiſſe animum occidendi, quòd apparet in caſu noſtro ex uulneribus, & genere armorum, & ex relatione medicorum, & quia cum iſtis clericis ſeruandum eſſet ius commune, quia non ligantur ſtatutis laicorum. capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitutio. capitulo fi. de rebus eccleſ. non alien. quòd quilibet reorum etiam pro uulnere non lethali teneretur, ac ſi occidiſſet. Ita refert Gand. & eum ſequitur Alexand. in dicto conſi. columna tertia. nume. 15. quod puto notandum ad quæſt. noſtram. ¶ Non obſtant contraria allegata per Petr. & Alexan. quia procedunt, quando ageretur criminaliter ad pœnam homicidij, uel furti, uel alterius delicti actione. l. Corne. de ſicar. uel furti, in quibus quis non damnatur, niſi ex probatione concludenti, & uera, non ex præſumpta. l. fina. C. de probat. & ut ibi late per eos. Et iſta, quæ dicta ſunt de pura rixa, ſunt dicta ex abundanti, & ut diſcant aduerſarij, quòd quocunque ſe uertant, non poſſunt euadere canonicam, & ſeueriſsimam ultionem. ceſſat enim quæſtio de rixa, ex quo clarè conſtat de delicto appenſatu. Non obſtant modo obiecta per aduerſarios de ſententia lata contra Phœbum, quia ſatis apparet reſponſum ad eam, ex ſupradictis, ſiue quæſtio noſtra uerſetur in delicto appenſato, prout eſt rei ueritas, ſiue uerſetur in pura rixa, quia utroque caſu omnes correi tenentur ad eandem pœnam inſolidum reſpectu ueræ pœnæ, & ſolutio unius non liberat alios. Reſpectu uero intereſſe expenſarum, & iniuriæ, ſimiliter omnes tenentur inſolidum, licèt ſolutio unius liberet alios, quando ſatisfit integraliter de præmiſsis intereſſe, & expenſis, quod minime reperitur factum per Phœbum, etiam ſi ſoluiſſet integram condemnationem, ád quam fuit condemnatus. Et licèt ipſe Phœbus exburſauerit libras centum illius monetę pro pœna ſtatutoria, quas recepit D. Laurentius frater D. archidiaconi, ſine tamen ſuo mandato, pro quo promiſit de rato: nunquã tamen dominus archidiaconus uoluit huiuſmodi receptionem habere ratam. Præterea quando ille D. Laurentius recepit illam pecuniam, proteſtatus fuit, quòd illam recipiebat, ſine præiudicio iurium Reueren. do. archidiaconi, contra quoſcunque alios delinquentes, in quocunque foro, ut conſtat ex proceſſu. Non obſtat, quòd Antonius fuerit abſolutus per litteras ſacræ pœnitentiariæ in utroque foro, quia ab illa fuit legitimè pro do. archidiacono appellatum. quæ abſolutio fuit etiam ſubreptitiè obtenta, tacita facti ueritate; ideò nulla ipſo iure. capitulo ad audientiam. el ſecundo, ubi not. de reſcript. c. ſuper litteris eod. tit. ubi dicitur de gratia ſubreptitia nulla. fuit etiam nulla ipſo iure, quia facta tempore feriato ad honorem Dei, uidelicet in die ſabati maioris hebdomadæ. l. dies feſtos. C. de feri. c. fi. eod. tit.

Io. Bapt. Ferrettus de Vicentia I.V. Doct.

## SVMMARIVM.

1 *Poteſt princeps ſecularis polliceri præmium occidenti bãnitum, & occidens licitè præmium capere, ſi occiderit bannitum in territorio bannientis.*

2 *Quæ concluſio extenditur etiam ad ciuitates & loca confœderata.*

3 *Sed non procedit ſi occidatur bannitus in territorio alieno ſub ſpe præmij; nam poterit capitaliter puniri ab illo principe.*

4 *Occidens bannitum in territorio alieno, meretur præmium, de quo in banno, ſed non euitat peccatum, nec pœnam homicidij.*

5 *In crimine atrociſſimo ualet bannum, ſeu ſtatutum, quòd extra territorium bannientis, reus poſſit occidi cum præmio.*

6 *Propter enormitatem delicti, licitum eſt leges tranſgredi.*

7 *Ex cauſa publica homicidia ſunt permiſſa.*

8 *Papa aliquando conceſſit priuilegia principi ſeculari occidendi clericos, etiam in ſacris conſtitutos in criminibus atrocioribus.*

## CONSILIVM CCCXXX.

1 PRINCEPS † poteſt præmium polliceri occidenti, ſeu capienti bannitum. & occidens illum, uel capiens poterit, cum bona conſcientia accipere præmium ſibi promiſſum, dummodo bannitus occidatur in territorio principis bannientis. Ita decidit Albe. de Roſa. in 4. par. ſtatut. q. 17. & 18. & in l. Graccus. C. de adult. Hoſti. & alij doc. * cõiter. c. fi. de ꝯſue. & in c. quę in eccleſiarum de ꝯſtit. & in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. & eſt * cõis opinio, ut atteſtatur Alex. in

2 l. ſi plagij. col. 1. ff. de uerb. obli. † quæ concluſio extendit etiam ad ciuitates, & loca confœderata cũ principe banniente. Ita Barto. & Albe. not. in l. non dubito per illum text. ff. de capti. Sed ceſſante confœderatione, bannum nõ poteſt extendere uires ſuas ultra territorium bannientis, & eſt * communis doctorum diſtinctio. Et ideo dicit ibi Bart. & alij ſequunt, quòd non adeſt aliqua cauſa, ſeu ratio, propter quam ille bannitus ſortiatur forum in

alieno territorio, & ibi puniri poſsit. et ad hoc allegat
tex. in c. Romana de foro compe. lib. 6. obi delinquens in
diœceſ. epiſcopi, non poteſt puniri in curia archiepiſcopi.
idem tenet Bar. in l. cunctos populos fol. penul. in 8. q. C.
de ſum. trin. & ibi Bal. col. pe. in uer. tertio iuxta hoc quæ
ritur per tex. in c. fi. de conſti. lib. 6. & in l. fi. ff. de iuriſdict.
omn. iudi. ubi dicitur, quod iuriſdictio non extenditur extra
territorium. & ſequitur Felin. in d. c. quæ in eccleſiarum.
colu. 3. uerſ. octauus caſus, & D. Iaſ. in dicta l. fi. columna
prima. idem latè conſuluit Hippol. doctor Bononien. in
conſi. 121. incip. In cauſa capturæ. columna prima & ſe-
cunda libro ſecundo. Et pro hoc eſt tex. in capitulo poſtu
laſti de for. compet. quem not. ibi Abb. dicens, quòd iu-
dex unius territorij non poteſt extendere uires ſententiæ
3 ſuæ, ut exequatur extra territorium: † et ideò qui occi-
dit bannitum in territorio alieno ſub ſpe præmij, poteſt
a domino, & principe illius territorij capitaliter pro illo
homicidio puniri, ut not. Bald. ſuper ſtatutis in uer. ban-
nitus in ſecundo uerſ. incip. Statutum. & in marga. Inno-
cen. in uer. excommunicatus repellitur circa medium, &
tradit Nellus in tracta. bannitorum in ſecunda parte ſe-
cundi temporis. quæſtio. 57. & tenet Petr. de Anchar. in
repetitio. capitulo canonum ſtatuta fol. 17. uerſic. tertio
principaliter, cum alijs, ut per Iaſ. in d. l. omnes populi in
repeti. nume. 49. in quinta fallen. & Hippoly. Bononien.
conſi. 57. incipien. Spiritus ſanctus. columna penultima.
4 nume. 35. libro primo. † Eſt uerum, quòd occidens ban-
nitum extra territorium bannientis, meretur præmium,
de quo in bãno, ſiue ſtatuto, a principe, ſiue domino ban-
niente, ratione ſuæ promiſsionis. Ita dicit Bald. in conſi.
434. Præmittendum eſt lib. 5. ſed nõ euitabit peccatum,
nec pœnam homicidij, ex quo bannum non extendit ui-
res ſuas extra territorium. & ideò ille bannitus non po-
tuit impunè occidi, ut dixi ſupra. Et quæ ſupradicta ſunt,
5 procedunt regulariter. † Sed in crimine atrociſsimo læ-
ſæ maieſtatis, & rebellionis, poteſt ſaluari ſtatutum, ſeu
bannum, quibus præmium pollicetur occidenti, ſeu ca-
pienti reum criminis leſæ maieſtatis, quia propter atro-
citatem criminis, reus poteſt a principe banniri & diffi-
dari, ut poſsit a quocunque, ubi inuentus fuerit capi, ſeu
interfici, ut legitur, & not. in capitulo pro humani. §. fi. de
homic. libro ſexto. & in cap. fœlicis de pœn. & in cap. 1. de
ſchiſmat. eodem libro. Et habet in l. quiſquis. C. ad l. Iul.
maieſt. et conſuluit Ange. in conſi. 14. col. 2. in q. ¶ Con-
6 firmo prædicta, † quia propter enormitatem delicti lici-
tum eſt leges, ſtatuta, & iura tranſgredi. Ita dicit Inno. &
alij doct. ſequuntur in cap. 1. de conſtit. & Bald. in l. quid
ergo? §. pœna grauior. colu. 4. ff. de his qui not. infam. et
tradit Petr. de Anchar. & Abb. in cap. cum non ab homi-
ne de iudi. cum alijs, ut per Hippol. Bononien. in d. conſi.
121. colu. fi. lib. 2. ubi conſuluit, quòd in caſu homicidij
cum proditione, & cum fractura pacis, bannitus de una
ciuitate, poſsit capi, & occidi in alia ciuitate, etiam non
confœderata, etiam ſi iura reſiſterent: nec propterea ca-
piens, uel occidens huiuſmodi bannitum in territorio a-
lieno, peccatum committet, ex quo auctoritate ſuperio-
ris bannientis, non ſua ſponte, atque auctoritate, in cri-
men humani ſanguinis effuſi incidiſſet. Ita probatur in
cap. miles, & in capitulo cum miniſter, & in capitulo lex
æterna cum duobus ſequentibus 23. quæſt. 5. ubi recitan
tur uerba beati Hierony. Idem Hieronymus ſuper Ezech.
cuius uerba ſunt regiſtrata in capitulo qui malos eadem
cauſa, & quæſtione ait, quòd qui percutit malos, & occi-
dat, miniſter Dei eſt. Idem ſuper Hiere. dicit, homicidas,
ſacrilegos, & uenenarios punire, non eſt effuſio ſangui-
nis, ſed legum miniſterium. & licèt homicidium l. diui-
na ueteris teſtam. prohibeatur Exod. cap. 20. & in nouo
7 Matth. cap. 20. † tamen ex cauſa reipub. homicidia ſunt
conceſſa, iuxta illud, Si quis occidat, occidatur. et, Qui
de gladio ferit de gladio perit. Et ideò in multis caſibus
permittuntur homicidia, ut habetur in clemen. prima de
homi. & per docto. in dicto capitulo quæ in eccleſiarum,
& in d. l. cunctos populos. C. de ſum. trinit. & in d. l. omnes
populi. et hoc permiſſum eſt principibus ex cauſa publi-
ca, quia multi magni, etiam ſancti uiri in ueteri teſtamen
to, inter quos fuit Helias, multos etiam manu propria oc
ciderunt, & hoc conſulendo rebus humanis, iuſtè fecerũt,
et ita ait Auguſtinus in c. ea uindicta. 23. quæſtio. 4. & la-
tius habetur in tertio lib. Reg. cap. 15. & 3. & 4. lib. c. 10.
& Luc. cap. 9. & Matth. 22. Videmus etiam, quòd uerbis
apoſtoli Petri, Ananias, & uxor eius exanimes cecide-
runt, ut habetur Act. cap. 5. et Moyſes occidit uirum Ae-
gyptium iniuriam Hebræo inferentem, ut legitur Exod.
cap. 2. et Ioan. Chryſoſto. ſuper Matth. homelia 17. cuius
uerba ſunt regiſtrata in capitulo occidit. 23. quæſtio. 8.
ſaluat Phineem, qui occidit hominem, & Abraam, & Pe-
8 trum ab eodẽ delicto ex cauſis, per eos perpetrato. † Hinc
uidemus, quòd Paulus Papa. iij. anno Domini 1542. ad
inſtantiam oratoris Illuſtriſsimi Dominij Venetorum,
illi conceſsit priuilegium, quòd iudices ſeculares ciuita-
tis Venetiarum, poſſent punire clericos ſeculares, uel re-
gulares, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos pro crimi
nibus grauioribus, & atrocibus. Sit igitur concluſio, quod
non liceat principi dare præmium occidenti bannitum
in terris, & dominio alienis, pro quocunque delicto: ſed
tantum pro crimine rebellionis, & læſæ maieſtatis princi
pis, & reipub. & in alio grauiſsimo, & qualificato delicto.

Ioannes Baptiſta Ferrettus de Vicentia
I. V. Doct. Paduæ legens.

## SVMMARIVM.

1 *Aduocatio cauſæ, facta per Papam, etiam iniuſtè, ligat manus iudicis a quo; ideò proceſſus per eum factus poſt aduocationẽ eſt nullus, etiam ipſo ignorante.*

2 *Quando non apparet de mente Papæ, quòd uelit aduocationem cauſæ ſtatim ligare manus iudicis a quo, tunc ualet proceſſus factus ante præſentationem reſcripti.*

3 *Sicut iudex a quo aduocata eſt cauſa, non poteſt de illa cognoſcere, nec decidere; ita nec poterit alteri committere, uel ſubdelegare.*

*Vide ſupra alleg. 206.*

## CONSILIVM CCCXXXI.

ALIAS in caſu occurrenti ſuper alleg. 188. la-
te probaui, quod per aduocationem cauſæ factã
per Papam ad ſe, iuriſdictio iudicum inferio-
rum erat ſublata, adeo ut proceſſus cauſę red
debantur nullus, etiam ante ſcientiam aduocationis, &
ſine aliqua inhibitione, etiam de conſenſu partium for-
1 matus. † modo contingit alius caſus, in quo cauſa aduo-
cationis Papæ a iudice, cui fuerat commiſſa, fuit iniuſta;
ideò fuit dubitatum de ualiditate proceſſus eiuſdem iu-
dicis a quo formati ante ſciẽtiam aduocationis: & tenui
quod ſic. Et ita tenet Abb. in c. ut noſtrum de appella. in not.
poſt alios, quos allegat, & ſequitur Præpo. Alex. in primo
not. ubi d. Ant. in 3. not. poſt Innoc. & Hoſti. & Philip. col.
3. uerſ. in ea. glo. adducunt rationem, quia aduocatio uer
ſatur magis in facto, quàm in iure. ¶ Fuit, & ſecundo du-
bitatum in eadem cauſa, nunquid ſit uera indiſtinctè de-
ciſio facta in prædallegata deciſ. 188. et dixi, quòd non,
ſed quòd procedit duntaxat, quando ex uerbis Papæ ad-
uocantis cauſam ad ſe, apparet, quòd uelit aduocatio-
nem ſtatim a die datæ, operare effectum ſuum. cauſa
exempli, quando Papa aduocat ad ſe cauſam in ſtatu &
eſſe, in quibus tunc reperitur coram iudice a quo, quæ
uerba reſpiciunt tempus aduocationis, ideò ſtatim liga-
tæ ſunt manus iudicis inferioris, a die datæ reſcripti ad-
uocatorij, etiam ipſo iudice inferiore ignorante: Et in
iſto ſtatu uerſabatur quæſtio in dicta deciſione. Sed in
quæſtione modo uertente non apparet per uerba reſcri-
pti de mente Papæ, quòd uelit aduocationem ſuam ſta-
2 tim operare effectum; † Ideò dixi, quòd non erant li-
gatæ manus ipſius iudicis, niſi poſt præſentationem ip-
ſius reſcripti. Et ita decidunt Geminianus & Philipp.
in c.

in c.1.§.ex parte colu.2.uerſ.quid autem in primo mem-
bro de conceſſ.præben.in ſexto.& Abb.in capitulo audi-
ta.columna penultima, poſt Innoc. in primo & ſecundo
membro de reſtit.ſpoliat.Et circa hanc quæſtionem ſæpe
fuit altercatum, utrum iudex, a quo auocata fuit cauſa
3 per uerba præſentis temporis, ut dixi, † poſsit ſaltem al-
teri cauſam huiuſmodi committere, uel ſubdelegare an-
te notitiam litterarum, & fuit reſponſum, quòd non per
tex. iuncta glo.in uer.proponatur in c. iudex. de offi.de-
lega.libro ſextò cum ſimilibus.ut ibi per glo.Et eſt ratio,
quia ſicut per auocationem ligatæ ſunt manus iudicis
in cognoſcendo; ita etiam ſunt ligatæ in committendo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vtrum reductio laudi arbitratoris ad arbitrium boni uiri ſit re-
petenda coram ſuperiore arbitratoris, uel ipſarum partium,
quæ compromiſerunt. & nu.2.*
3 *Si fuerint duo arbitratores, unus clericus, & alter laicus, ad-
eundus eſt ſuperior eccleſiaſticus pro reductione ad arbitrium
boni uiri.*
4 *Si ex forma ſtatutorum ſententia arbitri pariat actionem, et exe
cutionem, pro reductione laudi, eſt adeundus ſuperior lau-
dantis, & non ipſarum partium.*
5 *Contra laudum iniquum, datur duplex remedium grauato, ap-
pellationis, & reductionis.*

## CONSILIVM CCCXXXII.

FVIT magna altercatio, coràm Reuerendo
dom. Thoma Campegio epiſcopo Feltrenſi,
tunc in dominio Veneto legato apoſtolico.
1 † Nunquid reductio laudi promulgati per
quendam plebanum eccleſiæ ſancti Simeonis prophetæ,
eſſet petenda coràm ſuperiore eccleſiaſtico, attenta per-
ſona arbitratoris, uel deberet peti, coràm iudice cauſæ
originalis conſideratis perſonis litigantium. Super qua
quæſtione, Doctores ſunt uarij. nam Bar.in l.ſocietatē,
§.arbitrorum.ff.pro ſoc.fol. 2. & Abb.in c.Quintaualllis.
fol.antepenult.de iure iuran.tenent, quòd debeat peti co
ram iudice, coràm quo reus debuiſſet conueniri. et mo-
uentur per tex.in capitulo expoſita.de arbitr. Et ita tenet
Ang.in l.ſi certo loco.ff.de condi.indebi.Et in conſ.226.
columna ſecunda.& Petr.de Anchara. in conſil.309.& in
dicto capitulo expoſita in octauo not.& Alexand. in con
* ſil.131.columna prima. lib. 2. ubi dicit hanc eſſe * com-
munem opinionem. & ſequitur Soci.conſi.18.colum.10,
lib.1.& in c.cum ſit generale.colum.1. in 2.fallen.de foro
2 compet.contrariam partem. † quòd in reductione ad ar-
bitrium boni uiri ſit adeundus iudex ſuperior arbitrato
ris, & non ipſarum partium expreſſe tenet Rom. in conſil.
265.In cauſa, circa medium; ubi allegat ad hoc Barto. in
conſi.quod incipit, Viſis conſilijs. & Archidi. in capitulo
non ita 2.quæſt.6. & Butr.in c.quod clericis de for. com
pet.ubi dicunt, q laicus reconuentus coràm eccleſiaſtico
iudice, & ab eo condemnatus, debet appellare ad ſuperio
rem eccleſiaſticum, & clericus reconuentus coràm ſecula
ri, & ab eo damnatus debet recurrere ad ſecularem, & ſic
attenditur ſuperior iudicantis, & non litigantium. quam
concluſionem probat etiam ratione, & non eſt dubium,
quòd reductio huiuſmodi habet inſtar appellationis, ut
probatur in l.non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de ar-
bit.Sed cum appellatur a ſententia iudicis ſemper recurri
tur ad ſuperiorem iudicantis.§.anterioris.2.q.3.l.preci-
pimus.C.de appell.c.ut debitus eod. tit. Ergo cum peti-
tur reductio, illa peti debet coram ſuperiore arbitrato-
ris, nec debet inſpici perſona alterius ex litigantibus, al-
legat etiam Ioan. Andre.in c.ſtatutum. §. cum autem de
3 reſcri.lib,6. † Quinimmo ampliat concluſionem procede
re, etiam ſi arbitrantes fuiſſent unus clericus, & alter lai-
cus, quia peteretur reductio ad iudicem eccleſiaſticum, at-
tenta qualitate clericāli digniori. Et hāc partem tenet in
terminis Ang.ſibi cōtrarius in l.ſi ſuſpecta.§.fi.ff.de inoff.
teſta.Et nouiſsime, ita tenent doct.Neap.in ſua deciſ.51.
incip.Item fuit, ubi approbant rationem Roma. pro con
cludenti. Bart.tamen, & Bald.in l.ij.C. ubi, & apud quem
4 diſtinxerunt, † quod ſi ex forma ſtatutorum laudum pro
ducat actionem, & mereatur executionem, ſicut ſenten-
tia, quòd tunc ſit uera opinio Roma. & Angel. quia hoc
caſu opus eſt appellatione, alias ceſſante ſtatuto proce-
dat opinio Bart.in dicto §.arbitrorum. & ſequitur Abb.
in capitulo cum dilectus. columna quinta de arbitr. ubi
facit concluſionem, quòd ubi appellari poteſt a laudo,
tunc habendus eſt recurſus ad ſuperiorem arbitratoris
laudantis, & ita ſequitur Lanfranc. in tractatu de arbitr.
poſito in primo uolumine tract.fol.100. uerſic.reductio.
& Philip. Franc.in rubr.de appellatio.in ultima quæſtio,
idem Abb.in dicto capitulo Quintauallis. fol. penulti-
mo, columna prima.& Nicol.de Mil.in reper.in uer.arbi-
trator, columna penultimā. mihi uero magis placet opi-
nio Roma. & ſequa. quam tenet Specul. in titulo de ar-
bitr. §.primo.per tex.in d.§.cum quidam. quam confir-
mo, quia in appellatione, ſeu recurſu, læſus conqueritur
de laudo, & de ipſo arbitratore.l.j.in principio. ff. de ap-
pella.ideò recurrendum eſt ad ſuperiorem illius, qui iudi
cabit, ſeu laudauit.cap.Romana.§.debet de appell.lib.6.
c.ut debitus eodem titu.Adduco etiam ad hoc Bart.in l.
5 ſi.colu.1.ff.de appell.recip.ubi dicit, † q contra laudum
iniquum competit grauato duplex remedium appellatio
nis, & reductionis. Mouetur, quia dictum arbitrorum eſt
quædam tranſactio, ut legitur, & not.in auth.ſi uero con-
tigerit.C.de iudi. ſed a tranſactione, ille qui ſenſit ſe ex
illa læſum, poteſt appellare, ex quo in læſionē non conſen
tit.l.a ſententia.§.idem reſcripſit.ff.de appell. ergo appel
lando læſus deuoluit cauſam ad ſuperiorem laudantis.
Ad idem moueor, quia ab actu extraiudiciali, per quem
quis grauatur, appellatio concēditur, ſecundum Bart.in
d.l.ſi.col.2.in fi.& ſequitur Abb. in d.c.cum dilectus.col.
pen.ubi permittunt appellare à tranſactione, & concor-
dia per eum, qui non conſenſit per §.idem reſcripſit. Sed
pars grauata enormi læſioni non conſenſit, ut not. in di
cto §.arbitrorum & in dicto capitulo Quintauallis; er-
go ſequitur quod dixi. Non obſtat quòd Abb. in dicto
capitulo cum dilectus, teneat in hoc contrà Bartol. per
doctr.eiuſdem Bar.in l.j.C.de arbitr.& in d.l.ij.C.ubi, &
apu.qu.ubi dicit, quòd a ſententia arbitri non appella-
tur, quia ex illa non agitur, ſed ex compromiſſo, & a con
tractu proprio quis non appellat. Quia iſta ratio Abb.
procedit, quando ex contractu uoluntario quis non læ-
ditur, ut bene probat Barto. & Abb. in dictis locis. Sed
in quæſtione noſtra grauatus non conqueritur de com-
promiſſo, ſed de laudo arbitratoris extraiudiciali a quo
permittitur appellatio infra tempus debitum clem. ſicut
de appellatio.& Barto. in dicta l.ſin. et licēt non oriatur
actio regulariter ex ſententiā arbitri. dicta l.prima.C.de
arbit.tamen ex illa oritur grauamen ex læſione, unde
cauſatur a iure appellatio, & reductio ad ārbitrium bo-
ni uiri, ex actu etiam extraiudiciali.d.clemen.ſicut.capi-
tulo concertationi eodem titulo libro ſexto. capitulo bo
næ, cum materia de appell.Ex quibus concludo, quòd re-
ductio laudi eſt petenda ad iudicem, & ſuperiorem arbi-
tratoris. Non obſt. text. in dicto capitulo expoſita, ſuper
quo fundatur opinio cōtraria; quia nihil facit ad caſum
ſecundum primam & ſecundam lecturā Abb.ſuper oppo.
ſed facit contra, tenendo ſecundam lecturam, in qua dici
tur, q dux Venetorum non recognoſcit alium ſuperiorē,
ideo Papa in talem defectum fuit aditus per epm læſum,
petendo ab eo reductionem iuxta not. in c. licet de foro
compe.ubi notatur, q Papa ſupplet in multis caſibus ne-
gligentiam Imperatoris, & Regis Frācorum, uel ſm Car.
ibi in 8. q.Papa per ſuas litteras dederat poteſtatem Duci
Venetorum, ut res componeret inter epos Taruiſinum, &
Belunen.ex una, & ciues Taruiſinos ex altera. ideò ab ip-
ſius laudo iniquo fuit habitus recurſus ad Papam dele-
gantem.c.ſane de off.delega.c.ſuper quæſtionum eodem
titu.& maximè, quia ipſe dux uenerat contra ſententiam
legati ipſius Papæ, cuius Papa erat ſuperior & cognitor,
& ſic ille tex. nō poteſt allegari pro communi deciſione.

Et ita fuit obtentum coram præfato Reuerendiſsimo epi
ſcopo Feltrenſi,& ſic ſeruata fuit opinio Rom. prout fuit
ſeruata in ciuitate Neapolitana in ſacro Regio concilio,
& de iſta quæſtione latius dixi in c.ſi quis contra clericũ.
nu.6.uſque ad.x.incluſiue de foro compet.

*SVMMARIVM.*

1 *In materia prophana, non ualet proceſſus, nec receptio teſtium, nec peritorum, nec ſententia, lite non conteſtata.*

2 *In materia comparationis fienda per teſtes & ſcripturas, non poteſt examen delegari per remiſſoriales, ſed debet fieri corã iudice, qui habet iudicare.*

3 *Scriptura priuati aſſerti debitoris reperta in manibus aſſerti creditoris, ſine teſtibus, non probatur, etiam ſemiplenè per teſtes, qui non fuerunt præſentes illi, ſuper recognitione, etiam per comparationẽ, deponentes, in debito excedente librã auri.*

4 *Teſtes, qui deponunt per uerbum, Videtur, uel per uerbum Credit, in materia comparationis litterarum, non probant concludenter intentionem actoris.*

5 *Caracter litterarum ſcripturæ, ex qua & illius ad quam fit comparatio, debent eſſe in omnibus conformes, aliàs non probatur ſcriptura per comparationem.*

6 *Duo conteſtes, qui deponunt ſuper comparatione litterarum, etiam ſi dicant ſe præſentes fuiſſe, quando ſcriptura fuit per debitorem ſcripta, probant tantum ſemiplenè, niſi fuerunt teſtes ſubſcripti, uel inſcripti in ſcriptura.*

7 *Ad uidendum fieri comparationem litterarum, debet pars eſſe præſens, uel monita ad id, aliàs nulla eſt eorum depoſitio, id eſt teſtium.*

8 *Scriptura ſine loco ubi ſit ſcripta eſt nulla.*

## CONSILIVM CCCXXXIII.

DICO ſententiam,& proceſſum formatam co
ram iudice, a quo, & ab eodem promulga-
1 tam fuiſſe,& eſſe nullum † & nullam, ex defe-
ctu litis conteſtationis, per text. ibi. glo. Abb.
& alij in c.1. de lit. conteſt. & eſt tex. ubi Bar. in l. prolatã.
C. de ſent. Nam quæſtio inter partes eſt ducatorum 150.
in qua requiritur ſolennis ordo iudiciorum. authen. offe
ratur. C. de lit. conteſta. Et conſequenter nulla eſt etiam
receptio teſtium, facta ſuper comparatione chirographi,
& ipſius recognitione lite non conteſtata. c. quõ frequen-
ter in princip. & per totum, ut lit. non conteſt. Nam licèt
iudex in proceſſu primæ inſtantiæ, decreuerit reum debe
re citari ad reſpondendum libello: tamen hoc decretum
non fuit ſeruatum, ſed nulla facta reſponſione, nec cita-
tione ad reſpondendum libello, fuit proceſſum ad termi-
num ad articulandum. Et ideo procurator rei hoc perpẽ
dens, proteſtatus fuit de nullitate actorum & agẽdorum
bis in eodem proceſſu,& petijt ſuper his pronunciari. Ex
alio etiam recognitio, ſeu comparatio facta Paduæ, per
2 remiſſoriales, fuit nulla † quia materiæ comparationis
litterarum, non poteſt alicui delegari, ſeu committi, quia
eſt facienda coram iudice cauſæ, qui habet iudicare, ita
decidunt poſt Bald. Feli. & Deci. in c.2. in fin. de fide in-
ſtrum. Alia inſuper ratione teſtes Paduæ examinati, ſu-
per comparatione nihil probant, quia patiuntur exce-
ptiones mortales, ut patet in eodem proceſſu, quas oẽs
procurator dom. Matthęi Botta confeſſus eſt iudicialiter
fuiſſe,& eſſe ueras, ut in proceſſu patet. Quæ omnia ui-
dens R.D. auditor Reuerendiſs. dom. legati, iudex a quo,
non obſtante, ꝙ monuiſſet partes ad cõcludendum, & au
diendam diffinitiuam, decreuit deueniendum eſſe ad no
uam comparationem, ut patet in eodem proceſſu, & de-
tulit bis iuramentum procuratori ex aduerſo in forma iu
ris, ꝙ principalis ſuus non habebat alium modum pro-
bandi ſuum aſſertum creditum, niſi per comparationem
ad quam deueniẽdo, elegit quatuor, ſeu quinq;, quos uo
cat peritos, quibus detulit iurm̃, qui die 14. menſis Decẽ-
bris, in camera D. Auditoris iureiurando depoſuerunt ſu
per cõparatione chirographi, de quo eſt qõ, ad aliud chi
rographum manu Reuerendi D. Bartholomęi Regino, ut
patet in proceſſu. Quæ cõparatio ex pluribus non probat
3 intentionem Matthæi agentis. Primò,† quia ſcriptura
priuata, quæ apocha, ſiue chirographum dicitur, ſine ſub
ſcriptione, uel inſcriptione teſtium, ꝗ producit de domo
aſſerti creditoris, recognita per plures teſtes, qui non fue
runt præſentes, quando fuit ſcripta per debitorẽ, non pro
bat ẽt ſemiplene, ſed aliqualem fidem facit. ita ↄcludunt
* oẽs *doct. in l. ſcripturas. C. qu. poti. in pig. hab. & i auth.
& ſi ↄtus,& in l. cõparationes. C. de fide inſtru. & in l. nu-
da ratio. ff. de dona. & in l. admonendi. ff. de iur. iur. & ca-
noniſtæ in c.2. ubi Feli. poſt alios. col.1. & 2. de fide inſtr.
Et iſta ↄcluſio procedit in materia excedẽte libram auri.
Et ita tenet Angel. in §. ſi quis igitur. col.2. in auth. de in-
ſtrum. cau. col.6. et ideò Petr. Feli. Corn. in conſ.58. col.2.
in fi. lib.3. dicit, quod nullus doctor tenet, ꝙ ſcriptura pri
uata debiti recognita per teſtes, q non fuerunt pñtes, pro
bet ſemiplene; & iſte eſt caſus noſter, quia recognitores
per uiam comparationis non fuerunt pñtes ſcripturæ, ex
4 qua nec ſcriptura ad quam facta fuit comparatio, † qui
etiam deponunt per uerbum Videtur,& per uerbum cre-
dere,& ſic per uerba dubia, ergo non probant intentio-
nem actoris, ẽt ſemiplenè. Quod ẽt ex alio oſtendo, quia
ipſi dicũt, ꝙ pro maiori parte litteræ,& ſcripturæ, ad quã
5 fit comparatio, ſunt conformes ſcripturæ,† ex qua fit, &
ſic non omnes litteræ conueniunt, ideo nulla fit proba-
tio. Ita decidit Ang. in terminis in auth. de inſtr. fid. in d.
§. ſi quis igitur in princ. per illum tex. quẽ ſequitur Deci.
in d.c. circa fi. col. pen. qui dicunt, ꝙ comparatio debet in
omnib. litteris conuenire, ſecus ſi tm̃ pro parte. Quinim-
6 mo magna eſt qõ inter doct. † utrum apocha concluden-
ter probetur, ſi duo teſtes deponant, ꝙ uiderunt illã ſcri-
bi manu debitoris,& hoc affirment eſſe illam, quæ produ
citur, quia doctores diuiſerunt ſe in duas partes, ut patet ex
not. per Petr. Corn. Peruſ. in d. conſi.58. colũ.1. & 2. lib.3.
ubi firmat, ꝙ depoſitio iſtorum probat tantum ſemiple-
nè, niſi illi teſtes fuiſſent ſubſcripti, uel inſcripti in d. apo-
cha. Sed in quæſt. noſtra nullus eorum, qui recognoue-
runt ſcripturam Reuerendi dom. Bartholomæi Regini,
deponit de præſentia ſua, quando illa fuit ſcripta, nec e-
tiam ſunt inſcripti, nec ſubſcripti dictæ ſcripturæ, ideo
non faciunt ſemiplenam probationem. Et pro ueritate
prædictorum,& contra aſſertam probationem & ſenten-
tiam Reuer. D. auditoris, conſuluit Petr. Philip. Corne. in
conſi.169. incip. Licet. colu. penul. & fi. lib.1. & deciſ. Nea
pol.181. et ſequitur Deci. latius loquendo in conſi.615.
Viſa inquiſitione. colum.2. lib.4. & Paul. de Caſt. in conſ.
330. Quantum ad contenta. colu.2. qui ponunt rationes
deciſionis,& dant modum probandi plenè chirographũ
per comparationes litterarum. Ad idem eſt plenum con
ſil. Aret.64. Eleganter. col.3. & 4. ubi impugnat recogni
tionem peritorum per uerbum uidetur, & iudicio meo;
& per practicam litterarũ. Inſuper alia aſſerta probatio
7 per comparationem peritorum, fuit & eſt nulla, † quia
fuit facta die Lunæ 14. menſis Decemb. in camera Reue-
rendi D. auditoris, domino Camillo procuratore Regini
non citato, nec præſente; ut in proceſſu; ergo nulla. c.2.
de teſti. ubi caſus,& licèt idem procurator poſtea ad ban
chum iuris, obtinuerit copiam depoſitionum ipſorum te
ſtium, cum termino ad dicendum contra, tamen non ap-
paret, quòd eſſet præſens, nec citatus ad locum compara
tionis,& depoſitionis eorum. Eſt uerum, ꝙ die Veneris
xj. dicti menſis fuerunt moniti ipſi teſtes, & ambo procu
ratores poſt prandium in camera; ſed quia nemo uenit,
8 non fuit ſeruatus terminus ille, ut patet in proceſſu. † Et
ad unum aliud aduertendũ puto, ꝙ chirographum ſuper
quo eſt quæſtio, caret loco. nam non apparet, ubi fuerit
ſcriptum; ergo eſt nullum, ut eſt textus apertus in capi-
tulo Abbate uerſ. ex his de re iudic. libro ſexto. ibi. Et ne-
ceſſario, adeſſe debent, ueluti locus,& tempus, ubi glo.
in uer. cenſeretur, cum qua concordant doct. Et eſt com-
munis, & approbata opinio, ut eſt deciſ. Rotæ relata per
Thomam Faſtoli dubio 47. & cauſa 25. ubi legendum.
Et iſta obiectio nullitatis militat, etiam ſi eſſet probata
illa ſcriptura concludenter per teſtes ſubſcriptos, uel de-
ſcriptos

Digitized by Google

ſcriptos in ipſa, ſtante nullitate ipſius ex defectu loci. Eſt enim ſcriptura illa ualde ſuſpecta de falſitate, quam Reginus negauit ſcripſiſſe, & petijt locũ ſpecificari, & quòd nihil unquam habuit agere cum Aloyſio Botta, nec cum Matthæo eius fratre. Eſt etiam nulla illa ſcriptura per legem Illuſtriſsimi Dominij, productam in proceſſu, qua cauetur, quòd nulla ſcriptura ualeat ſuper aliquo mercato facta, niſi in illa ſpecificetur, & declaretur qualitas, & quantitas pretij bonorum, & rerum & colorum ipſarum, ut excludatur omnis fraus, & dolus, ſub pœna nullitatis illius ſcripturæ. & alià lege producta, qua cauetur, quòd mercata rerum dentur, in notam infra octo dies ad officium meſſatariæ, dari. quæ leges non ſunt ſeruatæ.

### SVMMARIVM.

1 *Vires, & effectus excommunicationis ſunt ſuſpenſæ, quo ad alios, ante declarationem, & publicationem.*

2 *De proximo banniendus, habetur pro bannito, ſi notoriè ex proceſſu conſtat de delicto, ita quòd reſtabat ſola ſententia, & ipſius publicatio, ex quo infertur, quòd iſte talis poterit impune occidi.*

3 *Qui de proximo eſt condemnandus, habetur pro condemnato.*

4 *Sufficit quem eſſe deſcriptum in libro bannitorum, quia occidens talem excuſatur auctoritate publicæ ſcripturæ.*

5 *Sententia excommunicationis quo ad alios non habet effectum niſi fuerit publicata & facta notoria, ſecus quantum ad excommunicatum.*

## CONSILIVM CCCXXIIII.

EVENIT caſus Paduæ, quòd duò ciues Paduani de Bertapalea occiderunt Alexandrũ de Leone, qui erat deſcriptus in libro bannitorum, ex quo clare conſtabat illum fregiſſe certa confinia. pro quo facto poterat impunè occidi, non tamen adhuc fuerat pro bãnito publicatus. Quæſitum fuit a me, tunc Paduæ legente, nunquid illi de Bertapalea impune occiderint dictum Alexandrum, ſtante ſtatuto, ꝙ banniti impune poſsint occidi. Et prima facie uidebatur dicendum quod non, per ea, quæ uoluit Petr. de Ancha. in conſi. 240. per prædicta, circa fi. ubi dixit,
1 † ꝙ omnis executio eſt ſuſpẽſa cõtra excommunicatum,
antequam ſit declaratus, & excommunicatus pro tali. Secundò quia, cui non conueniunt uerba legis, non conuenit eius diſpoſitio. l. quarta. §. toties. ff. de dam. infect. cum ſimil. ut per Felin. in c. nonnulli. colu. 35. de reſcript. & per Alex. in l. j. col. 1. ff. de acquir. poſſ. Sed uerba ſtatuti non conueniunt perſonæ dicti Alexandri, qui adhuc non erat bannitus; ergo nec eius diſpoſitio. Quibus tamen non obſtantibus contrarium conſului, & pro iſta parte allegaui deciſ. Paul. de Caſtr. in l. iij. §. ſi ſeruus. ff. de
2 acquir. poſſ. ubi dixit † quòd ille qui de proximo eſt banniendus, habetur pro bannito, ut poſsit impunè offendi. quod dictum refert Iaſ. in l. diuortio. §. interdum. colu. 5. ff. ſolu. matrimo. ¶ Secundò deciſ. Ang. in l. ex eo tempore. ff. de teſtam. mil. ubi dicit, quòd pœna ſtatuti impoſita, ſcholarem matriculatum offendenti, habet locum etiã in ſcholari, quẽ Rector iuſſerat matriculari, licèt adhuc non eſſet matriculatus. & ſequitur Alexan. in l. ſi quis id quod. colu. 1. ff. de iuriſd. omn. iudi. ¶ Tertiò pro hoc eſt bonus tex. in l. qui plenè. §. diuus Pius. ff. de manumi. ubi
3 probatur, † quòd qui de proximo eſt condemnandus, habetur pro condemnato, cum alijs, ut per Feli. in capitulo fi. de Iudæ. in primo not. Sed in iſto caſu contra Alexandrum nihil aliud reſtabat fieri, niſi ſententiam banni publicare, & pronunciare: unde perinde debet haberi, ac ſi fuiſſet pronunciatus, & publicatus pro bannito. & ita per plura conſului Hippol. Bono. in conſi. 94. incip. Auxilium domini. & ad hoc facit ultra eum dictum Paul. de
4 Caſtr. in l. ſi duo. ff. de acquir. poſſeſſ. ubi dixit † quòd ſufficit quem eſſe deſcriptum in libro bannitorum, quoniam occidens talem, excuſatur auctoritate publicæ ſcripturæ, de quo latè per Alexand. in conſil. 114. ponderatis in 4. col. lib. 1. ¶ Non obſtarit contraria, & primo conſilium Petr. de Ancha. quia loquitur in caſu, in quo omnia erant ſuſpenſa per appellationem Luciæ excommunicatæ. quæ appellatio ſuſpendit effectum excommunicationis proferendæ. c. peruenit, il primo de appell. capitulo per tuas de ſentent. excommunic. cum ſimil. ſecus ſi ante ſententiam excommunicationis non fuiſſet appellatum, ut habetur in capitulo paſtoralis. §. uerum de ap-
5 pella. † ¶ Secundò reſpondetur, ſpeciale eſſe in ſententia excommunicationis, ut non habeat effectum contra alios, niſi fuerit publicata, ut euitentur ſcandala & multa pericula, maximè animarum, quæ contingere poſſent participantibus cum excommunicatis, antequam excõmunicatio ſit declarata & publicata, ut expreſsè deciſum fuit in Concilio Baſilienſi in uigeſima ſeſsione. Quæ conſtitutio habetur in ſecundo libro Conciliorum folio 162. & in concilio ultimo Lateranen. ſub Leone X. in undecima ſeſ. fol. 179. Aliàs enim ſententia excommunicationis lata ipſo iure affligit & inhabilitat quoad omnes ſuas potentias, illum, qui in eam incidit abſque alia declaratione. capitulo paſtoralis in fi. de appella. Declarat Feli. in c. Rodulphus fol. pen. de reſcrip. Non obſtat ſecundus obiectus, quia huic latè reſpondet Marſi. in d. conſi. 94. colu. penul.

### SVMMARIVM.

1 *Conſenſus procuratoris præſtitus ſuper reſignatione beneficij, uel ad conſentiendum penſioni, poſt mortem domini conſtituentis re integra, nihil ualet.*

2 *Per mortem domini conſtituentis re integra, cenſetur reuocatum mandatum.*

3 *Conſenſus procuratoris poſt mortem domini, ualet, re non integra, puta, quando ſupplicatio pro reſignante, & reſignatario, fuit in uita domini conſtituentis expedita, ita quòd deficiebat tantum conſenſus.*

4 *Quia tunc conſenſus trahitur retro ad diem datæ ſupplicationis ſignatæ, nam tunc præſtatur conſenſus ad executionem actus iam facti.*

## CONSILIVM CCCXXXV.

CONSENSVS Celſi de Bellenis præſtitus tranſlationi penſionis in perſonam domini Io. Baptiſtæ Illigio die 19. Decembris 1542. nihil ualet, quia non potuit præſtari poſt obitum Marci Duſmani rectoris beneficij ſancti Vrbani de
1 Creſulis conſtituentis: † Nam per mortem Domini re integra, cenſetur reuocatum mandatum. Ita gl. in uer. quomodolibet in clem. prima. de ren. cum qua concordat Feli. in capitulo ex parte decani. colu. 12. in 8. fall. de reſcri. & Guil. Caſſa. deciſ. Rot. prima. de renun. Non obſtat bulla ſeu extrauag. Alexan. 6. quæ eſt hodie in obſeruantia, ut atteſtatur Caſſad. ibi. in fi. Ludo. Gome. in commento regulæ de infirm. reſign. quæſtio. 31. fol. 53. quia loquitur
2 † quando in uita Domini conſtituentis, ſupplicatio pro reſignante & reſignatario fuiſſet expedita, ita quòd defi-
3 ciebat tantum poſt obitum conſtituentis præſtare † conſenſum procuratoris, qui trahitur ad diem datæ ſupplica-
4 tionis, † quia tunc præſtatur ad executionem actus iam perfecti, ſeu gratiæ iam conceſſæ in uita Domini, ut per Caſſa. in d. deciſ. immo ad conſentiendum potuiſſet compelli, ſecus ſi re integra moriatur Dominus, ut euenit in quæſtio. noſtra, in qua die 19. Decembris facta fuit ſupplicatio & data litterarum gratiæ tranſlationis, & eadẽmet die, præſtitus fuit cõſenſus procuratoris, mortuus. n. iam fuerat Marcus Duſmanus, dominus conſtituens de menſe Nouembris præcedenti, ut clarè conſtat per litteras prouiſionis, de dicto beneficio de Creſulis, factæ in perſonam presbyteri Gerardi de Malado, per obitum dicti Marci, & per litteras poſſeſſorias eiuſdem. ¶ Confirmo, quia in ſupplicatione ſignata, ſuper iſta penſione, uſque del 1514. dicitur de clauſulis, quòd iſta penſio finiatur per obitum domini Stephani Illigio reſignantis,

io qua nullom nerbum dicitur, de poteſtate penſionem
transferendi, io Io. Baptiſtam Illigio.

*SVMMARIVM.*

1 *Quando agitur de nullitatibus notorijs ex proceſſu habet locum dictum iuriſconſulti, hodie conſtat, hodie agatur, & ob id nullitates huiuſmodi poſſunt adduci in allegationibus, ſine obſeruatione terminorum.*

2 *Non conſideratur nullitas proceſſus regulariter, nec ſententiæ, ſi conſtat de bono iure, & de iuſtitia ſententiæ.*

3 *Quando conſtat ex actis de notoria nullitate, ita quòd abſenti ſuper illa non competit defenſio, ualet ſententia etiam parte non citata.*

## CONSILIVM CCCXXXVI..

DIXI latè de materia feudali illorum de Zar-
tis, & de inoaliditate proceſſuum ſupra alleg.
307. & 308. poſt quæ ſuperueoit ſententia la-
ta per Reuerendum D. Plebanum ſancti Pan-
thaleonis, de cuius nullitate pro parte domioæ Poliſenæ
dicitur coràm Reueren. domino Hieronymo de Nigris
eaoonico Paduaoo eommiſſario apoſtolico, ex defectu
terminorum, & propter inordinatum proceſſum, qoia re
ſpondetur, qoòd coràm præſato domioo Plebano fuit
oppoſitum, & doctum de nullitatibus, & attentatis & ſpo
lio notorijs colligibilibus ex proceſsibus formatis Tar-
uiſij, coram domioo nicario io prima inſtantia, & Pa-
duæ coràm Reueren. domino Hieronymo de Rubertis in
1 ſecunda. † Quo caſu non eſt opus obſeruatione aliquo-
rum terminorum, quia hodie conſtat, hodie agatur. Ita
decidit Rot. in nou. deciſ. 340. & Philip. io c. dilecto filio
4. q. 12. de appel. ubi etiam dicit, qnòd poteſt deduci nul
litas notoria ex proceſſo in ſola allegatione iuris: & iſta
* eſt uera reſponſio approbata & practicata per * omoes,
quæ ſaluat proceſſum & ſententiam dicti domini Pleba-
ni. Noo omittam tamen nnum quod eſt uerisſimum, &
quotidie practicatum in Rom. curia, quòd etiam ſi con-
ſtaret de aliqua nnllitate proceſſus, & ſententiæ, exceptis
illis tribus, ex defectu mandati, iuriſdictionis, & citatio-
2 ois, non eſſet cooſiderabilis, † ſi ex deductis, & allegatis
conſtaret ſententiam illam eſſe iuſtam. & de booo iure
illius, pro quo ſuit lata. quam index appellatioois de-
bet confirmare, ut oot. poſt Barto. & alios tenet Alexan.
io conſi. 37. in cauſa appellationis, columna finali, libro
ſexto. & in conſ. 181. in cauſa, & lite. colum. fin. eodem li-
bro. & ita Rot. io Rom. cur. iudicauit io quadam cauſa
Vicentina matrimonij, & legitimitatis ibi nertente, de
anno 1545. Ioter dominam Lucretiam ex una, & domi.
Antonium Nicolaum eqoitem de Luſchis, partibus ex
altera, reiecta oullitate allegata contra ſentẽtiam latam
per tres iudices in ciuitate Venetiarum, poſtqoam fue-
rant recuſati, & a non admiſsione recuſationum, etiam
* fuerat appellatum. qoo caſu ſecundum * commonem o-
pinionem ſenteotia Paduana lata eſt nulla. ſed quia pro
actrice erat iuſtitia, & conſeqnenter ſententia erat iuſta,
Rot. confirmauit illam. Ad idem moneor, quia quando
conſtat ootoriè de booo iure actoris, non poteſt dari de
nullitate proceſſus, nec ſententiæ, ut euitentur eircuitus.
l. ſi me & Titium eum ſimilib. ff. ſi eertum petat. Et quia
parum prodeſſet reo obtinere in cauſa oullitatis, ex quo
poſtea in breui, ipſe ueniret condemnandus, mox alio
ioſtituto iudieio, quam rationem allegat Inuocen. quar-
tus in capitulo Abbate ſanè in §. ſecus autem de re iudi.
libro ſexto. Et ita in terminis tenet Philip. iu capitulo di-
lecto. columna tertia & quarta de appellatio. Qui etiam
adducit rationem, qoia in notorijs noo requiritur ordo
iuris. capitulo ad noſtram, el tertio de iureiuran. Et acta
iudicij faciunt notorium, ſicut ſententia, & confeſsio, ut
legitur, & not. in capitulo fin. de eohab. cleric. & mulie. &
in capitulo eom olim de nerb. ſignif. Confirmo prædicta
3 † quia quando eonſtat ex actis de ootoria nullitate, ita
quòd abſenti ſuper illa non poteſt competere defenſio,
ualet proceſſus, & ſententia, etiam parte non citata, niſi
ſemel in principio cauſæ. Ita latè poſt Abb. antiquom,
& Gemi. tenet Feli. in capitulo cauſam quæ per illum te-
xtum in principio de reſcript. quod modo notoriè con-
ſtat ex actis de nullitatibus otrioſque proceſſos Taruiſij,
& Paduæ formati, & quòd nulla competat defenſio Po-
liſenæ, tam ſuper ſpolio, quàm in meritis caoſæ, dixi ſu-
pra, & apparet ex proceſsibus, & ex tenore antiquarum
inueſtiturarum, de quibus ſupra alleg. 307.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona canonici defuncti ab inteſtato dimiſſa per eum, acquiſita ab eo de bonis ſui canonicatus, tam ex præbenda, quàm ex reſidentia, debentur capitulo canonicorum, & non ſucceſſori, nec epiſcopo.*

2 *Bona clericorum habentium adminiſtrationem acquiſitam intuitu eccleſiæ, quæ non proueniunt a capitulo, debentur ſucceſſoribus in beneficio.*

3 *Canonico datur præbenda de bonis communibus capituli, & canonicus non habet adminiſtrationem eccleſiæ.*

4 *Vicarius epiſcopi generalis, qui pro ſuo ſalario habet præbendam, & reſidentiam, qui ſit etiam canonicus præbendatus cum reſidentia, numquid poſſit de iure habere duplicem reſidentiam, uel unam tantum.*

5 *Quia in iſta quæſt. ſunt uariæ opiniones, ideò ſtandum eſſet conſuetudini eccleſiæ.*

## CONSILIVM CCCXXXVII.

VERTITVR quæſtio inter Reuerendiſsimũ
dom. epiſcopum Concordien. & Reuerendos
do. Decanom, & canonicos, & capitulũ eiuſ-
1 dem eccleſiæ. † Cui debeaotur bona cuiuſ-
dam canonici modo defuncti, dimiſſa per eum, acquiſi-
ta tamen de bonis ſui canonicatus, tam ex præbenda,
qoàm ex diſtributionibus quotidianis. Et prima facie ui
debatur dicendum, qoòd remanereot ſucceſſori per tex.
in capitulo relatum, el ſecundo de teſta. ibi. Vbi autem
in loco defuncti unus eſt ordinandus, is ea bona in Dei
timore diſpenſet: & io capitulo præſeoti in princip. ibi.
uel futuris debent ſucceſſoribus fideliter reſeruari de off.
ordi. libro ſexto. ¶ Qnibus non obſtantibus contrarium
eſt uerius, qoòd dicta bona debeantur dominis Decano,
canonicis, & capitulo, nt probatur in dicto capitulo re-
latum in uerſ. primo. ibi. Nomine autem eccleſiæ non epi
ſcopus, uel ſocceſſor clerici morientis, obi eſt collegium
clericorum, ſed commonis congregatio intelligitur, quæ
rerum illarum debet canonicam diſtributionem, & curã
habere. per quem rex. oot. ibi. Abb. in quarto not. dicens,
Nota, & tene ſemper meoti, quia noo eſt alibi, qoòd ac-
qoiſita per canonicum intuitu eccleſiæ ſeu præbendæ, nõ
cedunt ſucceſſori io præbenda; nam ſatis eſt, qnòd ſuc-
ceſſor habeat corpus præbendæ. nec etiam aequiruntur
epiſcopo ut dixi, & probatur ibi. Non epiſcopus, ſed com
monis congregatio, id eſt, collegium canonicorum. Idem
teneot ibi. do. Anto. Card. & Imol. & glo. approbata in d.
cap. præſenti. in uer. reſeruari poſt med. quando loqoitur
de clerieo non habente adminiſtrationem eccleſiæ, prout
eſt canooicus, quia in bonis dimiſsis per eum, ſi decedat
ab inteſtato, ſuccedit eccleſia, ideſt, capitulum caoonico
rum, & allegat text. io d. c. relatum. Idem tenet Nicol. de
Vbal. de Peru. in tract. ſuo de ſucceſ. ab inteſt. clericorum
fol. pen. in uerſ. quaro primò. Et qoia res eſt clara, & per
* omnes* communiter approbata per caſum. d. c. relatum,
2 ideò ulterius oon inſiſtam. ¶ Non obſtant ꝯtraria, † quia
loquuntur io alio clerico beneficiato per ſe extra eccle-
ſiam, quæ non habeat capitulum, habente beneficium in
adminiſtrationem, nt ſuot ſacerdotes, & alij clerici recto-
res eccleſiarum parochialiom, uel præpoſitus, uel archi-
diaconus, uel quicunque alius nõ beneficiati a capitulo,
nec de bonis capituli; tunc enim bona acquiſita per eos
iotuitu beneficij, cedunt ſucceſſorib. & oõ capitulo. & ita
procedit tex. in d. c. relatum in uer. ubi autem & in d. cap.
præſenti, & rationẽ diuerſitatis ponit Abb. in d. c. relatũ
in quarto

3 in quarto not. Dicit enim † ꝙ canonico datur præbenda ex bonis communibus capituli principaliter, ut inde ſumat neceſſaria, nõ autem datur, ut ſit adminiſtrator eccleſiæ. ideò ſi aliqua remanent ultra præbendam, debent cedere capitulo, cuius bona ſunt præbendarũ. Sed in alio beneficiato per ſe extra congregationem, datur beneficium tanquam adminiſtratori ſuæ eccleſiæ. unde quemadmodum habet adminiſtrare omnia bona dictæ eccleſiæ, ita & hæc quæſita intuitu eccleſiæ donec uiuit, quo defuncto debentur futuro ſucceſſori. & hæc ſufficiant de primo dubio. ¶ Secũdum dubium oritur inter præfatos.

4 † Nunquid uicarius generalis præfati Reuerendiſs. epi in dicto epiſcopatu conſtitutus, qui ex ſtatuto, & cõſuetudine dictæ eccleſiæ habet in eadem unam præbẽdam canonicalem, & diſtributiones quotidianas reſidentiæ, ẽt ſi non interſit diuinis: qui uicarius eſt ẽt canonicus in dicta eccleſia præbendatus, poſsit percipere, & conſequi in eadem eccleſia duas reſidẽtias, ideſt duas diſtributiones quotidianas, unam, quia uicarius, alteram uti canonicus reſidens, & diuinis intereſſens. Super qua q. Ioan. Andr. aliàs in caſu occurrenti in eccleſia Florentina conſuluit, ꝙ ſic, ut ipſe refert, in c. cum olim de re iudi. Cuius iura, & rationes ponunt, referunt, & ſequuntur Petr. de Anchar. Car. Abb. & Imo. in d. c. cum olim. & ſecundum iſtam opinionem Io. Andr. conſuluit Bal. in caſu occurrenti in ꝯſ. 344. incip. Et pro iſta opinione lib. 5. cuius conſilium refert, & ſequitur ſe ſubſcribendo Card. in conſi. 53. incip. Decanus eccleſiæ Triden. de quo etiam meminit idem Card. in cap. cum olim, quos refert, & ſequitur Feli. ibi, columna prima. Quorum iura, & rationes aliter non refero. quia poſſunt de facili per quemcunque uideri.

¶ Contrariam tamen opinionem, quòd præfatus uicarius & canonicus non poſsit conſequi, niſi unicam reſidẽtiam tanquam uicarius uel canonicus reſidens ad ipſius beneplacitum, tenent ibi d. Anto. & mouetur duabus rationibus, prima, quia eccleſia non poteſt dici habere ſeruitium, niſi unius, etiamſi ipſe fungatur uice pluriũ perſonarum: ſecunda, quia diſtributiones dãtur propter intereſſentiam diuinorum, in qua cultus diuinus eſt honorabilior ratione maioris numeri, ut habet in c. 1. de cle. non reſid. lib. 6. ſed qui eſt uice plurium non decorat chorum, prout facerent plures. Et idem per hanc rationem tenuit Aret. in d. cap. cum olim, dum legeret illud. & hanc partẽ tenet Nic. de Milo, maximus practicus Rom. cu. in ſuo repertorio in uer. diſtributiones, pro qua allegat tex. in cap. felicis. §. adijcientes de cenſi. lib. 6. & Rot. in nou. deciſ. 134. & hanc partem tanquam magis æquam arbitror etiam in puncto iuris ueriorem eſſe. ¶ Verum quia auctoritas Ioan. And. eſt magna in cõſulendo, & iudicando, ſuper qua fundatur Bal. & Car. conſulendo, & cum il-

5 lo ſtat * cõmunis opinio Doctorum, ut refert, & ſequitur Feli. in d. c. cum olim, ab iſta opinione non eſſet recedendum: † Nihilominus in huiuſmodi quæſtione ſtandum erit conſuetudini eccleſiæ, ut dicunt Petr. de Ancha. Car. Imo. d. Anto. & Abb. in d. c. cum olim. quos refert, & ſequitur Deci. in c. cum omnes in primo not. de conſtit. ubi dicit, quòd licèt in diſtributionibus quotidianis non ſit attendenda conſuetudo, quòd dentur non reſidentibus, ut eſt tex. cum glo. in d. c. 1. in uer. improbantes, de cler. non reſid. Secus tamẽ eſt in q. noſtra, quæ redditur dubia propter opiniones doct. quia ratione dubij attenditur conſuetudo eccleſiæ. et allegat Bal. & Card. in dictis conſi. & D. Anto. in c. cum dilectus col. 5. de conſuet. Sed in caſu q. noſtræ in eccleſia Concordiæ adeſt ꝯſuetudo antiquiſſima, quod uicarius & canonicus non percipit niſi unicam reſidentiam, ut ſtatim probabo. ergo iſte modernus uicarius non poterit percipere niſi reſidentiam unicam, licèt fungatur uice duorum, & hoc ad ipſius libitum eligendo perſonam uicarij, uel canonici. Probò conſuetudinem primo per quoddam pactum, aliàs factum de anno 1451. die 27. menſis Septembris inter Reuerendum P. D. Baptiſtam epiſcopum Concordien. & Decanũ, canonicos, & capitulum eiuſdem eccleſiæ. Quod capitulum ad preces præfati Reuerendi Do. epiſcopi, & de gratia ſpeciali contentauit, & conceſſit pro illa uice tantum, quòd D. Iacobus della Torre, qui erat uicarius dicti do. epiſcopi, & canonicus Concordien. haberet duas reſidentias, unam pro uicariatu, alteram pro canonicatu, cum expreſſa declaratione, & terminatione de conſenſu dicti dom. epiſcopi, & uicarij, & capituli, quòd de cætero nullus alius uicarius, & canonicus, poſsit percipere niſi unicam reſidentiam, & fuit deſuper celebratum publicum, & auctenticum documentum, ex quo datur intelligi, ꝙ per tempora retro acta, & per ſubſequentia ſeruabatur, quòd uicarius, & canonicus non percipiebat, niſi unam reſidentiam, aliàs ſuperfluum fuiſſet inſtrumentum; & concordia præfata, ſi ſeruata fuiſſet opinio Ioan. Andre. Quod etiam probo per libros reſidentiæ dominorum canonicorum dictæ eccleſiæ, in quibus apparet, quòd poſt dictam concordiam per multos annos fuerunt duo uicarij, qui etiam erant canonici reſidentes, qui tamen ſemper habuerunt unicam reſidentiam, & fuerunt infraſcripti, dom. Nicolaus Clericatus frater epiſcopi Concordien. alter dom. Antonius de Amelia. ex quibus concludo, quòd modernus uicarius, & canonicus ex conſuetudine dictæ eccleſiæ non poteſt, nec debet conſequi niſi unicam reſidentiam ex conſuetudine antiquiſsima eccleſiæ Concordien. quæ in iſto caſu dubio propter uarias opiniones doct. eſt attendenda.

## SVMMARIVM.

1 *In actionibus perſonalibus, prout in annuis præſtationibus, inducitur quidam ſtatus poſſeſſorius, ad quem debet reſtitui ſpoliatus.*

2 *Penſio impoſita per inferiorem a Papa, etiam per legatum Papæ ex cauſa uoluntaria, non obligat ſucceſſorem. & nu. 2.*

3 *Idem ſi impoſita ſit a Papa ex eadem cauſa, niſi conſtaret de ipſius certa ſcientia.*

4 *Penſio ex cauſa oneroſa obligat ſucceſſorem.*

5 *Ad effectum conſequendi reſtitutionem ad ſtatum priſtinum, debet probari ſtatus antiquus, ſaltem per unicam ſolutionem, ad quam poſſit fieri reſtitutio; nec iuuat exactio a prædeceſſore.*

6 *Quando uertitur quæſtio de penſione reali, ipſa penſio tranſit ad ſucceſſorem. et poteſt agi poſſeſſorio contra ipſum etiam ſi nunquam ſoluerit penſionem.*

7 *Idem quando debetur per eccleſiam alteri eccleſiæ: ex tunc pro penſione diu ſoluta a prædeceſſore poteſt agi contra ſucceſſorem denegantem penſionem remedio. c. querelam.*

8 *Petitorium, de quo conſtat ex actis abſorbet poſſeſſorium.*

## CONSILIVM CCCXXXVIII.

ALIAS del 1527. Domino Iulio Francho fuit conſtituta annua penſio duc. x. per tunc Reuerendum P. D. Altobellum Aueroldo legatum apoſtolicum in toto Dominio Veneto de conſenſu Petri Antonij rectoris, & poſſeſſoris capellæ ſancti Ioannis euangeliſtæ in eccleſia cathedrali Paduana conſiſtentis, ſuper fructibus dictæ capellæ, ex cauſa uoluntaria, per ſe, & ſucceſſores ſuos in dicta capella pro tempore exiſtentes. cui domino Iulio per illum rectorem fuit dum uixit perſoluta dicta penſio. quo uita functo, Capella fuit auctoritate apoſtolica uigore gratiæ apoſtolicæ mandati de prouidendo, & reſeruationis, prouiſum, domino Antonio de Lunda clerico Argolicen. de illa tanquam de uacanti, per obitum præfati rectoris ultimi, & immediatè poſſeſſoris. Qui dominus Iulius, tertio anno poſſeſsionis dictæ capellæ per domi. Antonium obtinuit a ſubexecutore mandari eidem Antonio ut deberet ſibi ſoluere decurſas penſiones trium annorum ſibi non ſolutas, & ſibi aliàs reſeruatas, etiam contra ſucceſſores, ut ſonant uerba impoſitionis penſionis, & cauſa hmõi introducta ad tribunal Reuerendiſs. D. legati, coram ipſius R. D. auditore, præfatus D. Anto. cõtra mentionem D. Iulij excipit, ꝙ non tenetur pẽſionem ſol-

uere, quia fuit impoſita ex cauſa uoluntaria, quæ non obligat ſucceſſorem, quando impoſita fuit ab inferiori a Papa, cum nec illum obligaret, ſi impoſita fuiſſet per Papam, niſi conſtaret de ipſius certa ſcientia. Procurator aduerſarij dicit, ſeu replicat, ſe fuiſſe, & eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem a præceſſore, qui conſenſit penſioni, quod curauit probare, & forſan probauit. Dominus Antonius duplicauit, q; iſtud remedium poſſeſſorium nó competit contra ſe, a quo ipſe dom. Iulius nunquam exegit; & ſic negatur aſſerta poſſeſsio contra ſe poſſe allegari, eo maximè; quia notoriè conſtat ex deductis in proceſſu de non iure petentis, in quo proceſſu etiam per utranque partem fuit deductum petitorium aſſertæ penſionis, & utrunque pro poſſe inſtructum. Quæritur nunquid ſit fundata intentio D. Iulij aduerſarij tam in petitorio, quam in poſſeſſorio. et prima facie uidebatur dicendum, q; ſic. Nam de petitorio uidetur conſtare ex tenore bullarum productarum in quibus grauantur ad penſionem etiam ſucceſſores, & de poſſeſsione ſua, ſeu quaſi uidetur conſtare ex probatis per ipſum, quia ſemper exegit illam a prædeceſſore donec uixit, in qua uidetur de iure debere conſeruari. c. querelam cum ibi not. de electio. cum ſimil. ut per Abb. in conſil. 23. lib. 2. Rot. in nou. deciſ. 4. in antiqu. 467. cum ſimilib. ut per Deci. conſil. 136.
1 † in quibus locis legitur, & not. quòd etiam in huiuſmodi præſtationibus, ſeu penſionibus annuis perſonalibus inducitur quaſi poſſeſsio, & quidam ſtatus poſſeſſorius, ad quem debet reſtitui ſpoliatus illa exactione antiqua per denegationem poſſeſſoris, & pro hoc uidetur deciſ. Guido Pap. 629. incip. Supra, ubi per multa latè probat, quòd ſacriſtia potuit agere poſſeſſorio recuperandæ pro penſione denegata a ſucceſſore in prioratu ſolita præſtari per priorem defunctum, licèt a ſucceſſore nihil unquã exegerit. ¶ Quibus non obſtantibus, arbitror contrarium de iure eſſe uerius in utroque petitorio, & poſſeſſo-
2 rio. et primo de petitorio, † ex quo fuit præſtitus conſenſus ex cauſa uoluntaria, & ex cauſa non oneroſa reſignationis, uel ceſsionis iurium, uel ceſsionis commendæ, uel diſſolutæ unionis, inferior a Papa non potuit grauare ſucceſſorem in beneficio, ad illam penſionem, niſi fuiſſet realis. c. niſi eſſent de præben. ubi Car. in 7. not. & in 3. quæſt. & in ſeptima opposit. & tradit Ludou. Gom. in ſuo libello ſuper regula de annali. fol. 134. nu. 5. queſt. 2. & per eundem fol. 87. nume. 8. & per Caſſa. d. c. 4. de penſio. fol. 76.
3 num. 6. ubi etiam dicit, † quòd Papa ſine cauſa non concedit penſionem, ut tranſeat ad ſucceſſorem, & allegat ſtylum cu. Rom. et quòd iſta opinio in caſu noſtro ſit uera, probatur per litteras Leonis Papæ Decimi, facultatum Reuerendo domino Altobello tunc legato directas de anno. 1520. productas, & regiſtratas in proceſſu, in quibus datur expreſſe illi facultas imponendi penſiones pro clericis reſignantibus, uel cedentibus beneficia, uel quouis alio modo per ceſſationem commendæ, uel per diſſolutionem unionis uacantibus, ne nimium diſpendium patiantur ex reſignatione, uel ceſsione, uel ceſſatio-
4 nis commendæ, uel ex illa diſſolutione per illos. † Quibus ex cauſis præmiſsis conferuntur beneficia illa uacantia, & per ſucceſſores ſuos, ſed in quæſt. noſtra in illo prędeceſſore, nulla fuit cauſa oneroſa, ſed duntaxat uoluntaria: ergo dom. Antonius ſucceſſor ad penſionem illã non tenetur, & iſtæ ultimæ litteræ Leonis facultatũ de l 1520. ſunt attendendæ, cum ſint fauorabiles, ex quo conueniũt cum iure communi iuxta glo. in c. 2. in uer. numerandum de præb. lib. 6. cum quibus concordant litteræ Adriani Papæ vj. in forma breuis, & ſub plumbo de anno 1511. directæ Reuerendo R. D. Thomæ Campegio Nuncio ſuæ ſanctitatis apud Ducem, & Dominium Venetorũ: & Clementis. vij. directæ eidem Altobello Aueroldo etiã Nuncio ſuæ ſanctitatis apud Illuſtriſs. Dñium de anno 1523. in quib. expreſſe cauetur, q; Nuncij pręfati, nõ poſsint imponere penſiones, quæ tranſeant ad ſucceſſores, niſi fuerint impoſitæ ex cauſa oneroſa. quæ litteræ ſunt productæ, & regiſtratæ in proceſſu. Ad ſecundum de poſſeſſorio dicitur, q; Iulius Francus non uenit reſtituendus ad aſſertam poſſeſsionẽ exigendi, quia duo debuit probaſſe poſſeſsionem, & deiectionem. altero deficiente, ceſſat poſſeſſorium. c. conſultationibus de off. deleg. c. olim. 1. & 3. de reſtit. ſpol. Sed Iulius non probauit poſſeſsionem exigendi ab Antonio de Londa, a quo nullam habuit penſionem; ergo ceſſat ſpolium per denegatam ſolutionem.
5 † Nam ad effectum conſequendæ reſtitutionis petitæ, debet probari ſaltem unica ſolutio pręcedens, ut dicit Abb. in d. conſi. 23. circa fi. & legit. & not. in c. cum eccleſia de cau. poſſeſ. ubi glo. in uer. trium, idem Abb. in d. c. querelam col. pen. Ange. inſtitu. de interd. in fi. principij in uer. Ex prædictis concludo. ¶ Nec obſtat, quòd exegerit a præceſſore, qui dicitur conſenſiſſe aſſertæ penſioni, quia illa exactio fuit reſtricta ad eius perſonam, quæ non obligat ſucceſſorem in quæſt. noſtra. c. niſi eſſent in fi. de præben. per quem ita not. Car. in q. not. dicens, Nota, quòd ex facto prælati, non obligatur ſucceſſor, ad penſionem. ¶ Nec obſtant tex. & ibi not. in d. c. querelam, & not. per
6 Abb. in d. conſ. 23. † quia ibi uertebatur quæſtio de penſione reali, quæ obligabat ſucceſſorem, & debebatur ab una eccleſia alteri eccleſiæ, ut dicit Abb. in d. c. querelam col. pen. & fi. & in d. conſ. 23. ideò ſucceſſor in eccleſia cui debebatur penſio, poteſt agere nomine ſuæ eccleſię remedio dicti c. querelam pro penſione iamdiu ſoluta pręceſſoribus ſuis, & poſtea ei denegata, ſeu ſubtracta, licèt ſucceſſor nunquam illam exegerit. Ita tenet Innoc. in d. c. in litteris, & poſt eum Rot. in antiq. deciſ. 467. Nota poſſeſ-
7 ſor, † & latius Rot. in nou. deciſ. 4. Poſſeſſor in principio. Quę allegat rationem, quia non ſucceſſor poſsidet, ſed eccleſia cuius nomine agitur, ut latè etiam tradit Abb. in c. cum ſuper colum. penul. de cau. poſſeſ. Non obſtat deciſ. Guido Papæ in d. deciſ. 629. quia loquitur in penſione reali, impoſita officio, ſeu dignitati prioratus, quæ pariter obligat ſucceſſorem in eodem officio, uel dignitate, quæ nunquam moriuntur, ut habetur in c. quoniam Abbas de offi. deleg. & in c. ſi gratioſe de reſcript. lib. 6. & ita expreſſe dicitur in d. deciſ. colu. 1. & 2. Quod etiam demonſtratur ex eo, quia pro ſua opinione Guid. Papæ allegat aliam rationem, q; ex uariatione perſonarũ ex parte rei, non mutatur ius actoris. & allegat legem ſecundã. §. ex his. ff. de uerbor. obligatio. quę loquitur in pluribus hęredibus defuncti obligati, quę obligatio nõ mutatur, nec alteratur ex perſonis hęredum, in quos trãſit eadem obligatio defuncti, & ius agendi contra eos, per titulum, ut actiones ab hęredibus, & contra hæredes. & ſic illa deciſ. loquitur expreſsè in ſucceſſoribus obligatis ad eandem penſionem, qui reputantur una, & eadem perſona cum præceſſore defuncto obligato, qui ſoluerat penſionem, ut latè ipſe explicat, & probat in prima ſecũda & tertia columna. ideò bona eſt concluſio illius deciſ. q; poſſeſsio exigendi a prædeceſſore, operatur etiam reſpectu ſucceſſoris obligati, licèt ab ipſo nunquam fuerit exacta penſio. quam confirmo, per text. in l. cum quæritur, & l. ſequenti. ff. de except. rei iudica. ibi, cum ſint eædem perſonæ, & eadem obligationis cauſa, quam in propoſita materia penſionis allegat Cardinalis in d. cap. niſi eſſent. q. 3. quod etiam demonſtrat alia ratio allegata in d. deciſ. colu. 3. dum dicit, quòd poſſeſsio non perditur ſine animo. l. ij. §. in admittenda. ff. de acquirend. poſſ. ſed ille ſacriſta, de quo ibi exigendo a priore defuncto penſionem, ſemper habuit in animo etiam exigendi a ſucceſſore in prioratu, quia durabat eadem obligatio, & ius exigendi ab eodem, uſq; ad denegatam ſolutionem, & ideò ibi in 4. colu. ponderatur animus ſacriſtæ, quia erat aptitudine natus, & aptus ad recipiendam penſionem a ſucceſſore obligato. Quæ rationes ceſſant in q. noſtra, in qua D. Antonius Lunda ſucceſſor, non apparet obligatus ad hmõi penſionem, impoſitam ex cauſa uoluntaria, quæ obligat duntaxat illum, qui cõſenſit tam de iure, quàm ex forma litterarum apoſtolicarum, de quib. in proceſſu; ergo nulla poſſeſsio in caſu iſto põt ɔſiderari, quia ubi ceſſat petitorium, ibi ceſſat poſſeſſoriũ, ut ſtatim infra probabo. et licèt prædicta pro abſolutoria obtinenda unico indicio, ſufficere uideantur; tñ ne uideanť ẽt aliæ rões deficere.

¶ Secundo

¶Secundo ad obiecta reſpondetur, quod in q. noſtra per
aduerſarium actum fuit etiam petitorio, nam fuit petita
per eum Paduæ coram ſubexecutore, & hic coram D. V.
penſio uigore ſuarum litterarum, & ex medio concluden-
di qualitas actionis demonſtratur, ut not. Barto. in l. certi
condictio in princ. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi prius in §. oppoſ.
ſecundæ partis. ff. de nou. ope. nuncia. ideò debuiſſet per
agentem petitorio, probari cauſa oneroſa petitæ penſio-
nis, ex qua ſucceſſor teneretur, ut tradit Abb. in d. c. quere
lam. col. pe. ſuper gl. in uer. per multa tempora in uerſic. ſi
autem agitur petitorio. Nec obſtat, quòd poſtea ipſe. D.
Iulius egerit poſſeſſorio, quia non apparet ſuſpenſum pe-
titorium, ideò utroque actum fuit de conſenſu partium
iuxta text. & ibi not. in c. 1. de reſtitu. ſpol. ubi Abb. in 4.
8 not. † quo fit, ut petitoriū, de quo conſtat notoriè ex actis
contra D. Iulium, & pro. d. Antonio de Lunda, reo conuen
to, abſorbeat poſſeſſorium, ut not. Inn. in c. conſtitutus de
fil. præsb. & legit. & not. in d. c. in litteris, & in c. ſi conſtite
rit de accuſa. & per Philipp. poſt alios in d. c. ad decimas
col. pen. & fin. de reſti. ſpol. lib. 6. in quibus locis, & in alijs
* quampluribus, docto. * communiter tenent, quòd defe-
ctus notorius proprietatis, de quo conſtet in actis, per iu-
ra producta, impedit reſtitutionem ſpoliati, prout cõſtat
in q. noſtra ex plurib. litteris apoſtolicis Leonis x. Adria-
ni. 6. & Clementis. 7. ¶Confirmatur ratio prædicta, quia
D. Antonius excipiendo ſe non teneri ad petitam penſio-
nem, intentauit negatoriam contra aduerſarium, qui alle
gat ſuam quaſi poſſeſſionem exigendi, & probauit ſe, &
beneficium per mortem Petri Antoni præceſſoris, fuiſſe,
& eſſe liberum a prætenſa penſione, ex quo fuit impoſita
ex cauſa uoluntaria, ideo agens contra illum, debet ſuccũ-
bere, per ea, quę not. Guid. Pap. in d. deciſ. 629. col. pe. poſt
Specu. in tit. de proprietate. Præterea iſta poſſeſſio, quam
allegat Iulius Francus, contra Antonium de Lunda, eſt cõ
tra ius commune, quòd obligetur ſucceſſor ad penſionem
ex cauſa uoluntaria impoſitam, ideò non releuat poſſeſſo
rem ab onere probandi titulum ſuæ poſſeſſionis, ut legit.
& not. in c. 1. de praeſc. lib. 6. & in d. c. ad decimas, per quę
tex. dicit ibi Philip. & Domin. in principio. quòd agens
iudicio reſtitutorio contra eum, qui iure communi iuua-
tur, prout D. Antonius, debet de titulo docere, aliàs ſuc-
cumbit, & in 5. not. dicit, quòd poſſidens aliquid contra
iuris diſpoſitionem, præſumitur eſſe in mala fide, ideo de-
bet oſtendere titulum, & facit ad prædicta gl. communi-
ter approbata i d. c. ad decimas, quæ dicit, quód exceptio
nocctoria in actis de iure ipſius rei conuenti, obſtat, agen-
ti poſſeſſorio recuperandæ. quam ibi refert, & ſequitur Phi
lipp. col. pe. Sed ex deductis in proceſſu, & ſupra per me,
conſtat notoria de bono iure Antonij de Lunda, rei ɔuen-
ti, quòd per obitum præceſſoris beneficium ſit ſactum li-
berum ab onere penſionis; ergo ſequitur quod dixi: Ideo,
d. Antonium eſſe in caſu abſolutoriè a petitis.

Ita arbitror iuris eſſe, ego Ioan. Baptiſtam Ferrettus.
doctor. ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Qui eſt prior in collatione beneficij, debet obtinere etiam in poſ-
ſeſſorio.*
2 *Poſſeſſorium adipiſcendæ eſt priuilegiatum, ut non admittatur
exceptio defectus tituli.*
3 *Collatio ordinarij etiam legati eſt nulla cum poſſeſſione ſubſe-
quuta, obſtante ſibi gratia expectatiua cum clauſula menſis, et
decreto irritanti.*
4 *Exceptio de notorio non iure, de quo conſtat in actis, impedit poſ-
ſeſſionem adipiſci, & reſtitutionem.*
5 *Qui eſt prior in poſſeſſione titulo colorato, debet in ea manutene-
ri contra poſteriorem poſſeſſorem.*
6 *Prior in poſſeſſione etiam momentanea eſt reſtituendus contra
quemcunque ſecundum poſſeſſorem.*
7 *Poſſeſſor etiam prima facie iniuſtus non debet priuari ſua poſſeſ-
ſione ſine cauſa cognitione ipſo poſſeſſore citato, etiam per re-
ſcriptum imperiale.*

CONSILIVM CCCXXXIX.

¶Pro Reuerendo domino Flaminio Boldù contra ſuos
competitores.

THEMA tale eſt; Vacante eccleſia ſancti Mar
tini de Salerolis Veronẽſis diœc. per obitũ pre
sbyteri Aloyſij Frugonij extra Ro. cu. defuncti
Dñs Flaminius per ſuum procuratorem in die
Dominico, quæ fuit ſecunda menſis Ianuarij proxime de
curſi, acceptauit dictum beneficium, & obtinuit ſibi de il-
lo prouideri per ſubexecutorem electum, in oim clauſulę
cæterum, uigore ſuæ gratiæ expectatiuæ. qui etiam dicta
die accepit poſſeſſionem ſeruatis ſeruandis, ut de prædi-
ctis conſtat auctentico documento per Antonium q. Tho
mei notarium Veronæ, qui etiam examinauit nonnullos
teſtes inſtrumentarios cum iuramento ſub die. 10. Ianua-
rij. qui dicũt, quòd Dominus Flaminius fuit primus poſ-
ſeſſor. Dicunt etiam dicti teſtes, quòd præfatus Flaminius
ſolus perſeuerat adhuc in poſſeſſione per actus poſſeſſo-
rios celebrationis miſſarum, & deputationis capellani,
cui presbyter Hieronymus procurator Flaminij, tãquam
capellano dedit denarios pro emẽdo oleum, & ceras pro
neceſſitate eccleſiæ & celebrationis miſſarum. Ex quibus
probatur poſſeſſio, ut eſt gl. approbata in uerſi. pacincam
in c. commiſſa de elect. lib. 6. & dicunt etiam dicti teſtes,
quòd nullus alius de competitoribus, reperitur continua
re poſſeſſionem in eodem beneficio. ¶Ad idem benefi-
cium concurrit presbyter Matthias Rogia clericus Bellu
nenſis, cui die Lunæ 3. dicti menſis Ianuarij de dicto be-
neficio, auctoritate ordinaria, fuit prouiſum per uiam cõ-
mendæ ad ſex menſes, de cuius tamen poſſeſſione non ap
paret. Concurrunt etiam ad eandem eccleſiam Reueren-
diſsimi epiſcopi Soranenſis, & Caſtellanenſis, & D. Vincẽ-
tius Caroſius, qui uigore ſuarum gratiarum expectatiua-
rum ſub die lunæ 3. dicti menſis Ianuarij dictam eccleſiã
acceptarunt, & de illa ſibi prouideri obtinuerunt, & quo-
rum nomine die Martis 4. dicti mẽſis fuit accepta poſſeſ-
ſio, ut de prædictis conſtat publicis documentis. Concur-
rit etiam ad hoc poſſeſſorium, quidam Hieronymus Paro
linus, clericus Veronenſis medio ſuo procuratore, uigore
gratiæ expectatiuæ, ſine tamen aliquo proceſſu fulmina-
to, acceptauit dictam eccleſiã in die Dominico ſecunda
Ianuarij, & dicta die accepit poſſeſſionem hora. 22. in cir-
ca, nulla ſibi facta prouiſione de dicta eccleſia. Et ſic di-
cta poſſeſſio fuit penitus diſcolorata; nam poſt accepta-
tionẽ requirebatur de neceſſitate prouiſio, & poſt proui-
ſionem poterat acquiri poſſeſſio. quia ita ſonant uerba
dictæ ſuæ gratiæ, quæ dat hanc formam, & conſequenter
ſequitur, quòd præfatus Hieronymus falſum narrauit, Pa-
pæ, a quo obtinuit nouam prouiſionem, quòd obtinue-
rat ſibi poſt acceptationem dictæ eccleſiæ, de illa proui-
deri. Et licèt per nouam illam prouiſionem obtinuerit ſi-
bi de illa eccleſia prouideri ſub dat. Maliani ſexto Idus
Ianuarij præſentis anni, nullam tamen poſſeſſionem di-
ctæ eccleſiæ poſt hanc prouiſionem adeptus fuit, unde ad
huc poſſeſſio illa pro Hieronymo eſt ſine titulo. Præfatus
D. Flaminius habet etiam nouam prouiſionem ſub dat.
Romæ. 13. Kal. Februarij. Ex facto prænarrato conſtat D.
1 Flaminium Boldu, † qui priori collatione uigore ſuæ gra
tiæ innititur, pręferendum eſſe in poſſeſſorio adipiſcendę,
de quo eſt quęſtio coram Illuſtriſsimo Dominio inter pre
fatos competitores. quos omnes ipſe preuenit in ſua col
latione, & prouiſione, ut probatur in c. ſi a ſede. in princi-
pio iuncta gl. 2. in uer. appareat. ibi ſi enim poſſet appare
re, quæ collatio fuerit primo facta, illa obtinebit. Sed iſta
prouiſio pro Flaminio fuit in die Dominico ſecunda mẽ
ſis Ianuarij, aliorum uero competitorum, collationes fue
runt factæ in die. 3. & 4. eiuſdem menſis; excepto Hiero-
nymo Parolino, cui nulla facta fuit prouiſio, uigore ſuæ
gratiæ expectatiuæ, ut dixi ſupra. Et ita tenet Abb. in c.
poſt electionem. col. fi. de conceſ. præb. in uerſi. Et ideo da
tur alius intellectus, dum inquit, quòd ibi agebatur poſ-
ſeſſorio

ſeſſorio adipiſcendæ, quod datur ei, qui habuit titulum, & ſolum agit, ut adipiſcatur poſſeſsionem beneficij, ut facit D. Flaminius, ut aſſequatur poſſeſsionem temporalem
2 fructuum per litteras ducales, & dicit Abb. † quòd iſtud poſſeſſorium eſt priuilegiatum, ut non admittatur cõtra illud exceptio defectus tituli requirens altam indaginẽ, niſi poſt adeptam poſſeſsionem. Idem tenet Abb. in cap. conſtitutus el 2. col. fi. de appel. & in c. accedens in 2. not. de accu. & in c. cum olim. col. pen. in cauſa poſſeſsionis, & ideo dicit Guid. Pap. q. 85. incip. Curia parlamenti, q̃ ad obtinẽdam poſſeſsionem beneficij, titulus coloratus ſufficit, qui coloratus dicitur, quando proceſsit per habentẽ poteſtatem conferendi, nec exigitur, quòd oſtendatur ualiditas tituli, niſi quo ad formam extrinſecam, & ita in terminis in poſſeſſorio adipiſcendæ in materia ad referendum principi ſeculari, conſuluit Deci. in uulgato conſi. 220. in cauſa beneficiali in principio lib. 2. ubi expreſsè conſuluit ad fauorem prouiſionis Papæ contra prouiſum ab ordinario, etiam ſi cõcurrerent in datas eiuſdem diei, per tex. in d. c. ſi a ſede in fi. ibi propter conferentis maio-
3 rem prærogatiuam: † quanto magis in caſu noſtro, præferendus eſt D. Flaminus præfato Matthiæ Rogia Bellunenſi, qui innititur collationi ordinarij Veronenſis poſteriori per unam diem, quæ collatio eſt etiam nulla ipſo iure, obſtante ſibi gratia expectatiua D. Flaminij, cũ clauſula menſis, intra quem facta fuit aſſerta prouiſio ordinarij, iñcta clauſula decreti irritantis omnes & ſingulas prouiſiones inferiorum collatorum. Quod decretum annullat petitoriũ, & poſſeſſoriũ ipſo iure, ut eſt caſus in clem.
* 1. §. ſecus. de conceſ. præb. ubi gl. & doct. * omnes ita tenent. & late tradit Guil. Caſſa. decìſ. 3. de præb. nu. 15. fol. 135. tergo, & ſequenti, & idem in 1. & 2. decìſ. in tit. de clauſula decreti in reſeruatione appoſita fol. 95. & ſequenti, ubi etiam probat, & dicit ita iudicatum in Rot. etiam cõtra collationem legati de latere, contra decretum irritans appoſitum in gratia expectatiua, cum clauſula menſis ad acceptandum pro expectante appoſita. Ex quib. conſtat
4 de notorio non iure dicti Matthiæ, † quod excludit eum, a petita poſſeſsione, coram principe ſeculari in materia ad referẽdum, ut noluit Abb. in locis prællegatis, & Dec. in d. conſi. 220. circa fi. quando conſiderat exceptionem de notorio non iure, quæ non requirit altam indaginem. Sed de ipſa notorietate non iuris, clare conſtat pro producta, ut tenet Rot. in nou. decìſ. 16. & 23. & eſt ratio, quia ſtante defectu, de notorio nõ iure, non debet illi dari poſſeſsio uitioſa, cum peccato, cõtra tex. & ibi not. in reg. pri-
* ma de reg. iur. lib. 6. & ideò doc. * omnes in c. in litteris de reſti. ſpol. maximè Abb. fol. 3. & 4. tenent, quòd non eſt danda poſſeſsio, nec ſpoliatus reſtituendis, niſi iuſtificetur poſſeſsio aliquo titulo ſaltem prima facie colorato.
¶ Præterea iſte Matthias nullam oſtendit poſſeſsionem ſpiritualem, ideò ad eius inſtantiam non uenit amouendus D. Flaminius legitimus poſſeſſor, qui diceretur de facto ſpoliari, quod fieri non debet, ut per plura iura & rationes tenet Rot. in nou. 160. inc. ſi reus, & dicam infra ſtatim in articulo ſequenti de poſſeſſorio. Et dictæ rationes militant contra Hieronymum Parolinum, qui ex defectu tituli non reperitur habere aliquam poſſeſsionem coloratam, quę eſt etiam nulla, ex quo fuit adepta aſſerta poſſeſſio contra formam dictæ ſuæ gratiæ expectatiuæ, quæ ante poſſeſsionem, requirit prouiſionem præcedentẽ, de qua non apparet. Cæteri uero tres competitores, etiam a poſſeſsione repelluntur per D. Flaminium, ratione prioris tituli, & collationis eidẽ Flaminio factæ per ſupradicta.
5 † ¶ Secundo principaliter D. Flaminius debet mitti, ſeu manu teneri in poſſeſsionem per litteras ducales, ratione ſuæ prioris poſſeſsionis titulo colorato, per tex. in d. c. ſi a ſede in principio ibi erit potior conditio poſsidentis. quæ ratio, & decìſ. procedit, etiam ſi omnes cõpetitores eſſent partes in data, ut ibi probatur: quanto magis in caſu noſtro in quo D. Flaminius eſt prior in data, ut conſtat per inſtrumenta prædicta collationum. & ita tenet ibi glo. a. in uer. appareat, & per tex. in eo. c. in §. ſi uerò & ibi gl. in uer. nouiter, quæ uult, quòd ille præferatur in poſſeſsione qui prius adeptus fuit illam: ſed D. Flaminius eſt prior in poſseſsione, ut patet ex themate, & per inſtrumenta poſſeſſoria, in qua etiam de præſenti reperitur: ergo in iſto poſſeſſorio debet obtinere. & pro hoc eſt decìſ. Gemi. in d. c. ſi a ſede. col. pen. & Philip. col. 1. in 2. not. ubi dicunt per illum tex. cũ ſuis gl. quòd ſi cũ titulo unus priorem habuit poſseſsionem beneficij, licèt poſtea alius, etiam cum titulo poſteriorem acquirat poſſeſsionem, non fit primo præiudicium. & hàc opinionem per prædicta & alia ſequitur Dec. in conſi. 169. col. pe. uerſi. uenio ad tertium lib. 1.
¶ Comprobo iam dicta per decìſ. Præp. Alex. in ſumma.
6 3. q. 1. fol. 4. col. 3. & 4. ubi dicit. † quòd prior in poſseſsione etiam momentanea, reſtituitur ad ſuam primam poſſeſsionem, & ſtatum contra quemcunque ſecundum poſſeſsorem, & atteſtatur, quòd ita in palatio apoſtolico obſeruatur: quanto magis D. Flaminius debet manuteneri in ſua prima poſseſsione, in qua etiam perſeuerat de præſenti, propter commodum poſseſsionis, ut probatur in d. c. ſi a ſede. ibi potior conditio erit poſsidentis. nam magnum eſt commodum poſseſsionis. §. commodum, inſt. de interd. & tradit Rot. in nou. decìſ. 160. cum ſimi. Hinc
7 ſequitur concluſio. † quod poſseſſor etiam prima facie iniuſtus, non poteſt de iure priuari ſua poſseſsione, ſine cauſæ cognitione, & poſseſſore citato, & per iudicem cõpetentem, ut ſunt iura clara in c. cõquerente de reſti. ſpo. ubi Abb. not. & in c. cum cauſa, ubi idem Abb. & Feli. latè de offi. deleg. & in c. licèt epiſcopus de præben. lib. 6. ubi Philip. in 3. & 4. not. quæ concluſio procedit, etiam ſi Imperator aliter reſcriberet, ut probatur in l. meminerint. C. unde ui, quia reſcripta reducuntur ad terminos iuris. l. nec damnoſa. C. de prec. impe. feren. c. cauſam quæ de reſcri. Nec obſtat ſi contra D. Flaminium, opponatur de cõſumptione ſuæ gratiæ, ex eo, quòd beneficium, de quo eſt quæſtio dicatur ualoris ducatorum 60. ut dicit Hieronymus Parolinus in ſua noua prouiſione. ſeu ducatorũ. 80. prout fuit expreſſũ in noua prouiſione Flaminij, quia ad eum reſpondetur, quòd ipſe D. Flaminius reperitur habilitatus ad iſtud beneficium, licèt fuerit ualoris. 80. ducatorũ ut apparet per nouã prouiſionem ſuam, & quia iſta exceptio concernit meritum, ſeu petitorium, & requirit etiam altiorem indaginem, cuius petitorij cognitio ſpectat iudici competenti eccleſiaſtico, & non illuſtriſsimo Dominio, & conſequenter nec D. V. R. quæ uices dominij in hoc obtinet. c. ſanè, de offi. deleg. ideo reſeruanda ſuperiori eccleſiaſtico, latius inter competitores diſcutienda, ut eſt de ſtylo, & conſuetudine dominorum relatorum, & etiam eſt de iure, ut in terminis. q. noſtræ ad referendum poſt alios concludit Deci. in d. conſ. 220. circa fi. & Guid. Pap. q. 85. Vnde ſtantibus prędictis, partes D. V. R. ſunt in referendo Illuſtriſsimo dominio litteras, poſseſſorias ducales eſſe tradendas pręfato D. Flaminio, reſeruata. q. proprietatis coram iudice competenti eccleſiaſtico latius diſcutienda.

## SVMMARIVM.

1 *Probato contractu præſumuntur omnia legitima interueniſſe neceſſaria ad illum.*
2 *Qui allegat metum ad annullandum matrimonium, debet illum concludenter probare.*
3 *Magis creditur duobus teſtibus de metu, quàm mille de ſpontanea uoluntate.*
4 *Et teſtes deponentes de metu contra matrimonium, debent eſſe omni exceptione maiores, & debent eſſe conteſtes.*
5 *Ad probandum matrimoniũ meticuloſum, debet probari timor mortis, uel corporis cruciatus per actus facti, qui cadat in conſtantem.*
6 *Non ſtatur confeſsioni coniugum de impedimento contra matrimonium probatum, niſi aliter de illo conſtet.*
7 *Proteſtatio de metu nihil ualet, niſi ſit iuſta cauſa ueſtita, & etiã probetur.*
8 *Non iactationibus, uel proteſtationibus, ſed atrocitate facti, debet metus probari.*
*Et liquidis probationibus, nec ex ſolis minis, niſi deuentum ſit ad actum*

*actũ cohabitationis, niſi qui minat̃ conſueuerit minas exequi.*

9 *Proteſtatio, quæ tendit ad remouendam mentem a falſo, non operatur, niſi fuerit iuſta cauſa ueſtita, & probata.*

10 *Non iuuat proteſtatio in actu non dependenti a uoluntate unius, ſed duorum, niſi ambo conſentiant.*

11 *Cohabitatio ſpõtanea mulieris in domo mariti, cum quo per uim contraxit, ceſſante metu, purgat illum, & facit ualere matrimonium, & ſi fuit longa cohabitatio arbitrio iudicis ipſa non auditur ad allegandum metum.*

12 *Et ex longa cohabitatione inſurgit præſumptio, quòd habuerit opportunitatem fugiendi; quanto magis ſi inter ipſos iugales interuenit copula.*

13 *Copula non præſumitur meticuloſa ex capite Reuerentiæ uel ſuperioritatis mariti, uel fratrum ſuorum ſimpliciter, niſi concurrant minæ, uel uerbera.*

14 *Unica copula carnalis ſpontanea purgat metum: uel cohabitatio ſpontanea cum marito per tres dies, uel etiam per unam diẽ metu ceſſante.*

15 *Præſumitur mulier in libertate eundi, & redeundi ad domum maritalem, niſi probauerit ſibi poſitas cuſtodias, ſeu ſtetiſſe clauſam cum cuſtodibus.*

## CONSILIVM CCCXL.

IN præſenti cauſa Porcellina, arbitror non eſſe probatam exceptionem metus, oppoſitam per Magnificam D. Andrianam contra libellum Nob. D. Nicolai Vercelenſis eius mariti, ſuper fœdere matrimonij, de quo non dubitatur, cum fuerit contractum in faciem eccleſiæ in præſentia quamplurium. Ad quod probandum ſunt examinati. 14. teſtes, cõtra quos nihil fuit probatum, de quo etiam apparet chirographum manu ipſorum iugalium ſubſcriptum, & teſti-
1 bus roboratum. Hinc ſummitur concluſio † quòd in huiuſmodi contractu præſumuntur omnia ſolemnia, & habilia, requiſita interueniſſe, per tex. in c. 1. quod met. cau. per quem ita dicit ibi Abb. col. pe. in princ. gl. pen. & per text. in c. in præſentia de proba. Quem etiam not. ibi Abb. ubi probata profeſsione, præſumitur, quòd profitens habebat legitimam ętatem, & omnia alia requiſita, ideo neganti
2 incumbit probatio. † Hinc Abb. in d. c. 1. infert, quòd mulieri, quæ allegabat metum, incumbit onus probandi illũ concludenter, & dat exemplum de duobus teſtibus iux.
3 regulam iuris diuini, & humani, † quibùs magis creditur quàm mille dicentibus de ſpontanea uoluntate, ut dicit Inno. in c. ſuper hoc. Car. in c. cõſultationi de ſponſ. idem tenet Alex. in conſi. 156. col. 2. in fin. lib. 5. & in conſi. 99. col. 1. in fi. lib. 3. & Corn. conſi. 41. col. 1. lib. 2. Alex. & Iaſ. in l. interpoſitas. C. quod met. cau. cum ſimi. ut per Nic.
4 Boer. deciſ. 100. col. 7. nu. 3. & 4. in 1. parte. † Et teſtes de metu deponentes debent eſſe omni exceptione maiores, ex quo deponunt ad infringendum matrimonium ſponte, & publicè contractum, ut dicunt teſtes deſuper examinati, ut eſt tex. in c. 1. de conſan. & affi. ubi glo. & in cap. in litteris in fi. de teſti. & in c. inſuper in principio qui matri. accu. poſſ. per quem dicit ibi Butri. in 4. not. quòd teſtes contra matrimonium producti, debent eſſe fama, & conuerſatione præclari, & ita tenet Alex. in d. conſi. 156. ubi col. 3. facit hoc obiectum, & in d. conſi. 99. col. 2. in princ. & quia in caſu Alex. teſtes, qui depoſuerant de metu, non erant tales ipſe adiuuat eorum dicta per alia argumenta, & in d. conſi. 156. col. 3. nu. 5. requirit, quòd ſint conteſtes, idem Corn. in d. conſi. 41. col. 1. ¶ Secundo pro faciliori reſolutione dubiorum, præmitto, quòd ad probandum
5 matrimonium meticuloſum † debet probari timor mortis uel corporis cruciatus per actus exteriores facti, qui cadat in conſtantem. c. ueniens el 2. in fi. de ſponſ. per quẽ dicit Abb. in 4. not. quòd metus, qui non cadit in conſtantem, non habet impedire matrimonium, licèt ſit actus, qui ſummã libertatem requirit, & idem probatur in c. conſultationi in fi. eo. tit. iuncta gl. fi. quæ allegat bona iura, per quem text. ita ibi colligunt Car. & Butr. & ita in terminis arguit Alex. in d. conſi. 156. col. pe. nu. 12. & in d. conſ. 99. col. 1. ubi dat exempla de utroque timore, & latius explicat utrunque Gemi. in conſi. 15. col. pe. uerſi. ſuper ſecundo dubio, ideo dicit tex. in c. cum dilectus quòd met. cau. quòd niſi probetur metus, qui contineat periculum mortis, uel corporis cruciatum, non redditur actus meticuloſus, unde ſequitur, quòd mulier, quæ ad diſſolutionem matrimonij, allegat metũ, ſeu uim in genere, nihil facit, quia debet ſpecificare, & probare, metum cadentem in conſtantem ad excluſionem uani timoris. l. metum, la. 2. ff. quod met. cau. c. de muliere deſponſ. ſed D. Andriana per teſtes parte ſua examinatos, non probauit aliquem actum extrinſecum ſibi illatum per aliquem ex fratribus ſuis, nec per patruum, uel aliquem alium importantem timorem mortis, uel cruciatum corporis, uel aliquid aliud, quod habeat impedire liberum conſenſum ipſius Dominæ, ut patet diſcurrendo dicta omniũ teſtium parte ſua examinatorum, quorum nonnulli dicunt, quòd ipſa. D. Andriana ſibi ante matrimonium dixerat, quòd non intendebat contrahere cum D. Nicolao niſi per uim. & poſtea, quòd contraxerat, per metum, & quòd nolebat eum, & ſi contraheret, non ſtaret cum illo, & ita ex ore ipſius dominæ, & D. Lydiæ amitæ ſuæ, & forſan aliorum, dicunt ſoror Seraſina, & ſoror Pacifica, & Antonius frutarolus, & ſorores Blanca de Codacijs, & Lucieta, de Leone, & Angelica cõmitiſſa, quorum dicta ſunt ſingularia. quæ etiam ſi eſſent conteſtes, nihil concludunt de metu cadente in conſtantem per actus extrinſecos, facti, ad metum incutiendum habiles, & a iure approbatos, ſed de uerbis duntaxat prolatis ab ipſa. D. quæ uerba poſſunt intelligi de metu uani timoris, qui nihil releuat iuribus præallegatis, ſola. D. Lydia depouit ex ore Andrianæ, dum eſſet infirma ante contractum, quòd ipſa potius nolebat mori, quàm nubere. D. Nicolao, & quòd eius fratres ſibi minabãtur cum armis, & quòd ſi inueniſſet locum tutum, aufugeret de domo, & quòd idem intellexit ab ea per. 8. dies poſt contractum, quòd contraxerat per uim, & metum mortis ſibi cõminatæ per patruũ, & eius fratres, ſed dicto iſtius in aliquo nõ eſt credendum. quia ſola, & amita D. Andrianę eidem ualde affecta, & ſic non omni exceptione maior, prout requiritur ad probandum metum, ut dixi ſupra. Item ex alio non eſt ſtandum dicto ipſius Andrianæ, cum ſit pars, etiã ſi Lydia haberet conteſtem, immo etiam ſi huic aſſertio-
6 ni, ſeu dicto conſentiret. D. Nicolaus eius maritus. † quia confeſsioni coniugum de impedimento non ſtatur contra matrimonium legitimè probatum, ut legit. & not. in c. ſuper eo, de eo qui cogno. conſan. & in terminis decidit Car. in d. c. conſulationi in uer. quæro quæ eſt differentia, in uerſi. item proponebat, ubi dicit, quòd non ſtatur aſſertioni uxoris de metu contra matrimonium, etiam ſi maritus idem dicat, niſi aliter de illo fiat probatio. quod probatur in d. c. ibi. cum legitimis, & idoneis teſtibus de matrimonio deponentibus, nõ debeat illarum ſimplex aſſertio præualere, & in fi. ibi, ſed de illato metu eſt cum diligẽtia inquirendum, qui ſi talis inueniatur illatus, qui potuit cadere in conſtantem, erunt non immerito audiendæ. & ibi Anch. in 2. not. dicit, quòd non partibus, ſed teſtibus eſt credendum, & in 4. not. ſubdit, quòd mulier bene admittitur ad probandum metum, per quem non conſenſit in matrimonio, ſi ſtatim fugit a domo uiri, ſecus ſi in domo remanſiſſet, etiam ſi ipſa diceret maritum ſibi diſplicere, & in 6. not. dicit, quòd ſi quis uititur cõtractum reſcindere ratione metus, debet probare talem metum, qui po-
7 tuerit cadere in conſtantem. ¶ Confirmo prædicta † qa in huiuſmodi materia non inuat proteſtatio, ſeu aſſertio, niſi ſit ueſtita iuſta cauſa, & probata teſtibus, ut probatur in c. 1. quod met. cau. ubi Abb. & docto. not. quæ ſunt notanda ↄtra D. Andrianam, quę non probauit aſſertionem, ſeu proteſtationem ſuam factam, ut dicitur ante, & poſt matrimonium de aſſertis metu, & uiolentia, nec impleuit illam, quam dicitur feciſſe de fugiendo de domo quàm primum poſſet, ut infra dicam. ¶ Apparent etiam falſa dicta ipſius D. Lydiæ, quæ ex ore dominæ Andrianæ, teſtificata fuit de aſſerto metu cum armis per fratres, & patruum, de quibus dixi ſupra, ex ipſo facto. Nam conſtat per teſtes examinatos ſuper contractu matrimonij, illud

fuiſſe

fuiſſe contractum publice omni metu,& coactione ceſſan
te,& per ipſam D. in plena libertate,& ſecuritate conſtitu
tam,& liberè,& ſponte ſubſcripſiſſe chyrographo. Coadiu
natur huiuſmodi libertas,& ſecuritas,per nuptias,& con-
uiuia & tripudia publica per aliqnot dies ſubſequuta mo
re Nob. ciuiratis Paduæ, cum concurſu totius ciuitatis.
quæ ſolennia non ſolent fieri in matrimonijs uiolentibus
& meticuloſis. de hoc dicit ſoror Ioanna de Benenatis in
C. fol. 2. ergo,& ſoror Luciera de Leone in C. ſol. 41. ad ſi-
gnū. ✠ Vnde ſequitur, quòd aut aſſertio Andrianæ,& de
poſitio Lydiæ ſunt falſa, prout magis credo, aut ab aſſer-
to timore fuit receſſum per matrimonium ſpontaneum
poſtmodum ſubſequutum ex interuallo, ut dicit Abb. in
8 c. 1. de lit. conte. col. 6. uerſi. ad ultimum. † & proteſtatio
aſſerta etiam ſi fuiſſet facta legitimè nihil proteſtanti pro
deſſe debeat. Probo per tex. in l. metum. C. quod met. cau.
ubi dicitur, quòd non iactationibus, uel conteſtationibus
tantum, ſed atrocitate metum probari conuenit, per quē
dicit ibi Odofre. qnòd debeo probare metum non iacta-
tionibus, uel proteſtationibus, ſed atrocitate facti, quo tu
metum mihi intuliſti,& in fi. dicit, quòd metus debet pro
bari claris probationibus,& ex atrocitate facti metū pro-
ceſsiſſe,& ibi Sali. dicit, quòd acclamatio, uel rumor illius
qui dicit ſe metum pati, non probat metum, & quod tunc
eſt iuſtus metus, dummodo concurrat cum comminatio-
ne factum atrox ad metum inducendum, & etiam ex illo
tex. colligit, quòd ex ſolis minis non probatur metus, niſi
fuerit deuentum ad actum coactionis, niſi ille, qui mina
tus fuit, conſueuerit uerba ſua perducere ad effectum, per
quæ tolluntur omnia, quæ dicta ſunt per teſtes pro D. An-
driana examinatos, etiam ſi omnes eſſent conteſtes,& om
ni exceptione maiores, quia non dicunt, nec probant de
aliquo facto, uel comminato contra D. Andrianam, per
quod inferatur metus mortis uel cruciatus corporis, uel
amiſsionis bonorum, uel libertatis, ſeu aliorum, qnæ ſo-
lent metum inferre, cadentem in conſtantem mulierem,
ſed omnia dicta per eos conſiſtunt in uerbis Dominæ An
drianæ, proteſtantis, ſeu aſſerentis de ui,& metu, a qua in
effectu omnia teſtificata dependent,& ideo Alex. in d. cõſi.
99. & 156.& Corn. conſi. 41.& Anch. conſi. 299. & Gemi.
conſi. 15. cum alijs infinitis ſimi. requirunt ad probandū
metum, quòd teſtes deponant de carceratione, uel de per-
cuſsione, ſeu de terrore armorum, uel de metu tyranni, ſeu
de cruciatu corporis, uel aliàs de minis per ſolitum illas
exequi,& quòd proteſtatio. D. Andrianæ etiam legitimè
probata de metu, cadente in conſtantem ordinata per eā
ad tollendam, ſeu remouendam mentem ſuam a facto. i.
9 a matrimonio futuro, nihil operetur, niſi fuerit † ueſtita iu
ſta cauſa,& probata per proteſtantem, deciditur per text.
in d. c. 1. quod met. cau. quem ibi not. D. Ant. in 4. not. ſe-
cundę partis col. 1. in fi. ubi dicit, quòd proteſtatio contra
ſuſceptionem uelli de animo non profitendi, non iuuat
proteſtantem, non ſubſiſtente iuſto metu,& ideo ille text.
in fi. decidit, quòd niſi illa mulier, quę ante ingreſſum, fuit
proteſtata dę meticuloſo ingreſſu, probauerit metū, quo
fuit ueſtita proteſtatio, obligata erit religioni, idem Butr.
dicit col. 2. ante medium ſoluendo contrarium de c. cum
M. de conſti. dicens, quòd in d. c. 1. proteſtatio erat ueſtitā
iuſta cauſa, ſcilicet ex metu cadenre in cōſtantem, qui me
tus eſt iuſta cauſa ad detrahendum uoluntatem præſum-
ptam de actu,& etiam ibi dicit, quod etiam ſine illa pro-
teſtatione ex metu iuſto ingreſſus foret nullus, quia pen-
det a libera uoluntate ingredientis; ergo metus ipſo iu-
re inficit. c. cum locum de ſponſ. Tota ergo uis conſiſtit in
metu, utrum ſit iuſtus, cadens in conſtantem. qno proba-
to uitiatur actus,& non in proteſtatione, quæ non opera-
tur aliud, niſi quia faciliorem reddit probationem metus,
unde ſeqnitur id qnod dixi, quòd proteſtatio (ſi meretur
ita dici) dictæ. D. Andrianæ de metu fratrum,& patrui ad
mortem, uel cruciatum corporis, facta ad remouendum
mentem illius a matrimonio futuro, nihil operatur ad an
nullandum matrimonium ſubſeqnutum, niſi piobato me
tu, de quo fuit proteſtata. qui etiam ſine proteſtatione ſi
per teſtes fuiſſet probatus, matrimonium annullaret.

¶ Alia etiam ratione, illa proteſtatio non poteſt impedi-
re actum futurū ex dicto D. Antonij in d. 4. not. ubi dicit.
10 † quòd in actibus non pendentibus a facto tantum prote
ſtantis, non iuuat proteſtantem, ubi proteſtationi non cō-
ſenſit is, cum quo uinculum principaliter innititur, ut pro
batur in d. c. inducendo, ut ibi per eum. Ex quibus ſatisfa-
ctum puto nono,& ultimo euidentiali, ſubtili, & eleganti
Reuerendi domini Anditoris: quæ tamen ratio procede
ret in dependentibus a uoluntate partium tantum, & po-
teſt contra D. Andrianam adduci exemplum, quod ponit
Hoſti. in c. licèt ex quadam in principio de teſti. ſuper uerſ.
exemplis de quodam Raymundo Bareli, qui ad annullan
da matrimonia inueniebat parentelam,& ipſam compu-
tabat per gradus, dicens ſe quaſi omnes uidiſſe, & hoc aſ-
ſerebat coram nouem, ſeu decem, poſt diuidebat illos per
tres partes, & ſic tres ex illis coram alijs quàmplurimus
hoc idem aſſerabant, dicentes, quòd ita audiuerunt a ma-
ioribus ſuis,& alij tres coram alijs pluribus ſimiliter dice-
bant,& ſic faciebant alij tres, unde eueniebat, quòd plus-
quam uiginti deponebant in iudicio ſuper parentela. qui
tamen omnes habuerant originem ab illo ſolo Barela, &
conſequenter nihil probant, quia erat probatio contra il-
lum tex.& ſic euenit in caſu noſtro, in quo ſola Andriana
(ſi uera ſunt teſtificata) dixit ante, & poſt matrimonium
de aſſertis timore,& uiolētia in uarijs locis,& coram plu-
ribus, qui poſtmodum diuulgarunt uerba hæc inter alios
ideo diffuſa fuerunt. Hinc orta fuit aſſerta fama. ¶ Non
obſtant quædam obiecta per Reuerendum D. Auditorem
uidelicet conſilium Anch. 299. quia in illo conſtabat de
notoria ſæuitia Ottonis tam in illa, quàm in alijs cauſis,
& de captura perſonæ Nini,& de alijs actibus extrinſecis
ad incutiendum timorem mortis, & cruciatus corporis:
ſimiliter reſpondeo ad conſilium Cum. 68. ut conſtat ex
lectura ipſius. ſed in caſu noſtro nō conſtat de aliquo me
tu, niſi ex ore ipſius Andrianæ, ut dixi. ¶ Præſupoſito
etiam quòd matrimonium fuiſſet per metum contractū:
11 tunc dico † quòd ipſa D. Andriana cohabitando ſpon-
te in domo ſua cum D. Nicolao pacificè per menſes tres,
& dies. 16. continuos, ut conſtat ex facto a die contractus
uſque ad ipſius fugam de domo, purgatus cenſetur metus
c. 1. in fi. quod met. cauſ. c. ad id quod de ſponſ. ubi eſt ca
ſus, quòd ſola longa cohabitatio uoluntaria poſt metum,
arbitrio tamen iudicis, purgat uitium metus,& ætatis, &
inducit præſumptionem iuris,& de iure pro matrimonio
contra quam non admittitur mulier ad probandum con-
✠ trarium, ut dicunt ibi Docto. * communiter, maximè. D.
Ant. in 2. 3.& 4. not. qui in fi. etiam dicit, quòd quando ap
paret de uoluntaria cohabitatione, non exigitur tāta mo-
12 ra, quia momētanea inducit matrimonium. † & quòd eſt
præſumptio iuris, quòd habuerit opportunitatem ſugien
di ex longa cohabitatione. Sed de longa conſtat ex facto,
ut dixi: de ſpontanea,& libera deponunt teſtes infraſcri-
pti, magiſter Ventura in . A. fol. 44. D. Corona fol. 58. ter-
go, magiſter Vincentius fol. 43. D. Afra fol. 41. tergo,& 42.
D. Petrus fol. 20. Hoc idem dicunt tres teſtes pro D. An-
driana examinati, frater Conſtantinus in B. fol. 38. ſuper.
c. 58. tergo.& fol. 40.& 41. ad ſignum ✠ ſoror Chriſtina in
C. fol. 5. tergo D. Diana de Cataro in C. fol. 30.& tanto ma
gis procedunt prædicta, ex quo inter ipſos iugales inter-
uenit copula per totum tempus, quo in ſimul ſteterunt, &
in eadem domo, lecto,& menſa, ut conſtat ex depoſitione
plurium teſtium, quia tunc omnino præſumitur pro con-
ſenſu, niſi probaretur per uim, copulam extortā fuiſſe. ita
in terminis tenet Abb. in d. c. ad id in ultimis uerbis alle-
gat tex. in c. conſultationi eo. titulo ubi Car.& Butr. idem
tenent, ſed de copula uiolenta non conſtar: ergo ſequitur
13 quod dixi. † Nec ex eo poteſt præſumi meticuloſa, ex ca-
pite Reuerentiæ uel ſuperioritatis mariti, uel fratrum ſuo
rum in inferiori parte domus habitantium, niſi minæ, uel
uerbera adhunc effectum præcedentia probarentur, per
not. Inno. in c. cauſam matrimonij de offi. deleg. quem ibi
ſequunt, Bal. Car. Anch.& Abb. cū ſimi. ut per Felin. col. 1.
& 2. idem tenet Bart. in l. 1. §. quæ honorandæ. ff. qua. rer.
✠ act. no. dat.& eſt communis * opinio, ut latiſsimè refert,&
atteſtatur

atteſtatur Nic.Boer.deciſ.100.col.4.nu.1.& 12.in 1.parte,ſed minæ,uel uerbera non ſunt probata per ipſam. D. ergo &c. ¶ Comprobo prædicta per tex.in c.inſuper.qui matri.accu.poſ.ubi dicitur,quòd puella inuita deſponſata infra nubilem ætatem,ſi facta maior non reclamauit,
14 ſed paſſa fuit ſe carnaliter cognoſci etiam ſemel † non debet audiri contra matrimonium tacito conſenſu confirmatum. Quanto minus debet audiri.D.Andriana maior, & ſagax,quæ totiens per multiplicatam copulam in matrimonium conſenſit,& ibi.D.Ant.in 2.oppo.poſt glo.tenet,quòd in dubio præſumptione iuris, mulier præſumitur uoluntariè cognita,& inferius in 3.oppo. dicit hoc eſſe ſpeciale in matrimonio propter publicam utilitatem, ne ita de facili diſſoluantur. & dicit ibi Hoſti.quem refert & ſequitur Anch.in 4.not:& D.Ant.in 4.opp. ꝙ ſi puella, quæ inuita contraxit, adueniente pubertate, tribus diebus poſt traductionem manſit in domo uiri, etiam ſine copula,non poteſt poſtea contradicere,quia reſultat matrimonium præſumptum. Immo dicit Præpo. in d.c. ad id col.2.quòd cohabitatio ſpontanea unius diei cum marito,purgat metum. Verum quia ipſa.D.articulauit,quòd ipſa ſtando in domo ſua,non erat in libertate,quia cuſto-
15 diebatur per fratres ſuos: dico † quòd tenebatur hanc cuſtodiam,& prohibitionem probare, quod minime fecit,& ita tenet Oldra. in conſi.35.& Corn. in d. conſi.41. & Alex.in d.conſi.99.col.fi.nu.10.& Cum.in d. conſi.68. col.1.& latius cæteris Gemi.in d. conſi.15.col.4.in 2.dubio.qui omnes ad tollendam libertatem in homine, conſiderant carceres,& loca clauſa, & cuſtodes, ſine quibus præſumitur libertas ſtandi,exeundi,& redeũdi ex illa longa cohabitatione in domo ſua,cum ſuo marito. quæ etiã libertas apparet ex ipſo facto,probato per teſtes prænominatos.

SVMMARIVM.

1 *Reus non tenetur reſpondere interrogationibus ad inſtãtiam partis productis,quia hodie fiunt tantum officio iudicis ex quadam æquitate.*
2 *Interrogationes debent regulariter fieri in tempore, quo fieri poteſt probatio.*
3 *Super materia metus probandi ad infringiendum matrimonium, non ſunt facienda interrogatoria; ex quo confeſsio partium, nihil prodeſſet.*
4 *Interrogatoria,quæ concernunt negotium principale, ſunt facienda per uerba aſſertiua cum iuramento producentis.*
5 *Deficiente æquitate,iudex non debet facere interrogatoria.*

¶ In cauſa Portellina.

CONSILIVM CCCXLI.

DOMINVS Nicolaus Vercelenſis non tenetur reſpondere interrogationibus ad inſtantiam partis aduerſæ productis. ita tenet glo. fi.in fi.in c.pe.de iuram.calum.quam ſequuntur ibi doct.& Abb.col.5.in uerſi.tertiò dicit gl. adducit
1 rationem,dicens † quòd hodie interrogationes fiunt tantum officio iudicis ex quadam æquitate. Idem dicit Philip.in c.1.col.1.de confeſ.lib.6.per tex. in l.ubicunque. ff.
2 de interrog.act. ¶ Secundo, † quia interrogationes debent regulariter fieri infra tempus, infra quod debet fieri probatio,& ante publicationem atteſtationum, & quòd non ſit probationibus renunciatum. Ita dicit Abb. in d. c.pe.col.5.in fi.ſed in q.præſenti pars aduerſa non poſſet amplius aliquid probare ſuper articulis de aſſerto metu, nec ſuper oppoſitis contra teſtes,ex quo habuit omnes dilationes,quas potuit de iure,& de ſtylo obtinere,& ultimã habuit de gratia ſpeciali,& ſunt publicata,& didicita dicta teſtium, & renunciatum ulteriori probationi per tot citationes ad ſententiam,& ad inſtantiam partis aduerſæ factas,ut omnia ſunt nota ex actis cauſæ; ergo interrogationes non ſunt admittendæ. ¶ Tertio, quia ſatis conſtat ex dictis teſtium de uoluntaria cohabitatione ſatis longa dominæ Andrianæ,& copula carnali cum domino Nicolao.quæ uoluntas inſurgit etiam præſumptiue ex diſpoſitione iuris,ex quibus inducitur matrimonium præſumptione iuris,& de iure,ita ut non admittatur aliqua probatio in contrarium ſuper allegato metu pro parte puellæ,ut eſt caſus in c.ad id quod de ſponſ.ubi gl & Doct.maxime D.Ant.in 4.not.& in fi.qui hoc decidit in terminis. Nec obſtat,ſi dicatur,quòd admittitur confeſsio contra præſumptionem iuris,& de iure, ut notatur in c. is qui fidem de ſponſ.cum ſimi.quia reſpondetur,quòd confeſsio in caſu noſtro ſpeciali ratione inferius dicenda, nõ uenit
3 admittenda. † ¶ Quarto dominus Nicolaus non debet interrogari ſuper materia articulati metus, qui tendit ad decimandum matrimonium, in quo confeſsio etiam amborum coniugum,nihil prodeſſet,ex quo uerſamur in materia, quæ non dependet a conſenſu partium. c. ſuper eo cum ibi not.de eo qui cogno.conſan.& ita in terminis decidunt Petr.de Anch.& Car. in c. conſultationi de ſponſ. per illum tex. ¶ Quinto quando aduerſaria eſſet etiam in termino producendi interrogatoria,& in materia, quæ penderet a conſenſu partium,adhuc dico, quòd dominus
4 Nicolaus non poſſet cogi ad reſpondendum † quia ex quo interrogatoria concernunt deciſionem negotij principalis,deberent fieri per modum poſitionis per uerba aſſertiua cum iuramento producentis,& non per modum interrogandi,aliàs reus illis non cogitur reſpondere, per deciſ.Ro.in nou.31.& in antiq.486.& ſequit Abb.in d.c.pe. col.6.uerſi.quarto dicit gl.& Philip.in d.c.1.col.1. qui adducunt rationes,& Philip.etiam adducit ſtylum Ro. Cu.
5 ſuper hoc paſſu. † ¶ Sexto deficiente æquitate,non ſunt admittendæ interrogationes, ut probatur in d.l. ubicunque per quam ita dicit Phili.in d.c.1.in 3.not.Sed nulla æquitas (ut arbitror) in materia iſta obiectiua,& odioſa allegati metus,qui tendit ad dirimendum matrimonium tã fauorabile ex cauſa publica,& diuina, poteſt mouere iudicem ad interrogandum, ergo ſequitur, quod dixi. Vltimo non ſunt admittenda interrogatoria, quia præſumũtur producta, & imaginata ad intricandum, & impediendam expeditionem cauſæ, poſtquam pars aduerſa uidit, & ſentit ſuccumbere ob defectum probationum articulati metus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus inſordeſcens in cenſuris per triennium eſt priuatus ipſo iure ſuis beneficijs,& inhabilitatus ad obtinenda beneficia.*
2 *Clericus percutiens alium clericum notoriè,ita quòd factum nõ poteſt celari eſt excommunicatus a iure, nec eſt opus declaratoria.*
3 *Contra inſordeſcentem in cenſuris, poteſt procedi tanquam cõtra ſuſpectum de hæreſi.*

CONSILIVM CCCXLII.

¶ Pro Reuerendo domino plebano S. Lucæ contra Reuerendum D.Io.Baptiſtam Barbo.

PRAESVPONITVR in facto pro notorio ꝙ præfatus Barbo clericus Venet. percuſſerit alapa in faciem dictum D. plebanum, ſuper platea ſancti Marci.quæ percuſsio eſt legitimè per teſtes probata. & eſt ẽt notoria per cõfeſsionem dicti Barbo factam in litteris ſacræ pœnitẽtiariæ, propter quod ipſe incurrerit excommunicationem canonis Inno. ſecundi ſi quis ſuadente. Et quòd in huiuſmodi, cenſura inſorduerit per annos quinque,quam inſordeſcentiam, ipſe tacuit in dictis litteris petitæ abſolutionis, quam ſi expreſsiſſet,litteras non obtinuiſſet:uel non eo modo,& for-
1 ma.quod probo multipliciter † primo quia inſordeſcens in cenſura,maxime per quinquenniũ ipſo iure, & abſque alia ſententia declaratoria priuatus eſt ſuis beneficijs, per tex.in c.cum bonæ de æta.& qual.ibi nullatenus retinere, & ibi beneficijs non differas ſpoliare, quæ important factum duntaxat in amouendo clericum inſordeſcentem,

iuncta doct. Abb. in c. ex parte in 3. not. de cler. non reſi.
& hanc partem tenet gl. fi. in prin. in c. contingit de do. &
cont. quando allegat tex. in c. rurſus 11. q. 3. & fuit opinio
Hug. & Archi. ibi: & gl. fi. in prin. in c. 1. de ind. ubi doct.
antiqui & moderni latè inſiſtunt. Et Feli. col. 5. in fin. poſt
4 Sicu. atteſtatur hanc eſſe communem* opinionem, & Feli.
hoc idem tenet in c. 2. col. 2. de reſcri. in uerſic. pro quibus
facit. & Hoſt. in d. c. cum bonæ. §. fi. in prin. bis dicit, quòd
inſordeſcentes ſunt beneficijs ſpoliandi. & ibi Butr. in 5.
not. ubi Card. in 6. oppo. col. 2. in fin. dicit, quòd manens
in ſuſpenſione per triennium eſt ipſo facto beneficijs pri-
uatus, & caret titulo ut ibi probatur. & Dec. in d. c. 1. in 2.
lect. & mod. de Ripa. & Boſcus Codeca ſuper gl. fi. fol. an-
tepe. col. 3. uerſi. hinc ſe offert dubium, & in uerſi. contra-
riam ſententiam. ubi diſtinguendo de inſordeſcente per
annum ut non ſit ipſo iure priuatus. & ita ſaluant opinio
nem Abb. ſecus ſi per triennium, quia in iſto ſaluant opi-
nionem communem de priuato ipſo iure, quam etiam te-
net Gemi. in d. c. rurſus. Sed priuatus ipſo iure beneficijs
non facit fructus ſuos, ut eſt dictum Inno.* communiter
approbatum in c. cum noſtris de conce. præben. Hinc ſe-
quitur, quòd ſi Barbo expreſſiſſet inſordeſcentiam huiuſ-
modi, non obtinuiſſet litteras, niſi compoſuiſſet ſuper fru
ctibus male perceptis, acquiſitis cameræ apoſtolicæ: &
ita audio practicari in Ro. cu. in qua etiã ſeruatur, quòd
propter inſordeſcentiã nimiam, datur ſequeſtrum genera
le ſuper omnibus fructibus beneficiorum inſordeſcentis,
& quòd tunc non ſolet derogari regulæ de inſordeſcenti-
bus, niſi pro pauperibus. & quòd contra tales inſordeſcen
tes procedit Bulla in cæna domini. Ita dicit Io. Staph. in
ſuo lib. fo. 176. ¶ Nec obſtat ſi dicatur, quòd iſte Barbo
debuiſſet per ordinarium prius declarari, & publicari pro
excommunicato iuxta deci. Mart. 5. in concilio Baſil. regi
ſtratam in ſecundo lib. Conciliorum fol. 162. & in conſi.
2 ultimo Latera. ſub Leone. 10. in 11. ſeſſione;† quia illa de-
ciſio, nõ procedit in excommunicato pro notorio delicto,
quod non poteſt celari, ut in q. noſtra de alspa, in platea
ſancti Marci aſtante populi multitudine, probata per te-
ſtes, quibus nihil fuit oppoſitum & poſtea confeſſata per
ipſum percutientem, in litteris ſacræ pœnitentiariæ. & ita
ſe limittat illa deciſio Conciliaris, ut in terminis de Cleri
co percutiente clericum notoriè, ut non ſit opus declara-
toria, tenet Fel. in c. Rodulfus ſo. pe. col. 31. de reſcript.
3 ¶ Secundo contra inſordeſcentem per tantum tempus†
poteſt procedi tanquam contra ſuſpectum de hæreſi per
tex. in c. fi. de pœnis, & ita tenent doct. in c. excommuni-
camus primo de hæreticis, ubi Io. de Anania, & Feli. colu.
1. in fi. & col. 2. dicit, quòd ſtans in excõmunicatione per
annum incurrit infamiam, ita quòd repellitur ab officijs
& dignitatibus, per illum tex. ibi, infamis, iuncta regula
infamibus, de reg. iu. in 6. ¶ Tertiò ad idem contra in-
ſordeſcentem ſtant deciſ. Arch. Gemi. & Præpo. in d. c. rur-
ſus, & in c. quicunque 11. q. 3. qui dicũt, quòd iſte clericus
non auditur amplius ſuper delicto, niſi prius offenſo ſatis
faciat. & ita dicitur in litteris pœnitentiariæ, in quibus ta
cuit inſordeſcentiam. ¶ Quartò quia Barbo excommu-
nicato ſubtrahuntur fructus beneficiorum, & omnis com
moditas quam poteſt ab eccleſia conſequi. c. paſtoralis;
§. uerum, ubi Abb. in ult. not. & ſuper gl. fi. col. antepe. de
Appel. nec poteſt petere ſibi ſolui nec illi eſt ſoluendum,
gl. in c. nos ſanctorum 15. q. 6. Abb. in c. interalia de ſentẽ
tia excom. Fel. in c. intelleximus col. 4. de iud. & iura quæ
permittunt excommunicato deffenſionem. c. cum inter c.
ſignificauerunt de excep. non procedunt in inſordeſcente
Cald. in c. ab excommunicato de reſcript, Gemi. in cap. 1.
col. 3. in 7. q. de reſcript. lib. 6. Feli. in d. c. intelleximus. col.
pe. in 7. declaratione. ¶ Vnde licèt ipſe Barbo in litteris
dixerit ſe excommunicatum per canonem ſi quis ſuaden
te, tamen tacuit inſordeſcentiam qualificantem & aggra
uantem delictũ, & cenſuram, ideo litteræ ipſæ tãquam ſub
reptitiæ, & gratioſæ, ſunt ipſo iure nullæ. c. ad audientiam
de reſcript. legitur & notatur in c. 2. de fil. presb. lib. 6. cũ
infinitis ſimilibus, quæ nota ſunt. ¶ Et ad prædicta con
ferunt litteræ ipſæ productæ per aduerſarium, quę permit
tunt abſolutionem pro Barbo, dummodo aliud canoni
cum illi non obſiſtat. Sed obſtat ſibi inſordeſcentia, ut di
xi, de qua non eſt facta mentio. ¶ Præterea in illis met lit
teris ipſe habilitatur ad penſionem ſine alicuius præiudi-
cio, & tacuit inſordeſcentiam propter quam priuatus iã
ab ipſo iure exiſtit & inhabilitatus ad obtinenda propter
prædictas pœnas inſordeſcenti inflictas a iure & promul-
gatas, & propter ius quæſitum Cameræ apoſtolicæ ſuper
fructibus indebitè per eum perceptis. Ideo nullum com-
modum poteſt conſequi aduerſarius ex litteris huiuſmo-
di inualidis & ſurreptitijs, ut eſt dec. Guiel. Caſſa. Rot. 6.
& 7. de præb. ubi dicit quòd de ſtylo Ro. cur. nõ datur ab-
ſolutio, niſi fiat compoſitio ſuper fructibus. Tacuit & lit
tem pendentem ſuper huiuſmodi inſordeſcentia, & ſu-
per pœnis ab ea incurſis, uigore ſpiritualis commiſſio-
nis, per dominum plebanum obtentæ, & Reuer. domino
factæ & præſentatæ, etiam cauſa deſuper inſtructa, & in-
ſordeſcentia probata, ideo gratia nulla, legitur, & no-
tatur in cap. fin. ut lite pendente l. prima C. eodem titu-
lo cum ſimilibus.

¶ Quibus ſtantibus, procedendum eſt in cauſa ad ulte-
riora iuxta petita per præfatum Reuerendum dominum
plebanum, non obſtantibus litteris per Reuerendum Io.
Baptiſtam Barbo obtentis & præſentatis, tanquam ſubre
ptitiè, & obreptitiè impetratis.

SVMMARIVM.

1. *Donatio iur. patro. facta per laicum laico, eſt nulla ſine authori-tate epiſcopi loci ordinarij.*
2. *Quando laicus fundat eccleſiam uel dotat illam non acquirit ius patr. niſi de conſenſu epiſcopi.*
3. *Et requiritur conſenſus epiſcopi in donatione expreſſus, nec tacitus ſufficit.*
4. *Si patronus primo donat laico ſine conſenſu epiſcopi, & poſtea alteri cum conſenſu, ualet ſecunda.*
5. *Laicus ualidè donat eccleſia ſine conſenſu epiſcopi.*
6. *Quando ſufficeret tacitus epiſcopi conſenſus, debet probari in proceſſu ſcientia epiſcopi.*
7. *Vicarius epiſcopi cum generali mandato non poteſt approbare donationem patroni factam laico, quia requiritur ſpeciale.*
8. *Conſilium alterius doctoris, inſertum in uolumine conſiliorum Cald. & Fede. cenſetur approbatum.*
9. *Vicarius epiſcopi generalis nõ poteſt decretum interponere in his quæ non ſpectant ad ipſius iuriſdictionem.*
10. *Et ideo ipſe nõ poteſt interponere decretum, quod laicus acquirat ius patro. ex dotatione uel fundatione.*
11. *Conferre beneficia ſapit donationem.*
12. *In generali commiſſione non ueniunt ea grauiora, quæ certæ perſonæ ſunt reſeruata.*
13. *Vicarius epiſcopi habens ab eo poteſtatem recipiendi reſignationes beneficiorum non poterit expedire permutationem.*
14. *Abſentia epiſcopi a diœceſ. utrum et quando ampliat iuriſdictionem uicarij ſui, & utrum abſentia uel mors epiſcopi ſuppleat ipſius conſenſum.*
15. *Ius patr. acquiſitum pro ſe & hæredibus ſuis non transfert ad illos niſi ſint hæredes.*
16. *Sub illis uerbis, & omnia alia bona ſua mobilia & immobilia, cum iuribus & iuriſdictionibus, uenit ius patro.*
17. *Hæres extraneus excludit filium patroni inſtitutum in re certa.*
18. *Tranſit ius patr. cum uniuerſitate bonorum, ſine authoritate epiſcopi.*
19. *Laicus acquirit ius patr. ex præſcriptione.*
20. *Cauſatur bona fides ex teſtamento paterno.*
21. *Vltimus ſtatus eſt attendendus.*
22. *Quando res, quæ præſcribitur, non ſpectat ad aliquem, acquiritur ſpatio decem annorum quia in illa non conſideratur mala fides. & no. 24.*
23. *Qui conſtituit ius patr. pro certa linea, ipſa finita, eccleſia non efficitur libera.*
25. *Ficta mala fides defuncti, quia ex errore iuris, non tranſit ad hæredem.*

CON-

## CONSILIVM CCCXLIII.

### Capellæ Vicentinæ.

EX themate,& tationibus infradicendis colli-
gitur quòd iuspatro.de quoeſt qoæſtio ſpe-
ctat D.Ioanni de Bagnolo agenti,& appellan
ti,& non domiois Iacobo,Federico,& Aloyſio
fratribus de Magra de reis conuentis.quod multipliciter
1 probo. ¶Prima † qnia donatio iurispatro. facta per pa-
tronnm laicum alteri laico,prout fuit illa facta per Ber-
nardinnm laicum del 1526.in D.Io.Franciſcum quondã
... ſij de Magra de patrem dictorum reorum, laicum eſt
nul... ſine pręſentia,& auctoritate epiſcopi loci ordinarij,
* ut expr... ſè tenent docto.* communiter in c.cum ſeculũ,
& in c.illud de iur. patr. ubi Abb. col. pen. atteſtatur eſſe
communem,ubi allegant plura iura,& rationes,quare re
quiratur auctoritas epiſcopi cum ſimil. ut per Rochum
Curtium in ſuo tracta.de iur.patr.in uerbo, pro eo, quod
de diœceſani cõſenſu fol.20.tergo,in ſecunda quæſtione,
* ubi alijs relatis atteſtatur hanc eſſe ueram & * communẽ
opinionem doctorum.& ira firmat, & atteſtatur R. pater
Cæſar Lambertinus epiſcopus Inſulanus in ſuo ampliſsi-
mo tracta.iur.patr.lib.1.fol.101.in 4.articulo uerſi.quæri
tur modo,ubi allegat incapacitatem laici donatarij,quæ
incapacitas nõ poteſt tolli, niſi auctoritate Papæ uel epi-
ſcopi. idẽ latius firmat adducendo rationes quare requi-
ratur auctoritas epiſcopi in eod.tracta. & lib. fol.105.ar-
2 ticulo decimo uerſi.Tu dic clarius. † Nam ſi quando lai-
cus fundat,conſtruit,uel dotat de ſuo capellam,uel eccle
ſiam,non acquirit ius patro.niſi cum auctoritate & con-
ſenſu,epiſcopi loci,ut eſt tex.clarus in c.nobis de iur. pa-
* tro.& tenent doct.* omnes in rubrica eo.titulo in diffini-
tione iur.patr.in qua ponunt de conſenſu epiſcopi cum ſi-
mil.& latè per Rochum Curt. in d. ſuo tracta. fol.20.in d.
uerſi.pro eo quod de diœceſani conſenſu nu.120.& num.
121.in princ.& in prima quæſtione,ubi alios allegat, & at
teſtatur quòd iſta quæſtio non habet dubitationem,quan
to magis debet interuenire auctoritas & conſenſus epiſco
pi,quando titulo donationis ſpecialis, iſtud ius transfer-
tur in laicum incapacem,iſtius iuris annexi ſpirituali, ut
probatur in c.quanto de iudi.quod non dotauit,non fun
dauit,nec conſtruxit, & ſic qui nihil fecit nec expendit de
ſuo propter quòd mereatur habere gratiam iſtius iur.pa-
tro.& dicit ibi Lambertinus quòd auctoritas epiſcopi in
hac translatione de laico in laicum, ex capite donatio-
nis,eſt cauſa efficiens neceſſaria,quam ego puto efficacẽ
ad excludendam auctoritatem uicarij epiſcopi generalis
de quo ſtatim dicam. ¶Confirmo hanc rationem ex de-
ciſ.Ioan.And.in c.1.de for.compe. lib.6. quam ibi refert
& ſequitur Phili.in ultimo not.per illum tex. qui facit mõ
tionem de conſenſu epiſcopi ſuffraganei,& dicunt, quòd
non ſufficeret conſenſus uicarij ſui generalis,ſine ſpiritua
li mandato per tex.in d.c.fi.de offi.Vic. ¶Sed utrum re-
quiratur expreſſus conſenſus epiſcopi,uel ſufficiat tacitus
quando transfertur per laicum in laicum titulo donatio-
nis Card.in c.cura in fi.de iur.patr.tenet ſufficere,tacitũ.
3 Sed Abb.ibi.col.2. tenet contrarium † quòd requiratur
expreſſus,& mouetur quia in actu odioſo in quo uerſatur
q.noſtra,quòd uidelicet iuspatro,transferatur per laicum
in laicum titulo donationis in capacem,uerſatur odium,
ideò taciturnitas non arguit conſenſum, ut not.per gl. &
* docto.* communiter in regula is qui tacet,de reg.iur.lib.
6.& in c.cum iam dudum de pręben.& hanc opinio Abb.
confirmat Cæſar Lambert.in d.tract.lib.1.fol.102.in uer.
contingit ſecundo loco dubitari nu.2.3.& 4. quando lo-
quitur de translatione facta per laicum in laicum, & in
fol.110.in 17.articulo uerſ.ideo cõtingit dubitari 17. col.
4 2.& 2.& 3.maximè nu.10.& mouetur ratione, † quia ſi pa
tronus ſine conſenſu epiſcopi donat iuspatro. uni, & po-
ſtea alteri,cum conſenſu,ualet ſecunda donatio,ut not, in
c.illud,& in c.cum laici.eo.tit.ubi caſus.& not.Abb.in 1.
not.Card.& do.Ant.& probatur in c.ſuggeſtum,eo.titulo
ubi Abb.in 3.not.& do.Ant. & Card.& ex hoc infertur,do
nationem primo loco factam ſine expreſſo epiſcopi cõſen
ſu nullam fuiſſe,ideo iuspatro.remanſiſſe apud donaotẽ,
quia non poſſet aliter donare, cum nemo dat quod non
habet.c.Daibertũ.7.q.1.ſi enim ſufficeret tacitus epiſco-
pi conſenſus,prædicta concluſio non poſſet locum habere
quia ſemper per primum donatarium allegaretur tacitus
epiſcopi conſenſus,qui potuiſſet interuenire illum allegã
do,annuente epiſcopo,in fraudem ſecundi donatarij.
¶Mouetur etiam Cæſar alia ratione, quia ex tacito con-
ſenſu ſi ſufficeret,epiſcopus non poſſet iudicare,nec diſcu-
tere rationes iſtius trãslationis factæ, uel fiendæ de laico
patrono in alium laicum, utrum expediat eccleſiæ hanc
translationem,& nunquid contractus huiuſmodi fuerit
licitus uel ſimoniacus,& nunquid epiſcopus uoluerit ha-
bilitare,& gratiam facere laico incapaci. & approbat ra-
tionem Abb.in d. c. cura, quòd quæſtio uerſatur in actu
odioſo,quòd transferatur de laico patrono iam per epi-
copum approbato,quando dotauit,uel cõſtruxit,uel fun-
dauit eccleſiam,in laicum incapacem & ignotum, quo ca
ſu taciturnitas,non habetur pro conſenſu,& ſic reſpondet
ad Rochum Curt.in d.uerſi. pro eo quod de diœceſani cõ
ſenſu.q.8.fol.22.nu.232.qui ſequitur Card.in d.c.cura.&
ſubdit Cæſar fol.110.colu.2.nu.10.quòd uidit millies ita
iudicari,& quòd ita obtinuit in quadam donatione, ubi
etiam infert,quòd ex quo iuspatro. manſit in Bernardi-
num donatorem,poſt illam donationem nullam potuit il
lud poſtea transferre del 1529.in D.Ioannem,titulo uni-
uerſalis donationis,& poſtea del 1533.titulo hereditario
in eundem,quem inſtituit hæredem uniuerſalem.
¶Verum quia Rochus Curti. in d.q. 8.fundat ſuam opi-
nionem ſuper doctri.Card.in d.c.cura,eſt diligenter ad il-
lam aduertendum, quia loquitur in donatione facta per
laicum patronum in capitulum eccleſiaſticum canonico
rum, & non in laicum, de quo eſt quæſtio noſtra. ideò il-
la doctri.Card.& Curtij non facit ad q.noſtram,inter quę
eſt longa differentia,& patet ex not.per Abb.& alios in d.
5 c.illud & Lud.c. cum ſeculum, ubi dicunt, † quòd laicus
ualidè donat perſonæ eccleſiaſticæ patronatũ, ſine licẽtia
epiſcopi per tex.ubi eſt caſus in c.1.de iur.patro,lib.6.ubi
Gemi.& Philip.Præterea etiam ſi Cardinalis loqueretur
in donatione facta laico,quod tamen non dicit:tunc etiã
dico,quòd ſua doctrina non nocet concluſioni ſupra per
6 me factæ.quòd probo † quia Cardinalis in fine ſui dicti re
quirit quòd probatum ſit in proceſſu, epiſcopum ſciuiſſe
donationem illam per laicum eſſe factam, & illam nolle
impugnare,ſed tacere:tunc enim ſecundum eum cenſetur
ipſam donationem approbare,& ita refert,& ſequitur eũ,
cum iſta modificatione Rochus in d.q.8. circa medium,
& ita poteſt ſaluari opinio Cardinalis quam etiam ſaluat
Cæſar in locis præallegatis, ſed in q.noſtra, ſcientia epi-
ſcopi Vicentini non poteſt argui,nec allegari quæ nec eſt
probata, ex quo Reuerendiſsimus Cardinalis de Rodul-
fis epiſcopus Vicentinus de anno 1522. fuit promotus ad
epiſcopatum, & ab illo tempore citra, uſque ad annum
1542.unquam fuit Vicentiæ niſi anno illo.1542. qui epi-
ſcopus nec eius uicarius,ullo unquam tempore inſtitue-
runt aliquem præſentatum ad illam capellam, nec illam
contulerunt,cum ipſius præſentati inſtitutio ex teſtamen-
to,ſeu ordinatione dotantium del 1373. ſpectet capitulo
canonicorum eccleſiæ Vicentinæ. Ex quibus ſequitur cõ
cluſio,quòd donatio illa eſt nulla ex defectu cõſenſus epi-
ſcopi quæ non potuit ualidari ex decreto aſſerti uicarij
epiſcopi Vicentini de quo fit mentio in inſtrumento aſſer
tæ donationis,ex pluribus. Et primò, quia de mandato
dicti aſſerti Vicarij non fuit doctum ; ergo auctoritas il-
lius,ſeu decretum nihil ualet,niſi conſtet de narrato uica-
riatu,iuxta not.per docto.per illum tex.in auth. ſi quis in
aliquo.C.de edend.& in c.quoniam contra de proba. ubi
moder.per plura decidunt hanc difficultatẽ, quòd debet
produci mandatum facultatis uicarij uel alterius qui fun
dat facultates ſuas ſuper uerbis narratiuis & relatiuis.
¶Secundo reſpondetur quòd etiam ſi conſtaret de man-
7 dato ipſius aſſerti Vicarij non eſſet ſufficiens, † niſi in illo
eſſet

eſſet data Vicario ſpecialis facultas confirmandi huiuſ-
modi donationem, prout in terminis fuit deciſum in cõſi.
t. de offi. uic. inter conſilia Calder. quia non ſufficeret ge-
nerale mandatum, ut ibi per eum, cui ꝯfirmatio non ob-
ſtat reſponſio aliàs data in prima inſtantia, quòd illud
conſilium non fuerit Calder. ſed cuiuſdam alterius, cuius
nomen ignoratur. quia modo replico ad hanc reſponſio-
8 nem, quòd non procedit ex eo, † quia cenſetur per Cald.
approbatum per inſertionem in uolumine ſuorum conſi-
liorum, ut expreſsè in ſimili caſu decidit Fel. poſt Laurẽt.
de Rodul. in c. cum omnes col. 14. de conſt. reſpondendo
ad obiectum ſimile factum cuidam conſilio in uolu. con-
ſili. Federi. 148. quòd fuit cuiuſdam ſcholaris Federi. dicie
enim quòd cenſetur approbatum per Federi. ex quo repe-
ritur inſertum in uolu. ſuorum conſiliorum. ex quo dicto
ſequitur, quòd pro deciſione iſtius difficultatis habemus
conſilium in terminis Calderi. qui fuit uir maximæ aucto
ritatis, quod nõ apparet per aliquem approbatum. in quo
conſilio allegat etiam not. per Ioan. And. Cuius deciſio re
peritur in c. fi. in princ. de offi. uic. lib. 6. & Feder. de Sen.
in conſi. quod reperio in uolumine ſuo. 264. quod incip. Si
Canonici, quos referunt & ſequuntur Petr. de Ancb. Gem.
& Philip. in d. c. fi. col. 2. qui faciunt hanc concluſionem,
9 † quòd uicarius epicopi generalis non poteſt auctoritatẽ
& decretum ſuum interponere, in his quæ non ſpectant
ad ſuam iuriſdictionem, ut probatur, in d. c. 2. & fi. de off.
10 uic. lib. 6. † ſed ad Vicarium generalem non ſpectat crea-
re iuspatr. in laicum uel clericum, ex fundatione, conſtru
ctione, uel dotatione, ſed tantum ad epiſcopum. c. nobis,
ubi caſus, & doctr. nor. de iur. patr. c. nemo de conſecr. di-
* ſtinct. 1. Cald. conſi. 3. de offi. Vicar. doct. * omnes in diffi
nitione iur. patro. in rubrica de iur. patro. cum ſimilib. ut
per Roch. Curti. in d. tract. in uerbo pro eo quod de diœ-
ceſani conſenſu fol. 20. nu. 20. & 21. ergo Vicarius ex man
dato generali non potuit auctoritatem ſeu decretum ſuũ
interponere ad ualidandam huiuſmodi donationem nul
lam. Hinc Feder. in d. conſi. 264. circa principium facit
hanc concluſionem, quòd conſenſus epiſcopi requiſitus
ad ualiditatem ſtatuti canonicorum, nam poteſt præſtari
per uicarium in d. c. fi. de offi. uic. & cum Feder. cõcordat
in d. Roma. in ſing. 726. incipi. ex longiſsima conſuetudi-
ne. Rurſus Ioan. And. Gemi. & Philip. in d. c. 2. colu. 2. fa-
ciunt aliam concluſionem, quòd uicarius ſine ſpeciali mã
dato non poteſt creare nouum beneficium in eccleſia, ex
quo ſine ſpeciali mandato non poteſt illud conferre per
d. c. fi. ¶ Vlterius ſtringo argumentum Federi. in d. con-
ſilio & ſequacium: ſi Vicario generali ſine ſpeciali man-
dato non competit facultas creandi ius patro. ad fauorẽ
laicorum dotantium, conſtruentium, & fundantiũ eccle-
ſias, qui de ſuo patrimonio ad fauorem cultus diuini ex-
penderunt, quia hoc ſpectat epiſcopo, ut dixit ſupra, qui
tamẽ ſunt ſſacti capaces iſtius iurispatr. de gratia ſpecia-
li, ut eſt tex. & ibi not. in c. 3. de iur. patr. multo minus po-
terit Vicarius conſenſum præſta. donationi inualidæ fa-
ctæ per laicum patronum, alteri laico incapaci, quia non
habet gratiam a lege canonica, ex quo non dotauit, nec
fundauit, nec eccleſias conſtruxit. Tertio principaliter
ad idem adduco tex. in d. c. fi. de offi. uic. lib. 6. ubi tex. ad-
11 ducit rationem, † quare uicarius ex generali mãdato nõ
poteſt conferre beneficia, quia conferre eſt donare, ſed do
nare non poteſt ille, cui generalis adminiſtratio bonorũ,
etiam. q. libera eſt cõceſſa, quia requiritur ſpecialis facul
tas, ut ibi, & in l. gratia iuris. §. fi. ff. de pac. Sed ſi uicarius
ex generali mandato ualidaret huiuſmodi tranſlationẽ
in laicum ex capite donationis, cẽſeretur ipſe donaſſe cõ-
tra tex. in d. c. fi. probo minorem ex latè not. per Cæſarem
Lambertinum in ſuo trac. lib. 1. fol. 109. articulo 16. nu. 12.
per totum, ubi probat, quòd huiuſmodi donatio facta p
laicum laico, eſt nulla, etiam quòd propterea non conſi-
deratur perſona donantis, ſed perſona ipſius epiſcopi, tan
quam principalis & cauſa efficiens, & deducẽs ad eſſe do
nationem illam nullam & fol. ſeq. 100. col. 1. & 2. probat
nullitatem, per tex. in c. præterea. & c. illud, eod. titu. indu-
cendo illa ut ibi per eum; quod etiam aliter probatur.

Nam laici nullam habent poteſtatẽ ſine epiſcopo uel Pa-
pa diſponendi de iure ſpirituali, uel eccleſiaſtico c. laici.
16. q. 7. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſti. & in c. be-
ne quidem. 96. diſtin. & in c. fi. de reb. eccl. non alie. nec de
annexo iuri ſpirituali. c. quanto de indi. ubi eſt caſus de
iur. patr. unde ſequit quòd quando laicus uult transferrẽ
hoc ius patr. titulo donationis in laicum, nihil facit ſine
auctoritate epiſcopi uel ſui Vicarij cum ſpeciali manda-
to. Sed hæc donatio attribuit epiſcopo, ſeu uicario, quia
omnia noſtra facimus quibus auctoritatem impartimur
c. hi qui auctoritate c. ſi apoſtolicæ de præben. lib. 6. & in
c. ut fame. de ſent. excomm. ibi non iſti, ſed illi quorum au
ctoritate hoc faciunt, feciſſe uideantur. ¶ Quarta ra-
12 tione ad idem moueor † quia in generali commiſsione,
non ueniunt ea, quæ propter ſui grauitatem, & maiorita-
tem, certæ perſonæ uel dignitati a iure ſpecialiter ſunt cõ
miſſa ut in l. 3. ff. de off. ei. cui mand. eſt iur. c. 2. de offi. uic.
lib. 6. ſed iura & doct. allegata, per me ſupra, uolunt quòd
conſenſus epiſcopi in donatione requiratur propter graui
tatem, & maioritatem negotij ut dicit Abb. in d. c. illud,
& Cæſar in d. ſuo tract. fol. 101. & 105. Ergo ſequetur con-
cluſio quòd in generali mandato facto Vicario, non ue-
niat poteſtas auctoriaandi, & ualidandi hanc donationẽ.
¶ Et per hanc rationem Bell. deciſ. Rot. 94. inc. Vicarius
13 epiſcopi. in principio concludit † quòd uicarius epiſco-
pi generalis, habens ab epiſcopo poteſtatem recipiendi
beneficiorum reſignationes, & eorum inſtitutiones, non
tamen poterit permutationes beneficiorum reſignatorũ
expedire, & conſenſum illis præſtare, ſine mandato ſpecia
li ſui epiſcopi, cui hoc negotium a iure committitur, ut
uideat, utrum eccleſiæ & perſonæ expediat hanc permuta
tionem fieri; ut probatur in c. quæſitum. in fi. de rer. per-
muta. Ad idem eſt deciſ. Rot. in anti. 43. incip. nota quòd
Vicarius. quæ ampliat terminos deciſ. Bell. ut procedat
etiam ſi uicario data ſit facultas recipiendi reſignationes
ex cauſa permutationis quæ in fine dicit quòd Rota com
muniter ita tenuit. ¶ Nec obſt. ſi diceretur, quòd uicarius
generalis poſsit præſtare huiuſmodi conſenſum donatio
ni in abſentiam epiſcopi a loco, & diœceſi Vicẽtina, quia
contrarium eſt uerius; quod probo. Nam abſentia epi-
ſcopi non ampliat facultates uicarij ad non comprenſa
ſub illa, in hijs quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, & quæ
poſſunt fieri per epiſcopum abſentem ſine iudiciaria tela
& tribunali, ut tenent Petr. Io. Andr. Gemi. & Philip. in d.
c. fi. col. 2. de offi. uic. lib. 6. ubi ponunt exemplum in col-
lations beneficiorum, quæ eſt uoluntariæ iuriſdictionis, &
poteſt fieri per eum exiſtentem extra ſuam diœceſem, ut
not. Doct. ubi Abb. 2. col. in c. nouit de offi. legat. quã non
poteſt facere uicarius generalis propter abſentiã epiſco-
pi, immo ad ipſum eſt recurrendum abſentem pro colla-
tionibus: ſecus ſi epiſcopus abſens non poſſet actum face
re, ſine cauſæ cognitione, & tribunali, ut eſt confirmatio
electionis. c. fi. de elect. lib. 6. quia tunc abſentia epiſcopi
a loco, ampliat mandatum uicarij generalis ad non com
prehenſa in illo, ex mente uerisimili epiſcopi mandaris ꝗ
actum huiuſmodi non poteſt expedire in ſua abſentia: &
* eſt communis * opinio, & æqua diſtinctio doct. in d. c. fi.
ſed adhibere conſenſum per epiſcopum huiuſmodi dona
tioni per iura requiſitum, eſt uolũtariæ iuriſdictionis, quæ
non requirit diſcuſsionem iudiciariam, nec tribunal, cũ
ſit gratia, ſicut collatio beneficiorum; ergo abſentia epi
ſcopi non ampliat mandatum Vicarij generale ex quo
ad epiſcopum poterat haberi recurſus pro ipſius cõſenſu.
¶ Secundo ad idem allego deciſionem glo. communiter
approbatæ in c. 1. §. fi. in uerſi. cum conſilio ne ſed. uaca.
lib. 6. quam not. ibi Lap. & Domi. in fi. & Phili. ſuper d. gl.
col. fi. in uerſi. in eadem gl. per quam facit iſtam conclu-
14 ſionem † quòd ſi in aliquo actu requiritur conſenſus ali-
cuius, etiam in collationibus beneficiorum, etiam ſi peri-
culum ſit in mora, talis actus fieri non poterit, ſine illius
conſenſu, dato quòd talis conſenſus haberi non poſsit, ex
eo, quòd ille ſit mortuus, uel in remotis partibus, quia de-
bet exſpectari, ut ab eo habeatur conſenſus; & ſic habe-
mus caſum pro iſta opinione in d. c. unico. §. fi. in quo ſit
mentio

mentio de abſentia epiſcopi ad loca remora, iuncta glo.
* illa, cum qua pertranſeunt * omnes docto. ibi, quem etiā
tea. cum glo. ponderat Ludo. Rom. in ſingulari ſuo 716.
incip. Ea longæua: & ita expreſſe tenet Angel. in l. ado-
ptio columna ſecunda. uerſic. quæro hic pone. ff. de ado-
ptio. ubi allegat rationem, quia uicarius generalis non
dicitur eſſe procurator epiſcopi ad præſtandum ſuum cō
ſenſum. Ex quibus conſtat de inualiditate dictæ donatio
nis factæ patri aduerſariorum. ¶ Quinimmo data etiā
ualiditate donationis aduerſarij, non ſunt habiles ad
15 hoc iuspatro. † ex quo pater ſuus acquiſiuit hoc ius pro
ſe, & filijs hæredibus ſuis, qui non ſe immiſcuerunt in hæ
reditate paterna, & etiam quatenus illam adiuiſſent, il-
lam repudiarunt, ut de D. Aloyſio habetur in proceſſu
primæ inſtantiæ ſol. 96. & de Federico ſol. 99. de Iacobo
ſol. 100. & 102. 1544. ideò excluduntur per D. Ioannem
Peliparium agentem, hæredem extraneum præfati Ber-
nardini. Ita decidit Abb. in c. 1. in not. de iur. patro. Cæ-
ſar lib. 1. tracta. fol. 114. articu. 22. & fol. 127. articulo 17.
Et data nullitate dictæ donationis primæ quæ fuit del
1526. ualuit ſecunda, del 1529. facta per eundem Bernar
16 dinum ad fauorem D. Ioannis, † cui ultra certa legata
donauit etiam omnia alia ſua bona mobilia & immobi-
lia &c. ut in proceſſu fol. 106. tergo, reſeruata ſibi certa
portione, ut poſſet teſtari de illa. per quæ uerba tranſit
iuspatro. cum uniuerſitate, ut expreſsè tenet Abb. in ca-
pitulo ex litteris columna finali. de iur. patro. & eſt com-
mune dictum, ut per Deci. in conſil. 127. columna ſecun-
da libro primo. & per alia uerba poſita in eadem dona-
tione ibi, cum iuribus & iuriſdictionibus honore &c. ut
in proceſſu ſol. 109. tergo, iuncta doctri. Abb. in dicto ca
pitulo ex litteris columna fina. & per teſtamentum eiuſ-
dem Bernardini, quod ſecit del 1533. de licentia & uo-
luntate eiuſdem D. Ioannis, quem hæredem uniuerſalem
ſuum inſtituit, ex quo fuerat de ſe benemeritum recogno
ſcendo ab eo multa ſeruitia & gratitudines, ut latè dicit
in teſtamento regiſtrato in proceſſu ſol. 113. & ſequenti.
17 † Sed in hæredem uniuerſalem etiam extraneum tranſit
iuspatr. etiam ad exclusionem filiorum etiam ſi eſſent in-
* ſtituti in re certa, ut tradit Abb. & alij * communiter om
nes in d. capitulo primo. per tex. & ibi not. in d. capitulo
ex litteris, & in c. cum ſeculum. eodem titulo. & Cæſar in
d. tracta. lib. 1. fol. 101. tergo articulo tertio, in principio.
18 † Et quando transfertur iuspatro. cum uniuerſitate bo-
norum non eſt opus auctoritate epiſcopi; Abb. in d. cap.
illud colu. 2. uerſ. ſecundo caſo, per tex. in d. c. ex litteris.
& Cæſar in d. fol. 101. articulo tertio in princip. & alij o-
mnes docto. ¶ Supereſt una difficultas conſiderabilia,
quomodo Bernardinus potuerit transferre iuspatr. in d.
Ioannem agentem ex donatione uel teſtamento, niſi pri
mo doceatur hoc iuspatro. fuiſſe apud ipſum Bernardi-
num in bonis, & hæreditate ſua, quia nemo dat, quod nō
habet c. quod autem in fi. de iur. patr. ¶ Sed hoc oſtēdo,
præſupponendo communem & practicatam opinionem,
19 † quòd laicus ex præſcriptione acquirit ius patr. Abb. in
c. querelam de elect. col. 3. & in conſi. 76. lib. 2. ubi atteſta
* tur hanc eſſe * communem, & ita practicari cum ſimil. la
tè accumulatis per Deci. in conſil. 117. & 124. 126. 129.
134. colu. 1. 2. & 3. lib. 1. cuius iura & rationes poſſunt de
facili uideri, quæ cauſa breuitatis non refero, & ad præ-
ſcribendum ſufficit unica præſentatio, quæ durauerit cō
ſuo effectu per ſpatium longiſsimi temporis. Ita Oldra.
conſi. 311. circa finem, Feder. conſi. 234. Abb. conſi. 34. li.
1. per tex. cum glo. in uerſ. trium epiſcoporum in c. cum
eccleſia de cau. poſſ. & propriet. cum ſimil. ut per Dec. in
d. conſi. col. 2. ¶ Sed quia in præſcriptione requiritur bo
na fides. c. fi. de præſcript. & in reg. poſſeſſor de regul. iur.
lib. 6. ideò de bona fide Bernardini præſcribentis oſtēdo,
quia ipſe poſt obitum patris ſui reperit hoc iuspatr. in hę
reditate paterna, quando eius pater del 1476. ſuum con-
didit teſtamentum, in quo narrat ſe patronum, ac aliàs
præſentatum fuiſſe presbyterū Paulum de alta uilla, poſt
cuius obitum ordinauit q̀ Lucia uxor ſua tutrix Bernar-
dini pupilli præſentet presbyterum Bartholomæum eius
nepotem ad dictam capellam, cui Bernardinus filius de-
20 buit credere. † Hinc cauſata fuit bona fides. Ita dicit Pau
lus de Caſt. in l. Celſus col. pen. de uſu cap. legatur teſta-
mentum ſol. 126. & 129. nec in Bernardino poterat eſſe
mala fides, quæ conſiſtit in ſcientia rei alienæ. d. c. fin. de
præſcriptio. Sed iſtud iuspatro. nomini prius erat debi-
tum. quod oſtendo. Nam de anno 1418. Ioannes Vgo-
tionis ultimus de linea uocata per fundatores, donauit,
alienauit, & refutauit hoc ius, Ioanni Franciſco de Ma-
grade doctori, cuius filius Frāciſcus de anno 1463. illud
iuspatro. donauit patri Bernardini, qui Ioannes ſolus, &
ultimus de linea mortuus fuit ſine hæredibus & deſcen-
dentibus; ergo iſtud ius tempore quo pater Bernardini
obijt, nulli erat debitum, ex quo per dicta tempora ſem-
per fuit translat. nulliter per uiam donationum, cum ſo-
lo conſenſu uicarij generalis, ſine ſpeciali mandato. Im-
mo nec conſtat etiam de mandatis dictorum uicario-
rum, ergo ceſſabat mala fides rei alienæ, & Bernardinus
cœpit præſcribere del 1476. & continuauit in poſſeſsio-
ne del 1489. quo anno ſuo nomine in executionem te-
ſtamenti paterni, facta fuit præſentatio de perſona preſ-
byteri Bartholomæi de Magrade ad iſtam capellam tunc
uacantem per obitum presbyteri Pauli de alta uilla, ri-
gore ſui iurispatro. Reuerend. D. archiepiſcopo & Cano-
nicis & capitulo eccleſiæ Vicentinæ, quibus fuit inſti-
tutus & confirmatus. quam præſentationem D. Lucia
tanquam mater & tutrix Bernardini ſuo nomine ratifi-
cauit & approbauit, ut conſtat in proceſſu folio 26. cum
ſequentibus, ex quo fit concluſio quòd Bernardinus ac-
quiſiuit iuspatr. ex præſcript. triginta & quadraginta an-
norum bona fide, immo quòd fuit, & erat tempore do-
nationis del 1529. etiam teſtamenti de 1533. In poſſeſ-
ſione, ſeu quaſi præſentandi iuxta tex. & ibi not. in capi-
tulo conſultationibus de iur. patro. & iſte eſt ultimus ſta-
21 tus, † qui eſt attendendus, ut not. in c. cum de beneficio
de pręben. libro ſexto. cum ſimilib. ut per Dec. in d. conſi.
126. colu. 1. quod oſtendo, quia in proceſſu non reperitur
aliquis alius ſtatus dictæ capellæ, nec quod aduerſarij,
uel eorum pater ullo unquam tempore præſentauerint
22 aliquem ſacerdotem. † Et quòd ex iſto capite ceſſet in
præſcribente mala fides, conſuluit Bart. Soci. conſi. 63. ut
Iaſ. colu. 3. lib. 1. uerſ. quem ad hoc, & Franciſcus Balbi in
tract. præſcriptio. fol. 16. quæſt. 13. num. 70. 71. ubi legen-
dum. & ſequitur Anto. de Fano in tract. de pigno. fol. 56.
colum. penultima. num. 29. ex quo non tractatur de alie-
no præiudicio, nec cadit alienæ rei ſcientia, nec eſt in
conſideratione intereſſe capellæ, ex quo ſemel fuit one-
23 rata ſeruitute iur. patro. † quæ ſeruitus non conſideratur
etiam linea finita, quin præſcribatur tale ius ſemel natō,
ut per Abb. in dicto capitulo querela colum. 3. & in di-
cto conſi. 76. Et ita in terminis conſul. Petr. de Anchara.
conſi. 81. per totum, & Cæſar Lamb. in dicto ſuo tract. li-
bro primo. fol. 122. in quinto articulo. & Roch. Curti. in
ſuo tractatu de iur. patro. fol. 29. in octaua quæſt. in uerſ.
ipſe uel is a quo, ubi late probatur, quòd non obſtante
quòd ſit linea finita patroni ita ordinata per primum
fundatorem, tamen iuspatro. huiuſmodi transferri po-
teſt etiam in hæredem extraneum, cum uniuerſitate bo-
norum, prout euenit in quæſtio. noſtra; & ideò non im-
merito procurator aduerſariorum ſæpius in proceſſu fo-
lio triginta tergo, & ſolio 45. &c. uocat Bernardinum pa-
tronum, qui iuspatron. per ſe acquiſitum, potuit ualidè
transferre in Do. Ioannem de anno 1529. titulo uniuer-
ſali donationis, & de anno 1533. titulo uniuerſali ſucceſ-
ſionis, ſiue hæreditario, non obſtante linea finita fun-
datorum, qui fuerunt presbyteri Nicolaus, & Ioannes
dictus Anichinus de Magrade de 1373. & promiſsio ho-
minis, de certa linea, non facit ceſſare diſpoſitionem le-
gis in caſu omiſſo per teſtatorem uel ordinantem iuspa-
tro. qui remanſit in legis diſpoſitione. l. ſi extraneus. ff. de
condi. indebi. l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matrimo. l. commo-
diſsimè. ff. de libe. & poſthu. & ita arguit Petr. de Anch. in
d. conſi. 81. quæ. l. diſponit, quòd iuspat. tranſit in hæredē
etiam extraneum, ut dixi, & probatur in d. cap. ex litteris.

¶Vnum aliud dico in materia iſta præſcriptionis,& ac-
24 quiſitionis iurepatr. per Bernardinum, † quòd ſufficit ſi-
bi tempus. x. annorum ceſſante tertij prçiudicio,cum ne-
mini alteri deberetur,aliquo iure,uel titulo , ut prædixi.
¶Et ita in terminis decidit Rot. in no. deci. 32. fuit du-
bitatum colum. 2. circa medium, & Ioan. Andr. & Gemi.
in dicto capitulo cum debeneficio col. & ibi Philip. co
lu. 3. in princip. & Deci. in præall:g. conſi. 26. col. 3. incip.
In cauſa domini Franc. Gentilis circa medium , dum re-
ſpondet ad quædam contraria, poſt Rot. & Gemi. in q. il-
la per quantum tempus inducatur ſtatus in beneficio,
quando nemini fit præiudicium . ¶Alia inſuper ratio-
ne non poteſt cõſiderari mala fides in Bernardinum præ
ſcribentem , quia licèt uera mala fides defuncti noceat
hæredi. l. cum hæres. ff. de diuerſ. & tempor. præſcri. & ibi
not. tamen mala fides , quæ cauſatur in perſona defun-
cta, per errorem iuris, ut in q. noſtra, in qua pater Bernar
dini credidit donationem ſibi factam de iſto iure patro.
del 1463. cum conſenſu uicarij epiſcopi, ualidam eſſe, &
Frãciſcum donatorem eſſe uerum patronum, dicitur nõ
25 uera, ſed ficta, † quæ non tranſit in hæredem; ideò illi nõ
nocet in præſcribendo. Ita in terminis decidit Paul. de
Caſt. in l. unquam. la ſecunda ff. de uſucap. quem refert &
ſequitur Alex. in l. Pomponius. §. cum quis. colu. 8. in fi. ff.
de acquir. poſſeſ. in uer. unum addatis, & teneatis perpe-
tuo menti, poſt glo. in l. tutor rerum. ff. de adminiſtr. tut.
quam dicunt ſingularem & multum notãdam. ¶Ex qui-
bus omnibus arbitror, & teneo partes D. V. R. fore &
eſſe in pronunciando iuxta petita per D. Ioannem appel
lantem, in ſuo libello appellatorio. Laus deo.

Ioan. Baptiſta Ferretus de Vicentia
Iure conſultus.

*SVMMARIVM.*

1 *Licèt uicarius epiſcopi generalis poßit inſtituere præſentatum a patrono, non tamen poterit habilitare laicum, ad iuspatr. tit. donationis: & dantur rationes diuerſitatis.*
2 *Vicarius & capitulum tenentur de neceßitate inſtituere præſentatum, ſi eſt idoneus.*
3 *Non reperitur iure cautum, quòd uicarius generalis epiſcopi habeat facultatem, a iure habilitandi laicum ad ſpiritualia, uel annexa.*
4 *Nullus prælatus inferior ab epiſcopo poteſt approbare donationem factam laico ad iuspatr. niſi habeat iuriſdictionem quaſi epiſcopalem.*

## CONSILIVM CCCXLIIII.

QVIA R. D. V. propoſuit dubium, quia uide-
batur poſſe dici , quòd uicarius epiſcopi ge-
neralis poſſet habilitare laicum ad iuspatro.
titulo ſpeciali donationis , ſicut poterat de
iure instituere clericum prçſentatum, ut probatur in cap.
ex frequentibus, de inſtitu. ubi Abb. not. ad hoc illum te
xtum ſuper glo. in uer. officialium: Ego uero, ne deficiã,
etiam in reſoluendo hoc motiuum , illi reſpondeo, & do
1 rationem diuerſitatis : † quia uicarius generalis inſtituit
præſentatũ, ex quo inſtitutio eſt iuriſdictionis, ideò tran-
ſit in uicarium. Ita not. Inno. in c. de cætero de tranſ. Sed
ea quæ ſapiunt gratiam & donationem non tranſeunt in
uicarium generalem. c. fi. de off. uic. lib. 6. ubi facultas cõ
ferendi beneficia, nõ tranſit in uicarium generalem, quia
collatio ſapit donationem, & eſt facultas gratioſa in con
ferendo magis uni quàm alteri. c. relatum de præb. in fi.
ibi, Concedas liberaliter, ubi gl. fi. hoc expreſsè dicit, ſed
facultas approbandi donationem iurepatro. factam per
laicum patronum laico, conceſſa per Papam epiſcopo. c.
illud, & c. præterea de iur. patr. eſt gratioſa, & ſapit dona-
tionem, cum deriuetur in laicum incapacem. c. quãto. de
iudi. ideò ſine epiſcopo eſt nulla. d. c. illud. & c. cum ſecu-
lum eod. tit. item quia epiſcopus ad cõfirmandam dona-
tionem non poteſt cogi ut not. in c. nullus cod. titu. ergo
longa eſt differentia inter inſtitutionem , & donationis
confirmationem. Ad idem eſt tex. in c. 1. de inſti. lib. 6. ubi
probatur ꝙ capitulum ſede uacante inſtituit præſenta-
tum, ſed non confert beneficia. & rationem diuerſitatis
aſſignant glo. 3. & 4. Ioan. Andr. Gemi. & Philip. colu. 1.
poſt not. ubi dicunt ꝙ facultas inſtituendi tranſit in ca-
pitulum, quia eſt iuriſdictionis: ſed non facultas confe-
rendi, cum ſapiat naturam gratiæ & donationis, ut in d.
c. fi. de off. uic. lib. 6. ideò non tranſit in uicarium genera
lem ut ibi, nec in capitulum ſine mandato ſpeciali, ut ha
betur in d. c. 1. ¶Secundo do aliam rationem diuerſita-
2 tis: † quia uicarius generalis tenetur de neceſsitate inſti
tuere præſentatum , ſi eſt idoneus , ut dicunt Abb. & alij.
in d. c. ex frequentibus ſuper glo. in uer. officialia per tex.
in d. c. 1. de inſti. & eſt ratio, quia inſtituere præſentatum
eſt de iuſtitia, ut tenet ibi glo. 4. Sed epiſcopus non tene-
tur approbare donationem factam in laicum de iur. pat.
licèt ipſe laicus eſſet ex omni parte idoneus, quia repu-
gnat qualitas laicalis, quæ facit ipſum incapacẽ niſi gra
tioſe per Papam habilitetur, ut habetur in c. 3. de iur. pa-
3 tro. † Nec iure cautum reperitur , ꝙ uicarius epiſcopi ex
generali mandato poſsit habilitare laicum ad ſpiritua-
lia uel annexa , immo iura expreſſe prohibent laicum ad
hæc admitti. c. cauſam quæ de præſcrip. c. ſacroſancta, &
c. maſſana de elect. Quæ ratio incapacitatis tollit argu-
mentum de inſtitutione clerici præſentati , qui eſt capax
iuris ſpiritualis. c. decernimus de iudi. & beneficiorum,
ut habetur in titu. de præben. per totum. ¶Vltimo, tolli-
4 tur argumentum, † quia nullus prælatus inferior epiſco-
po etiam habens iuriſdictionem non poteſt approbare
donationem factam in laicum de iur. patr. niſi habeat iu-
riſdictionem quaſi epiſcopalem , & ſic facultatem inſti-
tuendi, & deſtituendi clericos, & alia epiſcopalia, de qui-
bus in c. conquerente de off. ord. & not. doct. in c. abbates
de priui. & in c. unico de capel. mon. lib. 6. & ita conſuluit
Abb. in conſ. 59. & 89. li. 2. Sed uicarius generalis ſine ſpe-
ciali mandato non habet hanc iuriſdictionem epiſcopa-
lem, ut probatur in c. 2. & 3. de off. uic. lib. 6. & tamen ipſe
habet facultatem inſtituendi præſentatum , ut probatur
in d. c. ex frequentibus : ergo manifeſtè deſtruitur argu-
mentum de inſti. prçſentati ad confirmationem donatio
nis iur. patr. factæ in laicum.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius prçſcriptionis cenſetur deductum ſub clauſula generali , deducens omne ius.*
2 *Quando laicus donat iuspatr. laico compatrono, non requiritur auctoritas epiſcopi.*
3 *Qui præſcribit rem uacantem, quæ non reperitur in bonis alicuius, non poteſt dici eſſe in mala fide.*
4 *Per lineam finitam patronorum, eccleſia non efficitur libera a iure patr. quia illud tranſit ad quemcunque hçredem.*
5 *Vtrum uicarius epiſcopi poßit ex conſuetudine acquirere facultatem approbandi donationem iur. patr. factam laico.*
6 *Nemo præſtat auctoritatem ad ſuum commodum in acquirendo ſibi.*
7 *Vbi requiritur auctoritas Papę non poteſt allegari conſuetudo, niſi fuerit introducta de conſenſu Papæ ſaltem tacito.*
8 *Non inducitur cõſuetudo per uniuerſitatem, niſi appareat, quòd ſit uſa conſuetudine animo illam introducendi.*
9 *Non poteſt allegari conſuetudo , niſi per actus hominum fuerit approbata.*
10 *Qui fuit in poſſeßione legitima præſentandi, intelligitur præſcripſiſſe totum iuspatro. quantum ad omnes effectus inſurgentes in patronum.*

## CONSILIVM CCCXLV.

REVERENDI patres in præſenti cauſa ad-
uocatus reorum in principio ſuarum defen-
ſionum dicit, agentem non poſſe pro ſe alle-
gare præſcriptionem Bernardini, quia non
1 apparet allegata in proceſſu. Cui motiuo replicatur † ꝙ
iſtud

iſtud ius actor deduxit in fine libelli ſub clauſula, Deducens omne ius ſuum, ſub qua clauditur omnis actio realis, ex quocunque titulo. Ita tenet Pap. in libello primo de reali in uerſ. deduceas, & declarat Car. in l. & an eadē. §. actiones colu. 3. in libello realis actionis. ff. de except. rei iud. & Abb. in cap. 2. fol. 2. de libel. obla. Et de hoc eſt tex. in capitulo Abbate in uerſ. ſecus autem de re iudica. libro ſexto. quod etiam probo, quia idem actor in octano articulo ponit, quòd Do. Bernardino ſpectabat hoc ius patr. & præſentandi. Sub quibus uerbis generalibus clauditur omnis actio & ius competens Bernardino, ut probatur in dicto §. ſecus. Confirmo per doctr. Barto. in dicto §. actiones in fine. qui dicit, quod actor non ſolum poteſt deducere in iudicio ius, quod ſibi competit in re petita, ſed etiam ius quod competebat ſuo auctori.

¶ Ad aliam difficultatem de conſenſu epiſcopi requiſito ad ualidandam donationem factam patri reorum. Re-
2 ſpondet quòd non requirebatur talis conſenſus; † ex quo pater ipſorum erat compatronus Bernardini, & de hæredibus fundatorum, & ſuorum fratrum per not. in c. ex inſinuatione de iur. patr. Cui motiuo replicatur negatiue: quia omnia iſta ſunt falſa in facto. quod oſtendo ea uerbis inſtrumenti del 1418. producti pro parte reorum, in quo Ioannes nepos fundatorum ex Vgutione fratre eorum dixit, Cum nulli alij ſint hæredes ex deſcendentibus dotantium & fratrum ipſorum niſi ipſe Ioannes, qui fuit ultimus de linea eorum, qui fuerunt uocati per dotantes, expreſsè dixit, ꝙ ille doctor de Magrade licet eſſet de parentela, nō tamen erat de linea, nec hæres, nec compatronus Bernardini. & ita etiam expreſsè fatetur patronus ex aduerſo in ſua allegatione in materia præſcriptionis in princi. ubi refert uerba dicti inſtrumenti. Nec eſt uerum quòd pater reorum eſſet compatronus Bernardini, ut patet ex teſtamento patris Bernardini facto per eum del 1476. Hinc ſequitur, ꝙ ipſe aduocatus reorum exprimendo ueritatem fatetur, ꝙ omnes donationes fuerunt nullæ ex defectu conſenſus epiſcopi. Ad illud dubium de conſenſu uicarij, ꝙ nihil faciat, Reſpondet per conſil. Mar. Soci. Iunioris. 79. in ſecundo uol. qui uiſus fuit tenere quòd ſufficiat auctoritas uicarij generalis, cui replicatur, ꝙ cōſilium Mari. loquitur in donatione facta per laicum laico compatrono, & ita expreſsè loquitur in figuratione caſus linea xv. ubi donauit Franciſco Ganduſſo compatrono ſuo, quo caſu ſecundum opinionem magis communem ualet donatio ſine conſenſu epiſcopi, uel alterius, ut fatetur Abb. in d. c. ex inſinuatione, & ipſemet aduocatus in princip. ſuarum allegationum, qui ad hoc allegat Lamber. in trac. lib. 1. fol. 106. quo fit, ut in caſu Mari. donatio erat ualida, ſine ꝯſenſu epi uel alterius: & ſic illud conſilium nihil facit ad caſum noſtrum. Circa ꝯſenſum epiſcopi capituli canonicorum, reſpondet, ꝙ immo ſufficit, ex quo habet in caſu iſto iuriſdictionem quaſi epiſcopalem. iux. not. per Abb. in conſ. 59. & cōſ. 89. lib. 2. & per Curt. in tract. fol. 20. in 3. q. ubi conſuluit, ꝙ inferior prælatus ab epo non poteſt auctorizare donationi factæ in laicum, niſi habeat iuriſdictionē, quaſi epiſcopalem. Sed huic rationi replicatur, negando capitulum habere hanc iuriſdictionem epalem, quam non probat quouis modo. Nam licèt in inſtro dotationis del 1373. dicatur, ꝙ patronis non præſentantibus prouiſio capellæ ſpectet pleno iure capitulo, non ſequitur nec infertur ad iuriſdictionem epalem quæ in multis ꝯſiſtit, ut notatur in c. conquerente de off. ordi. & illa uerba pleno iure uerificantur in libera collatione excluſiua præſentationis, ob negligentiam patronorum. Nec etiā eſt uerum, ꝙ tempore dotationis del 1373. epiſcopus eſſet præſens, quam tñ præſentiam præſupponit aduerſa pars. Ad illud dubium de præſcriptione Bernardini, ſuper quo multum laborauit, dicendo, ꝙ contra Bernardinum præſcribentem ſtabat ius cōe, & ꝙ carebat tit. & ꝙ erat in mala fide, ideò requirebatur præſcriptio tanti temporis, cuius memoria hominum non erat in ꝯtrium per tex. in c. 1. de præſ. lib. 6. immo ꝙ ēt præſcriptione mille annorum non iuuaret, ſtante mala fide, ut not. in c. fi. de præſcript. Quibus replicatur, prout dixi in mea prima allegatione circa finem, ꝙ Bernardinus iuuatur iure cōi in præſcribendo ius patr. ſemel ineſſe deductum, per not. Abb. & aliorū in c. querelam de elec. col. 3. & in conſi. 76. lib. 2. & in alijs locis alias allegatis, ubi etiam dixi, ꝙ Bernardinus in præſcribendo iuuatur titulo teſtamenti paterni, in quo inuenit ius patr. & pater ipſius mandauit præſentationem fieri, quia patronus. Di-
3 xi etiam † ꝙ Bernardinus erat in bona fide, ex quo ſucceſſit in ius alterius, & quia iuspatr. nulli debebatur, quo caſu non poterat cadere in Bernardino, rei alienæ conſcientia, nec etiam in patre eadem ratione. Et licèt in patre mala fides potuiſſet conſiderari fuit præſumpta ex errore iuris, quæ non tranſit ad hæredem, ex quibus dixi quòd in Bernardino ſufficit præſcriptio decem annorū, incipiendo ab anno 1489. quando præſentauit Bartholomæum, uigore teſtamenti paterni, non utendo acceſſione temporis præſcriptionis paternæ. Ex quibus conſtat, quòd tex. in d. c. 1. & cōſilium Pariſ. 101. lib. 1. & 104.
4 lib. 4. non faciunt ad caſum noſtrum. † Impugnatur etiā præſcriptio Bernardini per lineam finitam patronorum, ex primæua ordinatione, quæ finem habuit in perſonam Ioannis eorum nepotis, ex Vgutione fratre, qui de anno 1418. cum eſſet ultimus de linea donauit iſtud ius Franciſco de Magrade doctori. quo caſu dicunt aduerſarij capellam fuiſſe factam liberam, ideò non potuiſſe ius patr. præſcribi per doctr. Cardinalis in cle. plures in 5. q. de iure patr. Sed huic motiuo dicitur illud eſſe erroneum. Nā per lineam finitam non euaneſcit iuspatro. ut inuitentur laici ad dotandum eccleſias, & ne ſtet in aere tranſit ad hæredes etiam extraneos, ex diſpoſitione legali. Ita in terminis decidit Petr. de Ancha. conſi. 81. per totum, ubi plures adducit rationes. quem refert, & ſequitur Curt. in ſuo tract. fol. 29. q. 8. col. 4. nu. 315. uer. ſuboritur, quos ſequitur Lamber. lib. 1. fol. 122. in 5. articu. Nec ob. deciſ. Cardinalis quia loquitur in caſu in quo eccleſia facta erat libera, & ponit caſum, in quo laici iure parochiæ, & non titulo iur. patr. præſentabant, quo caſu erāt poſſeſſores malæ fidei, in quo tenet Cardinalis ꝙ ceſſantibus illis præſentare eccleſia liberatur ab illa ſeruitute iure præſentandi occupato per parochianos. Illa ergo deciſ. nō facit ad caſum noſtrum, in quo apparet de uero iurepatr. creato del 1373. In quo etiam conſtat, ꝙ capella per lineam finitam non fuit facta libera, immo de anno 1463. & 1489. fit mētio de duobus præſentatis, ex quibus conſtat, quòd Bernardinus legitimè præſcripſit hoc iuspatr. & ꝯſtat etiam in proceſſu, quòd utraque pars confitetur Bernardinum eſſe patronum; ideò male dicitur, ꝙ ſit finitum. Non ob. aliud argumentum retorſionis eiuſdem rationis contra actorem, qua ipſe utitur contra reos, ſcilicet donationis inualidæ ex defectu conſenſus epiſcopi, quia hoc motiuū tollitur, quia in actore ſtat diuerſa ratio, qui intētionem ſuam non fundat ſuper donatione inualida facta patri Bernardini, quæ peccat eodem morbo, quo donationes reorum, ſed ſuper præſcriptione legitima Bernardini, ut dixi ſupra, qui bona fide præſentauit de anno 1489. ſecuta inſtitutione, quæ habuit effectū. Et iſte eſt ultimus ſtatus, cum de alio poſteriori rei nō docuerint, qui eſt attendendus. c. cum de beneficio de præb. lib. 6. cum ſimil. Vltimo uidens pars aduerſa donationem factam patri reorū de anno 1526. fuiſſe inualidam ex defectu conſenſus epiſcopi, attentauit poſſe dici, fuiſſe introductam conſuetudinē
5 in epatu Vicentino, † ꝙ uicarij poſſint trāslationi iur. patro. in laicum ꝯſentire, & donationem approbare ex multis ſimilibus allegatis pro parte reorū, cuius rationes aliter non refero, nec reprobo, ex quo ueniunt a remotis, ſed tñ oſtendam inualiditatem allegatæ conſuetudinis, quæ pluribrationib. introduci non potuit. Prima per text. in c. 1. de ꝯſue. ubi eſt caſus ꝙ in præiudicium eccleſiæ ꝯſuetudo induci non pōt, ubi Abb. in 1. not. dicit ꝙ ꝯſuetudo danoſa eccleſiæ nō tenet, qa caret rōne. c. fi. eod. tit. ꝙ modo ſit ſine ratione oñdo, qa Papa uolendo ꝓuidere eccleſijs uoluit ꝙ in trāslatione iur. patr. in laicū fienda interueniret ꝯſenſus epi ſpōſi ipſius eccl'ię, de quo Papa ꝯfidit, qui hēet cū cauſæ cognitione inueſtigare perſonā, in quā

transferretur; & ſic elegit induſtriam perſonæ, ueri paſto
ris.c.illud.c.cum ſeculum.c.præterea el ſecundo. de iur.
patr.ubi doct o. ¶ Sed conſuetudo ex aduerſo allegata,ſi
procederet in locum ueri paſtoris, introduceret uicarios
epiſcoporum,qui ſunt mercenarij, qui non curāt bonum
eccleſiarum,neque gregem dominicū, ideò a Chriſto Sal
uatore noſtro in euangelio dānantur & ueri paſtores ap-
probantur. Hinc iura uoluerunt, ꝙ uicarij generales non
poſſent ſe intromittere de grauioribus cauſis, quæ reſer-
uantur ipſis epis.c.2.& c.3.de off.uic.lib.6. ¶ Secūdo ad
idem allego tex.in c.ad noſtram de ꝯſuet.ubi Abb.per il
lum tex.in 1.not.dicit,ꝙ licèt ex conſuetudine poſsit ac-
quiri iuramento.c.cum contingat de for.compet.non ta
men ualet,ꝙ ſententia a non ſuo iudice lata teneat,quia
caret iuriſdictione, ſic in propoſito non ualebit conſue-
tudo,ut donatio ſacta de iur.patr.in laicum a uicario ge
nerali approbetur,qui non habet in hoc caſu iuriſdictio-
nem,ſed ſolus epiſcopus, cui talis poteſtas eſt reſeruata
* per iura & * omnes docto. ¶ Tertiò ad idem moueor per
tex.in c.cum conſuetudinis cod.tit.ubi eſt caſus, ꝙ capi-
tulum ſine epiſcopo,non poteſt eccleſia, & diœceſ. nouas
conſuetudines inducere, nec immutare antiquum ſtatū,
licèt epiſcopus cum capitulo ſit unū corpus,quia ipſe eſt
caput & illi de capitulo membra. c.nouit diſ.81. quæ ſi.a
præl.ſine conſen.ca.Ita pari uel minori ratione non pote
rit uicarius introducere in epiſcopatu nouam cōſuetudi-
nem contra iura,& ſtatum antiquum epiſcopatus ſine cō
ſenſu ipſius epiſcopi,qui faciunt unum, & idem tribunal
c.non eſt de conſuet.lib.6.de quo non conſtat, quia nec
etiam cōſtat de epiſcoporum pręſentia temporib.quibus
uicarij conſenſerunt huiuſmodi donationibus. ¶ Quar-
6 to moueor alia rōne † quia nemo poteſt auctoritatē pręſ-
ſtare in his quæ tendunt ad ſuum commodum uel ſauo-
rem.l.j.ff.de auct.tut.cle.ſi una in ſi.de reb. eccl.nō alien.
ubi reprobatur auctoritas epiſcopi, & capituli ad eorum
commodum,& utilitatem. Sed inducere conſuetudinem
ex aduerſo allegatam per uicarios,eſt auctorizare ad cō-
modum, & fauorem eorum; ergo nulla ꝯſuetudo potuit
induci. ¶ Quinto quando ꝯſuetudo eſt inducta cōtra ius
commune,ut in q.noſtra, præſumitur irrationabilis, niſi
qui allegat eam probet rationabilitatē: & iſta fuit theo-
rica Cardinalis in c.ſi.de cōſue.ubi Abb. col.5.qui dicit,
ꝙ ſpectabit ad iudicem uidere, utrum ſuerit introducta
aliqua ratione probabili approbata a iure. ¶ Sextò ad
7 idem moueor, † quia quādo uerſamur in materia,in qua
Papa poteſt ſacere laicos capaces, ut in terminis iur.pa-
tro.ad quod laici ſunt habilitati de gratia ſpeciali ip-
ſius Papæ,ut not.in c.3.de iur.patr.tunc non poteſt indu-
ci conſuetudo, niſi de conſenſu Papæ, qui ſciuerit illam,
& non contradixerit, ita ſuit not.deciſ.Abb. in d.c.ſi.co
lum.9.in uerſ.quinto requiritur. ¶ Confirmo prædicta
8 † quia huiuſmodi donationes confirmatæ per uicarios
incipiendo ab anno 1418.nunquam habuerunt effectum
quia non apparet,ꝙ laici donatarij,illarum uigore, ali-
quo tempore aliquem clericum præſentauerit. Nam cō-
ſtat in proceſſu, de unica tantum præſentatione facta de
anno 1489. per Bernardinum, non uirtute donationis a-
liàs patri ſuo ſactæ,quæ fuit nulls, ſed uigore teſtamenti
paterni, in quo inuenit iuspatro.quod putauit bona fide
eſſe paternum, ut aſſerebatur per patrem in teſtamento.
Vnde male allegatur ex aduerſo conſuetudo quæ nullum
habuit effectum,ut not.in d. c.cum de beneficio, & in c.
cum eccleſia de cau. poſſ. Nec obſt. alius obiectus reo-
rum,dum dicunt, ꝙ ex poſſeſsione præſentandi, cauſata
ex præſcriptione Bernardini, a quo actor ſumit ſunda-
mentum, non poſsit Ioannes actor inferre ad alios effe-
ctus iur.patr.quos ipſe deducit in ſuo libello, per dictum
Archi.in c.1.de iur.patr. lib.6. quia reſpondetur contra-
rium eſſe de iure uerius,ut tenet Io.Andr. qui melius locu
tus fuit,in reg.ꝙ alicui de reg.iur.lib.6.quem refert & ſe-
quitur Abb.in c.1.col.2.de reli.dom.in uer. & hæc ſaciūt
10 ad quæſt. per illum tex. in quo probatur † quòd laicus,
qui fuit in poſſeſsione præſentandi ſacerdotem tanquam
patronus, intelligitur præſcripſiſſe totū iuspatr. ex poſ-
ſeſsione præſentandi, licèt non poſsit probare ſe uerum
patronum,ex alio capite,ex quo non conſtat iuspatr. ad
alium ſpectare. Quod Abb. dicit bene notandum; et ex
hoc bene iuſtificatur petitio D.Ioannis actoris.

## SVMMARIVM.

1 *Mater teſtis pro filia in cauſa matrimonij repellitur, ſi ipſa filia fuit carnaliter cognita a uiro.*

2 *Vtrum compater, uel commater poſſit eſſe teſtis pro compatre.*

3 *Domeſticus, & familiaris repellitur a teſtimonio.*

4 *Teſtis qui in ſuo dicto affectat uictoriam pro quo deponit, repellitur, tanquam affectus ad cauſam.*

5 *Confeſsio coniugum mutua in præſentia eorum ualet, ſi non uenit in præiudicium alterius matrimonij.*

6 *Confeſſio coniugum per uerba enunciatiua, quia uocant ſe coniuges, non probat matrimonium, niſi concurrant multa, ubi ponuntur multa exempla.*

7 *Qui nominat aliquam mulierem in coniugem ipſa præſente, & non conſentiente, & non acceptante illam confeſſionem, non aſtringitur matrimonio, quia deficit mutuus conſenſus.*

9 *Qui interrogat mulierem ſuper matrimonio, uel alias, nominat ſe maritū per uerba interrogatoria, non conſentit matrimonio.*

10 *In matrimonio contrahendo præſentia mulieris tacentis, non arguit conſenſum, ſed potius contradictionem, ſecus ſi pater contraheret pro filia præſente, & tacente. & nu. 11.*

12 *Confeſſio uiri de matrimonio facta in iudicio uel extra in præſentia mulieris non præiudicat confitenti, niſi mulier fuerit præſens, & intellexerit confeſſionem et ipſam acceptauerit, uel inſtiterit pro confeſſione.*

13 *In cauſa matrimonij ad probandum illud, utrum ualeat illa regula, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*

## CONSILIVM CCCXLVI.

PRO aſſerto matrimonio, ut dicitur, contra-
cto inter Dominos Paſqualinam actricem,
& Baldaſarem reum conuentum, deponunt
Domina Andriana mater Paſqualinæ ſuper
17.articu.fol.6.& 7.cum qua concordat Cecilia uxor Da
miani,ſuper 18.articulo.fol.11.& 12.quæ concordant de
tempore,loco,& die,in domo Paſqualinæ, ſuper quodam
podiolo,& loquuntur de matrimonio per uerba de præ-
ſenti. ¶ Sed Baldaſar negat cōtractum huiuſmodi,ideò
Paſqualinæ incumbit onus probādi,l.qui accuſare. C.de
eden. Sed opponitur quòd dicto Andrianæ matris nō ſit
credendum pro filia,quæ fuit carnaliter cognita a Balda
ſare,de qua copula,& infante ex ea nato, atteſtantur ipſa
mater in repetitione fol.17.& Cecilia ſecunda teſtis folio
21.ex ore utriuſque Paſqualinæ,& Baldaſaris, de qua etiā
ex auditu a patre,& matre Paſqualinæ,deponit Reueren.
1 decre.doctor D.Petrus Siculus ſol.18.† ideò mater repel
litur propter affectionem, & quia deponit pro honore, &
intereſſe proprio,& totius familiæ. Ita conſuluit Aret.in
conſi.13.colu.6.& Decius conſi.133.colu.2.in ſi.lib.1.&
2 conſi.310.col.1.lib. 2. Nec Ceciliæ eſt credendum † quia
baptizauit infantem natum ex Paſqualina, & ſic ſunt af-
fines ad inuicem ſpirituales, ex quo ſequitur ꝙ nō eſt in-
tegra teſtis in cauſa huiuſmodi comatris ſuæ,ut latè pro-
bat Alex.in conſi.143. Quoniam abundè colum.2.lib.2.
uerum quia idem Alexand.de hoc dubitauit in conſi.34.
uiſo colu.pen.in ſi.lib.3.& in conſi.42. in cauſa columna
penultima eodem libro.et Iaſ.tenet contrarium in l.aper
tiſsimi.C.de iud.colu.3.uer. ſexta cauſa,ideò ex alijs re-
pellitur ipſa Cecilia a teſtimonio, quia ipſa in alio ſuo di
cto quando fuit repetita ſuper interrogatorijs Baldaſa-
tis,depoſuit ſuper aſſerta confeſsione aſſerti matrimonij
3 facta in quadam cimba, ſeu barcha † confitetur ſe fuiſſe
& eſſe domeſticam, & familiarem Paſqualinæ, & ſuorum
parentum; ideò repellitur, ut tenet glo. & docto. in capi-
tulo in litteris de teſt. Idem Alexand.in conſ.151.colum.
2.lib.5. & alio etiam & ſic tertio, non eſt ſibi credendum,
quia ipſa in ſuo primo dicto iurato ſup c.10.fol.12. dicit
Baldaſarem ꝯfeſſum fuiſſe pſbytero Franciſco de Lupatis
ſe matri-

ſe matrimonium contraxiſſe cum Paſqnalina, qui tamen
Franciſcus examinatus,nihil dicit de huiuſmodi confeſ-
ſione,cuius dictum reperitur in proceſſu fol.15.16.& alio
& ſic quarto non credendum Ceciliæ,quia ipſa in ſuo di-
cto iurato ſuper ſeptimo capitulo fol.9.dicit, ꝙ Baldaſar
fecit,quod do.Franciſcus Cathena, peteret Paſqualinam
in uxorem ſuam a ſuis parentibus; & ita continetur in
ſeptimo capitulo. Qui tamen Cathena examinatus ſu-
per capitulo ſeptimo.fol.13. tergo, dixit de hoc nihil ſci-
re. Vnde ſuccedit regula, ꝙ periurus in uno capitulo præ
ſumitur falſus in omnibus. Nam ex prædictis fecit ſe ſu-
ſpectam, & ad hanc cauſam nimis affectam. ¶ Quinto
4 uenit repellenda, † quia examinata ſuper aſſerta confeſ-
ſione & repetita ſuper interrogatorijs fol.35.tergo, dicit
che Baldaſare ha torto a non tuore per moglie Paſquali-
na,per hauerli dato la mano; ideò repellẽda,ut not.Abb.
in c.uidetur in fi.qui matr.accu. poſ. ut patet in aduoca-
to,& in procuratore.l.fi.ff. de teſt. & in l.Romana eodem
titu.lib.6.& per Alexand.in conſi.154.colu.1.lib.5.& per
Deci.in conſi.310.num.2. & ita in terminis dicit,& tenet
Pariſ.in conſi.61.colu.3.lib.4.num.18. ubi loquitur con-
tra teſtem,qui dixit affectare uictoriam cauſæ prò Vincẽ
tia actrice,ſicut iſta Cecilia pro Paſqualina,eſt ad cauſam
affecta. ¶ Ex quibus concludo huiuſmodi allegatum
matrimonium non eſſe probatũ, ſtantibus legitimis op-
poſitionibus,cõtra præfatos duos teſtes. ¶ Verum quia
de hoc defectu perpendit ipſa Paſqualina, & eius aduoca
tus fabricarunt nouam materiam, & deduxerunt quan-
dam ſomniatam confeſſionem ipſius Baldaſaris,de alle-
gato matrimonio, quam dicunt fuiſſe factam de anno
præſenti 1547. in die ſancti Ioſeph. in quadam cimba,
quam confeſſionem nixi ſunt probare per præfatam Ce-
ciliam comatrem,amicam, & familiarem dictæ Paſqua-
linæ,& per filiam Ceciliæ nomine Heliſabet, ſuper 8. & 9.
articulis,quorum dicta habentur in proceſſu fol.19. & fo
lio 36.quæ deponunt,quòd Baldaſar in præſentia Paſqua
linæ,& Ceciliæ,& eius filiæ, uocauit ipſam Paſqualinam
eſſe ſuam uxorem,propter fidem eidem datam. ¶ Vnde
uidebatur prima facie dicendum per confeſſionem hãc
5 probatum eſſe matrimonium † quia attenditur cõfeſſio
coniugum,ſi nõ uenit in præiudicium alterius matrimo-
nij,ut not.glo.& Abb.in c.ſuper eo col.2.uer. ſecundo ca
ſu,de eo,qui cogn.conſan.& probatur in c.2. ubi Abb.in
ſecundo not. de clan. deſpon. & hoc probatur manifeſta
ratione,quia matrimonium ſolo conſenſu contrahitur.l.
nuptias.ff.de regul.iur. capitulo cum locum de ſpon. ca-
pitulo ſufficit.29.quæſt.2. ergo cõfeſſio pręiudicat,quia
in dependentibus a poteſtate,& a uoluntate confitentiũ,
ſtatur eorum confeſſioni,ut not.Bart.in l.ſi forte.ff.de ca
ſtren.pecul.& ad hoc etiam bene facit,quia confeſſio ma
trimonij contracti, quæ tendit in effectu ad confirmatio
nem præcedentis diſpoſitionis,nouam diſpoſitionem in
ducit,l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid.ff.de acquir. hæred.
not.Barto.& alij in l.iij.in princip.ff. de acquiren.poſſeſs.
Idem Bart.in l.gerit in 5.quæſt.in princ.uerſ.iuxta prædi
cta quæro.ff.de acquiren.hæred. ¶ Quibus non obſtan-
tibus contrarium puto uerius in caſu noſtro, præſuppo-
ſita grauitate cauſæ,in qua ad probãdum matrimonium,
requiruntur teſtes idonei, ut legitur & not. in cap.1. de
conſang.& affinita.& in cap.in litteris de teſt.cum ſimil.
ut per Deci.in conſi.163.& per eundem in conſil. 133. &
in conſ.310.cum infinitis ſimilibus. ¶ Sed ſuper iſta con
feſſione Baldaſaris deponunt Cecilia prædicta,& Heliſa-
bet ipſius filia,duntaxat.ſed Ceciliæ obſtant plures exce
ptiones,quas deduxi ſupra, ſuper articulo de matri. ubi
uidendum; ex quibus uenit in totum repellenda: ideò
Heliſabet eius filia annorum quatuordecim, ut ipſa con-
fitetur, ut rem gratam faceret matri ſuæ,uериſimiliter de-
poſuit ſuper aſſerta confeſſione, contra ueritatem. Item
repellitur,quia ſingularis remanet excluſa matre,quæ e-
tiam ad inuicem ſunt contrariæ, quia Heliſabet ſuper 5.
cap.fol.28.dicit,che ſua madre, non noleua laſſar andare
Paſqualina a ſanto Antonio,& Baldaſare li diſſe, perche
non uoleuo, che ella uegna, eſſendo mia mogliere? Sed

Cecilia ſuper hoc paſſu fol.32.refert aliter uerba Baldaſa
ris,uidelicet non ſono io ſuo marito? Ecce diuerſitatem
da moglie,& marito. Et uerba relata per Ceciliam diffe-
runt etiam in alio,quia prolata fuerunt interrogatiue.
¶ Secundò diſcordant etiam in alio, quia Heliſabet ſu-
per 8.cap.fol.29.poſt uerba,uoi ſeti mia mogliere, dicit,
Che Baldaſare ſi cauò da ſe un anello,& lo uoleua mette
re in ditto alla Paſqualina, ſed Cecilia mater fol.33. Ali-
ter deponit ſuper hoc paſſu, uidelicet ꝙ Paſqualina do-
mando a Baldaſare, che in fede de tal coſa li doueſsi da-
re lo anello. Et ſi Heliſabet credendum eſſet,remanet ſin-
6 gularis reprobata matre. ¶ Plus etiam dico † ꝙ etiam ſi
per duos teſtes idoneos huiuſmodi confeſſio eſſet proba
* ta,ipſa confeſſio nõ probat matrimonium per doct.* cõ
munem doct.in c.illud.de prę ſump.ubi Abb.colum.5.in
7 uer. Ego dico ſic, concludendo dicit † quòd ſola nomina
tio coniugum,facta ad inuicem,quia uocant ſe coniuges
enunciatiuè in præſentia multorum,non probant matri-
monium,ut not.Innoc.in c.ex parte col.fi.de reſti. ſpoli.
et probatur in l.non nudis,& in l.non epiſtolis, ubi Bald.
col.fi.C.de proba. Nec ſola cohabitatio, nec ſola fama,
ſed ſimul iuncta, cum ſpatio decem annorum, bene pro-
* bant matrimonium,& eſt * communis opinio cum ſimil.
ut ibi per Feli.col.pe.& fi.& tradit Soci.in conſi.29.colu.
2.3.& 4.lib.1.& Alex.in conſi.150. colu.6.uerſi.9.in uerſ.
Marieta.lib.5.ubi ponit caſum,quando Comes Rizardus
in lotione manuum, cepit manum Lucretiæ, & dicebat
illi,Lauatiue anchora uoi moglier, & quòd Lucretia uo-
cabat illum Comitem, maritum, dicit enim Alexand. ꝙ
ex his uerbis non probatur matrimonium, niſi concur-
rant requiſita ſupra per Abb. in c. illud. Subdit idem A-
lex.colu.7.ꝙ comes Rizardus fuit requiſitus, quare nole
bat publicare matrimonium cum D. Lucretia. qui Co-
mes reſpondebat,nolo nunc publicare tale matrimoniũ,
& concludit ꝙ licèt iſta uerba probarentur per plures te-
ſtes non eſſet probatum matrimonium. & latius idem fir
mat Paris.in conſi.13.col.3.nu.19.20.lib.2. & adducitur
ratio,quia fornicatores, & adulteri ſæpe ad palliandum
delictum uocant ſe coniuges,contra ueritatem. Ad idem
eſt deciſ.Alex.in conſi.151.col.2.lib.5.ubi dicit ꝙ per iſta
uerba prolata per Chriſtophorum, fatiue in za Gioanna
mugher mia,non probatur matrimonium, etiam ſi coha
bitaſſent diu tãquam uir,& uxor,allegat not.in d.c.illud.
& in d.l.non epiſtolis. idem Alex.in d.conſi.153.col.pe.
in uer.non obſtat lib.5. dicit ꝙ Carolus dixerat conſan-
guineo ſuo,quem ſecum duxerat ad prandium. Queſta è
mia mogliere,& quod ille tetigit manum Heliſabet præ-
fatæ tanquam uxori Caroli,concludit Alex. per iſta uer-
ba,etiam clarè probata per teſtes idoneos, nõ inferre ma
8 trimonium,niſi teſtes dicant † ꝙ ipſa uerba fuerint pro-
lata per dictum Carolum in præſentia dictæ Heliſabetæ,
hæc uerba intelligentis,& expreſsè uel tacitè conſentien
tis.quia in matrimonio requiritur mutuus conſenſus. c.
tuæ,& c.ſi inter de ſpon.& ibi Ioan.Andr. in princip.no-
lens,ꝙ debent contrahentes ſibi inuicem reſpondere,& ſe
quitur ibi collecta.in princip.& Præpoli.in 3.not. & cla-
rius Butr.uer.quæro primo, dicens quòd primo conſen-
tiens creditur conſentire, ſi alter conſentiat illi inconti-
nenti,cum ſimi.ut per Paris.in conſi.55. col.4.nu.14. lib.
4.ita etiam not.Alex.in conſ.154.colu. pe.in fi.uerſ. præ-
terea non deponit.lib.5. ubi uult matrimonium contra-
hi per uerba de præſenti exprimentia mutuum conſen-
ſum,ſi reſponſio mulieris ſequatur ſtatim ad conſenſum
uiri. ¶ Sed in q.noſtra Cecilia non probat,nec dicit,ꝙ Pa
ſqualina expreſsè uel tacitè conſenſerit uerbis prolatis
per Baldaſarem,immo potius probat cõtrarium,in quan
tum dicit quòd Paſqualina requiſiuit a Baldaſare anu-
lum pro fide uerborum Baldaſaris,qui recuſauit anulum
tradere, ſe excuſando, ſub timore amitæ ſuæ: & ſic ipſa
Paſqualina non acceptauit confeſſionẽ Baldaſaris,quod
eſſet uxor,& ille maritus, niſi ſibi traderetur anulus, pro
fide ſeu pignore dictorum uerborũ,& ſic deficit mutuus,
& ſimultaneus conſenſus ex parte Paſqualinæ. Nec ob-
ſtat dictum Heliſabet filiæ Ceciliæ in fine ſui dicti

ſuper nono capitulo quæ dicit, ꝙ dicta Paſqualina ſe con
tentò delli detti parlamenti fatti per el ditto Baldaſare,
quæ fuerunt multiplicia. Nec etiam eſt ſibi in hoc creden
dum, quia in hoc eſt ſingularis. c. bonæ de elect. cap. licet
cauſam, de probat. ¶ Ad prædicta adduco deciſ. Deci. in
fortioribus terminis in dicto conſi. 310. columna penul.
ubi ponit caſum, in quo tres teſtes depoſuerunt, ꝙ Bene-
dictus dixerat erga Sanctam per iſta uerba, Ne tu mia
moglie, Io non to tolta per moglie per altro, ſe non per
hauerti a mei biſogni. & ipſa reſpondit; Benedetto, è ue-
ro ch'io ſono tua moglie, ma tu ſai, come ſtanno li fatti
mei, prouedegli. Quæ uerba ſunt notanda, quæ impor-
tant matrimonium per mutuum, ſeu ſimultaneum con-
ſenſum in matrimonium, ſed quia non perſiſtit in ipſis
ſimpliciter, ſed adiunxit, Ma tu ſai &c. Prout in quæſtio-
ne noſtra Paſqualina, quæ tamen expreſsè, nec tacitè con
ſenſit ad illa uerba enunciatiua matrimonij, ſed de anulo
ultimo fecit ſermonem, Conſuluit Decius quòd per illa
uerba non probatur matrimonium, quia ſunt enunciati-
ua, ſimpliciter actus præteriti per uerba dubia, de qui-
bus non conſtat aliter, quàm per enunciationem, & alle-
gat Alexand. in conſi. 153. Item quia illa confeſsio non
9 fuit directa, ſed interrogatiua, † Sed interrogans non
confitetur, ut not. Bart. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iu-
re calum. & in l. j. in uerſ. quæro, in quo differunt. ff. de in-
terrog. actio. cum ſimilib. ut ibi per eum, per quæ tolli-
tur dictum Ceciliæ, quæ ſuper ſecundo capitulo refert
uerba Baldaſaris erga Ceciliam, Chi ſono io, non ſono io
ſuo marito? Tollitur etiam iſtud dictum Ceciliæ, quia
in hoc eſt ſingularis, & ſubdit Decius columna penulti-
ma in fine. in uerſ. & hoc confirmatur. numero quinto.
quòd nominatio facta etiam in inſtrumento publico de
muliere pro coniuge, quam etiam carnaliter cognouiſ-
ſet, & cum qua cohabitaſſet, per hoc non inducitur pro-
batio matrimonij, niſi concurreret fama matrimonij, &
tempus decem annorum, allegat pro caſu. text. & ibi not.
in dicto capitulo illud. ¶ Confirmo ea quæ dixi ſupra,
10 de mutuo conſenſu, qui requirit, † ut confeſsio matrimo
nij, uiri ſit acceptata per mulierem. per not. Alexand. in
conſi. 19. in cauſa appellationis, in princip. libro quarto.
ubi allegat Cyn. & Salicet. in l. unica. C. de confeſ. & in l.
iubemus. C. de libe. cau. & in l. generaliter in ſexta quæſt.
C. de non nume. pecu. ubi refert ſe ſæpius ita conſuluiſſe.
Vnde dicit. Salice. in d. l. iubemus, non ſufficere quod te-
ſtes dicant, confeſsionem matrimonij per uerba enun-
ciatiua, fuiſſe factam parte præſente per uirum, niſi dica-
tur, & muliere inſtante, & petente, ſeu confeſsionem ac-
ceptante, cum ſimilib. ut per Alexand. in d. conſil. quod
11 etiam probo, † quia in matrimonio contrahendo, præ-
ſentia non arguit conſenſum, & taciturnitas habetur pro
contradictione, etiam ſi matrimonium contraheretur
per conſanguineos nomine præſentis, & tacentis, ut eſt
caſus in cap. 1. de matr. contr. contra interdictum eccle-
ſiæ, ubi Abb. in primo not. & alij not. idem Abb. in c. non
ne, colum. 3. in ſecunda fallen. de præſump. ubi Feli. colu.
2. fallen. ſecunda. ſecus, ſi pater contraheret pro filia præ-
ſente, & tacente, quia fauore matrimonij, & ob reueren-
tiam paternam, tacens habetur pro conſentiente, cap. uni
co. §. porrò, ubi glo. prima. de ſpon. impub. lib. 6. & ibi do
cto. propter quod datur fallen. ad glo. in regu. 15. qui ta-
cet de regu. iur. lib. 6. quæ dicit, quòd tacens in actu ho-
noris uidetur conſentire, quia fallit in matrimonio regu
lariter, in quo tractatur de obligatione perſonali ſecun-
dum Abb. & Felin. in d. cap. nonne. columna tertia, in ſe-
cunda regula, fallit in caſu. d. §. porrò, in filia tacente pro
pter reuerentiam paternam. Accedat ad prædicta conſ.
Alexand. in conſi. 212. in cauſa & lite fol. 3. lib. ſeptimo.
12 † ubi latius, quam alibi probat de confeſsione facta in
iudicio, uel extra in præſentia partis, quòd non præiudi-
cet confitenti, niſi fuerit facta parte præſente, inſtante, &
ipſam acceptante; & inter alias rationes mouetur, quia
multi per iocum uel ſolatium, uel ad alium finem confi-
tentur aliquid, uel ut euitent interdum petitores quæren-
tes reſponſum de petitis, non ut intendant principaliter
propter ſe confiteri matrimonium fuiſſe inter eos con-
tractum. ¶ Non obſtat, ſi diceretur, quòd cum non pro-
ſunt ſingula, multa iuuant ad perficiendam probationẽ:
13 † quia iſta regula non procedit in cauſa matrimonij, in
quo unumquodque per ſe eſt imperfectum, ut eſt in q. no
ſtra, & latè hoc deducit, & poſt alios probat Pariſ. in d. cõ
ſil. 55. colum. fin. num. 46. 47. 48. lib. 4. & Alexan. hoc latè
probat in conſi. 150. col. fi. lib. 5. ¶ Non obſtant ea quæ
dixi ſupra de confeſsione, quæ præiudicat confitentibus,
ut not. in d. cap. ſuper eo: quia procedunt, quando con-
ſtaret per teſtes idoneos de confeſsione mutua & recipro
ca amborum coniugum, & principaliter propter ſe; &
ita reſpondet Dec. in d. conſ. 133. colu. fin. uerſ. 1. non ob-
ſtant allegata ſupra, quæ non conueniunt caſui noſtro.

*SVMMARIVM.*

1 *Per iſta uerba: Sententiamus talem fore & eſſe ſuſpendendum a diuinis per ſex menſes, an intelligatur ſuſpenſus; concluſio ſit quòd non.*

2 *Aliud eſt condemnare, aliud pronunciare condemnandum fore, & multa ſimilia.*

3 *Sicut aliud eſt deponere, aliud pronunciare deponendum.*

4 *Per uerbum gerundium importatur tempus futurum; ideò ſententia eſt nulla; quia deficit in ſubſtantiali, condemno, uel abſoluo.*

5 *Valet ſententia, per quam iudex condemnat, uel abſoluit aliquem, prout habetur in conſilio talis doctoris, in quo conſuluit illum abſoluendum, uel condemnandum.*

## CONSILIVM CCCXLVII.

Q RITVR quæſtio, utrum per iſta uerba prola
ta in ſententia definitiua contra R. d. Vincen
tium de Rubeis canonicum Ciuitatẽſem in-
1 quiſitum de aſſerto paricidio: † Sententia-
mus & condemnamus ipſum fore & eſſe ſuſpendendum a
diuinis per ſex menſes, intelligatur ſuſpenſus de præſenti
a die latæ ſententiæ: uel requiratur alia ſuſpenſio per uer
ba præſentis temporis; ita, ꝙ iſta ſententia ſit nulla tan-
quam lata per gerundium, quod importat tempus futu-
rum; & deciſiuè loquendo teneo ipſam ſententiam nul-
lam in illa parte, & ſic non inducere ſuſpenſionem a diui-
nis, ita decidit Bart. in l. j. C. ſi adu. libe. Io. Andr. in Spec.
de excep. §. uiſo, In additio. incip. Dat intelligere, Bald. in
l. ſolent. ff. de off. proconſ. & in c. 1. ad fi. de off. leg. nam a-
liud eſt condemnare, aliud dicere, condemnandum fore
& eſſe; ita glo. in c. frater. 16. q. 1. & in c. ſuper eo. de off. de
leg. cum multis ſimilibus, ut per Feli. in c. cum uenerabi-
lis, col. 21. in uerſ. neque credas, ꝙ dicta uerba, de excep.
& in c. non poteſt de re iudi. & per Alexand. in l. j. §. ſi quis
ita, col. 3. & 4. ff. de uerb. obligat. ubi atteſtatur hanc opi-
nionem eſſe ueriorem, pro qua eſt glo. magna in fin. in d.
l. j. C. ſi aduer. libe. & adducit multa ſimilia, quia aliud eſt
pronunciare, quem eſſe liberum, & aliud quem liberan-
dum, ut probat in l. qui ſe dicit. C. de iud. & aliud eſt quẽ
in integrum reſtituere, aliud pronunciare reſtituendum
in integrum, ut l. fin. cum glo. in uer. compromiſſarios. C.
ubi & apud quem in integr. reſtitu. & Bald. ibi & aliud eſt
quem mittere in poſſeſsionem, aliud pronunciare mit-
tendum, ut l. cognitio. §. bonorum, ubi glo. ff. de officio
3 eius cui mandata eſt iuriſdictio. † & aliud eſt deponere
quem, aliud eſt pronunciare deponendum, ut not. glo. in
dicto capitulo ſuper eo in uer. ordinet, & not. Ioan. And.
in capitulo tranſmiſſa de electio. & Bartol. in l. ſolent de
offic. proconſu. in princip. & aliud eſt abſoluere aliquem
& aliud pronunciare abſoluendum, quia in iſto caſu non
erit abſolutus, ſecundum Bald. in l. ſi quis filio exhære-
dato. §. eius. ff. de iniuſt. teſtamen. & Ange. in authenti. de
exhib. re. §. finali. in fine, & ibi glo. quæ exempla refert &
ſequitur Salicet. in dicta l. j. C. ſi aduer. libe. in quarta op-
po. & Alex. in d. §. ſi quis ita col. 4. & Deci. in d. c. cum ue-
nerabilis col. pe. uerſ. ex ſupradictis inferẽ ad. q. ubi dicit,
quòd

quòd ſi iudex dicat pronuncio talem abſoluendum fore, ſententia non ualet, cum iudex utatur expreſsè uerbis
* futuri temporis, & atteſtatur hanc eſſe* communem opinionem, & Alex. in d. §. ſi quis ita dicat etiam hanc partē eſſe ueriorem, & uterque Alexan. & Deci. reſpondent allegatis in contrarium per aliquos doctores, qui defendunt communem opinionem ab obiectis, ut ibi latè per eos, & quia a communi opinione, in conſulendo & iudicando non eſt recedendum, ut tradunt Io. Andr. & alij docto. in c. 1. circa fi. de conſtit. ideò ulterius circa hoc non inſiſtā, hac præcipuè ratione, quia ex alijs uerbis ſimilibus poſitis in eadem ſententia, colligitur intentio ipſorum D. iu-
4 dicum † uoluiſſe per gerundium proferre ſententiam, quę importaret tempus præſens. Quod probo, quando uoluerunt abſoluere eundem D. Vincentium ab imputato parricidio, quia uſi fuerunt & ſunt etiam uerbo de præſenti, quorum uerba ſunt infraſcripta uidelicet. In his ſcriptis ſententiamus dictum inquiſitum fore & eſſe abſoluendū a paricidio. quæ uerba importāt abſolutionem fiendam in futurum. ideò ſtatim ſubiunxerunt alia uerba de præſenti; Prout abſoluimus. Sumus ergo in caſu claro, in quo ipſi iudices noluerunt proferre ſententiam abſolutoriam per uerbum importans tempus futurum, abſoluendum fore & eſſe, ex quo immediatè uſi ſunt uerbo de præſenti, prout abſoluimus. Ita dicamus in condemnatoria, quòd noluerint do. Vincentium ſuſpendere a diuinis per uerbum, ſuſpendendum fore, quod reſpicit futurum tempus; cum etiam non potuerint de iure, quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem. l. j. in princ. ff. de uſur. C. non quemadmodum. ff. de iud. ideò defecerunt ipſi iudices in uerbo neceſſario de præſenti, Prout eum ſuſpendimus a diuinis. quo deficiente, ſententia deficit in uerbo ſubſtantiali; ideò in illa parte nihil ualet, & ſic non operatur ſuſpenſionem aliquam. & quia ſunt functi officio ſuo, ideò nihil aliud poſſunt uelle. l. iudex poſtquam. ff. de re iudic. capitulo in litteris in fi. de offic.
5 delega. & doct. in locis præallegatis. † ponunt aliam quæſtionem de iudice, qui condemnat, uel abſoluit aliquem, prout habetur in conſilio talis doctoris, in quo doctor conſuluit illum abſoluendum, uel condemnandum: nunquid illa ſententia, quæ habet relationem ad conſilium
* ualeat. & doct.* communiter tenent, quòd ſic. Sed quia iſta quæſtio deciditur alijs rationibus, & iuribus, cum ſit quæſtio diuerſa a quæſtione propoſita, ut patet ex facto, & ex deductis per docto. in locis præallegatis, maximè per Alex. & Deci. ideò cum ſit diuerſa quæſtio a quæſtione noſtra, propterea ulterius non inſiſto.

*SVMMARIVM.*

1 *Non datur reſtitutio ſpoliato beneficio, niſi probet poſſeßionem titulo coloratam.*
2 *Idem dicendum in attentatis, quæ non reuocantur, ſi conſtat de notorio non iure petentis reuocationem: & ita ſeruat Roma. curia.*
3 *Idem dicendum in petente reſtitutionem uxoris.*
4 *Quæ concluſio ampliatur etiam in remedio reintegrandæ poſſeßionis, ut ſit opus colorare poſſeßionem: & ita ſeruatur de ſtylo Rom. curiæ.*
5 *Priuatus ipſo iure beneficio poteſt, a ſuo ordinario amoueri, abſque alia ſententia hominis.*
6 *Per ſupplicationem ſignatam coloratur poſſeßio pro reſtitutione conſequenda.*

CONSILIVM CCCXLVIII.

FVIT quæſtio iudicialiter uentilata de clerico pacifico poſſeſſore beneficij duorum annorum, ſpoliato de facto per alium clericum, qui habebat prouiſionem eiuſdem beneficij a ſuo ordinario, qui petijt in iudicio ſe reſtitui ad ſuā priſtinam poſſeſsionem. et uidebatur primo aſpectu ipſum reſtituendum, licèt ſuam poſſeſsionem non coloraret per tex. & ibi not. in c. in litteris de reſti. ſpolia. ubi dicitur ꝙ
1 etiam prædo ſpoliatus, debet ante omnia reſtitui. † Contrarium tamen fuit iudicatum. & ita ꝯcludit Rot. in no. poſt Archid. Ioan. Andre. & Innoc. deciſ. 14. fuit dubita-
2 tum † quæ ampliat terminos quæſtionis, etiā in illo, qui petit reuocari attentata, lite pendente, ut debeat colorare poſſeſsionem titulo; et atteſtatur curiam Rom. ita ſeruare. Idem concludit Rota. deciſ. 55. Ad inſtantiam, & adducunt rationes, ne detur in beneficialibus uitioſus ingreſſus, & percipiantur fructus cum peccato, quos tenetur reſtituere. c. non dimittitur peccatum, de reg. iur. li. 6. cui peccato iudex tenetur obuiare. Idem tradit Oldr. in cōſi.
3 1. col. 2. & ultima. † Simile uidemus in petente reſtitutionem uxoris, qui debet docere aliqualiter de matrimonio. c. ex parte. & c. litteras. & ibi not. de reſti. ſpol. & licèt articulus ſit diſputabilis in remedio reintegrandæ, ut patet
4 ex deductis per Rot. in no. deciſ. 393. Si. A. conferatur: † tamen concludit ꝙ de ſtylo curiæ non datur reintegratio, niſi probetur colorata poſſeſsio, quę debet eſſe adepta auctoritate ſuperioris, & nō auctoritate propria, quia eſſet penitus incolorata, quę nullum parit poſſeſſoriū. Idem tenet Rot. in no. 421. fuit dubitatum. et latius in deciſ. 557. Si quis dicat, q̄ allegat not. per Innoc. in d. c. ex parte, & ꝑ Archi. in c. uno, de eo qui mit. in poſ. li. 6. & dicit Nico. de Mil. in repert. in uer. poſſeſſoriū fol. ult. uer. poſſeſſorium recuperandæ, ꝙ ēt ſi notoriè nō ꝯſtaret de defectu tituli, tñ ſi clericus ingreſſus fuit poſſeſsionē beneficij auctoritate propria, ſi ſpoliat̄, non pōt ſpolium intentare. Sed in q̄ōne noſtra caſus eſt huiuſmodi, immo in illo clarè ꝯſtat de non iure ſpoliaō. Et dicit gl. in uer. ipſo iure in extraua. execrabilis Io. 22. §. qui uerò de pręb. ꝙ priuatus ipſo
5 iure beneficio, † poteſt de facto a ſuo ordinario amoueri, abſq; alia ſententia hominis, nec pōt allegare ſe ſpoliatum. et poſtquam incidit ſermo de poſſeſsione colorata:
6 Nota † ꝙ per ſolam ſignaturā ſupplicationis datæ, abſq; litterarum expeditione, colorat̄ titulus, & ſic poſſeſsio ſe-
* cundum Inno. in d. c. in litteris, cuius opinio* cōiter ap-
7 probatur, & in palatio obſeruatur. Hinc infero, † ꝙ per ſolam ſupplicationem poteſt capi poſſeſsio inferiorum beneficiorum. Quæ concluſio fallit in cathedralibus, & monaſterijs ac alijs beneficijs ꝯſiſtorialibus, in quib. poſſeſſio nō pōt capi ante litterarum expeditionem, ſub pœna priuationis, ut hr̄ in extraua. Boniſ. viij. de elec. incip. In-
8 iunctæ. † Item coloratur poſſeſsio per collationē factam per uicarium epi, ſi probetur ipſum habuiſſe poteſtatem conferendi. Ita uult Aegi. deciſ. 50. quam ſequitur Rota.
9 † & coloratur poſſeſsio ēt per cōfeſsionem tituli factam per ſpoliatorem. Ita Rota in no. 19. de reſti. ſpol. & Abb. in c. item cum quis eod. tit. & ſequitur Guil. Caſſa. in deciſ. Rotæ. 8. de reſti. ſpolia.

SVMMARIVM.

1 *Decretum annullatiuū in diſpoſitione Papæ inficit ipſo iure petitorium & diſcolorat poſſeſſorium.*
2 *Poſſeßio beneficij contra decretum Papę dicitur notoriè uitioſa, et diſcolorata: etſi ſpoliareē detētor, non poſſet agere de ſpolio.*
3 *Et huiuſmodi poſſeſsio caret omni iuris effectu.*
4 *Quando notoriè cōſtat de non iure poſſeſſoris in beneficio, poteſt a ſuperiori de facto expelli, ipſo non uocato, & ſine cauſa cognitione, quia detinet cum peccato, nec dicitur ſpoliari.*
5 *In materia beneficiali commiſſa per principem ſecularem ad referendum admittitur exceptio de defectu tituli notorio, contra petentē poſſeſsionē ſecus ſi exceptio requirat altiorē indaginē.*
6 *Regula cancellariæ reuocatoria gratiarum expectatiuarum cū clauſula decreti irritantis, tollit ipſo iure petitorium & poſſeſſorium per totam alleg.*
7 *Qui prior eſt in poſſeſsione debet in ea manuteneri in pari cauſa tituli ſi habet colorem poſſidendi.*
8 *In beneficialibus prædo non eſt manutenendus in poſſeſsione, ſi concurrit cum legitimo poſſeſſore. Idem ſi conſtat notoriè de poſſeſsione diſcolorata.*
9 *Ad relatorem deputatum per principem ſecularem ſpectat degiſtare meritum, pro coloranda poſſeſsione, ſed de illo non poteſt cognoſcere ſi requirat altam indaginem.*

## CONSILIVM CCCXLIX.

GRATIA expectatiua conceſſa R. D. Hieronymo Nigro canonico Paduano, de anno 1536. fuit reuocata die 4. Nouembris 1540. in qua reuocatione adeſt clauſula decreti irritantis, ubi Papa decernit irritum & inane quicquid factum, & ſecutum fuerit, prætextu gratiarum reuocatarũ ad uacatura beneficia. Alia reuocatio habetur de anno 1545. die 18. menſis Aprilis. & alia ſimilis de anno 1545. die 22. menſis Decembris, ubi in fine ipſius Papa caſſat & annullat, & irritum decernit quicquid prætextu dicta-
1 rum gratiarum reuocatarum factum fuerit. † ¶ Sed decretum appoſitum in diſpoſitione Papæ inficit, & tollit ipſo iure petitorium & poſſeſſorium, & omne id quod ſequitũ, ut probatur in c. ſi eo tempore in fi. de electio. lib. 6. & ita latè decidit Rota in no. 16. in princ. quæ dicit, & probat,
2 † ꝙ decretum Papę facit, quod poſſeſsio contra illud in beneficio caret omni effectu, & adminiculo iuris, ſine quo in beneficialibus poſſeſsio non procedit, & per illud conſtat clarè de non iure agentis poſſeſſorio, nec poteſt apud ipſum eſſe ulla poſſeſsio; ideò ſi ſpoliaretur de facto denegaretur ſibi reſtitutio; & ita etiam concludit eo ln. 3. uer. non obſtantibus. Et cum iſta deciſione concordat Rota infra 23. & in antiquis deciſ. 7. & 475. & Bella. deciſ. 66. & 342. idem tenet Abb. in cap. accepta col. 2. de reſtitu. ſpolia. ubi dicit, ꝙ agenti poſſeſſorio in beneficio reſignato, obſtat ſibi renunciatio, quia inficit etiam poſſeſſorium, ita ꝙ non poteſt agere de ſpolio. Idem tenet
3 & 4. Rom. in conſi. 499. ubi latè probat, † ꝙ poſſeſsio beneficij contra decretum Papæ dicitur notoriè uitioſa, & infert, ꝙ nullum ius penitus tribuit poſſeſſori, & conſequenter, ꝙ iudex ad hoc deputatus, poſſeſsionem ab eo, etiam non uocato, & ſine alia cauſæ cognitione, poteſt auferre, allegat Innoc. & Hoſti. in d. c. accepta, & allegat tex. in c. ſi ij contra quos, ut lite pendente libro ſexto.

¶ Hinc dicit glo. in uerſ. ipſo iure in extraua. execrabilis in §. qui uero, quòd ubi conſtat quem ipſo iure priuatũ, uel aliàs ius non habere in beneficio quod detinet, & illi nulla competat defenſio, de facto ab illo expelli poteſt, nec poteſt dicere ſe tanquam ſpoliatum reſtituendum, cũ non poſsit dici poſſeſſor. Ad idem allego Abb. in c. quia clerici in ſecũdo not. in fi. de iur. patr. ubi dicit, ꝙ in actibus notoriè iniuſtis, iudex procedit extraiudicialiter, & infert, ꝙ ſi clericus notoriè teneat eccleſiam occupatam iniuſtè, non eſt neceſſe ꝙ epiſcopus uocet eum in iudicio, ſed poteſt ipſum ſpoliare de facto, ſicut de facto ſe intruſit, quem ſequitur magnificando hoc dictũ Feli. in c. qualiter el primo. col. 10. de accu. ¶ Ad idem adduco conſi. Rom. 483. dubitatur primo. colu. fi. ubi dicit, delegatum principis eccleſiaſtici poſſe ꝓuidere alteri de beneficio, non uocato poſſeſſore, qui non habet titulum coloratũ, & auferre ab illo poſſeſsionem, ipſo non citato, & ſine alia cauſæ cognitione. & reſpondet ad tex. cum ſua glo. in c. licèt epiſcopus de præben. lib. 6. quia loquitur quando poſſet abſenti ius aliquod cõpetere. Rurſus adduco Abb. in c. in litteris colu. 4. de reſtit. ſpoli. ubi dicit, ꝙ in beneficialibus, non debet fieri reſtitutio clerico ſpoliato, ex quo conſtat eum eſſe prædonem, ſeu intruſum, ne detur uitioſus ingreſſus percipiendo fructus cum peccato. ſed iudex debet ex officio ſuo reſtituere illud uero rectori, ut
5 celerius obuiet periculo animarum, † & ſic concludit debere admitti exceptio contra eum, de non canonica inſtitutione notoria, & col. 5. in princ. refert Lapum alleg. 24. & Bertran. in cle. 1. de cau. poſſ. dicentes, fuiſſe obtentum in palatio apoſtolico, quod in beneficialibus non datur poſſeſsio ſine titulo. idem tenet Abb. in eod. c. colu. 10. in uerſ. Si autem exceptio defectus proprietatis, eſt notoria, debet admitti, & non permitti illa intruſio cum peccato. & ꝙ iudex debet ſupplere, ex officio. Adduco etiam ad hoc conſilium Dec. 220. circa fin. qui poſt Innoc. & alios quos allegat tenet, ꝙ in materia in qua uerſamur, cõmiſſa per principem ſecularem ad referendum, admittitur exceptio de defectu tituli notorio, uel incontinenti probando, contra petentem poſſeſsionem, quando notoriè conſtat de defectu tituli, ſecus ſi requirat altam indaginem, contra poſsidentem titulo colorato, quia uenit reſeruanda diſcutienda, coram iudice eccleſiaſtico competenti. et ita quotidie ſeruatur per relatores Illuſtriſsimo
6 dominio. † Sed in quæſt. noſtra, clarè & notoriè conſtat incontinenti de notorio non iure R. Do. Hieronymi Nigro, per tres regulas cancell. apoſtolicæ reuocatorias gratiæ ſuæ, cum decreto irritanti, contra quam reuocationé nulla ſibi competit defenſio. Ergo aſſerta ſua poſſeſsio penitus nulla, & diſcolorata, non debet eſſe in aliqua conſideratione, quæ regulæ probant intentionem Papæ Pauli iij. & exceptionem Reueren. D. Nicolai coram Illuſtriſſimo Dominio, & conſequenter coram D. V. R. in iſto cõflictu extraiudiciali, in quo nunquam fuit oſſeruatum, ꝙ producantur plumbatæ; ſed duntaxat producuntur ſub plumbo coram iudice, coram quo plenariè cognoſcitur de cauſa. Ita dicit Gomeſ. ſuper regula de infir. reſignant. q. 18. ſol. 48. uerſ. ſecundo. ꝙ illa regula non habet locum extra. Rom. curiam. ſecundum eundem Gomeſi. ſuper d. de non iudicãdo, q. 2. fol. 11. Tertio quia ſola ſupplicatio ſufficit pro adipiſcenda poſſeſsione beneficiorũ non conſiſtorialium, ut per Feli. in c. ueniens. de accuſa. col. 2. qui ita intelligit, ut per eũdem Gomeſi. ſuper eadem regula. q. 5. fol. 72. nu. 2. ¶ Non obſtant cõtraria, & primo regu-
6 la qui prior de reg. iur. li. 6. † quia procedit in prima poſſeſsione titulo colorato, & ſic in pari cauſa petitorij, ut probatur in reg. in pari cauſa eodem titu. & lib. & ita tenet glo. in d. reg. qui prior, & probat tex. in c. ſi a ſede, de præben. eodem libro. ſed in quæſt. noſtra D. Nicolaus habet bonum titulum ſed D. Hieronymus nullum penitus. ſed infectum, & poſſeſsionem pariter diſcoloratam, ut dixi ſupra; ergo regula qui prior non facit ad propoſitum. ¶ Non obſtat actualis poſſeſsio, D. Hieronymi quia ne-
7 gatur. † Nam licèt adeptus fuerit poſſeſsionem uerbalem, tamen huiuſmodi poſſeſsio inſtrumentalis, ſine aliquo effectu, & momentanea, non eſt conſiderabilis, ut tenet Philip. in c. ad decimas de reſtitu. ſpoli. libro ſexto. in ſecundo not. per illum text. ibi, aliquandiu continuata. ¶ Nec obſtat ꝙ D. Hieronymus non poſsit amoueri ab illa ſine cauſæ cognitione: quia hoc eſt falſum etiam ſi de præſenti actu poſsideret, per ea quæ ſupra dixi de poſſeſſione uitioſa, & incolorata, & ſtante notorio non iure ipſius per reuocatoriam ſuæ gratiæ, cum decreto, per quæ in amouendo eundem, non requiritur citatio, nec cauſæ cognitio, ut dixi ſupra, poſt glo. Roma. Abb. & alios.
8 † ¶ Non obſtat tertium dubium, quòd prædo ſit manutenendus in poſſeſsione. c. in litteris in fi. de reſtitu. ſpoli. quia reſpondetur, quòd loquitur, quando non conſtat, ꝙ ſit prædo, ſecus ſi hoc eſſet notorium, quia in beneficialibus non manuteneretur in poſſeſsionem, ut tenent ibi doct. maximè do. Antonius & Abb. colu. 3. & 4. & 10. Nam tunc apparet de peccato, & debet ſtatim amoueri, ne maneat intruſus. Nec ille tex. procedit quando prædo concurrit cum domino, ſed cum ſpoliante. Ita dicit & probat glo. fi. in d. c. cum qua pertranſeunt omnes doct. Sed do. Hieronymus Niger eſt intruſus, & concurrit cum do. Nicolao, uero domino & rectore dicti beneficij, cum titulo canonico prouiſionis Reuerendiſsimi do. legati apoſtolici ſibi ceſſo; ergo. ¶ Nec obſtat, ꝙ gratia do. Hieronymi prius per Papam Paulum reuocata, det titulum coloratum, quia hoc eſt falſum, & contra iura & omnes doctores propter clauſulam decreti irritantis, de quo in regulis reuocatorijs, quod notoriè inficit titulum, & diſcolorat poſſeſsioné, ut latè probat Rota in d. deciſ. 16. & 23. inno. & in locis ſupra per me allegatis. ¶ Nec obſtat ꝙ regulæ reuocatoriæ non ſint productæ ſub plumbo, quia hoc non ſeruatur in iſto conflictu extraiudiciali, coram dominis relatoribus ut dixi. ¶ Non obſtat ult. ꝙ ad rela-
9 torem nõ ſpectat talis cognitio, † q͂a hoc expreſsè negat q͂ſi corã eo excipitur, & probatur de notorio non iure, de quo conſtat immediate, ſecus ſi exceptio requirit altioré indaginem, quia tũc reſeruatur coram iudice eccleſiaſtico latus

co latius cognoſcenda & decidenda. Ita in terminis ad
referendum conſuluit Dec.in d.conſi.220.& Guido Pap.
q.71.incip.index laicus,& q.85.incip.curia parlamenti:
& ita ſemper fuit oſſeruatum. Hinc illuſtriſsimum domi-
ninm in ſuis commiſsionibus ad relatores, dicit, quòd ui
deant, cui nam de iure ſint dandæ litteræ ducales poſſeſſo
riæ, corám quo partes ipſæ producunt bullas ſnorum titu
lorum,& omnia alia facientia ad meritum,& ad poſſeſsio
nem, quæ productio eſſet uana, ſi relator nõ poſſet cogno-
ſcere,& guſtare meritum, ad effectum nt uideat de ualidi-
tate, ſeu inualiditate, tituli, ne detur poſſeſsio non haben
ti ius, notoriè.

Ioannes Baptiſta Ferrettus I.V.D.

*S V M M A R I V M.*

1 *Opponens contra teſtes, crimina, uel defectus, debet ſpecificare an-num, menſem, diem, ac locum delicti.*
2 *Qui opponit crimina, uel defectus contra teſtes calumnioſè ani-mo differendi iudicium, debet repelli.*
3 *Iuramentum ad probandum ea quæ conſiſtunt in animo non ad-mittitur, quando eſt præſumptio calumniæ contra iurantem.*
4 *In dubio exceptiones contra teſtes non repellunt illos a principio ſed ſunt reſeruandæ.*
5 *Teſtis qui non debet examinari, ſi examinetur facit indicium, niſi exceptio contra illum ſit reſeruata per iudicem.*
6 *Exceptio contra teſtes etiam repellens ab initio, eſt reſeruanda, ſi requirat altam indaginem, in probando illam.*
7 *Idem ſi plus tẽporis conſumetur in diſcuſsione exceptionis, quàm in probando meritum cauſæ.*
8 *Conſpiratio aliquando oritur ex crimine, & ſic tendit ad malum aliquando ad bonum.*
9 *Vnde oriatur inimicitia capitalis.*
10 *Conſpiratores non excluduntur in totum a teſtimonio, ſed dictis il-lorum creditur cum alijs adminiculis.*

## CONSILIVM CCCL.

CONTRA articulos Marciantonij aduerſus
teſtes nominatos pro Clemẽtia, qui continẽt
1 materiam obiectiuam, opponitur, † quòd op
ponens debebat ſpecificare annum, lucum,
menſem,& diem aſſertæ conſpirationis, ut probatur in c.
præſentium.§.teſtes de teſtib.lib.6.& ibi glo. in uerſi. no-
mina,& in uerſi.ſpecificatione & in uer. & aliorum, cum
ſimi.ut ibi per Philip.§.teſtes, col.pen.& fin.idem tradunt
Bal.& Sali.in auth. ſi dicatur. C. de teſtib.& Rota in nou.
deciſ.252.& 253.ergo materia repellenda. Ex alijs etiam
articuli ſunt repellendi, ſeu reſeruandi poſt examen teſtiũ
2 nominatorum, etiam ſi eſſent ſpecificati,† quia ſunt pro-
ducti animo differendi probationes, calumnioſè, ut tenẽt
docto.in c.ex parte A.de teſti.ubi Abb.poſt eos in 7.colu.
Primum indicinm contra producentem, inſurgit, quia iã
propoſuerat materiam criminoſam,& inimicitiam capi-
talem, contra D.Franciſcum Fabricinm, quæ fuit reſerua-
ta. & ſic proponens fuit ſemel conuictus de calumnia, &
ſemel malus, ſemper præſumitur talis in eadem ſpecie
mali. ¶ Coadiuuatur iſta ratio, quia idem Marcusanto-
nius, ut repelleret eundem D.Franciſcum Fabricium teſtẽ
nominatum,& iuratum, a principio, producit materiam
diſparitatis, quæ non fuit admiſſa, quia calumnioſa, ſed re
ſeruata iuxta tex.in c.præſentium de teſtibus. ¶ Secun-
dum indicium calumnię colligitur, quia ſi articulata con
iuratio fuiſſet uera, uериſimiliter a principio fuiſſet nota
ipſi articnlanti ex quo in articulis ſæpius dicitur, quòd
materia articulata fuit tractata & concluſa ſæpius in di-
uerſis locis,& corã diuerſis perſonis, uſque de menſe Maij
proximi præteriti in eadem ciuitate. ¶ Tertia præſum-
ptio inſurgit contra eundem, quia examinatus fuit pro
matrimonio Angelus Raphael.& adducit conteſtes pręſa
tos nominatos: ergo iam habemus magnum indicium
pro matrimonio,& contra articulatam conſpirationem.
Quarta præſumptio oritur, quia aſſerta cõſpiratio, eſt ni-
mis generalis,& confuſa, & male ſpecificata, quæ arguit
ignorãtiam ipſius materiæ in proponente, maximè ex eo
etiam quia non ſpecificauit nomina teſtinm, ex quibus in
tendit probare articulata iuxta gl.in d.c.præſentium in §.
teſtes ſuper uerſ.nomina; ergo ſomniata, præſumitur.
¶ Quinta coniectura oritur ex facto ſuper coniuratione
deducto, quæ non habet in ſe aliquam uериſimilitudinem,
ſed faciem falſitatis, nec aliqua cauſa adeſt, propter quam
teſtes nominati uoluerint, aut debuerint coniurare cotra
Marcumantonium, ad probandum matrimoninm: & eſt
fabnloſum dicere, quòd teſtes nominati poſsint ſperare
augmentum aliquod honoris, uel facultatum, uel aliquod
alind commodum, ſi huiuſmodi matrimonium ſequatur.
¶ Nec obſtat iuramentum de calnmnia oblatum, iuxta
3 tex.in c.paſtoralis in fi.de exce. quia non admittitur, † quia
contra hanc oblationem, ſtat præſumptio calumniæ, ut
eſt gl.in c.propoſuiſti in uerſ.non probatur in fin.82.diſt.
cum ſimi.ut per Barth.Soci.in reg.72.fall.3. fol.12.& per
Feli.in c.2.col.8.uerſi.6.fallit de conſti. ¶ Secundo prin
cipaliter dico, quòd etiam ceſſantibus cõiecturis calum
4 niæ † in dubio exceptiones cõtra teſtes non repellunt il-
los a principio, ſed regulariter ſunt reſeruandæ.c.præſen-
tium prætalle. Ita decidit Ioan.And.in d.c.ex parte A. quẽ
ibi Abb.col.7.appellat æquam & communem,& ſequitur
ibi Feli.& Aret.col.5. ¶ Nec obſtat, ſi diceretur, quòd
ſint admittendi articuli reprobatorij ad impediendum
5 examen teſtium nominatorum † ne examinati faciant in
dicium iuxta doctri. Bar. in l. maritus. ff. de quæſti. quia
dictum Bar.non procedit, quando examinatur teſtis poſt
oppoſitionem ſibi factam,& reſeruatam: nam poſtea exa
minatus & probata exceptione, nullum penitus facit in-
ditium. Ita notanter probat Aret.in d.c.ex parte col.6. in
uerſi.tu autem in iſta materia, qui allegat iura & auctori-
6 tates. Ex alio etiam non ſunt admittendi articuli,† quia
cum materia illorum non deducatur, tanquam notoria,
& ſic incontinenti probanda,& cum requirat longam in-
daginem: non eſt retardandum examen ſuper matrimo-
nio. ita tenet Inno.in d.c.ex parte,& ibi Abb. col.7.in 2.
opi.per tex.in d.auth.ſi dicat.C.de teſtib.ubi Bal. & Sali.
not.& not.Bar.& alij in l.nam,& poſtea.ff. de iur. iur. lo-
quendo de dilatoria, quæ ſi requirat longam diſcuſsionẽ,
7 non retardat proceſſum. ¶ Confirmo prædicta † quia
plus temporis conſumetur in diſcuſsione iſtorum articu
lorum quàm in probando matrimonio per teſtes nomina
tos, qui examinabnntur in ſpatio duorum dierum & ſic
R.D.V.debet potius arbitrari,& inclinare ad probandũ
matrimonium, quod eſt fauorabile,& pro bono publico,
etiam animarum, quàm illi proponere materiam obiecti
uam, odioſam,& intricatam, quæ conſiſtit in reprobatio-
ne teſtium,& ad impediendum matrimonium, ut interea
Marcusantonius reus, habeat tempus ſuſcitandi capita-
les inimicitias, contra teſtes nominatos, prout fecit con-
tra Franciſcum Fabricium, contra quem oppoſuit multa
conuicia,& falſa crimina, ut illum prouocaret ad arma.
8 ¶ Præterea dico, † quòd materia articulatæ conſpiratio-
nis, non oritur ex crimine, & ſic non eſt criminoſa iuxta
tex.in c.exhibita de iud.& in c.fi.de teſti.cogen. ut ratio-
ne criminum repellat teſtes, ut declarat Card.in d.c.cum.
I.& A.col.1.& d.Ant.& Abb.i d.c.exhibita col.2. per tex.
in c.teſtimonium de teſtib. quæ etiam ſi eſſet criminoſa
non repellit teſtes a principio, ſed reſeruatur poſt fundatã
intentionem actoris iuxta tex.in d.c.pręſentiũ,& tradunt
docto.in d.auth.ſi dicatur,& in d.c.ex parte A.Sed eſt ma
teria, quæ tendit ad bonum matrimonij probãdi, ex qua
nõ fuit orta, nec apparet aliqua inimicitia capitalis, apta
9 ad repellendum teſtes a principio, † quia cauſatur talis
inimicitia a quæſtione capitali, facto uel uerbis, uel pro-
pter litem omnium bonorum, uel minoris partis, ut legiẽ
& not.in d.auth.ſi dicatur,& in c.cum oporteat de accu.
Et iſta coniuratio articulatè ab bonnm, ut fiat matrimo-
nium, uel per alia exempla declarata latius per D. Ant. &
Abb.in d.c.exhibita.col.2. dicitur potius concordia, &
bona cõſideratio, ut dicit Card.in cle.paſtoralis in 7.not.
de re iud.quam ſequitur Feli. in d.c. exhibita col.3. Coa-
diuuantur

10 diuuantur prædicta, † quia conſpiratores non excludun
tur in totum a matrimonio. nam dictis illotum creditur
cum alijs adminiculis ſecundum Inuo. in d.c. cum I.& A.
de re iud. quem ſequitur ibi Hoſti. in §. fi. in duobus locis,
maxime col. fin. qui dicit quòd faciunt indicium, allegat
tex. in c. per tuas in fi. de ſimo. & probatur iſtud dictum in
d.c. cum I.& A. §. fi. ideò non ſunt repellendi a principio,
quod etiam tenet Hoſti. in d. §. fi. in uerſi. probare qui di-
cit, quòd ille Abb. qui accuſabatur, debuerat contra illos
teſtes conſpiratores proteſtare de conſpiratione, ut eſſet
ſibi ſalua illa exceptio, iuxta tex. in d.c. præſentium, quod
quidem non fecerat. Nec probatur aliqua lege, quòd iſta
exceptio de cõſpiratione, repellat teſtes a principio, quia
poteſt reſeruari poſt fundatam intentionem actoris, ut di
cit D. Ant. in d.c. exhibita col. 1. licèt ille tex. loquatur de
conſpiratione criminoſa, contra illum electum in epiſco-
pum, nec Card. in d.c. cum. I.& A. nec D. Ant. & Abb. in d.
c. exhibita. col. 2. qui loquuntur de præſumpta inimicitia
cauſata ex conſpiratione, dicunt illam capitalem & con-
ſequenter, quòd repellat conſpiratores a principio.

## SVMMARIVM.

1 *Vtrum excommunicatus ſit repellendus a iudicio, antequam fue rit declaratus pro tali.*
2 *Vtrum tertius ad cuius inſtantiam actor non fuit excommunica tus, poſſit excipere, quòd repellatur a iudicio.*
3 *De intellectu c. pia de excep. lib. 6. quod loquatur in occulto ex- communicato.*
4 *Iudex ex officio tenetur repellere publicè excommunicatum reo non excipiente etiam inuito reo.*
5 *Quando ſententia trahit ſecum executionem, ut eſt ſententia ex- communicationis, non eſt opus declaratoria uel publicatione.*
6 *De intellectu decreti in Concilio Baſilien. de non uitando excom- municato non declarato, nec publicato, & poſito etiam in Con- cilio Latera. in 11. ſeſ.*
7 *Si excommunicatio ſit probata in proceſſu dicitur notoria, & ideò repellit excommunicatum a iudicio, ſine alia declara- toria.*
8 *Vnuſquiſque de populo, etiam ſi ſua non interſit, poteſt excipe re contra excommunicatum, ut a iudicio repellatur.*
9 *Quando actor eſt publicè excommunicatus; iudex tenetur ex officio ipſum repellere a iudicio, reo non excipiente.*
10 *Et ſi iudex publicè excommunicatum non repellat a iudicio. gra uat reum, qui poteſt appellare ab iſta omiſſione.*

## CONSILIVM CCCLI.

CORAM Reuerenda D.V. oritur quęſtio, nun
quid Guilielmus Cinami, contra quem pro
parte presbyteri Thomæ de Parentibus exce
ptum fuit, de maiori excommunicatione ab
homine ſpecialiter, contra ipſum lata, ad repellendum eũ
a præſenti iudicio iuxt. tex. in c. pia de excep. lib. 6. ſit bo-
na, licèt non conſtet adhuc in iudicio de declaratoria, ſeu
publicatoria ipſius excommunicationis. Et prima facie
uidebatur dicendum quòd non ſit bona exceptio per de-
ciſ. concilij Baſilien. quæ habetur hodie in ſecundo libro
concili. in 2. ſeſ. fo. 162. incipit, Ad euitandum ſcandala,
quæ fuit innouata, & confirmata in concilio generali La-
teranẽ. ſub Leone. 10. in 11. ſeſ. in §. ſtatuimus inſuper. fol.
179. quæ emanarunt ad declarandam opinionem Ioan.
And. in cle. 2. ſuper gl. 4. de ſen. excom. qui deſiderauit per
1 Papam declarari † utrum excommunicatus ſit euitandus
antequam fuerit declaratus & publicatus pro tali. & de-
ciſum fuit, quòd non. Super quo latè inſiſtit Feli. in c. Ro-
dulfus fol. ultimo col. 1. de reſcri. & in c. cum non ab ho-
mine col. 5. & 6. de iud. quam conſtitutionem Baſilien. ip-
ſe Feli. non uiderat, niſi ex relatione Abb. in d. cle. 2. & Iu-
liani cardinalis ſancti Angeli, & Nicolai de Auſmo, & ar-
chiepiſcopi Floren. qui interfuerunt dicto concilio quam
deciſ. late refert & comment. pragmat. Franciæ ſub titu-
lo de excom. non uitãdis fol. 394. inc. ad uitãdum. Sed iſtẽ
Guilielmus, licèt appareat per inſtrumentum executori-
alium, in uerſi. quòd ſi fortè, & in alio uerſi. & ſi forſan, ob
eius contumaciam, in non parendo, excommunicatus, nõ
tamẽ iudicialiter conſtat, quòd ſit declaratus, & publi
catus; ergo non uidetur repellendus. ¶ Secundo ad idẽ
uidetur bonus tex. in materia in c. cum ſecundum de hæ-
re. lib. 6. per quem dicunt ibi docto. & alij relati per Felin.
in d.c. Rodulfus. fol. pe. uerſi. ſed declaratoria in d.c. cum
non ab homine col. 5. quod etiam in pœna ipſo iure im-
poſita requiritur declaratoria. ¶ Tertio quia non uide-
tur poſſe repelli aliquis a iudicio; niſi certa ſit perſona,
quæ certitudo non poteſt haberi, niſi per declaratoriã fa-
ctam de certa perſona excommunicata ut dicitur in d. de
2 ciſ. cõcilij circa mediũ. † ¶ Quarto, quia presbyter Tho-
ma, non uidetur audiendus ſuper iſta exceptione, tanquã
tertius, ad cuius inſtantiam Guilielmus non fuit excõmu-
nicatus per not. Butr. & Inno. in c. nonnulli. §. 1. de reſcr.
¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium de iure ue
3 rius eſſe arbitror, uidelicet † quòd exceptio iſta cõtra per-
ſonam Guilielmi excommunicati per ſententiam, de qua
conſtat per inſtrumentum executorialium, ſit bona ad re
pellendum eum a iudicio, abſque aliqua declaratoria, ꝑ
tex. ſatis clarum in d.c. pia, qui loquitur de occulto excom
municato, in quo de declaratoria nullum ſit uerbum, &
ita poſt Hoſtien. Archi. & Io. Andr. tenet Philip. in d.c. §.
1. ſuper gl. in uerſi. nomen, & gl. in eo. c. §. fi. in uerſi. publi-
cè, quæ tenet, nullam eſſe differentiam inter occultum, &
4 publicè excommunicatum, repellendum a iudicio † niſi
quantum ad officium iudicis, qui tenetur repellere a iudi
cio declaratum, & publicatum, etiam reo non excipiente,
immo eo inuito, ut probatur in d. §. fi. cum not. ibi per Phi
lip. col. fi. occultum uero excommunicatum, de quo loqui
tur ille tex. iudex non tenetur repellere, niſi reo excipien-
te, cui iudex debet aſsignare dilationẽ octo dierum ad ꝓ-
bandum excommunicationem. & quæſtio noſtra uerſatur
in terminis. d.c. in excommunicato non publicato, quam
exceptionem, excipiens probauit in termino ſibi aſsigna-
to per productionem executorialium, & ratio deciſ. eſt, q̃a
excommunicatio trahit ſecum executionem pœnarum,
excõmunicato a iure inflictarũ. c. paſtoralis. §. uerum ubi
caſus de appel. ubi probatur, quòd ſola excommunicatio
ſuum operatur effectum, nec aliquid ultra operatur decla
5 ratio, ideò ab illa non appellatur, ut ibi. † Et quando ſen-
tentia trahit ſecum executionem, non requiritur alia de-
claratoria. Ita limitatur tex. in d.c. cũ ſecundum per doc.
ibi, & alibi ſæpe, quos refert Feli. in d.c. Rodulfus. fol. pen.
col. 30. uerſi. limita quarto & fol. ultimo col. 1. uerſic. ſed
nouiſsime, & in uerſi. ſalua ueritate, qui in terminis. q. no-
ſtræ per hãc rationem decidit, excommunicatum ſine de-
claratoria præcedente repellendum eſſe a iudicio. idem
Feli. in d.c. cum non ab homine, col. 6. in 3. fal. ubi allegat
deciſ. Baſiliẽ & Abb. in d. cle. 2. col. 1. qui dicit, quòd quan
do certa perſona eſt excommunicata, & de excommunica
tione conſtat, prout de utroque cõſtat per executoriales,
non eſt opus, quod aliter certificetur perſona excommu-
nicata per publicationem. & per hæc ſit reſponſum ad ſe-
cundum obiectum ſupra factum pro Guilielmo de. c. cum
6 ſecundum, † non obſtat deciſ. conciliaris, quia multipli-
ter illi reſpondetur. Primò quia loquitur de excommuni-
catione generaliter a canone, uel ab homine, contra incer
tam perſonam promulgata, ibi generaliter, cauſa exempli
de lege, uel ſtatuto, excommunicante intrantes monaſteria
monialium, uel contra tenentes concubinas, uel contra
furantes, iuxta tex. in c. 2. uerſi. ſtatuto, de reſcri. lib. 6. tunc
non adeſt perſona certa, quæ poſsit, aut debeat, tanquam
excommunicata repelli, niſi ſequatur declaratoria, cõtra
perſonam delinquentem ſpecialiter expreſſam. & ita pro-
batur ad litteram in d. conſti. ibi niſi ſententia, ſuſpenſio,
uel cenſura fuerit contra perſonam certam, a iudice publi
cata & denunciata ſpecialiter. Sed in q. noſtra excommu-
nicatio fuit ſpecialiter lata contra Guilielmum, quia non
paruit ſententiæ, nec mandatis ſibi factis per iudicem ad
ſoluendum expenſas taxatas poſt intimationem ſibi fa-
ctam, ut patet per inſtrumentum executorialium, ideò in
caſu noſtro, non fuit opus declaratoria pro certificanda
perſona,

perſona. Et ita in punto ad d. conſtitutionem reſpondet
Feli.in d.c. Rodulſus ſol.ult. col.1.in uerſi. primum colli-
go ex illo uerbo generaliter promulgata. Ergo dicit ipſe,
7 ſecus ſi ſpecialiter. † ¶Secundo ad illam conciliarem re-
ſpondeo, quòd non procedit in excommunicatione noto
ria probata iudicialiter per ſententiam iudicis per inſtru
mentum executorialium, ut in caſu.q. noſtræ, quia huiuſ-
modi probatio facit rem notoriam. ita decidit Felin. in
terminis in c.exceptionem col.fi.in uerſi.non nego, quan
do allegat tex.in c.fi.de coha.cleri.idem probatur in c.cú
olim in fi.de uerb.ſigni.quo caſu non eſt opus alia decla
ratoria, & ſic non procedit.d.conſtitutio. Ita in terminis
tenet Abb.limitãdo illam conſtitutionem in d. cle.2. col.
3.quem refert & ſequitur Feli.in d.c.Rodulfus in uerſi. ſal
ua ueritate ſol.ultimo, quia etiam ad hoc allegat alios ita
tenere. ¶Tertio reſpondeo, quòd. d. conſtitutio, noluit
ſuffragare in aliquo excommunicato, ſed ſolum ſuccurre-
re communicantibus cum eo ut patet in fin. illius decre-
ti, ibi per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, non in
tendit.d.conſtitutio in aliquo releuare, nec eis quomodo-
libet ſuffragari. Sed ſi non poſſet repelli a iudicio, niſi eſſet
declaratus ſuffragaretur excommunicato per illam con-
ſtitutionem, contra illum tex.& contra tex.in d. c.pia, in
quo nihil dicitur de publicatione, ſeu declaratione.
¶Præterea & ultimo reſpondeo, quòd illa conſtitutio ex-
preſsè uult, quòd abſtineatur a communione illius excó-
municati ſecundum canonicas ſanctiones abſque alia pu
blicatione, quando aliter conſtiterit de excommunicatio
ne ibi a communione illius abſtinere uolumus, iuxta ca-
nonicas ſanctiones. ¶Non obſtat tertium obiectum, quod
faciebat D.ex aduerſo aduocatus, quòd uidelicet non cõ-
ſtabat in executorialibus de certa perſona excommunica
ta. quia contrarium eſt uerius per lecturam illarum in qui
bus nominatur perſona Guilielmi, contra quem, & alios
impedientes, & conſilium, uel auxiliũ illi præſtantes pro-
mulgata fuit excommunicatio. ¶Non obſtat quartum
contrarium, quia non procedit de iure, & in terminis te
net Feli.in d.c.exceptionem col.fi. in fin. ubi poſt Card. &
8 Domi.tenet & probat † quòd quilibet de populo, etiam
ſi ſua non interſit pro bono publico animarum, poteſt
excipere contra excommunicatum in terminis d. c. pia,
quanto magis eſt admittendus Thomas, cuius intereſt il-
lum repelli, & qui eſt ſubrogatus in ſententia, & executo-
rialibus factis, & promulgatis, ad fauorem bonæ me. R.
D.Io.Angeli ad eius inſtan. Guilielmus fuit excommuni
catus, perinde ac ſi ſententia & executoriales eſſent latæ
pro ipſo Thoma, ut expreſsè dicitur in litteris ſubroga-
tionis. ¶Vltimo & ex abundanti dico, quòd iſte Guiliel
mus eſt etiam declaratus, & publicatus pro excommuni-
cato per uicarium Paduanum auctoritate apoſtolica fun-
gentem, ut conſtat per acta publica, & authentica, quæ
D.V.R. bene uidit, & legit, quæ acta faciunt notorium &
9 publicum excommunicatum, † Sed quando actor eſt pu-
blicè excommunicatus, & hoc iudex nouerit quandocun
que ex officio ſuo actorem repellere tenetur, etiam ſi reus
non excipiat. Ita probatur ad litteram, in d.c.pia, in §.fi.
per quem Philip. ibi poſt alios tenet, quòd iudex ad repel-
lendum excommunicatum, ex officio eſt obligatus etiam
10 reo inuito † & ſi D.V.R. ipſum non repelleret, poſſet pres-
byter Thomas, tanquam grauatus appellare. & ita in ter-
minis per illum text. & per alias quinque rationes tenet
Feli.in d.c.exceptionem col.3.in uerſi. quintus caſus de
excep. Ex quibus etiam infero, quòd presbyter Thomas
non tenetur producere in iudicio coram R. D.V. acta illa
declaratoria Paduæ facta, quia ſufficit quod ſint uobis no
ta, ut probatur in d.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Decretum irritans appoſitum in prouiſione Papæ ſuper certo be neficio, & reſeruatio facta per Papam de beneficio, inficit peti torium & poſſeſſorium, et reddit ipſam poſſeſſionẽ uitioſam, et penitus diſcoloratam.*

2 *Notoriè intruſus in beneficio, etiam ſi ſpoliaretur poſſeſsione beneficij, non admitteretur ad petendum ſe reintegrari.*

3 *Quando conſtat notoriè de defectu proprietatis beneficij, non debet admitti ad poſſeſsionem illius.*

4 *In beneficialibus non datur poſſeſſio, ſine titulo colorato.*

5 *Exceptio defectus notoria proprietatis, admittitur etiam in materia poſſeſſoria ad referendum.*

6 *Notoriè intruſus in beneficio poteſt ab illa poſſeſſione amoueri, & ſpoliari, etiam lite pendente, nec contra illam poteſt opponi de attentatis.*

7 *Prouiſus ab ordinario de beneficio reſeruato Papæ ſi eijciatur de poſſeſsione non auditur, petens reſtitutionem.*

8 *Quomodo intelligatur regula, qui prior eſt in tempore in poſſeſsionem de reg.iur.*

9 *Quomodo intelligatur regula prædicta, quòd prædo eſt ante omnia reſtituendus.*

10 *Tertius, ſi lite pendente ſuper beneficio inter duos mortuo reo et poſſeſſore, cum titulo ordinarij, occupauerit poſſeſsionem beneficij litigioſi, poterit eundem intruſum, iudex etiam ex officio, ſine aliqua citatione, de facto, repellere de poſſeſsione, uia attẽtatorum, per tex.in c.2.ut lit.pen. lib. 6. nec ſpoliatus poterit intentare reſtitutionem.*

## CONSILIVM CCCLII.

FACTVM tale eſt. Reuerendus D.Io. Angelus de ſancto Seuerino ultimus, & immediatus prior & poſſeſſor dicti prioratus, per ſuũ procuratorẽ, reſignauit illum in Rom. curia ad fauorem presbyteri Thomæ de parentibus nepotis ſui ex ſorore germana, cui Paulus Papa.iij. de dicto prioratu, ſic reſignato, & in curia uacante legitimè prouidit & illum dicto Thomæ contulit, ut conſtat litteris apoſtolicis canonicè expeditis. Et etiã in euentum, quòd prioratus eſſet litigioſus, tunc ſubrogauit dictum Thomam in iuribus ſuis, etiam quoad poſſeſsionum, in qua reſignans tunc reperiebatur, & ad ſententias, & ad executoriales, perinde ac ſi ſententiæ, & executoriales, contra Guilielmum Cinami fuiſſent pro ipſo Thoma latæ & promulgatæ, in ampliſsima forma. Quarum ſententiarum uigore, fuit ipſi Guillelmo impoſitum perpetuum ſilẽtium, ſuper dicto prioratu, & pronunciatum nullum ius eidem, tam ſuper petitorio, quam ſuper poſſeſſorio competijſſe, nec competere, & fuit condemnatus in expenſis, & ſuperinde decretæ, promulgatæ, & extenſæ executoriales, quarum uigore ipſe Guilielmus fuit excommunicatus declaratus publicatus, aggrauatus &c. cum inuocatione brachij ſecularis incluſiuè, uſque de anno.1538. in quibus cenſuris ipſe Guilielmus, uſque modo inſorduit, & adhuc inſordeſcit. Et ſic dicto Guilielmo obſtant exceptione litis finitæ, & iudicatæ, & excommunicationis cum inſordeſcẽtia. ¶Mortuo præfato D.Io. Angelo per dies. 26. ſeu 27. poſt reſignationẽ prædictam: Io. Emilianus aſſertus clericus Aquil. obtinuit ſibi de dicto prioratu prius in curia uacante per reſignationem, ut præfertur, tãquam de uacanti in partibus per obitum a loci ordinario nulliter & de facto prouideri, & eius prouiſionis uigore, obtinuit ab Illuſtriſsimo dominio litteras ducales poſſeſſorias, ſubreptitiè tamen, & clandeſtinè, cõtra partem expreſſam ſenatus Veneti, qua cauetur, quòd poſſeſsio beneficiorum excedentium ualorem Duc. centum, non per collegium, ſed per ſenatum dari debeat. ſed prioratus prædictus excedit ualorem duc. Centum de camera. quarum litterarum uigore Io. Emilianus ſe intruſit in dicto prioratu, cuius poſſeſsio eſt notoriè nulla, & penitus incolorata. Hinc Pap. intellecta intruſione huiuſmodi, in ſuis litteris prouiſionis pro D.Thoma, ſuper reſignatione expeditis, mandauit Io. Emilianũ amoueri a poſſeſsione prætenſa. Quarum litterarum uigore, executor ipſarum, citato eodem intruſo in curia per affixionem cedularum iuxta ſtylum. contra huiuſmodi notoriè intruſos in beneficijs Papæ reſeruatis, maximè in curia uacantibus ſeruari ſolitum, quantum in ſe fuit, a poſſeſsione & intruſione amouit, & per alium, ſeu alios executores, ſeu ſubexecutores in partibus amoueri mandauit, & præfatum D.Thomam reſignatarium mitti in poſ-

ſeſsionem dicti prioratus, cum reſponſione fructuum in
ſolita forma inſsit, & uoluit. quæ omnia & ſingula, cum
fuiſſent expoſita, pro parte D. Thomæ Illuſtriſsimo domi-
nio, & ſæpius auditis partibus cum D. ſuis aduocatis, ani-
maduertens, quòd Io. Emilianus nullum ius penitus ha-
bet in dicto prioratu, ex capite uacationis illius per obi-
tum quon. D. Io. Angeli, & quòd ſi tempore datarum litte
rarum ducalium dicto Ioanni, ſciuiſſet de reſignatione
prædicta, litteras prædictas eidem Emiliano non conceſ-
ſiſſet: Propterea mandauit fructus dicti prioratus ſeque-
ſtrari, & commiſsit cauſam huiuſmodi R.D.V. ad referen
dum, cui nam de iure ſint dandæ litteræ poſſeſſoriæ, non
obſtantibus litteris ſuis aliàs datis ipſi Io. Emiliano, &
prout latius in cōmiſsione ꝯſequētur. ¶ Ex ipſo themate
poteſt fieri clara concluſio, quod Io. Emilianus eijciēdus
ſit de poſſeſsione, ſeu uerius intruſione dicti prioratus de
facto, prout de facto illum detinet occupatū ex infraſcri
ptis. ¶ Prima ratione, quia iſtud beneficium uacauit in
cu. Rom. per reſignationem, quo fit, ut fuerit reſeruatū ſo-
lum Rom. Pōtifici, ita quod nulli inferiori fuerit facultas
illud conferendi cum decreto irritanti. quod etiam poni-
tur in litteris prouiſionis factæ de illo prioratu dicto D.
1 Thomæ de Parentibus reſignatario. † Sed decretum irritās
poſitum in diſpoſitione Papæ ſuper certo beneficio, & re-
ſeruatio ipſius tollit & inficit ipſo iure petitorium & poſ-
ſeſſorium, & omne id, quòd ſequitur. c. ſi eo tempore in fi.
de elect. & in c. ſi hij contra quas ut lit. pen. lib. 6. & eſt tex.
in terminis. q. noſtræ in c. 2. de præb. eod. lib. & in clem. 1.
in §. ſecus de conceſ. præb. & ibi not. & tradit Rot. in non.
deciſ. ibi in princ. & col. 3. & deciſ. 23. quæ dicunt, & pro-
bant, quòd decretum Papæ facit, quòd poſſeſsio contra il
lud in beneficialibus caret omni effectu, & adminiculo iu
ris, quia per illud, maximè iuncta reſeruatione ipſius be-
2 neficij, conſtat de notorio non iure poſſeſſoris † Ex quo
inferunt, quòd ſi iſte intruſus ēt ſpoliaretur de facto, ſibi
denegaretur reſtitutio, quia poſſeſsio illa eſt penitus in-
colorata. Ad idem eſt deciſio doct. in c. accepta, ubi Abb.
col. 2. de reſt. ſpol. ubi dicit poſt alios, quòd agenti poſſeſ-
ſorio in bñficio reſignato, obſtat exceptio reſignationis,
quia inficit poſſeſſorium. Idem tenet Rom. in conſi. 499.
ubi late probat, quòd poſſeſsio beneficij data alicui, con-
tra decretū Pap. dicitur notoriè uitioſa, ideo infert, quòd
nullum ius penitus tribuit poſſeſſori, & ꝙ iudex ad hoc
deputatus, poſſeſsionem ab intruſo, illo etiam non uoca-
to, & ſine cauſæ cognitione, poteſt amouere, & eijcere in-
truſum. allegat Inno. & Hoſt. in d. c. accepta. & ſubdit, ꝙ
ſtatim iudex tenetur ex debito, hunc poſſeſſorem uitio-
ſum poſſeſsione priuare, pro ſalute animæ ipſius intruſi.
Idem tenet Roma. in conſi. 483. inc. dubitatur 1. col. fi. &
ibi reſpondet ad tex. in c. licèt epiſcopus de præben. lib. 6.
idem tenet Deci. in conſi. 191. ſol. ult. Hic dicit gl. in extra
3 uag. execrabilis. §. qui uero in uerſi. ipſo iure, † quòd ubi
conſtat clericum non habere ius in beneficio, quòd deti-
net, notoriè, poteſt ab illo de facto expelli; nec poteſt al-
legare ſe ſpoliatum, nec petere reſtitutionem. Ad idem
allego deciſ. Abb. in c. quia clerici de iur. patr. in 2. not. in
fi. ubi infert, quòd ſi clericus notoriè teneat eccleſiam oc
cupatam iniuſtè, nō eſt neceſſe, quòd epiſcopus uocet eū
in iudicio, ſed poteſt illum de facto eijcere. quod dictum
refert, & ſequitur Fel. illud magnificando in cap. quali-
ter el. 1. col. 9. ſeu 10. de accu. Ad idem eſt deciſ. Abb. in c.
in litteris. colum. 4. de reſt. ſpol. & col. 5. in princ. quando
refert Lapum all. 24. & Bertr. in clem. unica de cau. poſſeſ.
4 dicentes fuiſſe obtentum in palatio apoſtolico † quòd in
beneficialibus non datur poſſeſsio ſine titulo, & Abb. in
eod. c. col. 10. in uerſi. ſi autem exceptio defectus proprie-
tatis eſt notoria contra intruſum, debet ipſa admitti. Nō
5 enim debet permitti ipſa intruſio cum peccato. † quæ ex-
ceptio defectus proprietatis notoria eſt bona in materia
etiam ad referendum ſuper poſſeſſorio, ut in terminis de-
cidit Deci. poſt alios, quos refert in conſi. 220. circa finem
& in iſtis terminis eſt etiam deciſio. Guid. Pap. q. 71. incip
Iudex laicus & q. 85. incip. curia parlamenti. quibus omni
bus conſideratis, deductis, & allegatis, illuſtriſsimum do-
minium deuenit in hanc ſentētiam omnibus ſuffragijs, ꝙ
materia huiuſmodi poſſeſſoria committeretur R.D.V. ad
referendum, cui dictarum partium dandæ ſint litteræ du-
cales poſſeſsionis dict. prioratus. Et ne Io. Emilianus poſ-
ſet allegare poſſeſsionem, quam tenet & occupat uirtute
litterarum ducaliū, appoſuit clauſulam in commiſsione
uobis facta, uidelicet non obſtantibus litteris aliàs datis
per ipſum dominium domino Vegentio patri Io. Emilia-
ni, quæ fuerunt ſubreptitiæ, nam fuit falſo narratum do-
minio, Prioratum illum uacaſſe per obitum præfati q. D.
Io. Angeli de ſancto Seuerino, qui illum prius reſignaue-
rat in curia Romana, ad fauorem præfati presbyteri Tho
mæ. quo fit ut litteræ illæ poſſeſſoriæ fuerint nullæ, & im-
petrans illas incurrerit pœnas, de quibus in l. ſi quis obre
ſerit. ff. de fal. Nec illuſtriſsimum dominium uoluit habe-
re reſpectum ad litem pendentem, coram eccleſiaſtico in-
ter partes, ſuper petitorio, quod quidem reſeruauit diſcu-
tiendum, & iudicandum coram competenti. quæ quidem
commiſsio eſt legitima, & ſecundum mentem ſacrorum
canonum, iuxta not. per Rot. deciſ. 14. & §. in non. quæ te
6 nent, & probant. † notoriè intruſum poſſe amoueri a poſ-
ſeſsione beneficij non colorata, litè etiam pendente, ne-
que amoto competit remedium attentatorum. & ita di
cunt ſeruari in palatio et reſpōdet ad contraria. Ad idem
eſt deciſ. 7. in antiquis, quæ dicit ita ſeruari in curia, & dat
exemplum in poſsidēte beneficium reſeruatum. & eſt alia
deciſio in antiquis. 475. quæ loquitur, quando poſſeſſori
ſpoliato obijcitur Papalis reſeruatio. & alia deciſio Bella.
7 342. incipit, ad effectum, in fi. loquitur † de prouiſo ab or-
dinario de bñficio reſeruato Papæ qui ſi eijciatur a poſ-
ſeſsione, non auditur, petens ſe reſtitui. Sed q. noſtra loqui
tur in his terminis. de Io. Emiliano prouiſo ab ordinario
de beneficio uacāte in curia, & reſeruato Papæ, qui debet
amoueri ab intruſione, cui non competit reſtitutio, nec
competit remedium attentatorum, eo maximè, quia Pa
pa in ſuis litteris pro Thoma, & ipſarum executore, iam
amouit eum ab intruſione, & mandauit Thomam mitti
in poſſeſsionem, ut ſtatim dicam. quæ rationes tanto ma
gis militant contra Guilielmum Cinami, cōtra quem ob-
ſtat exceptio litis finitæ, & iudicatæ, & executoriales illi
intimatę, uſque de anno. 1538. Et exceptio excommunica-
tionis cum inſordeſcentia, ultra quinque annos in cenſu-
ris, quæ excludunt ipſum a iudicio, & ab omni actione ꝑ
R.D. Io. Angelo defuncto reſignante, quæ proſunt etiam
presbytero Thomę reſignatario, & ſubrogato, ut eſt in ter
minis deciſ. Rot. in antiquis. 550. & dec. 4. de re iud. in no.
col. per Biſgne. Non faciam uerbum aliquod de Pompo-
nio filio D. Ticiani, quia ipſe habet duntaxat litteras pro
uiſsionis ſuper dicto prioratu, tanquam de uacanti per
obitum præfati q. D. Io. Angeli. cui etiam obſtat exceptio
reſignationis eiuſdem prioratus, de qua conſtat clarè per
litteras prouiſionis factæ in perſonā dicti presbyteri Tho-
mæ: & alia eſt uacatio per reſignationem, & alia per obi-
tum. c. ſuceptum de reſc. lib. 6. & ad hoc ut R.D.V. facilius
moueatur & adducatur ad referendū pro presbytero Tho
ma, ut illi dentur litteræ poſſeſſoriæ per ſenatum, adduco
litteras prouiſionis dicti prioratus pro presbytero Tho-
ma, in quibus Papa habita informatione de prioratu ua-
cante in curia per reſignationem legitimè factam, & de
prouiſione prædicta & ſic de prioratu ſancti Spiritus re-
ſeruato, & de prouiſione facta Io. Emiliano per ordina-
rium loci, tanquam de uacanti per obitum eiuſdem, con-
tra notoriam ueritatem, & de poſſeſsione diſcolorata, mā
dauit in litteris ſuis, illum amoueri ab intruſione, & pre-
sbyterum Thomam mittēdum eſſe in poſſeſsionem dicti
Prioratus, datis executoribus, in forma. quorum unus ful
minauit proceſſum, & citato Io. Emiliano per affixionem
cedularum, contra intruſos, iuxta ſtylum Rom. curię, cum
de iure non eſſet neceſſaria citatio, Rot. in antiquis deciſ.
429. & deciſ. 433. ipſum Emilianum priuauit poſſeſsione 1
illa, & quantum in ſe fuit dictum presbyterum Thomam
ad eandem poſſeſsionem poſuit, & mandauit poni. & ad
hanc poſſeſsionem tradendam præfato D. Thomæ. con-
currūt eccleſiaſtica, & temporalis poteſtas, & auctoritas.

† ¶ Non

8 † ¶ Non obſtat ſi pro parte Emiliani daretur de regu. qui prior, de reg. iur. quia procedit in priori poſſeſsionne, titulo colorata, & ſic in pari cauſa, ut probat tex. in c. ſi a ſede de præb. lib. 6. & in reg. in pari cauſa de reg. iur. eod. lib. & eſt gl. quæ hoc dicit in d. reg. qui prior de reg. iur. eod. lib. Sed Thomas habet titulum canonicum, & Io. Emilianus penitus nullum; ergo &c. ¶ Non obſtat quòd prædo ſit manu tenendus in poſſeſsione. c. in litteris in fin. de reſt.
9 ſpol. † quia non procedit quando notoriè conſtat, quòd prædo eſt in poſſeſsione, ut tenet ibi Abb. col. 3. & 4. & 10. nam tūc apparet de peccato, ideò debet ſtatim amoueri. ¶ Secundo reſpondetur, quòd ille tex. non procedit quādo prædo concurrit, in poſſeſſorio cum domino. Ita di-
* cit gl. fi. in d. cap per bona iura, cū qua pertranſeunt omnes. Sed Io. Emilianus eſt fur & prædo notorius, & concurrit cum presbytero Thoma legitimè de prioratu prouiſo, ut dixi. ¶ Nec obſtat, quòd litteræ ordinarij collatoris dent titulum coloratum poſsidendi, ut not. in d. c. in litteris, quia iſta regula fallit in prouiſione ordinarij facta de beneficio uacante in curia, & Papæ reſeruato, maxime cū clauſula decreti irritantis per tex. in d. cap. 2. & ibi not. de præb. in 6. & per ea, quæ latè ſupra dixi. ¶ Vltimo confirmo prędicta per deciſ. Rot. in nou. 411. & in antiq. 429. & 433. & deciſ. prima ut lit. pen. & Biſgne. quæ latè tenent
10 & probant † quód tertius; prout eſt Io. Emilianus, qui ex prouiſione ordinarij obtinuit poſſeſsionem beneficij litigioſi, & ſic lite pendente inter duos, ut euenit in caſu noſtro inter D. Io. Angelum; & Guilielmum Cinami, uſque de anno. 1536. quæ lis in meritis adhuc pendent indeciſa, poteſt uia attentati, etiam ſine citatione, ad inſtātiam reſignatarij, uel ſubrogati in iure, & in poſſeſsione D. Ioan. Angeli rei, & poſſeſſoris defuncti, & ſic ad inſtantiam domini Thomæ amoueri a ſua intruſione, qui nec auditur ſi uellet ſe tueri in ſua intruſione, dando obiectus contra Thomam. Et quòd ad hoc faciendum tenetur ēt iudex ex officio in odium attentātis, cōtra text. in ca. 2. ut lit. pēd. lib. 6. ubi eſt decretum irritans, quod etiam inficit ipſo iure poſſeſsionem, ſecundum prædictos, quas ſequitur Caſſa. deciſ. 9. de cau. poſſeſ. nu. 4. 5. 6. dicens quòd huic eiecto de poſſeſsione, non competit reſtitutio, & quòd Thomæ ſubrogato, & reſignatario ſuffragatur poſſeſsio Ioan. Angeli reſignantis. Sed inter Io. Angelum & Guilielmum cœpta eſt lis del 1536. ut conſtat ex proceſſu, quę nunquā fuit finita per ſententiam in meritis, ut confitentur Guilielmus, & Io. Emilianus in ultima ſua commiſsione, & in commiſsione prima obtenta per Guilielmum poſt obitum D. Io. Angeli, & præſentata R. D. moderno legato D. Ioanni de la caſa, de quibus conſtat in actis cauſæ; ergo ſequitur, quod dixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Si quis in teſtamento ſuo appellat aliquam in uxorem præſumptio eſt pro matrimonio.*
2 *Idem ſi in teſtamento uel alio inſtrumento nominat aliquem in filium, quia præſumitur legitimus.*
3 *Verba enunciatiua matrimonij præſente parte & acceptante, an & quando probent matrimonium.*
4 *Facilis eſt modus probandi matrimonium ad effectum legitimitatis prolis, ſed ad coniungendum matrimonium, debet concludenter probari.*
5 *Et ad effectum legitimationis ſufficit probare filium natum ex illa quæ tenebatur, & reputabatur uxor talis.*
6 *Filij nati ex præſumpto matrimonio, etiam excluſa proprietate matrimonij, præſumuntur legitimi.*
7 *Confeſsio inter uirum & uxorem de matrimonio inter eos contracto, utrum, & quando probet matrimonium; & dicas quod ſic.*
8 *Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur.*
9 *Confeſsio matrimonij inter partes præſentes probat illud, ſi habet ſua requiſita, & non tendat ad præiudicium alterius matrimonij. & nu. 12.*
10 *Ad probandum matrimonium teſtis ſingularis non attenditur.*
12 *Per uerba enunciatiua matrimonij contracti, non probatur matrimonium in præiudicium alterius matrimonii.*
13 *Confeſsio matrimonij de præterito per uerba enūciatiua propter aliud, & ſic incidenter non probat enunciatum.*
14 *Natura narratorum ſeu enunciatorum eſt, ut non probent, ſed probari debeant.*
15. *Matrimonium ſecundum concludenter probatum præualet primo etiam probato per unum teſtem cum fama.*
16 *Scientia matrimonij præſumpta non nocet proli legitimæ, niſi ſubſiſtat uerum & canonicum impedimentum præcedens aptū ad impediendum matrimonium contrahi, & dirimendum contractum.*
17 *Ignorantia coniugum, uel alterius ex illis de impedimento præcedenti legitimo facit prolem legitimam.*
18 *Teſtibus qui nihil habent in bonis, non eſt credendum ad probandum matrimonium maximè in præiudicium alterius matrimonij.*

## CONSILIVM CCCLIII.

IN natuſa Sumalea, de pluribus dubitari contingit. Primò nunquid ſit probatum matrimonium inter. q. Antonium mariam de Sumaleis, & D. Franciſcam Zucolam de anno 1517. Secundo utrum ſit probatum, quòd Antonius maria prius de anno 1508. ſeu 1512. cōtraxerit matrimoniū cum quadam Flora Tonolina nuncupata. Tertio utrum ſit probata ſcientia dictæ Franciſcæ de allegato priori matrimonio cum Flora ad faciendum prolem illegitimam, natam ex illa cum Antonio maria. ¶ Capio primum, & procedendo per cōcluſiones reſpondeo affirmatiuè, quia de matrimonio deponunt, domini Alexander Monaldus, qui fecit uerba matrimonij in uilla Paludis del 1517. & presbyter Franciſcus Parmenſis, ambo examinati Veronæ del 1543. qui ſunt conteſtes ad uerba matrimonij de præſenti, qui dant pro conteſte quendam Ioannem Veronen. de Villa Paludis, quo defuncto, fuit examinatus Antonius eius filius, qui optime concordat cum dictis ſacerdotibus ex auditu paterno. Et probatur matrimonium per duos teſtes, ſi nihil illis obſtet c. ſuper eo, ubi Abb. &
1 alij not. de teſti. † ¶ Secundò probatur, etiam legitimitas filiorum ipſorum iugalium de qua ad præſens agitur, ad effectum ſuccedendi, per uerba Antonij Mariæ qui de anno. 1521. ſuum condidit teſtamentum, in quo confitetur, ſe aliàs del 1517. contraxiſſe matrimonium cum præfata Franciſca, & illam deſponſaſſe & filios inde natos fuiſſe, & eſſe legitimos, quos hæredes ſuos Vniuerſales inſtituit, & allegat præfatos teſtes interfuiſſe ad matrimonium. de quo teſtamento conſtat in proceſſu ſecundæ inſtantiæ, co-
2 ram Reuerendiſsimo D. nuncio apoſtolico formato. † per quam nominationem probatur matrimonium, & legitimitas filiorum, iuncta fama de matrimonio, & cohabitatione ipſorum iugalium, ultra decem annos, de quibus conſtat ex dictis teſtium pro D. Franciſca examinatorū per tex. in c. illud de præſum. cum ibi not. per doct. maximè per Abb. col. 5. quando ponit ſuam opinionem, & in auth. Item ſi quis la 2. C. de na. libe. & Alber. de Roſa. in l. filium. col. 1. ff. de his. qui ſunt ſu. ubi allegat d. Ant. Et de fama & de tractatu matrimonij, & legitimatis filiorum, quòd etiam fuerint pro legitimis habiti, nominati, tractati, & reputati, tam a parentibus, quam ab alijs deponunt teſtes pro parte D. Franciſcæ examinati, ſuper 1. 2. 3. 4. & 6. c. Rochus. q. Bernardini, Marcusantonius Ioannis, Iacobus. q. Lucæ Baptiſta Vicentinus. Bernardelus, Ioani-
3 nus Baiolus, Tramarinus. † ¶ Tertio probatur matrimonium, & legitimatio ex ore Marciantonij & Sumaeli aduerſariorum, per ſententiam arbitrariam aliàs per arbitros latam Veronæ inter præfatas partes, del 1531. ſuper controuerſia legitimitatis dictorum filiorum, & ſucceſſione in hæreditate dicti quorum Antonij mariæ. in qua ſententia præfata D. Franciſca nominatur uxor legitima dicti Antonij mariæ & filij inde nati legitimi & naturales dictorum iugalium in præſentia dictorum Marciantonij, & Sumalei, quam ſubſcripſerunt, & approbarunt omnia & ſingula contenta in ipſa fuiſſe & eſſe uera, & cum iuramento

mento promiſerunt non contrauenire, & fecerunt finem
& quietationem,& pactum de ulterius aliquid non peten
do a præfata D.Frãciſca, ut tutrice filiorum ſuorum de bo
nis & hæreditate. quæ uerba enunciatiua in ſententia, &
inſtrumento,probant enunciata inter partes contrahen-
tes eſſe uera,ut probatur in l. optimam. C. de contrahen.
empt.Ex quibus infero, quòd præfatis aduerſarijs obſtat
exceptio litis finitæ ſup legitimitate,& ſucceſsione bono
rum dicti quondã Antonij Mariæ, ſuper quibus duntaxat
uertitur lis inter partes,quæ impedit litis ingreſſum. c.1.
de lit.con.lib.6.l.fin. C. ſen.reſcin.non poſ.l.cauſas. C.de
4 tranſ. ¶ Quarto comprobo prædicta † quia quando tra-
ctatur de probando matrimonio ad effectũ legitimitatis
filiorum,& ſucceſsionis in bonis paternis, poſt mortẽ pa-
rentum,uel unius,ſufficit leuis probatio de matrimonio.
Ita decidit Bal.in l.filium in 2.lec.col.2. ff. de his qui ſunt
ſui.Sali.in l.non nudis col.fi.C.de probat.qui ſaluant opi
niones contrarias Inno.Hoſt.& Io.Andr. in d. c. illud. &
eſt ratio deciſionis quia nihil poteſt imputari filijs, qua-
re ſibi non prouiderũt de concludenti probatione matri-
monij,cum adhuc tempore contractus non eſſent conce-
pti in utero matris. hanc rationem aſsignat Abb. in c. ex
5 parte col.8.in fi.de reſt.ſpoli. qui etiam ſubdit † quòd ad
hunc effectum ſufficit probare communem reputationẽ
filiationis,& quòd nati fuerint ex illis, qui pro iugalibus
tenebantur & reputabantur. Idem tenet Abb.in c.lator,
& in c.ex tenore,qui fi.ſint legit.& Feli. in d.c. illud col.fi.
& in c.per tuas colum.fi.uerſi.ſeptimo noto, de probat. &
Alex.conſi.6n. Viſo,colu.2.lib.1.cum ſimi.ut per doct. in
conſi.153.col.2.lib.1.& in conſi.272. Viſo proceſſu lib.2.
6 † ubi latè probat quòd filij nati,ex matrimonio putatiuo,
etiam excluſa proprietate ueri matrimonij ſunt legitimi,
& habiles ad ſuccedendum in bonis,etiam fideicommiſ-
ſo ſubiectis.& quòd in dubio fauetur filijs,ſuper eorum le
gitimitate,l.miles.§.defuncto.ff.de adul.per quẽ ita dicit
Alber.in d.l.filium.Ex quibus conſtat de matrimonio in-
ter.q. Antonium Mariam & Franciſcam, contracto del
1517.& de legitimitate ſuorum filiorum, ſuper qua lata
fuit ſententia per Reuerendiſsimum nuncium apoſto-
licum Ioannem della caſa archiepiſcopum Beneuen. Ve-
netijs reſidentẽ de anno.1545.die 4.Decembris. ¶ Circa
ſecundum dubium,numquid ſit probatum aliquod matri
monium prius contractum inter dictum Antonium ma-
riam & ipſam Floram ad impediendum matrimonium
cum D.Franciſca poſtea contractum: & uidebat prima
facie dicendum quòd ſic. Pro intelligentia tamen dicen-
dorum eſt ſciendum,quòd Marcusantonius & Sumaleus
fratres aduerſarij in prima inſtantia,coram,D.Cæſare Ba
cono de ann.1535.in ſuo libello articulato deduxerunt,
matrimonium eſſe contractum inter Floram, & Antoniũ
Mariam quatuor uicibus.Primum de anno.1508. Secũ
dum del 1512. Tertio del 1513. Quartum del 1514.
& de primo nullus reperitur teſtis,qui deponat per uerba
aſſertiua de uiſu uel auditu proprio,ſed tantum per uerba
enunciatiua trium teſtiũ,de quibus inferius dicetur. Pro
quo matrimonio uidetur ſententiatum eſſe Veronæ per Vi
carium epiſcopatus de anno.1533. de menſe Aprilis, per
quem pronũciatum extitit,nullum matrimonium extare
inter Floram prædictam,& quendam Bernardinum, ſtan-
te priori matrimonio contracto inter Floram & Antoniũ
mariam Sumaleum, de quo uidetur conſtare in actis per
depoſitiones teſtium infraſcriptorum. ¶ Secundo ad idẽ
eſt depoſitio fratris Alberti tertij teſtis pro aduerſarijs,
examinati in terra Archi Tridentinæ diœceſ. qui dicit, ſe
aliàs in loco Bodoloni fuiſſe mediatorem,& præſentem,
quando Antonius maria contraxit matrimonium cũ Flo
ra del 1512.ſeu del 1513.cõfirmando primum matrimo-
nium,& dat pro conteſte,quendam fratrem Lucam ordi
nis minorum ſancti Franciſci,qui non reperitur examina
tus. ¶ Tertio ad idem uidetur depoſitio Ioannis de Fre-
ſchinis Cremonẽ.teſtis.q.pro aduerſarijs examinatus.ſu-
per 10.c.producto in prima inſtantia de aſſerto matrimo
nio,del 1513.in Villa Paludis cõtracto, qui ſuper interro
gatorijs in fine,dicit,quod tempore deſpõſationis,de qua
in c.10.non recordatur,qui fuerint præſentes, & quòd de
ſponſatio huiuſmodi,ac uerba matrimonialia per ipſum
teſtem facta,fuerunt celebrata in domo Antonij mariæ in
Villa Paludis. ¶ Quarto uidetur probari ex dictis Bara-
loti.4.teſtis repetiti del 1534.Veronæ, ubi ſe remittit ad
dictum ſuum extenſum in proceſſu colluſorio del 1533.
qui dicit,quòd de anno.1513.uel 1514. in domo Bartho-
lomæi Calegarij,in Villa Bodoloni,ubi erat Flora, & An-
tonius Maria,q dixit ipſi teſti,queſta Fiora e mia moglie
& uocat pro conteſtibus Bartholomæum Calegarium.6.
teſtem,& Barbaram eius uxorem, quæ eſt num.5. Qui
Bartholomæus dicit,audiuiſſe Antonium Mariam, erga
ipſum teſtẽ,protuliſſe uerba ſequentia,li uolglio fare car-
ta de dotta,per che la era prima mia mogliere,& ſi la uo-
glio anchora. Barbara dicit che la ditta Fiora diceua,
chel ditto Antonio Maria qual era li preſente,era ſuo ma
rito,e che l'haueua ſpoſada, & quòd tunc ipſe Antonius
maria li tochere la mano e la baſete,come ſua mogliere,
7 e la cõduſſe al Palude. † Per quæ uerba,quæ ſunt de præſen
ti,probatur matrimonium etiam ſi ſunt enunciatiua mã
trimonij de præterito,ſi habeat ſua requiſita, ſcilicet par-
tium præſentiam,& mutuum conſenſum,& ſunt enunciata
ppter ſe,& non propter aliud. Ita tenet Abb.in c.2.ſuper
gl.2.de clandeſt.& in c.ſuper eo col.2.in uerſi.aut confeſ-
ſio fuit ſuper ſubſtantia uinculi, de eo, qui cogn.conſan.
cum alijs,ut per Dec.in conſi.133.Viſo proceſſu col.1.Et
8 hoc probatur aperta ratione, † quia matrimonium ſolo
conſenſu contrahitur l.nuptias.ff.de reg.iur.c. cum locũ,
de ſpon. c. ſufficiat.27. q.2. ergo confeſsio præiudicat in
dependentibus a uoluntate cõfitentium,ut not. Bar.in l.
9 ſi forte. ff. de caſtren. pecu. Et ad hoc etiam facit, † quia
confeſsio matrimonij contracti, tendit in effectu ad con
firmationem matrimonij præcedẽtis: ideò uidetur quòd
ſaltem tunc inducatur matrimonium,quia in dependenti
bus ab animo,actus qui uidetur fieri ad continuationem,
& confirmationem præcedentis diſpoſitionis,nouam in-
ducit obligationem l.ſi quis mihi bona.§. ſed quid ſi mã
dauerit,uerſiculo aut quid ſi petitam. ff. de acqui.hæred.
not.Bar,& alij in l.3.in princ.ff.de acqui.poſſ. ¶ Quibus
tamen non obſtantibus teneo quòd nullum ſit probatum
matrimonium inter Antoniummariam, & Floram. Non
obſtant contraria ſupra allegata. Et primo ſententia ui-
carij Veronæ, quia illa fuit lata non citata D. Franciſca
tutrice filiorum ſuorũ minorum, pñte in ciuitate Veronæ,
ergo nulla,clem. paſtoralis de re iud.item quia res inter
alios acta,alijs non pıudicat.l.ſæpe,ubi gl.& doc.ff. de re
iud.c.quis,de re iud. Secundò rñdetur,quia illa ſñia fuit
lata in proceſſu colluſorio, de qua colluſione conſtat in
d.proceſſu,in quo Flora citata,coram dicto Vicario, ad
inſtantiam Bernardini ſui aſſerti mariti,conſtituit procu-
ratorem,qui reſpondendo libello Bernardini,ſtatim con-
feſſus fuit Antonium mariam contraxiſſe cum Flora, quę
nunquam comparuit in eodem iudicio, & quia teſtes, q.
nulliter in proceſſu colluſorio fuerunt examinati,non ci-
tata D.Franciſca tutrice,fuerunt propterea repetiti in pri
ma inſtantia coram Cæſare Bacono. ¶ Non obſtat dictũ
fratris Alberti,quia eſt ſingularis, nam dat pro conteſte
quendam fratrem Lucam, qui non apparet alicubi exa-
10 minatus, † unde illi non credendum,dicenti de aſſerto mã
trimonio c.licèt cauſam de probat.c.bonæ el 1.de elect. l.
iuris iur.C.de teſti.& ita in terminis in materia matrimo
nij Alex.repellit teſtes ſingulares in conſ.150.col.6.nu.9.
& in conſi.151.col.2.nu.8.& col.fi.nu.15.& 153.col.pen.
uerſi.non obſtat & in conſi.154.col.2.num.18.& in conſi.
155.col.1.lib.5.Quæ ratio ſingularitatis remouet etiam
dictum illius Ioannis de Freſchinis examinati ſuper 10.c.
de quo ſupra oppoſui, qui ſolus in fine ſui dicti deponit
de quodam contractu del 1513.de quo dicitur in c.10. q
etiam ſe remittit ad teſtificationem ſuam aliàs factã in
curia epiſcopali Veronæ,ubi dicit ſe dixiſſe ueritatem,&
in proceſſu colluſorio eſt quartus teſtis, ubi etiam ſe re-
mittit ad aliam ſuam depoſitionem quæ non reperitur;
ideo ipſius depoſitio non poteſt eſſe in aliqua conſidera-
tione ex quo non reperitur,ad quam ſe refert pro ueritate
habenda.

habenda,ut legitur,& not.in auth.ſi quis in aliquo docu
mento.C.de edeu.& in c.quoniam contra de proba.
¶ Non obſtat quartum obiectum,quod colligitur ex di-
ctis Baialoti, Barbaræ, & Bartholomæi, in uerbis eorum
narratiuis de matrimonio præterito, quia huic motiuo re
ſpondetur. Et primo quia iura,& rationes,etiam auctori
tates doctorum ſupra allegata procedunt, & loquuntur
in uerbis enunciatiuis,propter ſe principaliter prolatis,
quæ tunc probant enunciata eſſe uera, quando uterque
uir & mulier præſens conſentit,& approbat uerba narrati
11 ua,quod non fuit in caſu noſtro,ut ſtatim dicam. † ¶ Se-
cundo procedit quando matrimonium enunciatum ex
confeſsione uiri & mulieris, non tendit in præiudicium
alterius matrimonij de quo conſtat in Iudicio per teſtes,
ut expreſsè dicit Abb.in d.c.2.de clandeſt.& in d. c. ſuper
eo.col.2.de eo qui cogn.conſan.& ita expreſsè dicit Alex.
in d.conſi.151.col.2.uerſi.ſucceſsiue quæritur, cum ſimi.
ut Deci.in d.conſi.133.col.1.& probatur in d.c. ſuper eo,
* ubi * omnes dot.uot.† quod non ſtatut confeſsioni uiri,
12 & mulieris de aliquo matrimonio, uel alio impedimēto
conſanguinitatis,in præiudicium alterius matrimonij,de
quo conſtat.Et ratio eſt quia ſubiecta materia non pen-
det a uoluntate hominum; Nam quos deus coniunxit,
homo non ſeparat c.1.de uoto lib.6.ſicut nec legitimitas
filiorum quæ deſcendit a matrimonio, pendet a uolunta-
te parentum,ſi de illo conſtat,ut probatur in c.tranſmiſſæ,
& in c.per tuas,qui fi.ſint legit.Sed in q.noſtra, ſi credere-
tur uerbis narratiuis Antonij Mariæ & Floræ,infringeretur
matrimonium poſterius contractum. del 1517. inter An-
tonium mariam & Franciſcam,de quo conſtat in proceſ-
ſu per teſtes,& alias probationes, ut dixi ſupra in primo
dubio. Et proles inde legitimè nata fieret illegitima ex
confeſsione parentium,contra præallegata.Tertio reſpon
13 deo† quia q.noſtra uerſatur in uerbis enunciatiuis matri
monij aſſerti de præterito, prolatis per Antonium mariā
& Floram,incidēter, propter aliud,quod probo,quia Bar
bara de commiſsione Antonij mariæ,ut ipſa dicit, uoca-
uit Floram domi ſuæ,principaliter, ut audiret inſtrumen-
tum dotis,ſibi fieri,& de illo loquutus fuit Antonius ma-
ria cum Flora,& cum ipſis teſtibus,& ſic propter iſtud aſ-
ſertum inſtrumentum incidenter fuit facta mētio de nar
rato matrimonio,per uerba enunciatiua, quæ uerba etiā
in ſcriptura publica poſita,uel per teſtes probata,non pro
bant matrimonium enunciatum,etiam ſi ſint prolata in
præſentia partium, etiam concurrēte fama matrimonij,
etiam ſi non tractetur de præiudicio alterius matrimonij
ut probatur in d.c.illud,ubi Abb.poſt alios col.5. quādo
ponit ſuam opinionem,per quem tex.cum ibi not. ita la-
tè tenet Alex.in d.conſi.150.col.4.uerſi.præterea, & colu.
fi.in fi.& in conſi.151.col.2.uerſi.ſucceſsiue quæritur, &
in conſi.153.col.1. Deci. conſi.310. col.2.& 3. qui addu-
cunt & rationem,quia ſæpe homines appellant concubi-
nas ſuas uxores,ut pallient ſuam turpitudinem,& ita deci
dit Philip.de Peru.poſt Ioan.mo.Io.Andr.& do. in c.ſi Pa
14 pa in 1.& 2.not.de priuile.lib.6. ubi dicit † quòd natura
narratorum eſt,quòd ipſa probentur,non autē quòd pro
bent.Idem tenet Abb.in c.ſi.col.4.de ſucceſ.ab inteſt.& in
puncto.q.noſtræ loquitur Alex. in conſi.155. col.1. eod.
lib.5.Et eſt opinio ab omnibus approbata,quia eſt tex.de
hoc in d.c.ſi Pap. ¶ Quarto etiam reſpondetur huic obie
cto ex abundanti,quia Baialotus & Bartholomæus con-
trariantur,cum Barbara in iſtis uerbis enunciatiuis.nam
Barbara introducit Floram loquentem,& dicentem,quòd
Antoniusmaria erat ſuus maritus, & ſic de præterito lo-
quitur, & quòd ipſe conſenſit his uerbis per oſculum, &
tractum manus.quæ Barbara in toto ſuo dicto eſt ſingula
ris,cum non habeat ad illud conteſtem; ergo nihil pro-
bat. Nam Bartholomæus & Baialotus introducunt An-
tonium Mariam loquentem erga teſtes ipſos duos,& non
ipſi Floræ nec dicunt,quòd Flora intellexerit uerba Anto
nij mariæ,nec ipſa Flora acceptauerit dicta uerba; unde
defuit mutuus conſenſus,ſine quo non fit matrimonium,
etiam ſi uerba de præſenti fuiſſent inter eos prolata. c. cū
locum,& c.pen. de ſpon.multo minus uerba enunciatiua
de præterito probabunt matrimonium,citra mutuū am-
borum conſenſum. & ita expreſsè decidit Alex.in d.conſ.
155.col.5. uerſi.non obſtat ēt.In alio etiam ſunt contra-
rij ad inuicem ſuper eodem facto: quia Barbara & Baialo
tus dicunt Antonium mariam in eorum præſentiam,in do
mo illa,ſcripſiſſe chirographum,ſed Bartholomæus ſuper
interrogatorijs,dicit,illud non fuiſſe ſcriptum in eius do-
mo,nec in eorū præſentia,ſed quòd Antonius maria por-
tauerat illud in ſinu ſuo ſcriptum,quod extraxit. ¶ Quin
to reſpondetur ad obiectum. nam poſito quòd ex uerbis
huiuſmodi enunciatiuis,reſultaret aliqua præſumptio,il-
lius narrati matrimonij: ab illa tamē recedit,ſtante ſecū-
do matrimonio contracto inter eos del 1517. de quo cla-
re cōſtat per teſtes omni exceptione maiores,& per alias
quamplures ſpecies probationū, ut dixi in primo dubio,
15 & inde plures filij procreati † unde colligitur uera iuris
concluſio,quòd præualet ſecundum matrimonium; pri-
mo etiam probato,per unum teſtem de uera ſcientia,cum
fama,legitimè probata,ut tenet Abb.poſt Vinc.in c.2. de
* clandeſt.in fi. & eſt * communis docto. opinio, ut ibi per
Præpo.Alex.& eſt etiam ratio,quā ibi aſsignat Abb. quia
concurrentibus duobus matrimonijs, præualet illud, de
quo magis conſtat,ſicut etiam præualet fortior præſum-
tio minori,quæ ratio tanto magis militat in caſu noſtro,
in quo ex ſecundo matrimonio,adſunt ſeptem filij, quin-
que maſculi & duæ fœminæ, & ſunt in poſſeſsione filiatio
nis,& legitimitatis,& paſsim ab omnibus ita tenti,nomi-
nati,& tractati, cui legitimitati in dubio eſt fauendum.l.
miles.§.defuncto.ff.de adul.ubi caſus de hoc. Ex quibus
concludo,nullum eſſe probatum matrimonium inter An
toniummariam,& Floram. ¶ Capio tertium & ultimum
quæſitum de legitimitate iſtorū filiorū, qui ſunt procrea-
ti per Antonium mariam ex D. Franciſca, & dubium ori-
tur ex eo,quia dicitur per aduerſarios.quòd D.Franciſca
tempore quo contraxit cum Antoniomaria habebat ſciē
tiam de aſſerto priori matrimonio enunciato, cum Flora
del 1508.quam aduerſarij nixi ſunt probare quatuor teſti
bus uidelicet Ioanne.q.Barloti,& Hieronymo de Nobili-
bus ſuper 17.c.& per Ludouicum quon.Marci Miolarij,&
Caterinam ipſius uxorem. ſed huic obiecto reſpondetur
16 dupliciter,† Primò,quòd ſcientia impedimenti præcedē
tis non operatur in præiudicium ſecundi matrimonij,& le
gitimitatis filiorum niſi legitimè conſtiterit de perpetuo,
canonico & uero impedimento præcedenti apto ad im-
pediendum & dirimendum matrimonium poſtea contra
ctum,ut probatur in c.referente,& in cap.ex tenore,qui f.
ſint legit.& ibi doct.maximè Abb.in 2. & ult. not. Sed de
certo,& uero matrimonio priori inter Floram & Antoniū
mariam nullibi conſtat, niſi per illa uerba enunciatiua
Baialoti,Bartholomæi Calegarij,& Barbaræ eius uxoris.
quæ uerba enunciatiua non probant matrimonium illud
enunciatum, ut latè per plura, ſupra probatum eſt, ergo
allegare ſcientiam aſſerti matrimonij, de quo non cōſtat
per teſtes,uel per ſcripturas ad prolis illegitimitatem, eſt
impertinens,& allegata ſcientia impedimenti,quod nuſ-
quam apparet probatum,uana eſt diſputatio,cum,ab ip-
ſa ſola ſcientia,ſine legititimo impedimento præcedenti,
non pendeat ualiditas, nec inualiditas matrimonij, nec
prolis illegitimitas. ¶ Secundo reſpondeo,quòd etiam ſi
18 conſtaret de aſſerto matrimonio del 1508. † ignorantia
D.Franciſcæ de illo,& bona fides illius,quando contraxit
cum Antonio maria facit prolem legitimam.c.cum inter.
c.referente & c.ex tenore qui fi. ſint legit. Nec ſcientia eſt
probata quia Ioannes Barlotus primus teſtis ſuper 3. &
4.c.& Hieronymus de Nobilibus ſecundus teſtis,illam nō
probant, primo quia diſcordant de loco: nam unus di-
cit,quòd Franciſca exiſtens in curtiuo domus D. Franci-
ſci Tramarino,ſed Hieronymus alius teſtis dicit, quod erant
ſub porticu eiuſdem domus.& iſta contrarietas uitiat di-
ctum teſtis.iux.Euangelium unus ſub pinu,alius ſub cino
de quo habetur in c.nihil obſtat,de uerb.ſign. Rurſus Bar
lotus dat pro conteſte Marietam ſororem Franciſcæ, dun-
taxat,ſed Hieronymus dat pro conteſtibus famulos Do.
Franciſci,ſiue homines de Villa Paludis. ¶ Tertio reſpon-
deo,

detur, quòd iſti duo teſtes deponunt falſum in toto ſuo dicto. Iſte enim Barlotus appellat ſe famulum dicti Domini Franciſci de anno. 1517. qui tamen fuit ad ſtãdum pro famulo D. Franciſci del 1512. ſeu 1518. Iterum iſte appellat Marietam ancillam in eadẽ dumo, domini Franciſci, qui etiam mentitur. Tertio iſti duo teſtes dicunt, quòd familia D. Franciſci del 1512. habitabat in Villa Paludis, & mentiuntur. quorum falſitatem probant quatuor conteſtes examinati pro D. Franciſca, quorum nomina ſunt D. Petrus Picatus not. Veronen. domina Matthæa uxor nob. domini Petri, egregius uir D. Tramarinus, & D. Lucretia fratres, & filij. q. D. Franciſci Tramarino. Non obſtant dicta Ludouici Miolarij, & Caterinæ ipſius uxoris, qui referunt uerba enunciatiua matrimonij principaliter propter aliud, enunciata per D. Franciſcam ad interrogationem dictæ Caterinæ, dicentis erga Franciſcam, oue ſei ſtata a polirte? Franciſca reſpondente, Io ſon ſta a ueſtirme dala Fiora mogliere de miſier Antoniumaria. nam principaliter inter Caterinam & Franciſcam erat ſermo de ueſtimento, quo induta erat Franciſca, & a qua illud habuerat, ſed incidenter per ipſam Franciſcam fuit habitus ſermo de Flora prætenſa uxore Antonij Mariæ. quæ uerba enunciatiua, de Flora uxore, propter aliud incidenter, non probant enunciatum, ut late dixi ſupra in ſecundo dubio, maximè per tex. in d. c. ſi Papa de priu. lib. 6. & per not. ibi p Philip. poſt alios in 1. & 2. not. ubi dicit per illũ tex. quod ea uis narratorum eſt, ut probentur, non ut probent. Et conſequenter non probatur ſcientia alicuius matrimonij contracti inter Antonium mariam & Floram; nam ſcientia ſtare non poteſt ſine ſubiecto. ¶ Secundo reſpondetur, quòd, præfatis Ludouico, & Caterinæ eius uxori non eſt præſtanda fides in aliquo quia in ſuo dicto, fatetur ſe nihil habere in bonis, ſuper interrogatorio de
18 perſona ſua † ut in terminis in cauſa matrimonij tenet Alex. in conſi. 150. col. 5. nu. 12. lib. 5. poſt Hoſti. & Abb. in c. ſuper eo el 2. de teſti. Ex quibus concludo ſuper iſto tertio quæſito, non poſſe per aduerſarios allegari aliqua ſciẽtia in D. Franciſca prioris matrimonij inter Antoniummariam & Floram, ad effectum prolis illegitimitatis, nã ad probandum impedimentum contra matrimonium, requiruntur teſtes probatæ uitæ & opinionis, ita ut non ſit aliqua ſuſpitio, quòd ueriſimiliter in aliquo debeant deierare c. in litteris in fine. de teſt. ubi gl. not. & eſt etiam de hoc tex. in c. 1. de conſang. & affi.

## SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij facta in Ro. Cu. debet publicari in partibus infra ſex menſes.*

2 *Si reſignans moriatur in poſſeſſione beneficij poſt ſex menſes, eccleſia uacat per obitum, etiam ſi adeptus fuiſſet poſſeſſionem per inſtrumentum coram pluribus teſtibus.*

3 *Prouiſio de beneficio per expreſſionem falſi ualoris eſt nulla, ipſo iure.*

4 *Idem per expreſſionem falſam ætatis prouiſi.*

*Beneficium reſignatum in Ro. curia, eſt reſeruatum Pap. & illi affectum.*

5 *Poſſeſſor triennalis beneficij non eſt moleſtandus in ſua poſſeſſione, quia defenditur per dictam regulam etiam in petitorio.*

6 *Ille dicitur pacificus poſſeſſor, cui nulla controuerſia iuris uel facti mota fuit ſuper beneficio.*

7 *Et ſufficit poſſeſſio triennalis iurium ſpiritualium cum exercitio curæ animarum, etiamſi reſignatarius ſteriſſet in poſſeſſionem temporalium ex gratia Pap. reſeruatiua fructuum.*

8 *Non ſufficit docere de ordine ſacerdotali uel diaconali, niſi etiam doceatur de inferioribus ordinibus.*

9 *Qui poſsidet plura beneficia incompatibilia tenetur oſtendere diſpenſationem apoſtolicam.*

10 *Quot requirantur ad hoc, ut per teſtes probetur legitimè tenor gratiæ.*

11 *Non eſt iudicandum pro actore ad canonizandum gratiam per ſolam ſupplicationem, litteris ſub plumbo non expeditis.*

12 *Regula de publicandis non procedit quando reſignans reſeruaui ſibi fructus & regreſſum.*

13 *Secundo non procedit quando reſignatarius infra ſex mẽſes poſſedit per unum uel duos menſes, etiam ſine publicatione reſignationis.*

14 *Item non procedit niſi tria copulatiuè defecerint.*

15 *Probatio ſuper ualore beneficij non ualet ſi teſtes dicant de ualore deductis oneribus.*

16 *Fructus non conſiderantur niſi deductis expenſis.*

17 *Sufficit reo & poſſeſſori ad effectum abſolutionis a petitis repellere actorem per uiam obiectus contra eius gratiam.*

## CONSILIVM CCCLIIII.

IN cauſa litis uertentis inter Reuer. & magnificum D. Paulum de portis, Canonicũ Vicen. de & ſuper Beneficio curato loci ſancti Viti, in Leguzano diœceſis Vicen. actorem ex una & Venturacem de Leonardis de dicto loco clericum dictæ diœceſis, rectorem & poſſeſſorem dictæ eccleſiæ reum conuentum, partibus ex altera. Videbatur prima facie dicendum collationem factam de dicta eccleſia præfato Reuer. D. Paulo per Abbatem & monachos monaſterij ſancti Felicis prope & extra muros Vincentiæ, ad quos ſpectat prouiſio, de anno. 1544. & de menſe Ianuarij die 29. tanquam de uacante per obitum presbyteri Guilielmi de Leonardis, extra Ro. cu. de dicto menſe & anno defuncti, ualidam fuiſſe & canonizandum fore, non obſtante quòd dicta eccleſia prius uacauerit in Ro. cu. per reſignationẽ dicti Guilielmi, ad fauorem dicti Pacis ſui nepotis. cui de illa ſic uacante fuit per Paulum Papa iij. feli. recor. prouiſum de anno 1540. 13. Kale. Ianuarij anno ſeptimo ab incarnatione † quia non uidetur fuiſſe pro parte Pacis reſignatarij ſeruata regula cancel. eiuſdem Papæ de publicãdis reſignationibus in partib. infra ſex menſes. Vnde cũ præfatus Guilielmus reſignans mortuus fuerit poſt ſex menſes in poſſeſsionem dictæ eccleſiæ ipſa eccleſia non per reſignationem ſed per obitum Guilielmi uacare cen-
2 ſetur, ut expreſſe dicitur in dicta regula quæ procedit † et ſi dictus Pax poſt reſignationem & prouiſionem ſibi factam, adeptus fuerit poſſeſsionem dictæ eccleſiæ per inſtrumentum publicum coram teſtibus, & infra ſex mẽſes, prout illam adeptus fuit, quia debuiſſet etiam publicare reſignationem in dicta eccleſia infra ſex menſes, ut uidetur uoluiſſe dicta regula & ſecundum iſtam opin. conſu. Gemi. in con. 75. in ſecundo dub. & Abb. in con. 99. per totum lib. 1. incip. illud in præſentiarum. & Corne. Peruſi. in conſi. 137. lib. 3. & hanc præfatus D. Paulus inter alias oppoſuit in proceſſu contra gratiam dicti Pacis. ¶ Secun-
3 do prouiſio facta dicto Paſio uidet nulla ex capite ſubreptionis & obreptionis † quia uidetur expreſsiſſe in ipſa falſum ualorem dicti beneficij, quòd eſſet ualoris ducatorũ 55. auri de cam. c. poſtulaſti & c. ad audiẽtiam el 2. & per
* not. in c. ſuper litteris de reſcri. & in c. 1. & 2. de fi. præ. lib. 6. in quibus fit concluſio * communis doctorũ, quòd gratia beneficialis ſubreptitia eſt nulla ipſo iure, ſed p inſtrumenta locationis dicti beneficij & per depoſitiones nonnullorum teſtium, uidetur probatum de ualore ducatorũ 80. & aliquando plus uſque ad 90. ducatos currentes: ergo uidet probata ſubreptio, & ad hoc eſt reg. canc. de exprimendo uero ualore, quæ retro annullat gratiã, & tradit Feli. in c. in noſtra. correl. 26. ¶ Tertio uidetur nulla ex capite alterius ſubreptionis, quia Paſius in gratia expreſſit ſe eſſe in dudecimo ſuæ ætatis anno conſtitutum quod vr falſum, quia cõtrarium uidetur probatũ per depoſitiones trium teſtium, Franciſci q. Melchioris ſeptimi teſtis, & alterius Fran. de Almerico, & presbyteri Iacobi, qui Baptizauit dictum Paſium, & per inſtrumentum dotale inter parentes dicti Paſij ſtipulatum, ex quibus uidetur probatũ, quòd Paſius natus fuerit de anno. 1530. ſiue del 1531. & gratia ſua eſt ſub data 1540. de menſe Ianuarij ab incarnatione, unde uidetur tunc temporis fuiſſe in decimo ſuæ ætatis anno conſtitutus. ¶ Quibus tamen non obſtantib. arbitror de iure præfatum D. Pacem reum & poſſeſſorem abſoluendum fore a petitis, cum condemnatione expenſarum, iuxta ſuam inſtantiam, quia beneficium

huiuſmodi

huiuſmodi uacauit in Roman. curia per reſignationem
dicti Gulielmi, canonicè, medio procuratore factam,
ut conſtat ea tenore ſuæ prouiſionis regiſtratæ in pro-
4 ceſſu, † qua ſtante beneficium eſt reſeruatum ſoli Papæ,
cum decreto irritanti contra epiſcopos & alios quoſcun
que inferiores collatores per tex. in capitulo ſecundo. de
præbend. libro ſexto. quod decretum inficit ipſo iure gra
tiam aduerſarij, ut probatur in dicto capitulo ſecundo.
& in capitulo ſi eo tempore, de elect. & in capitulo ſecun
do. ut lit. penden. libro ſexto. & in clementina prima. de
conceſsio. præbend. & Rot. in nou. deciſ. uigeſimatertia.
Fuit dubitatum. columna ſecunda. cum ſimilibus. ut per
Caſſa. deciſ. prima, & ſecunda. de decre. in reſeru. appo.
Vnde cum beneficium uacauerit in cu. & Papa in ſua pro
uiſione facta Paci ſundet illam ſuper reſeruatione & de-
creto prædictis, caſſando quamcunque prouiſionem fa-
ctam per quemcunque collatorem in contrarium, ſequi-
tur quòd Reuerend. dominus Paulus nullum ius penitus
habeat in eo ex prætenſa collatione dictorum abbatis &
monachorum, quorum prætenſa gratia eſt ſundata ſu-
per falſa uacatione per obitum.
¶ Et licèt iſta ſola ratio fundata ſuper dicto capitulo ſe-
cundo ſufficiat pro uictoria Paſij: tamen alia ſecunda ra
tione, gratia do. Pauli eſt nulla, & non meretur canoni-
5 zari, † quia illi obſtat regu. cancell. de trien. poſſeſſ. non
moleſtan. quæ apparet producta ſub plumbo, & regiſtra-
ta in proceſſu. Sed præfatus Paſius ſterit in poſſeſsio-
nem pacificam dictæ eccleſiæ ab anno 1541. incipien-
do die decimo menſis Martij dicti anni, exercendo per
ſuos capellanos curam animarum, & diuina officia, iu-
xta glo. in capitulo commiſſa, in uer. pacificam de elect.
libro ſexto. uſque ad tempus motæ litis, quæ cœpit die
duodecimo Decembris 1545. & ſic poſt quatuor an-
nos a die adeptæ poſſeſsionis. Vnde malè & indebitè
moleſtatur per præfatum dominum Paulum, contra d. re-
gu. quæ defendit ipſum Paſium in petitorio & poſſeſſo-
6 rio. † Nam ille dicitur pacificus poſſeſſor beneficij, cui
nulla controuerſia iuris uel facti iudicialis uel extraiu-
dicialis mota fuit, ſuper beneficio, ut tenent Paul. Imol.
& Card. in clemen. gratiæ. de reſcript. & Gemin. in con-
ſilio 78. columna penultima, & finali, & Cardi. in conſi-
lio uigeſimooctauo. in tertia columna, & ſequitur Go-
meſ. ſuper regu. de trien. quæſtio. quinquageſimatertia.
* & eſt opinio * communis & practicata, ut ibi per eum.
¶ Nec obſtat quòd presbyter Gulielmus poſt reſigna-
tionem uixerit uſque ad annos 1544. de menſe Ianua-
rij, & ſteterit in poſſeſsione temporali fructuum dictæ
eccleſiæ, illos locando & exigendo, ut conſtat per inſtru-
7 menta locationum regiſtrata in proceſſu. † Quia re-
ſpondetur, quod Gulielmus hoc fecit uirtute gratiæ &
conceſsionis Papæ qui reſeruauit eidem fructus perci-
piendos etiam propria auctoritate, ut conſtat in ſuppli-
catione reſignationis dictæ eccleſiæ, & reſeruationis di-
ctorum fructuum producta & regiſtrata; unde potuit il-
los locare & exigere. nec propterea ceſſauit poſſeſsio ſpi
ritualis dicti Paſij, pacifica & quieta, a moleſtatione D.
Pauli, quæ incœpit poſt annos quatuor ut dixi.
¶ Tertiò, gratia collatiua facta præfato dom. Paulo per
abbatem, & monachos eſt nulla, quia non conſtat ex
deductis in proceſſu niſi pro ordine ſacro presbytera-
8 tus, & narratiuæ de diaconatu D. Pauli † ſed de alijs
inferioribus ordinibus primæ tonſuræ & quatuor mino-
rum, & ſubdiaconatus, non fuit doctum, ergo prouiſio
nulla, ut latè in terminis tenet & probat Gemin. in con-
ſilio nonageſimoprimo. incip. Præmitto, ubi conſuluit
in caſu ſimili, in quo conſtabat de ſacerdotio per teſtes,
qui non concludebant de inferioribus ordinibus neceſ-
ſarijs ad gratiam, ex quo ille ſacerdos potuiſſet per ſal-
tum eſſe promotus ad ſacerdotium, quo caſu eſſet inha-
bilis, ut probatur in capitulo primo. de cleri. pere. & de
cle. per ſal. promo. per totum, qui non habet executio-
nem ſacerdotij, & conſequenter eſt incapax beneficij, ut
eſt text. in capitulo finali, de cle. excom. mini. & ex ſolo
iſto capite, etiam alio non obſtante dom. Paulus debet
repelli a ſua intentione, ut utar uerbis Gemin. in d. conſi.
¶ Quarto præfatus actor non debet gaudere ſua præ-
tenſa gratia, cum ſit inhabilis ad hoc beneficium cura-
9 tum, † ex quo ipſe iam multis annis tenuit & poſſedit,
prout de præſenti etiam tenet & poſſidet ſaltem tria alia
beneficia curata incompatibilia, uidelicet eccleſiam ſan
cti Petri de Scledo, & ſancti Marci de Vicentia, & aliud
in loco duarum uillarum, contra textum, & ibi not. in
capitulo de multa de præbend. & in extrauag. execrabi-
lis, de qua inhabilitate fuit obiectum pro parte dicti Pa-
ſij, quæ inhabilitas probatur per inſtrumenta locatio-
num dictarum eccleſiarum producta & regiſtrata in pro
ceſſu, & per depoſitiones presbyteri Franciſci primi te-
ſtis, & presbyteri Leonardi Bachini ſecundi teſtis, & pre-
sbyteri Gerardi de Malado, tertij, ſuper primo, ſecundo
tertio capitulis, & per depoſitionem presbyteri Martini
Papa ſuper interrogatorijs ad ſeptimum capitulum, &
per dictum Ioan. Mariæ de Cornero, quod etiam proba-
tur in prima oppoſitione D. Pauli, regiſtratam in pro-
ceſſu folio octuageſimoſexto, in qua eius procurator,
confitetur de tribus parochialibus, ſed allegant diſpen-
ſationem Papæ, & unionem eorundem ad canonicatum
eccleſiæ Vicentinæ, quem dominus Paulus tenet & poſ-
ſidet. Aliqui teſtes de prædictis allegant reſignationem
dicti domini Pauli, factam de dictis beneficijs per dictum
dominum Paulum: qui ſunt presbyter Leonardus Ba-
chinus, & presbyter Gerardus de Malado, qui dicunt, ſe
uidiſſe & legiſſe ſupplicationes proximis elapſis diebus,
ſed non recordantur nec de tempore, nec de Papa con-
10 cedente, qui teſtes nihil penitus probant. † Nam tenor
gratiarum non probatur per teſtes niſi concurrant tria
ſeu quatuor neceſſario requiſita, per text. cum ibi nota.
per doctores. capitulo cum olim de priuileg. quorum ni-
hil probatum apparet, per huiuſmodi depoſitiones: &
ſi ueritatem dicerent de uiſione & lectura, proximis ela-
pſis diebus facta gratiæ prætenſæ allegare diſpenſatio-
nis & unionis & reſignationis produci debuiſſent in iu-
dicio pro parte domini Pauli, niſi probato caſu amiſsio-
nis earundem gratiarum præſumpto, ut dicunt Abb. &
cæteri docto. in dicto capitulo cum olim, & in capitulo
Albericus de teſtib. cum ſimilibus. ut latè per Alexand. in
conſi. 195. Viſo, columna ſecunda libro ſecundo. Præte-
rea, etiam ſi probata eſſent per teſtes omnia requiſita, ad
probandum tenores ſupplicationum: talis probatio nõ
11 ſufficeret, † quia non eſt iudicandum ad fauorem acto-
ris, iuxta formam ſupplicationum, ſed litterarum expe-
ditarum, ſub plumbo, ut eſt expreſſa regula cancell. quia
gratia apoſtolica, ante confectionem litterarum, dicit in
formis. & alia regula cancell. cauetur, quòd nemini ſuf-
fragatur diſpenſatio, niſi litteris ſuper illa conteſtis, ex
quibus ſtat firma exceptio inhabilitatis perſonæ domi-
ni Pauli, ad huiuſmodi eccleſiam curatam ſancti Viti.
Ex quibus conſtat de bono iure dicti Paſij, & de non
iure domini Pauli. ¶ Supereſt reſpondere ad contra-
ria adducta ſupra pro dom. Paulo contra gratiam dicti
Paſij. Non obſtat primum obiectum per reg. de publi-
candis, quia illi pluribus modis reſpondo.
12 † ¶ Primo, quia regula illa nõ procedit quando reſignãs
reſeruauit ſibi auctoritate Papæ fructus, & regreſſum ad
beneficium reſignatum, prout fecit dictus Gulielmus reſi
gnans, ut patet in eadẽmet ſupplicatione reſignationis
producta & regiſtrata in proceſſu. Et ita in terminis ſe-
cundum practicam Ro. cu. in ſacro Rotæ auditorio ob-
ſeruatam referendo plures deciſiones Rotæ, tenet Ludo.
Gomeſ. in commen. d. regu. quæſtio. ſecunda. fol. 240. in
uerſ. ſecundus caſus, ad quem me remitto cauſa breuita-
tis, cuius dicta poſſunt uideri. ¶ Secundo reſpondeo,
13 quia dicta regula non procedit † quando reſignatarius
prouiſus, infra ſex mẽſes a die reſignationis adeptus fuit
poſſeſsionem beneficij reſignati, ſtando in eadem per u-
num uel duos menſes, licèt aliter non publicauerit re-
ſignationem, ut in terminis decidit Gulielmus Caſſad.

deciſ.Rot.36.incip.Iſtud etiam.fo.41. ſuper regulis can-
cell. ubi dicie iſta oerba, ſuo rempore firmiter tentum
ſuiſſe in Rota, quòd adipiſcens poſſeſsionem beneficij,
ſi in ea per meoſem perſeuerat ſatisfecit dictæ regulæ de
publicandis, abſque eo quòd aliter publicet reſignario-
nem, cnm poſſeſsionis adeprio facta per ioſtrumentum
coram teſtibus faciat ſatis mentionem dictæ regulæ nbi
allegat Roma. & Feli. & alios. ad quem me remitto cau-
ſa breuitatis.

¶ Et idem latius firmat Gomeſ. ſuper commento dictæ
regulæ. quæſtio. undecima, folio 247. obi atteſtatur ita
pluries foiſſe iudicatum in Rora, & obſeruaeum contra
conſilium Geminiani & ſequaces quos allegaui ſupra
pro contrario, & ibi reſpondet ad iura & raiiones per Ge
minia. allegatas. Sed Paſius poſt prouiſionem ſibi fa-
ctam per Papam de dicto beneficio, oirtute dictæ gra-
tiæ, adeptus fuit poſſeſsionem dictæ eccleſiæ infra termi
nnm ſex menſium, a die datæ ſuæ gratiæ, ut conſtar pu-
blico inſtrumento ſuæ poſſeſsionis in dicta eccleſia in
præſentia quinque reſtium, die martis octauo menſis
Martij, de anno 1541. a Natiuitate, in proceſſu
producto & regiſtrato. in qua poſſeſsione ipſe cootinua-
oit uſque ad præſens tempus: ergo ſatisfactum fuit di-
14 ctæ regulæ. † ¶ Tertiò reſpondetur, qood dicta re-
gnla non procedit niſi tria copulatiuè defecerint. pri-
mum eſt, quòd non ſit facta publicatio: ſecundum qoòd
non fuerit petita poſſeſsio: Tertium quòd reſignans
poſt ſex menſes deceſſerit in poſſeſsione; Adeo quòd,
ſi unom de prædictis deficiat, regula non procedit, quia
beneficium uacabit, per reſignationem, & non per obi-
tom. Ita deeidie Gomeſ. in commento dictæ regulæ. quæ
ſtio. decimaqninta. folio 248. rergo. Sed in quæſtione
noſtra deficit unum ex quo Paſius petijt & obtinuit poſ-
ſeſsionem dictæ eccleſiæ, ut dixi ſupra, cuins uigore fue-
rune celebrata diuina, & miſſas io eadem eccleſia no-
mine Paſij, ergo regula prædicta ſuper qua fundatur
obiectum, ooo procedit.

¶ Non obſtat ſecunda exceptio de expreſsione falſi ua-
loris beneficij, quia reſpondetur negando probatum eſ-
15 ſe obiectum expreſsionis falſi ualoris. † Nam articulus
ſuper ualore beneficij; & probatio ſuper illo non ualet,
nec releuat, niſi dicatur quòd beneficium tantum ua-
let deductis oneribus, Ita decidir Rota in antiqu. deci-
ſio. 702. & ideò Gomeſ. ponit practicam & ſtylum pro-
bandi nalorem beneficiorum, ut teſtes dicant & pro-
bent quòd beneficium de quo agitur, tempore proui-
ſionis & oneribus deductis, ualet in portatis centum,
& quod per quinque annos ante & poſt, anno fertili
cum ſterili compotato, commnni æſtimatione, tantum
ualuit: & ita teſtis de tali beneficio notitiam habens di-
cat ſe ſcire, & ſi plus uel minus ualeret, noo ignoraret.
qnæ practica, colligitur ex pluribus dictis doctorum.
Barrol. & modernorum in l. pretia rerum. §. finali. ff. ad
legem Falcid. Abb. & Felin. in capitulo cum cauſa de te-
ſtib. & in capitulo ad aures de reſcript. & Alexand. in con
ſilio octuageſimoquinto, libro ſecundo. & Soci. conſilio
octauo. oiſis, & Lanfranc. in repeti. capitulo quoniam in
uerſic. teſtium depoſitiones de probatio. cum ſimilibus.
ut per Gomeſ. in commento regulæ de exprimendo ue-
ro ualore. quæſt. duodecima, folio 238. & prius per Caſ-
ſa. deciſ. decimanona. ſuper ea. regula, fo. uigeſimonono.
Sed teſtes ex aduerſo examinati ſuper huiuſmodi ualo-
re, nec articuli ſuper illo, deponuot neque concludunt
neceſſaria, ad hniuſmodi probationem, ut patet ex eo-
rum dictis & articulatis ex aduerſo; ergo exceptio falſi
naloris non eſt probata.

¶ Non obſtant inſtrumenta locationum dicti beneficij,
quia non concludunt uerum ualorem, & communem æ-
ſtimationem beneficij, ex quo in inſtrumentis, non æ-
ſtimantur fructus deductis oneribus, prout eſt neceſſe,
16 † quia fructus non conſiderantur in iure niſi deductis
expenſis & oneribus. uttenent docto. in locis prealle-
gatis. Vnde ualor beneficiorum conſideratur detracta
penſione impoſita ſuper fructibus beneficij auctoritate
Papę. Ita conſu. Deci. in conſilio 156. Statutum cathe-
dralis eccleſiæ. & detractis alijs oneribus, ut latè per Iaſ.
in l. illud in primo nota. C. de colla. & in l. non amplius
columna prima. ff. de legatis primo. et in l. cum quædam
puella. §. quoties in fine. ff. de iuriſdictio. omnium iudic.
ſed in proceſſu per plnres pollizas & chirographa, & a-
lia iura, prodocta & regiſtraca probatum eſt, quod de
fructibus dicti beneficij, ſoloitur per Paſium, & eius præ-
deceſſorem annua penſio ducatorum uiginti auri de ca-
mera, dicto domino Paulo, & dncati quinque pro ſin-
gula decima Papali, & Dadię & alię collectæ ordina-
riæ in Camera fiſcali Illuſtriſsimi Dominij, & certus
annuus cenſus Abbati & monacis ſancti Felicis collato-
ribus. quæ quantitates pecuniarum, ſunt deducendæ
de fructibns qnibus dedoctis, id qnod ſupereſt tantum
compotarur in fructibus & ualore per prædicta, quibus
oneribus detractis, fructus dicti beneficij, non aſcen-
dunt ad ſummam dncatorum ſexaginta, ad rationem
℔ 6. ß 4. pro ſingulo ducato. Sed in litteris gratiæ
Paſius expreſsit ualorem ducatorum quinqnagineaquin
que auri de came. qui conſtitiuont ducatos circa ſeptua-
ginta, ad rationem prædictam. Vltimo reſpondetur
quia iſta exceptio de ualore tollitur per exceptionē reg.
de trien. poſſ. ita ſępe fuit practicatum & deciſum in Ro.
Vt refert Gomeſ. ſuper d. reg. de trien. quæſt. quinquage-
ſimaprima. fol. 220. ubi uidendum. Sed Paſius habet be-
neficium d. reg. de qua excepit; ergo &c.

¶ Non obſtat alia rertia exceprio ſubreptionis dictæ
gratiæ de expreſsione ætatis doodecim annorum cum
eſſet minor, qoia reſpondetur defectum ætatis minoris
duo decim annis non eſſe probatum, ſi bene conſiderer-
tur dicta teſtium, de ætate deponentium qni ſunt infra-
ſcripti, Franciſcus quon. Melchioris folio ſeptuageſimo,
nihil concludit de ætate, qnia dicit ſe neſcire, quando
Paſius natus fuit, nec ſcire cuius ætatis fuerit, & licèt de-
ponat dominam Hieronymam matrem Paſij, traductam
fuiſſe ad domum mariti, de anno milleſimoquingenteſi-
motrigeſimo, ſeu milleſimoqningenteſimotrigeſimopri-
mo: tamen non concludir de aliqna ætate, quia Paſius
potuit oaſci ante tradoctionem huiuſmodi ad domum
mariti in domum patris ſui, aui materni dicti Paſij dum
eſſet ſponſa, quia in partibns illis poſt contractum ma-
trimonij anteqoam traducantur ad maritum, manent
in domo parerna, aliquando per annum, aliquando per
duos, & interea ſponſus accedie ad domum ſponſæ, &
multotiens occurrit, quòd redduntur prægnantes &
pariunt antequam traducantur: unde non probetur
hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe l. non hoc. C. un-
de legitimi. Et probatio debet de neceſsitate conclude-
re de minori ætate. capitulo in præſentia de probatio.
Eandem reſponſionem do ad dictum alterius teſtis Fran-
ciſci de Almerico, & ad inſtrumentnm dotatæ, in quo
nulla fit mentio de Paſio, nec de eius natiuitate.

¶ Non obſtat depoſitio presbyteri Iacobi, qni depo-
nie de natiuitate Paſij quem dicit ſe baptizaſſe del mil-
leſimoquingenteſimotrigeſimoprimo. quia illi non eſt
credendum, cum ſit ſingularis. Ex quibus conſtat de bo-
no inre dicti Paſij, propter quod poſſet canonizari gratia
ſua, ſi petita eſſet canonizatio.

¶ Sed quo tendit præſens diſcuſsio, & diſputatio ualidi-
17 tatis gratiæ domini Paſij. † Cum ipſe ſit reus & poſſeſ-
ſor, cui ſufficit repellere gratiam & perſonam domini
Pauli adoerſarij per obiectos ad effectum obtinendi, ab-
ſolutoriam a petitis, etiam ſi de iure ſuo nihil docoerit,
quia non debet moleſtari in ſua poſſeſsione per domi-
num Paulum, cui nullum ins competit in dicta eccleſia,
ut larè renet & probat Rot. deciſ. centeſimaſexageſima.
in no. qoæ incip. Licèt reus & poſſeſſor, & in antiq. deciſ.
70. & deciſ. 1. col. 2. de reſtitut. ſpolia. & deciſ. 2. de exce.
in recol. per Biſgne. & larè hoc dicit & probat Geminia.
in conſi. 91. & 92. in principio. ubi dicir hanc eſſe commu
nem opinionem cum ſimil. ut per Feli. in capitulo olim.
columna

columna ſexta. circa finem, in uerſ.ſimiliter, & columna
ſeptima,uerſ.limita tertio, de reſcript. ubi omnes docto.
per illum textum faciunt hanc conclnſionem, quam di-
18 cunt indubitatam,† quòd ad hoc ut quis tanquam actor
conſequatur beneficium eccleſiaſticum,non ſufficit pro-
bare de non iure aduerſatij, niſi etiam probet de bono
iure ſuo, quia petit ſuam gratiam canonizari, & ita ad
hoc text. in dicto capitulo olim, ponderat glo. finali, in
capitulo unico. de eo. qui. mit. in poſſeſ. libro ſexto. &
glo.penultima in capitulo primo. & glo.in uerſ. finita.in
capitulo ſecundo.ut li.pen.libro ſexto.cum ſimilibus. ut
latè tradit Felin. in dicto capitulo olim columna ſexta.
uerſ.ultimo. guſta. ſed Dom.Paulus,nullum ius penitus
habet in dicto beneficio ſancti Viti, ut latè ſupra proba-
ui,& ſic repellitur gratia ſua & perſona, per obiectus ſeu
exceptiones, ergo ſuccumbere debet, & dictus Paſius
reus & poſſeſſor uenit abſoluendus a pœnis, etiam ſi de
iure ſuo nihil docuerit. Vnde ſequitur quòd ex abundan
ti cautela, deducta fuerunt in proceſſu iura facientia pro
D.Paſio, per quæ ex allegationibus iuria probaui ualidi-
tatem ſuæ gratiæ,ut patet ex deductis ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Donator per retentionem uſusfructus in bonis donatis,tranſtulit in donatarium dominium & poſſeſsionem ciuilem.*
*Idem dicendum per clauſulam conſtituti.*
2 *Quid operetur clauſula appoſita per donatorem in inſtrumento quando poſuit donatarium in locum ſuum, conſtituendo eum procuratorem uti in rem ſuam.*
3 *Donatio quæ fit cum reſeruatione uſusfructus, caret exceptione ſimulationis doli & fraudis, niſi contrarium expreſſè probetur.*
4 *Poſſeſsio & dominium bonorum donatorum per reſeruationem uſusfructus & per clauſulam conſtituti, operatur ac ſi facto & re reſeruatum fuiſſet utrunque pro donatario, ut præferatur ſecundo donatario cui realiter fuiſſet tradita res donata, ut in terminis.l.quoties,de rei uendi.*
5 *Hæredes uel creditores defuncti donatoris non habent aliquam actionem neque ius contra donatarium rerum ſingularium hæreditatis.*
6 *Poſſeſsio dicitur ſine uitio, quando teſtator ſeu donator dediſſet poſſeſsionem donatario bonorum donatorum, uel dediſſet ei licentiam illam accipiendi propria authoritate, uel feciſſet eum executorem uel procuratorem in rem ſuam.*
7 *Contra agentem poſſeſſorio retinendæ non poteſt excipi de notorio defectu proprietatis, niſi expediatur articulus poſſeſsionis ſuper qua moleſtatur.*
8 *In poſſeſſorio adipiſcendæ ſeu reintegrandæ non admittuntur noua concernentia petitorium requirentia altiorem diſcuſſionem.*

CONSILIVM CCCLV.

IN CONTROVERSIA uertente in epi-
ſcopatu Cenetæ inter dominum Hierony-
1 mum Barteinello ex una,& procuratorem do-
minæ Caliopeæ ſuper quodam mandato Re-
uerend.domini Vicarij Ceneteñ.ſub die nona menſis Se-
ptembris præſentis anni, per quod dominus Hierony-
mus turbatur in ſua poſſeſsione bonorum aliàs ſibi do-
natorum per q.dominum Marcum eius fratrem,quod e-
tiam petit reuocari,& manuteneri in ſua poſſeſsione ui-
gore dictæ donationis. Econtra uero, procurator di-
ctæ dominæ dicit ipſam D. eſſe in poſſeſsione dictorum
bonorum & ſe ſpoliari a domino Hieronymo, & inſtat
pro confirmatione dicti mandati, & ad hoc deduxit in-
ſtrumentum ſuæ poſſeſsionis, & approbationem dictæ
poſſeſsionis factam per ipſum dominum Hieronymum
in officio aduocariæ, & ad firmandam ſuam intentio-
nem dictus procurator produxit longam ſcripturam, &
articulos concernentes petitorium, quos obtulit ſe pro-
baturum: Contradicente domino Hieronymo & peten-
te expediri articulum primi mandati contra ſe decreti
& executi. Qui Reuerend. dominus Vicarius cauſam
ipſam ſuper negocio dicti mandati commiſit conſilio ſa
pientis & reiecit dictam longam ſcripturam & articulos.
A qua non admiſsione procurator Bardelinæ appella-
uit ad Reuerendiſsimum dominum epiſcopum, cui do.
uicarius non detulit. Modo uidendum eſt quid deſuper
facere debeat Reuerendiſsimus dominus epiſcopus, ad
quem eſt appellatum. Et antequam detur reſponſum ſu-
per hoc articulo præmittenda ſunt nonnulla.
¶ Et primo quòd quon. dominus Marcus donator, per
1 retentionem † uſufructus ſuorum bonorum donatorum
in inſtrumento, tranſtulit in dominum Hieronymum do
natarium, dominium & poſſeſsionem ciuilem.l.quiſquis,
& l.ſi quis argentum.§.ſin autem.C.de dona. Idem dicen
dum per clauſulam conſtituti dicti donatoris, de qua in
inſtrumento, ut notat Bart.in l.quòd meo.ff.de acquir.
poſſeſ.& in l.interdum. ff. eodem titulo cum ſimil. ut per
Deci.in conſi.239.columna prima.& in conſi.296.col.1.
libro ſecundo.in quem etiam tranſtulit per illud inſtru-
mentum, omnes & quaſcunque actiones & ius, quod &
quas habebat in bonis donatis, quem poſuit in locum
ſuum quem etiam conſtituit procuratorem, uti in rem
ſuam iuxta.l. illam ſubtilem. C. de donat. quam allegat
glo.in cap.1.in uer.in rem ſuam.de procu.lib.6.qui admi
niſtrat propriè ſua bona, non aliena concipiendo uerba
in ſuam perſonam glo. mag.in l.j.ubi Bart.ff. de procur.
2 declarat Iaſo.in l.qui ſtipendia.ff. de procura. † Conſti-
tuens etiam ſe, dicta bona nomine domini Hieronymi
poſsidere, cui dedit etiam poteſtatem dictorum bonorũ
accipiendi poſſeſsionem ſua propria auctoritate,& dein-
ceps in ſe iura & bona donata & eorum poſſeſsionẽ per-
petuo retinendi. Quorum uerborum uirtute dom. Hie-
ronymus cõtinuando ſuam poſſeſsionem ſibi traditam,
tanquam dominus, de menſe Septembris proximè decur-
ſi, colligebat realiter uuas & blada minuta illius tempo-
ris ac alios actus poſſeſſorios faciebat, ut ſolent facere
domini bonorum ſuorum. Nam ciuilis poſſeſsio ſibi tra-
dita parit ciuiles effectus, nam parit uſucapionem & fru-
ctuum acquiſitionem. ut not.Barto.in l.uj.§.ex contra-
rio.ff.de acquir.poſ.& in l.naturaliter.§.nihil commune.
colu.6.in princip.ff.eodem.& trad. Dyn. in reg. ſine poſ-
ſeſsione de reg.iur.lib.6. Hinc ſequitur quòd dom. Hie-
ronymo exiſtenti in poſſeſsione, bona fide, & iuſto titulo,
competebat tunc tempore mandati, prout competit de
præſenti, ius & facultas retinendi dicta bona & poſſeſsio
nem eorum, & ſe defendendi in poſſeſsione, contra D.Ca
liopeam prætenſam hæredem dicti domini Marci, cum
bona donata, etiam in uita dom.Marci, non fuerint, am-
plius ſua, nec poſt mortem de hæreditate dicti donantis,
quinimmo ſi ipſe donatarius non poſsideret, compet-
ret ſibi ius & actio uigore dictæ tranſlationis, per clauſu
las prædictas in dicto inſtrumento appoſitas, etiam con-
tra uerum hæredem.l.cum hic ſtatus in princip.ff.de do-
nat.inter uirum, & uxorem. Et probantur prædicta in
l.quod de ſuo.C.de dot. cau. & in l.ſi maritus quondam.
C.de dona.inter uir.& uxo.Et ſecundum ea quæ dixi con
ſuluit Paul.de Caſt.in conſ.106.incipit Dicta donatio, ſe-
cundum antiquam impreſsionem. ¶ Nec obſtat obie-
ctum quod fit per aduerſariam quod illa donatio fuit ficti-
3 tia & ſimulata, quia hoc expreſſè negatur. † Nam dona-
tio quæ fit cum reſeruatione uſusfructus, caret exceptio-
ne ſimulationis, & fraudis, ac doli; niſi expreſſè in con-
trarium aliquid probetur, ut notanter latè probat Excel.
doctor dom.Auguſtinus Berous doctor Bononienſis, ibi
legens, in ſua quæſtione 129. incip. An ſtatutum, ubi pro
bat, quòd ſtatutum loquens de contractibus fictis & ſi-
mulatis, non comprehendit donationem cum reſerua-
tione uſufructus. Ad hoc allegat Bartho. Cæpol.in tra-
ctatu de ſimulatione contractuum.
4 ¶ Et quòd poſſeſsio † & dominium tradita in donata-

rium per teſeruationem uſufructus, & per conſtitutum
donantis, ſit tantæ nirtutis, ac ſi facto & re, utrunque
fuiſſet traditum, probat Oldrad. in conſilio 114. ſactum
tale eſt, & Alexand. in conſilio decimoquarto, columna
fin. num. 3. libro primo. ubi probant, quod ſi donator dat
authoritatem donatario accipiendi poſſeſsionem bono-
rum donatorum propria auctoritate, & conſtituat ſe,
eo nomine poſsidere, in tantum transfert in donata-
rium poſſeſsionem, quòd ſi poſtea donet ſecundo om-
nia bona ſua contradictione rerum, actualiter, ſecuta,
ualet tamen prima, cuius uirtute fuit tradita poſſeſsio
iux. l. quoties. C. de rei uendic. idem dic econtra, ſi in ſe-
cunda donatione ſit clauſula conſtituti, quia præualet
primæ non habenti ipſam clauſulam. ita tenet Alexand.
in conſ. 25. columna fina. libro tertio. Vnde iſta ficta tra-
ditio legis, cum uoluntate donantis operatur effectum
realis, & uere traditionis. ¶ Secundo pro intelligentia
5 dicendorum ſciendum eſt, † quòd hæredes, uel credito-
res defuncti donatoris, non habent aliquam actionem
contra donatarium rerum ſingularium, hæreditatis, ni-
ſi donatio eſſet facta in fraudem: nam donatarius eſt ſin
gularis ſucceſſor, qui non implicatur actionibus hæredi-
tatis. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebe. cum ſimilib. ut per Deci.
conſi. 237. libro ſecundo. Ad prædicta conferunt no-
tata per Ange. & Alexand. in l. filiam fratribus. ff. ad Tre-
be. & Ange. in l. latius de lega. ſecundo. qui dicunt, quòd
6 poſſeſsio dicitur ſine uitio, † quando teſtator ſeu dona-
tor tradidiſſet poſſeſsionem fideicommiſſario, ſeu dona
tario bonorum donatorum. Idem ſi dediſſet licentiam
illi accipiendi talem poſſeſsionem propria auctoritate,
ut notat Bald. in conſi. 432. Veritas eſt iſta. libro primo.
& Cuma. in conſi. 61. Petricus habes. in fin. Quod etiam
tacitè fieri poteſt a teſtatore uel donatore, puta, ſi con-
ſtitueret fideicommiſſarium executorem, prout Dom.
Marcus conſtituit Dom. Hieronymum Procuratorem in
rem ſuam ſibi donatam, quia poteſt a ſeipſo fideicom-
miſſum & bona donata accipere. ita tenet Ioan. Andre.
in additione, in titulo de inſtrumen. edi. §. nunc aliqua,
uerſic. ſed pone, uerſ. 29. cum ſimilib. ut per Deci. in con-
ſil. 32. incipien. Proponitur columna tertia. numero 15.
& 16. inter conſi. 40. libro tertio. Ex quibus bene infer-
tur, quòd donatarius potuit propria authoritate conti-
nuando antiquam poſſeſsionem ſibi a domino donante
traditam, & in ſe translatam, naturalem & corporalem
apprehendere, nec moleſtari uirtute dicti mandati, a
præfata Bardelina, immo manuteneri & defendi a mo-
leſtatione prædicta, cum ſit legitimus contradictor. Et
quia dicta D. non poteſt iuuari, allegata ſua poſſeſsione
ſibi tradita, tanquam hæredi ſcriptæ in teſtamento. q.
dom. Marci, nam fuit poſita in poſſeſsionem bonorum
quæ fuerunt tempore uitæ & mortis dicti q. Marci iuxta
text. in l. final. C. de edic. di. Adria. ibi, Rerum quæ teſta-
toris mortis tempore fuerunt, quæ non capiunt bona ſpe
cialiter donata, cum ſint facta aliena, per translatio-
nem dominij & poſſeſsionis in donatarium in uita do-
nantis, ut patet ex prædictis, & per uerba clara dona-
tionis, quæ bona cum legitimo modo teneantur & poſ-
ſideantur a donatario, non comprehenduntur ſub his
uerbis. dicta l. finali ad fauorem prætenſæ hæredis, ſed do
natarij, ibi, Non autem legitimo modo ab alio detinen-
tur. Vnde cum materia iſtius poſſeſsionis reflectatur ad
diuerſas res & bona, & diuerſo iure res poteſt deduci per
Reuerend. do. iudices non planam concordiam, ut dom.
Hieronymus tueatur in poſſeſsione bonorum ſibi do-
natorum, qui nec aliud pro nùnc petit amouendo man-
datum, & horum reſpectu pronunciet materiam concer-
nentem petitorium non admittendã. reſpectu uero alio-
rum bonorum hæreditatis, Caliopeam non moleſtandã
in poſſeſsione, reſeruando utrique parti iura ſua in peti-
torio coram ſuo iudice competenti, uia ordinaria agere
uolenti, & iſta eſt uera & bona practica expediendi hoc
iudicium poſſeſſorium, quam ponit dom. Abb. in dicto
capitulo licèt cauſam, ultima quæſtio. poſt Pau. & Hoſti.
His præmiſsis ac explicatis: uenio ad ſolutionem immi

nentis articuli dictæ appellationis ad Reuerendiſsimum
dominum epiſcopum interpoſitæ, ſuper quo teneo de iu-
re pronunciandum malè & indebitè appellatum pro par
te D. & bene decretum & pronunciatum per Reuerend.
dominum Vicarium iudicem a quo, non admittendo
illam longam ſcripturam nec articulos concernentem &
concernentes petitorium, infraſcriptis rationibus.

¶ Prima, quia contra dom. Hierony. donatarium, agen-
tem poſſeſſorio retinendæ, (poſsidebat enim tempore
quo fuit ſibi factum mandatum) quòd ceſſaret a uinde-
mia, & ab inciſione bladorum, & poſsidenti tempore li-
tis motæ competit poſſeſſorium retinendæ. §. retinendæ
inſti m. de interdi. declarat Bartol. in l. j. & in l. ſi duo. ff.
uti poſsidetis, & Abb. poſt eum in capitulo licèt cauſam
7 in decimo & undecimo notabili, de probatio. † Sed con-
tra agentem interdicto retinendæ, non poteſt excipi nec
opponi, exceptio etiam notoria, defectus proprietatis,
& tituli, niſi prius expediatur articulus poſſeſsionis, ſu-
per qua moleſtatur agens dicto interdicto, præcipiendo
excipienti, quòd ceſſet a moleſtatione & turbatione; ut
tenet glo. & Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune co-
lumna ſecunda. & in l. ſi de eo. §. fina. ff. de acquiren. poſ-
ſeſsio. cum ſimilib. ut per Iaſ. in dicto §. nihil. folio tertio.
numero quadrageſimonono. Et Nicol. de Mil. in repert.
in uerſ. poſſeſsio folio ultimo, uerſicu. nec poſſeſsio reti-
nendæ, ubi allegant plures rationes. & eſt caſus de iſta
quæſtione in capitulo cum ueniſſent de inſtitut. & ibi gl.
in uerſi. Abiuraſſe, in fine. ubi Abb. columna penultima
ſuper illa glo. & ſuper primo intellectu ad illum textum.
& Guid. Pap. in deciſio. Parlamenti Tholoſa. quæſti. 85.
& Philip. per illum textum in capitulo licèt epiſcopus de
præben. libro ſexto. in tertio notabili. ubi dicit, quòd nõ
debet quis moleſtari, nec turbari in ſua poſſeſsione, nec
illa ſpoliari, ſed in ea manuteneri, & poſtea cognoſci de
petitorio, & dicit Henri. Boic. in dicto capitulo cum ue-
niſſent columna finali. quòd poſſeſſor intentans poſſeſ-
ſorium retinendæ, debet in ſua poſſeſsione manere, &
tueri, quantumcunque alter ſit dominus rei, uel habeat
ius in re de qua eſt lis, donec de iure proprietatis appa-
reat legitimè per uiam agendi in petitorio, & non uia
exceptionis. quæ ratio bene intellecta, probat intentio-
nem donatarij, ut manuteneatur in ſua poſſeſsione, nec
audiatur aduerſaria per uiam excipiendi de defectu iu-
ris in bonis donatis, deducendo petitorium, ſed remo-
to impedimento, & ſic mandato, audietur poſtmodum ip
ſa D. uia actionis in petitorio: ergo interea ipſa non eſt
admittenda, cum ſuis ſcriptura & articulis ad retardan-
dam reſtitutionem poſſeſsionis turbatæ.

¶ Confirmo prædicta quia iura nominata in longa ſcri-
8 ptura & articulis, concernentia petitorium, † requirunt
altiorem indaginem, & diſcuſsionem iudiciariam, quæ
non ſunt admittenda in poſſeſſorio adipiſcendæ uel re-
integrandæ, quibus D. agit ut tradunt docto. in dicto
§. nihil commune in poſſeſſorio adipiſcendæ & reinte-
grandæ. et tradit Philip. in capitulo ad decimas colum-
na finali. de reſtitutio. ſpolia. libro ſexto. & Abb. in capi-
tulo cum olim de cau. poſſeſ. & in capitulo conſtitutis, el
ſecundo, columna penultima de appellat. & in capitulo
accedens de accu. in ſecundo notabili. cum ſimil. ut per
Deci. in conſil. 220. libro ſecundo. Sed ſunt reſeruanda hu
iuſmodi iura in petitorio, ut tradit Rot. in nou. deciſio.
26. columna penultima, & finali. & in antiqu. 7. & 56. &
475. & Bellame. deciſ. ſexageſimaſexta, & 342. Nam ſe-
cundum ordinem iuris, prius de poſſeſsione, quàm de
proprietate agendum eſt. l. ordinarij. C. de rei uendi. l. in-
certi. C. de interdictis. l. ſi de ui. ff. de iudi. cum ſimilibus.
ut per Deci. dicto conſil. 22. inter conſil. 40. colum. 2. nu-
me. 5. ubi dat conſilium, quod prius expediatur quæſtio de
poſſeſsione bonorum & poſtea aduerſarius poterit pete-
re & de iure ſuo agere in petitorio & proprietate, cui in
nullo ſit præiudicium, & Deci. loquitur in terminis. di-
ctæ l. fin. C. de edic. diui Adria. et eſt communis opinio.
quòd in caſu dictæ l. materia poſſeſſoria debeat ante o-
mnia expediri, reſeruata quæſtione petitorij ad merita.

¶ Nec

¶Nec obſtat. D. quòd deduxerit poſſeſsionem bono-
rum q. domini Marci, quæ tanquam dominus tenebat &
poſsidebat tempore uitæ & mortis ſuæ, iuxta text. in di-
cta l. finali. C. de edic. diui Adria. quia reſpondeo ut ſupra
dixi, quòd iſta poſſeſsio de iure non debet nec poteſt ca-
tendi ad bona donata D. Hieronymo, & in eundem tran
ſlata, quo ad dominium & poſſeſsionem. & ſic non erant
teſtatoris, & poſſeſsio illa conſequenter fuit & eſt uitioſa
ex iſto capite, quæ nullius eſt effectus ad impediendam
poſſeſsionem Dom. Hieronymi. ita in terminis conſuluit
Paul. de Caſt. in d. conſi. 106. colum. 2. in uerſ. præterea, &
Deci. in dicto conſi. 22. colu. 3. num. 14. & 15. qui loquun-
tur in terminis de uitioſa poſſeſsione in bonis alienis, &
in materia donationis. Adeſt etiam in inſtrumento dictę
poſſeſsionis, clauſula ſine præiudicio quarumcunque per
ſonarum ꝑtendentiũ intereſſe, quæ ſaluat ius, donatario.
¶Nec obſtãt acta in officio aduocariæ ubi adeſt renun-
ciatio facta per ipſum Sarcinellam, quia prætenſa reſi-
gnatio, & omnia acta & geſta in officio aduocariæ non
concernunt materiam donationis prædictæ, ſed dunta-
xat reſpiciunt bona quæ fuerunt reperta in hæreditate di
cti quon. Marci, & quæ iure proprio ad ipſum ſpectabãt,
& non ad bona donata, & in donatarium per ipſummet
Marcum tranſlata. Nec obſtat etiam quòd ipſi D. Sar-
cinelli petierint aliàs a Reuerend. do. Vicario Ceneteñ. ſe
poni debere in poſſeſsionem bonorum & hæreditatis di-
cti q. Marci tanquam fratres & hæredes eiuſdem ab inte-
ſtato, & ita fuiſſet decretum, ſuper quo poſſeſſorio ſuc-
cubuerunt, ex eo quia uicarius tunc ſubſtitutus reuoca-
uit illud decretum, & poſuit in poſſeſsionem Caliopeam
dictorum bonorum. q. Domini Marci, tanquam hære-
dem ſcriptam, uigore decreti & litterarum Magnifici Po
teſtatis Serauallæ: quia reſpondetur, quòd in omni &
tota illa controuerſia, non fuit factum uerbum, nec quę-
ſtio ulla de donatione præfata, neque de poſſeſsione bo-
norum, donatorũ, ſuper qua ad præſens uertitur quæſt.
¶Nec obſtat ſi ex aduerſo dicatur quòd terrę ſeu poſſeſ-
ſiones donatæ non ſint illæmet quæ modo poſsidentur
per donatarium, quia reſpondetur illas terras modo exi
ſtentes in alio loco, quæ poſsidentur, ſunt illæ quæ loco
permutationis uel aliàs ſurrogatæ fuerunt, & ſunt in lo-
cum illarum, quæ ſortiuntur eandem naturam cum pri-
mis donatis. capitulo eccleſia el primo, & ſecundo. ut lit.
penden. Vbi ſunt iura clara de poſſeſsionibus ſurrogatis
loco aliarum, ut aſſumant eandem obligationem, & ibi
glo. ſecunda. ad hoc allegat infinita iura, & ibi latè Abb.
& alij ſuper text. & glo.

## SVMMARIVM.

1 *In feudo antiquo uacante per obitum unius de agnatione, ſine filijs, portio illius, accreſcit alijs agnatis proximioribus.*

2 *Et agnati proximiores admittuntur ad portionem deficientem iure agnationis, licèt non ſint hæredes.*

3 *Qui fecit generalem refutationem hæreditatis paternæ, non prohibetur petere bona feudalia.*

4 *Et agnati repudiata hæreditate proximi uaſalli feudum tamen retinere poſſunt.*

5 *Qui renunciauit hæreditati non prohibetur petere feuda, ſecus ſi renunciauit omnibus bonis.*

6 *Si plures agnati eiuſdem gradus uel inferioris ſimul de feudo inueſtiti, patiantur alium agnatum etiam inueſtitum cum illis, de toto feudo per Dominum duntaxat inueſtiri ſi non reclamauerint infra annum a die ſcientiæ nec petierint ſe inueſtiri amittunt feudum, & ab eo perpetuò cõdeſcendentibus ſunt excluſi.*

7 *Idem dicendum in feudo de quo plures fuerunt inueſtiti, ſi totum uel pars eiuſdem feudi deuenit uni ex agnatis inueſtitis in partem, qui ſi totum cedit, uni ex agnatis conuaſallis, alij agnati tacentes per annum ſunt excluſi, cum ſuis deſcendentibus, quia uidentur ſuo iuri renunciare, & inueſtito totum feudum donare fauore agnationis.*

## CONSILIVM CCCLVI.

QVIA controuerſia huiuſmodi uerſatur in
feudo decimali antiquo, ſeu auito, conſide-
rata perſona domini Valerani, in quem, to-
tum feudum deuenit del 1465. per renuncia-
tionem domini Egani, quo caſu iſtud ius decimandi
quod erat in perſonam domini Hectoris præmortui ſine
1 filijs † de iure accreſcit Sp. D. Antonio patrueli ſuperui-
uenti, & nobili domino Alonifio eius filio de Thienis ut
in terminis tenent Bart. Ange. Paul. & Alexand. in l. ſi mi-
hi & Titio. ff. de uerbo. obligatio. & probatur in cap. 1. §.
hoc quoque, de ſucce. ſeu. & in cap. 1. uerſic. paternum, de
nat. ſucce. feu. idem tenet Bart. in conſ. 63. Ex themate in
primo dubio, allegat tex. in capitulo primo. §. cum uero,
qui feu. da. poſſ. et dicit ibi Bart. quòd licèt non haberet
locum ius accreſcendi, feudum tamẽ illud poſſeſſum per
Hectorem, debet pertinere ad prædictos patrem & filium
agnatos, uirtute cuiuſdam repetitæ conceſsionis ex pro-
uidentia domini feudi, qui aliàs eoſdem cum Hectore
inueſtiuit, del 1451. Idem tenet Barto. in d. l. ſi mihi. co-
lumna ſecunda. in uerſ. quæro, quem ſequitur ibi Alexan.
col. 5. qui ad hoc allegat text. in c. 1. de feud. Marc. quem
notat ibi Bald. in ſecundo notabili. ubi dicit, quod talis
acquiſitio quæ fit agnato ſuperuiuenti proximiori, non
fit propriè per ius accreſcendi, ſed propter ius inueſtitu-
rę primi parentis, & idem Alexand. in conſ. 29. Quoniam
abunde colu. 3. & in conſi. 44. uiſo themate colu. 3. lib. 1.
& in conſi. 188. uiſo, colu. 1. lib. 2. & in conſi. 21. uiſo, colu.
✻ 3. libro quinto. dicit hanc eſſe * communem opinionem.
idem latè tenet Deci. in conſi. 53. in principio. & in conſi.
193. colu. 2. libro primo. & in conſi. 263. in contractu co-
lu. 2. libro ſecundo. & Petr. Philip. Cor. conſi. 285. uiſo, per
totum libro tertio. & Iaſon in repet. l. re cõiuncti. fol. pe-
nultimo. uerſ. tertia limitatio. ff. de lega. 3. Ex quibus ſtat
prima concluſio, quòd feudum decimale de quo eſt quę-
ſtio, quod uacauit per obitum domini Hectoris ultimi il
lius poſſeſſoris defuncti abſque liberis debetur præfatis
Dom. Antonio & Alouiſio, ſiue uirtute primæ auitæ ſeu
paternæ conceſsionis, ſeu repetitæ inueſtituræ del 1541.
ſiue aliarum inueſtiturarum del 1478. ſiue del 1503. uel
per ius accreſcendi ſecundum uerãs & communes cõclu-
ſiones. ut latè probat & concludit Alexan. per plura iura
& authoritates, ultra alios in conſi. 30. Quoniam omnc.
colu. 5. cum quinque ſequen. lib. primo. ubi reſpondet ad
omnia contraria, quæ breuitatis cauſa non refero.
¶Non obſtat obiectum quod fit prædictis do. Antonio
& Alouiſio per magnificum & Exc. domi. Ferdinandum
in ſua petitione producta in epiſcopatu Vicẽtino coram
Reuer. Do. Commiſſarijs quòd non ſint hæredes domini
Hectoris, cuius hæreditatem Do. Antonius repudiauit:
2 † quia iſta ratio non concludit, ut latiſsimè probat & do
cet Deci. in conſi. 78. licèt in caſu propoſito, per totum li
bro primo. ubi poſtquam retulit doctores tenentes hanc
partem, probat etiam iuribus & rationibus, ꝙ agnati pro
ximiores, defuncto ſine liberis, ſuccedunt, & admittũtur
ad feudum, ex ſola qualitate agnationis, licèt nõ ſint hæ
redes. Allegat tex. in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quo. &
æſti. in uerſ. plane. & in l. ſi aquæductus. ff. de contrah. em-
ptió. & in c. 1. de ſucce. feu. & Bart. in l. item uidendum. §.
3 ſi. ff. de peti. hære. ubi poſt Dy. concludit, † ꝙ ille qui fecit
generalem liberationem de hæreditate paterna propter
hoc non prohibetur petere bona feudalia. Et idem Bald.
& Ang. ibi hoc tenẽt, & agnati repudiata hæreditate pro-
4 ximi uaſalli defuncti; † feudum tamen retinere poſſunt,
ut probatur in cap. 1. in tit. an agnati, uel fil. def. per quem
tex. ita in terminis conſuluit Alex. in conſil. 30. quoniam
colu. 4. uerſ. 6. nu. 10. lib. 1. ubi appellat illum textum ſin-
gularem. Idem latè tenet Alexan. in conſ. 80. uiſo colum-
na ſexta. uerſic. ſed his non obſtantibus lib. 1. ubi conclu-
✻ dit * eãdem eſſe opinionem ꝙ agnati admittuntur ad feu
da, etiam ſi non ſint hæredes. & idem Alex. hoc tenet in l.
quod dicitur fol. 6. columna tertia. uerſ. ſed ſi eſt emphy-
teoſis eccleſiaſtica. ff. de uerbo. obligatio. ¶Ex quibus

ſufficit ꝙ in petente renouationem inueſtituræ, adſit
qualitas agnationis uaſalli defuncti. & pro hac parte
moueor hac ratione, quia feudum de quo eſt quæſtio re-
nunciatum per Eganum in manibus domini feudi ad fa
uorem Valerani inueſtiti del 1465. non deuenit in eum
tanquam in hæredem Egani, ſed tanquam in agnatum
fratrem reſignantis, & hac ratione inter aliàs uſus fuit
Deci. in d. conſi. 68. columna ſecunda per iura ibi allega-
ta. ¶ Non obſtat aliud obiectum quod fit domino An-
tonio quòd excludatur a feudo ex eo quòd renunciaue-
rit hæreditati Hectoris, quia iſta eſt opinio erronea in re-
5 nunciante hæreditatem duntaxat, † ſecus forſan eſſet di
cendum, ſi renunciaſſet omnibus & ſingulis bonis dicti
Hectoris, ut notant docto. in cap. 1. per illum text. maxi-
mè Alua. & Alexãdri. de eo. qui fi. fe. agna. & per nota. do
cto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obliga. & per
Bar. in l. irem uidendum. §. fina. ff. de peti. hære. ubi Ang.
& Paul. poſt eum, cum ſimil. ut ibi per Deci. in conſi. 389.
col. 2. & columna penultima. & fin. lib. 2. & latè ad fauo-
rem do. Antonij tenet Aluaro. in cap. 1. de eo. qui finem
feci. agnat. columna fin. in uerſ. quæro ab extra, ea potiſ-
ſima ratione, quia dominus Antonius repudiando hære-
ditatem Hectoris, ſibi reſeruauit iura feudalia.
¶ Vltimo ad excluſionem dicti Dom. Ferdinandi & litis
conſortum ab huiuſmodi feudo decimali, allego text. in
Papæ reſcribentis, & iudicis inhibētis,qualis eſt legis ſcri
ptæ & naturalis rationis,ita dicit Bal.in l.ex facto per il-
lum tex.ff.de uulg.& pupi.Sed ius commune uult in ma-
teria alimentorum,quòd illa ſemel debita & aſsignata nō
retardentur pendente lite ſuper aliqua exceptione etiam
præiudiciali,& ita tenent Bar.in d.§.ſi uel parens, & in d.
l.ſi neget per illum tex.& ſpe.in d.uerſi. quid ſi mulieri.
Vnde ita debet regulari commiſsio Papę & inhibitoria iu-
dicis ne recedatur a diſpoſitione iuris , ſecundum quod
reſcriptum Papæ debet reduci.d.c.cauſam quæ de reſcri.
& Calde.in conſi.2.eo.tit. ¶ Vltimo ad hæc allego text.
in l.libertis.§.poſthumus.ff.de ali.& ciba.le.iuncta gl.ibi
in uerſi.non uideri,per quem dicit ibi Bar.& in l.mella,in
9 uerſ.ulti.quòd † per clauſulam generalem,quæ minuit le-
gata non minuitur nec impeditur legatum alimentorum
ſpeciali fauore,quia non ueniunt ſub uerbis generalibus,
quæ deciſio terminat quæſtionem noſtram.

*SVMMARIVM.*

1 *In unione perpetua quam facit epiſcopus debet interuenire con-ſenſus ſui capituli.*
2 *Conſenſus capituli regulariter non præſumitur interueniſſe .*
3 *In dubio præſumitur quòd actus ſit factus ſecundum ius.*
4 *In actibus extraiudicialibus præſumitur ſolemnitas actus qui ſpectat ad facientem illum actum .*
5 *Vnio eccleſiarum eſt factus extraiudicialis.& nu.6.*
7 *Ex curſu triginta annorum uidetur purgatum omne uitium & defectus qui poſſet allegari contra instrumentum. & nu.8.*
9 *Titulus eccleſiæ probatur ex ſola poſſeſsione decem annorum.*
10 *Si non fuit oppoſitum contra unionem à principio , defectus con-ſenſus capituli,tunc opponenti incumbit onus probandi.*

## CONSILIVM CCCLXII.

APPARET quædam unio cauſa augendi cul-
tum diuinum,& pro ornamento & amplitudi
ne,& regimine eccleſiæ unitæ,facta per R. Her-
molaū Barbaro.q.epm Veronē.de eccl'a uacā
te ſine cura S.Mariæ Rotūdæ de Montorio prope mœnia
dictę ciuitatis per liberā reſignationē, in manib. dicti epi
factam,per domi.Ioannem Furlanum ultimum ipſius ec-
cleſiæ rectorem,authoritate ordinaria, & omni alio me-
liori modo,& cum omnibus iurib.ſuis tā ſpiritualib. quā
temporalibus.eccleſia ſancti Zenonis in monte ordinis
ſancti Hieronymi regularis dictæ ciuitatis . quam eccle-
ſiam idem epiſcopus uoluit eſſe perpetuo unitam & incor
poratam eidem eccleſiæ ſancti Zenonis.quæ unio fuit ac
ceptata nomine dictæ religionis & congregationis per
Fratrem Paulum de Ariete tunc Priorem eccleſiæ ſancti
Zenonis , & hoc fuit anno domini 1466. Veronæ in epa-
li palatio , de qua conſtat bulla ſeu publico documento
Cancellarij tunc dicti epiſcopatus ſubſcripta, & ſigillo di
cti epiſcopi roborata . quæ eccleſia tanquam unita , fuit
per priores fratres ac conuentum dicti Monaſterij ſancti
Zenonis pacificè & quietè poſſeſſa uſque ad hæc tempora
anni 1549 ultra octuaginta annos.Modo opponitur per
modernum uicarium epiſcopatus Veronæ quòd unio nō
ualet quia non apparet inſtrumento unionis , quòd con-
ſenſus capituli eccleſiæ Cathedralis Veronæ interceſſerit
quæritur an ex hoc defectu,Vnio dicatur nulla, & ī dubio
præſumatur conſenſus capituli eccleſiæ Cathedralis Ve-
ronæ . Tertio , cui incumbat onus probandi conſenſum
1 non interceſsiſſe. ¶ Ad primum,certū eſt † quòd in unio
ne perpetua eccleſiarum quam facit epiſcopus debet in-
teruenire conſenſus capituli ſui,ut eſt tex.clarus & ibi gl.
in cle.ſi una,de re.eccl.non alie.& idem notant docto. in
c.ſicut unitę de exco.præla.& gl.1.in fi.in c.cū dilectus.q
me.cau. & Rot.in reco.per Thom.facto cauſa ſecunda du
bio quinto & cauſa.8.dubio 26.ubi alia iura allegantur.
unde cum unio ſit alienatio eccleſiæ unitæ non ualet ſine
conſenſu capituli dictæ eccleſiæ Veronen.de quo non ap-
paret in inſtrumento,ergo uidetur nulla. ¶ Circa ſecun
dum,nunquid in dubio præſumatur cōſenſus capituli in-
2 terueniſſe uidetur quòd non.† Nam ubi requiritur certus
actus ad ſolennitatem geſtorum per iudicem, huiuſmodi
actus nō præſumitur niſi appareat expreſsè deſcriptus.c.
in noſtra,uerſ.nos uero de procu.c.cum ad ſedem in fi.de
reſt.

reſt.ſpo.cum ibi nota.c.qnoniam cōtra ſalſam de proba.
item ꝙ conſenſus capituli interceſſerit,eſt quædam quali
tas extrinſeca,& accidentalis,quæ non præſumitur in eſſe,
niſi probetur c.ſi forte,& ibi gl.de ele.lib.6.gl.fi.in c.dudū
de præſum.Ad idē eſt tex. in c. 1. de his qu.fi. a prælat. &
in c.1.de re.eccl.non alie.lib.6.ubi in alienatione facta ꝑ
prælatum & capitnlum, non præſumitur qnod tractatus
interceſſerit,fortius non debet præſumi conſenſus expreſ-
ſus,& ſic arguit Abb.in c.ea noſcitur in fi.de bis qu.fin. à
prælat.ſine con. cap. Præterea hoc tenet Compoſte. in c.
cum dilectus de conſne.& ibi ponit Io. Andr. ſuper gl. li-
cèt,ubi dicunt quòd ſi pars excipit quòd conſenſus ca-
pituli non interceſſerit quòd iſto caſu non præſumitur in
terceſsiſſe.ſed in caſu præmiſſo dominus Vicarius pro ſuo
Reuerendiſsimo epiſcopo opponit de hoc defectu, ergo
non præſumitur talis conſenſus. ¶Quibus tamen non
obſtantibus in contrarium eſt ueritas per tex.ibi eſt caſus
de hoc,in d.c.ea noſcitur de his.qu.fi.à prælat.& ibi gl.3.
3 & docto.quæ dicit, † non eſt uerisimile quod prælatus in
actibus quos ſcere debet cum conſenſu ſui capituli illū
omittas. Sed epiſcopus cum conſenſu ſui capituli poteſt
unam eccleſiam ſuæ diœceſis ex cauſa legitima alteri ec-
cleſiæ perpetuo unire,ut probatur in d.c.ſicut unire. unde
* tex.in d.c.ea noſcitur com ſua gl.approbata per * omnes
præſumit in dubio conſenſum in tali actu interceſsiſſe.
4 † Ad boc etiam facit,quia actus prælati qui poteſt in du-
bio interpretari,quòd ſit factus contra ius, & etiam ſecū
dum ius,potius debemus interpretari quòd ſit factus ſe-
cundum ius;ut notat Inno. in c. cum in officijs de teſta.
in gl.magna,uerſi.item cum quid. & ad hoc eſt tex. & gl.
in c.cauſam quæ de reſcr.& præſumitur pro geſtis a iudi-
5 ce.c.in præſentia de renun.cum ſimi. † Rurſus actibus ex-
traiudicialibus ſemper præſumuntur ſolennitates actuū
qui ſpectant ad officium exercentis actus. unde ſemper
præſumitur quòd in electione interuenerit ſcrutinium,cō
munis electio,& collatio numeri ad numerū, & alia quæ
ibi requiruntur,licèt aliter nō probentur.Ita notat Inno.
in c.innotuit,de eo qu.fur.or.ſuſce.& Io. Andr. in c. ſicut
6 ſuper gl.pen.de re.iu. † Sed unio eccleſiarum eſt actus ex-
traiudicialis, quia non fit per modum iudicij contradito
rij,ut patet in d.cle.ſi una.ſicut dicimus in ſimili in confir
matione electionis quę non fit in iudicio contradictorio.
iuxta formam.c.fi.de ele.lib.6.Et quòd ſit actus extraiu-
dicialis tenet ibi Lap.Abb.& Gemi.& Innoc.in c.olim de
ca. poſſ.& in c.conſtitutus el ſecundo de appe.unde in cō
firmatione præſumuntur ſolennia, & hanc partē puto ue
ram in terminis noſtris quod conſenſus capituli præſu-
matur in tantum quòd prætextu illius defectus unio non
retractabitur ex quo defectus conſenſus non fuit oppoſi-
tus à principio ante unionem perfectam, & ante curſum
7 maximè tanti temporis octuaginta annorum; † cum ſa-
tis fuiſſet,quòd eſſent decurſi triginta uel quadraginta.
& boc tenent Inno.Aegi.Hoſtien.in d.c.ea noſcitur,& ibi
Io.Andre.& cum prædictia tranſit D.Anto.& Abb.ex quo
ſumus in antiquis & ex quo fratres & conuentus ſācti
Zenonis ſunt rei & pacifici poſſeſſores cum titulo tot an-
norum,& quia pro parte capituli nunqnam fuit oppoſi-
tum de defectu conſenſus,nec per aliquem nomine epiſco
8 patus ante præſcriptionem perfectam. † Rurſus ad con-
firmationem prædictorum allego Petr.de Anch. in conſi.
136.Ex conſilijs in uer.Præterea ubi tenet quòd ex curſu
triginta annorum uidetur purgatum eſſe omne uitium &
defectus qui poſsit allegari contra inſtrumentum tranſa-
ctionis,aliàs factum cum quodam monaſterio argumen-
to l.ſi filius C.de peti.hæred.l.qui in aliena. ff. de acquir.
hære.l.cum de in rem uerſo.ff.de uſu.& allegat tex.in d.c.
ea noſcitur & notata per Inno.in d.c.innotuit. Ad idem
eſt con.Alex.79.in c.circa primum col.3.lib.1.& in conſ.
45.Viſa facti narratione in fi.lib.3. & Maria. in conſi.15.
Viſis col.pe.lib.1.Areti.conſ.36.caſus talis eſt col.2. cum
ſimi.ut per Deci.qui ſequitur prædicta in conſi.329. pro
defenſione,col.fi.lib.2.& latius idem Deci. in conſi.409.
Viſo conſi.lib.3.col.1.ubi probat,quòd ex curſu triginta
annorum præſumitur authoritas decreti & ſuperioris in-
teruenisse,& ſolennitas conſenſus capituli, & aliæ ſolen-
nitates requiſitæ in alienatione bonorum eccleſiæ, & ibi
Deci.poſt alios quos refert reſpondet ad opi.Abb. in d. c.
ea noſcitur in fi.qui tenet cōtrarium. quod dictum Abb.
non probatur iure,ideo communiter damnatur,maximè
dato curſu tanti temporis triginta annorum:quanto ma-
gis in quæſtione noſtra,in qua à tempore unionis prædi-
ctæ, ſunt decurſi anni octuaginta, & contra Abb. etiam
conſuluit idem Deci.in conſi.7.Viſo col.fi.inter conſi.40.
ubi alios refert quamplures. Corroborantur prædicta ex
nota.per Inno.& Hoſtien. in d.c. illud de præſum. & in c.
9 licèt Heli.de ſimo.Vbi concludunt † quòd titulus eccle-
ſiæ probatur ex ſola poſſeſsione,quando eſt antiqua poſ-
ſeſsio decem annorum, & eſt ratio, quia, cum epiſcopi
uiſitent eccleſias, & etiam inquirant ſuper titulis benefi-
ciorum ſuæ diœceſis ut patet in capitu. ordinarij de of-
ficio.ordin.lib.ſexto,non eſt præſumendum quòd tanto
tempore dimiſiſſet conuentum & fratres ſancti Zeno-
nis retinere dictam eccleſiam ſanctæ Mariæ Rotundæ,
abſque canonico titulo unionionis, aliàs ſecundum In-
noc.ſequeretur abſurdum quòd quis compelleretur ſem-
per tenere parata inſtrumēta ſuorum titulorum,quod eſt
quaſi impoſsibile, cū poſſent igne amitti & uetuſtate cō-
ſumi, & alijs multis & diuerſis caſibus. Ad idem eſt reg.
cance.Pau.Papę iij.& aliorum Ro.Pont.de triennali poſ-
ſeſſore,quæ defendunt poſſeſſorem beneficiorum trienna
lem propter præſumptum titulū,ita ut non poſsit inquie-
tari nec moleſtari per aliquem,immo etiam ſi non obſta
ret Reuerendo D.epiſcopo Veronen. regula de triennali,
obſtaret tamē ſibi curſus decem annorum,ut latè probat
Gemi.in conſ.87.inci.apparet quædam unio col.pen. qui
iſtè decidit quæſtionem noſtram,maximè in poſſeſsione
triginta annorum. Non obſtant contraria quòd qualitas
iſta de conſenſū capituli extrinſeca & accidentalis non
præſumitur,nec actus qui non reperiūtur deſcripti adſint,
quia reſpondeo illud uerum,quando ius non præſumit ꝑ
illis ſolennitatibus,ſed in caſu conſenſus capituli ius præ
ſumit illum interceſsiſſe, ut d.c.ea noſcitur, & licèt actus
iudiciales non præſumantur niſi probentur d.c.quoniam
contra,non tamen ſic eſt in actibus extraiudicialibus pro
quibus præſumitur,ut not.Inno.in d.c.innotuit, & alij in
locis præallegatis, immò etiam actus iudiciales ex alia
extrinſeca præſumuntur per lapſum tanti temporis ma-
ximè octuaginta annorum, ut latè probat Deci. & alij in
locis iam dictis & docto.mod.& nouiſ.in d. c. quoniam
contra. Nec obſtat dictum Compoſte.in contrarium al-
legatum,quia intelligitur quòd conſenſus non præſuma-
tur interueniſſe ſi opponatur ante unionem perfectam,uel
decurſum tempus de quo ſupra,ut not.Hoſtien. in d. c. ea
noſcitur,& ſequūtur alij, & ſic debet intelligi Compoſte.
cum hoc habuerit ex dictis Hoſti.uel poteſt intelligi quā
do refertur quæſtio in poſſeſsione recēti, ut tunc deberet
probari conſenſus per fratres & conuentum, pro quibus
ſtat unio. Sed quando quæſtio refertur contra poſsiden
tem poſſeſsione antiqua,ut in caſu noſtro octuaginta an-
norum uel etiam triginta, immò etiam decem ut conſu-
luere docto.præallegati & Gemi.in d.conſ.87. qui loqui-
tur de decem annis,tunc propter hoc nō infringitur unio
nec hodie admittenda eſt oppoſitio per aliquem de defe-
ctu tituli, ex quo opponenti obſtat regula de triennali
10 poſſeſſore non moleſtando. ¶Ad tertium quæſitum † cui
incumbat onus probandi conſenſum non interueniſſe
Hoſti.uidetur uelle in d.c.ea noſcitur, quòd probatio nō
eſſet admittenda in contrarium.niſi quando ante unionē
fuiſſet oppoſitum de defectu conſenſus, ſed gl. in d. c. in
uer.debet,tenet quòd probatio ſit admittenda, cum iſta
non ſit præſumptio iuris & de iure, ſed iuris tantum quæ
admittit probationem in contrarium,ut patet ibi in tex.
quod uidetur uerius. Nam iuris præſumptio admittit
probationem contrariam,ut not.illa glo. & habetur in c.
his qui fi.de ſponſa. incumbet autem probatio neganti
conſenſum capituli interueniſſe, quia præſumptio iuris
eſt quòd interuenerit,quæ transfert onus probandi in ad
uerſarium, ut patet per text. & ibi nota.in c.ut noſtrum,
ut

nt eccleſiaſtica beneficia c.ſuper hoc de renun,cum mul-
tis ſimi. Et ad hoc facit deciſ.Io.And.in d.c.ſicut,& Inno.
in d.c.innotuit ubi dicunt,quòd negans tales qualitates
interueniſſe.hoc probare debet; & per præmiſſa patet re-
ſponſum omnibus ſupra quæſitis,& ita in ter.ut detur ma
ior fides deductis per me. pro iſta parte conſuluit Gemi.
in d.conſ.87.ubi poteſt uideri.

*SVMMARIVM.*

1 *Quod poſſit deferri iuramentum in cauſa matrimoniali actori in ſupplementum probationis habenti pro ſe unum bonum teſtem omni exceptione maiorem, & aliud indicium, ita quòd excedat ſemiplenam probationem ad arbitrium iudicis.*

2 *Quòd immo non ſit deferendum huiuſmodi iuramentum actori habenti unum bonum teſtem, & ſic ſemiplenam probationem, etiam quòd ſit legalis & honeſta perſona, quia cauſa eſt ardua & grauis, & eſt communis & uerior opinio gloſarum & doctorum.*

*Et in cauſa ardua non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.*

3 *Teſtes qui iurarunt in abſentia partis non citatæ ad uidendum iurare, nullam faciunt probationem.*

4 *Teſtes qui ad inuicem diſcordant in ſubſtantia retrahunt ſibi fidem, ita quòd non probant etiam ſemiplenè.*

5 *Teſtis ualde amicus non probat ſemiplene ſed ſatis minus.*

6 *Qui petit ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis à iudice redditur ſuſpectus.*

7 *Multa requiruntur ad probandam ſamam.*

## CONSILIVM CCCLXIII.

IN cauſa matrimoniali uerſa in curia Patriar
chatus Aquilegien. inter D. Lucinam actri-
cem & D.Petrum de calcaneis reum conuen-
tum: tota difficultas ſtat in hoc, nunquid D.
Vicarius dictæ curiæ potuerit de iure decidere quæſtionē
per iuramentum delatum puellæ petenti in ſupplementū
probationis, quæ uidet habere nōnullos teſtes pro matri
monio, D.Angelam,& D.Hieronymū de Brādis,& Michi-
lutum primum teſtem, licèt iſti omnes teſtes patiantur
aliquam exceptionem, per not.Hoſtien.in ſumma in tit.
de aſſert.iuramento.§.& ſuper quibus in uerſ.quid de cau
ſa Monachationis. uerſic.non eſt dubium.ubi ponit hæc
1 uerba, dico, † melius eſſe & tutius ut deferatur ei ſacra-
mentum, qui matrimonium aſſerit eſſe contractum habē
ti unicum bonum teſtem committendo hoc iudicis arbi-
trio,& ponit quæſtionem, ſi diues eſſet maritus, & potens
ac nobilis, mulier autem pauper, ſed pulchra, & honeſta,
habens unum bonum teſtem & omni exceptione maio-
rem: uel ſi haberet unum teſtem de ſponſalibus cōtractis,
& ex confeſsione utriuſque conſtaret, de carnali copula
ſubſecuta ſubdit Hoſtiē. quòd per hoc occuritur malitijs
quorundam qui ſolam copulam extorquere cupientes, ſe
ducunt mulieres cum promiſsione contrahendi, adhibito
unico teſte & poſtea negant contractum. In hanc ſenten-
tiam concurrit Archid. in c.uiduas.2.27.quæſtione prima
ubi refert Philip.& Hoſtien.ubi dicit quod melius & tu-
tius eſt ut deferatur ei iuramentum, qui aſſerit matrimo-
nium eſſe contractum, habenti unum bonum teſtem, ſecū
dum uarias & bonas circumſtantias, iudicis tamen arbi-
trio,& credit hoc eſſe uerum,& ita fieri conſuluiſſe. Idem
tenet Abb.in c.mulieri.col.3.de iur.iuran.uer. An actori
poſsit deferri, ubi ponit quæſtionem in terminis in actore
optimæ uitæ petente puellam ſe inferiorem uel æqualem,
habente de contractu unum probatiſsimum teſtem, uel
forte duos quorum unus eſt non omnino integer, & ſic q
habet plus quam ſemiplenam probationem: certè ſatis
poteſt ad iuramentum recurri, quia ſecundum eum, nul-
lus tex.dicit iuramentum non deferendum in cauſa ar-
dua, ſed hoc totum pendet a iudicio iudicis inſpectis
perſonarum & cauſæ circumſtantijs.cap.fina.§.1. de iur.
iura. Idem tenet Bal.in conſi.132.quia unus & conſi.123.
2 cauſa lib.2. ¶ Contrariam partem, † quòd nō ſit deferē-
dum, tenet gl. in l.3.in uerſi.agatur circa fi.ff.de iur.iuran.
cum ſimi.ut ibi per Barto.Alex.Iaſ.& alios, ubi Alberi.de
* Roſa.col.fi. atteſtatur hanc eſſe * communem opi. & ita
etiam tenet & atteſtatur Alex.in conſi.145.aliàs 286.quo
niam omne.col.1.in fi.lib.2.& ita etiam atteſtatur de cō-
muni Deci.conſi.133.col.2.lib.1.& fuit oppoſitio gl.pri-
mæ in c. mulieri de iure iura. quæ ponit quæſtionem de
muliere honeſta habente pro matrimonio unum bonum
teſtem. allegat rationem, quia agitur quaſi de ſtatu homi
nis, in quo per hoc conſtituitur ſeruitus iux.illud Pau.mu
lier non habet poteſtatem ſui corporis, & cauſa dicitur
grauis, ut probat in c. fin. de procu.lib.6. ubi in negocio
* tam arduo non datur ſubſtitutus, cum qua tranſeunt * cō
muniter docto.& in c.fi.§.ſane eo titulo, ubi Imol. atteſta
tur hanc eſſe ueriorem opinionem,& ibi D.Anto.ſol.ult.
col.2.& 3. & Car. i d.c.mulieri circa fi.dicit, quòd abſque
dubio habenti peritiam canonum facile conſtat, quòd
non fuit mens canonum, quòd hæc cauſa terminetur iura
mento, ſed teſtibus idoneis & legitimis, ut probatur in c.
conſultationi de ſponſa.quibus addo tex.in c.fin. de clan
de.deſpon.quem D.Præpo. ibi ponderat in 7. notabili &
Iaſ.in l.admouendi nu.273.& nu.281.& pro iſta parte Io.
Andr.allegat tex.in d.c.fi.§.ſanè de iur.iur.ubi probatur,
quòd præſumptione faciente pro actore, non ipſi, ſed reo
defertur iuramentum,& hoc quia cauſa cenſetur magna
& ardui ponderis, quo caſu non uenit iuramento decidē
da, ut eſt gl.magna finalis.in fi.in l.in bonæ fidei. C. de re.
cre. Et ita tenet Salice.ibi fol.ultimo col.3.uerſic. ad ſextū
& in uerſi.ſed cum quæro, ubi in pluribus caſibus latè pro
bat, quòd cauſa ardua etiam ciuilis, non uenit iuramen-
to decidenda,& ita quotidie ſeruatur in practica. & per
hoc reſpondeo ad rationem Abb.in d.c.mulieri colum.3.
quando dicit, non reperiri deciſum in iure iuramentum
non deferendum in cauſa ardua actori, quia contrarium
* probatur in d.§.ſane quē ad hoc pro caſu canoniſtæ * cō
muniter allegant, ita atteſtatur Salice.in d.l. in bonæ fidei
fol.ultimo col.1.uerſi.quarto addit Dominus meus. Hanc
partem ultra alios probo ratione ei qui neſcit, iuramentū
deferri non debet cum ſit ueritatis ſacramentum, ſed dun
taxat ſcienti,& ei qui nouit ueritatem, cum de ſuo dicto te
neatur reddere rationem per aliquem ſenſum corporeum
l.ſolam.C.de teſti.c.cauſam quæ eo.titu. Sed Lucina non
poteſt iurare de ueritate cōſenſus.D.Petri,& ſic facti alie-
ni, nunquid ſecum contraxerit; cùm nec teſti crederetur
abſque ſenſu ſuo corporeo, ſed tantum de facto proprio
quòd ipſa conſenſerit in Petrum. & ita arguit Sali. in d.l.
fol.ultimo.col.1. ſed matrimonium contrahi non poteſt
niſi mutuo amborum conſenſu c. penul. de ſponſ.ergo.
¶ Supereſt reſpondere ad obiecta.non obſtat dicta illorū
trium teſtium, qui uidentur aliquid dicere de prætēſo ma
3 trimonio † quia illis non eſt cedendum; ex quo iurarūt
in abſentia domini Petri, non citati ad uidendum illos iu
rare.c.2.ubi caſus de teſti.cum ſimi. Et iſta ſola ratio ex-
cludit penitus illos. Sed dato non tamen conceſſo quòd
fuiſſet monitus tunc reſpondetur ſingulariter unicuique.
¶ Non obſtat dictum Michiluti, quia ipſe deponit de ſpō
ſalibus per uerba de futuro, ex confeſsione D. Petri extra-
iudiciali,& in abſentia puellæ,& eſt ſingularis,& de copu
la, nihil conſtat. Præterea ipſe teſtis eſt malæ famæ,& con
ditionis,& blaſfemator dei & ſanctorum, & frequentat
tabernas,& inimicus Petri, qui dixit ſæpius, ſe uelle noce-
re eidem, ut dicunt tres teſtes examinati pro D. Petro ſu-
per oppoſitionibus. ¶ Non obſt. dictum Hieronymi de
Brandis, qui uocatur pro conteſte per ipſam Angelam
tertiam teſtem, quia ipſe nihil penitus ſcit de uerbis con-
tractus matrimonij, inter Lucinam & Petrum, & tamen
aſſerit ſe fuiſſe præſentem inſimul cum ipſa Angela, ad il-
lum actum hora.4.uel 5.noctis. ¶ Non obſt. dictum ip-
ſius Angelæ, quæ deponit de contractu per uerba de præ-
ſenti, quia remanet ſingularis,& nihil probat. c. bone dē
4 cle.c.licèt cauſam de proba. cum ſimi. † quinimmo, ex
quo ambo iſti diſcordant,& ſibi contrariantur, detrahūt
ſibi ad inuicem, & ſic nihil probant. Ita notanter de-
cidit & probat Alex.in cauſa matrimoniali in d. cōſ.143.
quoniam

quoniam abunde col.1.nu.12.uer.infringitur.pnſt Bald.
Io.Andre.& D.Ant.lib.2. Ad idem moneor quia Angela
5 eſt intrinſeca familiaris & domeſtica dictæ Lucinæ.† Sed
huiuſmodi teſti non creditur,nec eſt integer teſtis.cap.in
litteris ubi gl.de teſti.c.quoties eod.titulo,ubi de amico,
& ita in terminis tenet Abb.in d.c.fina.§.ſané col. pen.de
iur.iur.ubi dicit quòd teſtis multum amicus non facit ſe
miplenam probationem,idem tenet Alex. in cauſa matri
moniali de amico in conſi.154.col.penultima in princip.
lib.5.De qua amicitia deponunt tres teſtes ſuper 3.capit.
Ex quibus iſta Angela,cum ſit unica teſtis, & patiatur ex-
ceptiones,non eſt talis qualitatis quòd probet ſemiplené
& ſic omni exceptione maior,prout requirunt Hoſtien.&
Archid.in eorum dictis & exemplis,immo Abb. in ſua li-
mitatione in d.c.mulieri,non contentatur uno teſte inte-
gro faciente ſemiplenam, ſed requirit alium teſtem pa-
tientem aliquam exceptionem, ita ut petẽs iuramentum
ſibi deferri,habeat plusquam ſemiplenam, ut expreſſe ip-
6 ſe dicit,quòd non concurrit in q.noſtra. ¶ † Alia obſtat
exceptio Lucinæ,quæ petijt ſibi a iudice deferri iuramen-
tum ex quo reddita eſt ſuſpecta.l.quæ omnia.ff.de procu.
& ita arguit Abb.in termi.in d.c.fin.§.ſane col.4.in prin.
in uerſi.ſi uero omnia,& col.fi.in uerſi.quæro utrum pars,
& ſic iurãs nõ eſt integra & legalis perſona ut requirit gl.
in d.c.mulieri.& Hoſt.Archid. & Abbas. ¶ Non obſtant
authoritates Hoſtien.Archid.& Abb.in locis præallega-
tis,quia contra illos adſunt authoritates gloſarum iuris
ciuilis & canonici in d.l.3.& in d.c.mulieri : cum quibus
* ſunt * communes opiniones doctorum in dictis locis, ut
dixi ſupra. & a communi opinione non eſt recedendum
in iudicando & conſulendo,ut tenent Io.Andr.& alij in c.
1.fol.ultimo de conſti.& quando opiniones iſtorum triũ
forent communes & ueræ, eorum dicta & concluſio non
conuenit nec quadrat quæſtioni noſtræ, quia ipſi requi-
rũt ad minus unum bonum teſtem & ſine aliqua exceptio
ne, & quòd petens iuramentum habeat pluſquam ſemi-
plenam probationem, quæ ceſſant in quæſtione noſtra,
ſtantibus exceptionibus contra Angelam teſtem ſingula
rem.immò etiam ſi omnes illi tres teſtes deponerent per
unum ſenſum concludenter de matrimonio,nihil penitus
probarent, cum depoſuerint & iurauerint non citato D.
Petro,nec eo præſente,ut eſt caſus clarus in d.c.2. per quẽ
deciditur quæſtio huiuſmodi. Nec obſtat prætenſa fa-
ma de allegato matrimonio, quia non apparet probata
7 per teſtes Lucinæ † per nota.per Bart.in l. de minore.§.ſi
plurium.ff. de quæſtionibus. cum ſimi. ut per Alex. in d.
conſi.150.colu.4.in fi.in conſi.151.col.3.& in conſi.153.
col.pe.& fi.lib.5.ubi ponũt requiſita ad probandã famã,
quæ nõ apparent ꝓbata ꝑ Lucinã:niſi dicatur,opin.Bar.
non eſſe ueram,quia multi eum reprobant, Dyn. qui aliàs
conſul.cõtra Bar.Bal.Sali.& alij quamplures,ut latè poſt
eos tenet Guiel.Caſſa.d.c.3.in titulo de proba. qui atte-
ſtatur ita glo.Bart. practicari in Rom. cur. & ita uidi ſæ-
pius conſultum per Deci.& plures alios male. & ita ſæpe
ſum ſecutus allegando in practica, & conſulendo, & late
dixi in allegatione ſequenti fol.1.nu.2.& 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Per iſta uerba,poi che ſeti mia,contrahitur matrimonium quando habetur tractatus de matrimonio.*
2 *Quomodo probetur fama per teſtes.*
3 *Practicatur in curia Roma. opinio ſalicet.in materia famæ contra Bar.*
4 *Quæ probatio requiratur de primo matrimonio clandeſtino contra ſecundum matrimonium manifeſtum.*
5 *Quando ad probandum matrimonium uel impedimentum canonicum ad diſſoluendum requirantur teſtes omni exceptione maiores, nam regulariter ſufficit ordinaria probatio.*
6 *Non ualet argumentum de cauſa matrimoniali ad criminalem.*
7 *Datur intellectus ad cap. in litteris de teſtibus, in quo requiruntur teſtes omni exceptione maiores ad probandum impedimentum.*
8 *In contrahendo matrimonio ſolent adhiberi teſtes extranei & probatæ uitæ & opinionis.*
9 *Quando agitur de matrimonio ad effectum legitimitatis & ſucceſſionis bonorum,leuiores probationes ſufficiunt.*
10 *Quomodo inducatur ſeruitus in homine contrahente matrimonium,quæ ſeruitus non conſideratur, ex quo eſt uoluntaria & de iure diuino.*
11 *Nunquid oppoſitio Innoc.& Abb.in c.1.de clande.deſpon.ſit uera:Et nunquid matrimonium clandeſtinum probetur per unum teſtem cum fama.*
12 *Teſtes examinati ſuper exceptione non probant ſuper negocio principali in alio iudicio.*
13 *Sicut ſententia inter duos non nocet tertio, ita nec dicta teſtium nec examinati ad unum effectum probant in alio ad alium finem.*
14 *In probando matrimonio clandeſtino contracto de nocte requiruntur leniores probationes & adhibentur teſtes aliàs minus idonei.*
*Et exceptio quæ uenit in conſequentiam non repellit teſtem.*
15 *Quando alter coniugum noluit adhiberi teſtes extraneos ad matrimonium, admittuntur familiares.*
*Et matrimonium ſecundum in fraudem primi cõtractum non meretur fauorem,eo.n.15.*
16 *Parentes & fratres pro filia & ſororẽ non ſunt inhabiles ad matrimonium probandum,ſtante modica diſparitate.*
17 *Limitatio ad regulam quòd parentes non admittuntur ad teſtificandum pro matrimonio filiæ, quæ fuit carnaliter cognita.*
18 *In materia ciuili non deuenitur ad capturam debitoris,niſi in defectum bonorum,præhabita excuſsione.*
19 *Inimicitia procurata non repellit teſtem odioſum.*
20 *Mulieri adulteræ timenti ſæuitiã mariti, non cauetur per maritum de impunitate, quia fuit in culpa adulterando.*
21 *Nec filius allegat inimicitiam contra patrem, quæ peruenit ex culpa filij ad impugnandum exhæredationem paternam.*
22 *Non repellitur teſtis a teſtimonio ex eo quòd illo anno, non fuerit confeſſus ſua peccata,nec ſumpſerit euchariſtiam.*

## CONSILIVM CCCLXIIII.

PRO reſolutione dubiorum quæ colliguntur
ex diligenti informatione exc.doctoris domi
ni aduocati Ioſeph Cognaſchi, ſequar eius or
dinem, reſpondendo ſingulis obiectis, quæ
mihi prima facie uidebuntur ingerere difficultatẽ in pro-
poſita quæſtione. Et pro fundamento iurium dominæ
Hieronymæ Marcheſinæ facio hanc concluſionem.proba
tum eſſe primum matrimonium contractum per Ioſeph
cum D. Marieta per tres teſtes, de quo atteſtantur ipſa
Marieta,Matthæus eius pater & domina Flos ſua matri-
gna,ſuper quarto capitulo & interrogatorijs, qui in hoc
ſunt conteſtes. confirmo per confeſsionem dicti Ioſeph,
qui prima uice deſpõſauit Marietam dum eſſet ſola in ca-
nipa,ut ipſa deponit ſuper primo capitulo. quam deſpon
ſationem ipſe Ioſeph fuit confeſſus ſer Matthæo patri, &
Flori matrignæ ſuper ſecundo capitulo in pluribus locis,
qui dixit patri,datimela per moglie, poi ch'ella è mia, &
Matrigna idem affirmat ſuper eodem capitulo, quæ dat
conteſtes prædictos,& etiam Menegani ſororem Marie-
tæ,& repetit idem ſuper interrogatorio ſecundi capituli,
ubi de nouo dat conteſtes ad hanc reiteratam confeſsio-
nem,& concordat Matthæus pater ſuper interrogatorijs
ſecundi capituli, ubi dat Floram eius uxorem pro conte-
ſte,& fuit confeſsio geminata pluries in præſentia Marie-
tæ ſuæ uxoris probata per tres conteſtes ad minus. Nec
1 obſtat ſi dicatur quòd iſta uerba † Poi ch'ella è mia, non
concludunt matrimonium : quia contrarium eſt uerius
per tex.in c.penultimo in principio de ſponſa. ibi ego te
in meam accipio,& ego te in meum. quem ad hoc notat
* Hoſtien. & * communiter alij,& ad idem eſt text. in c. li-
cèt de ſponſa.duo. Nam iſta uerba, non poſſunt habere
alium ſanum ſenſum,attenta ſubiecta materia,de qua ha-
bebatur ſermo inter Ioſephum & patrem puellæ de matri
monio contrahendo,& ad hæc uerba motus fuit pater ad
conſentiendum dare filiam in uxorem dicto Ioſeph, di-
cendo, poi ch'ella è uoſtra, ſon contento de daruela : &

ita ſequutum fuit poſtea matrimonium. Per quæ uerba
ſic interpretata per utrunque comprobatur dictum Ma-
rietæ de priori deſponſatione in Canipa facta, quæ con-
feſsio plene præiudicat Iſeppo, ut tradit Alex.conſi.150.
col.6.& 7.& conſi.151.col.fi.lib.5.& 153. Viſa col.pe. &
conſi.154.Viſo.col.pe.eo.lib.& clarè hoc probat Deci.ↄſ.
133.colu.1.lib.1. Nam iſta confeſsio eſt legitimè facta in
præſentia patris, principaliter propter ſe, & deliberatè ut
pater moueatur ad conſentiendum in matrimonium, &
probata per duos immo tres conteſtes, ergo &c. ¶ Coa-
diuuatur quia de illo contrahendo iam præcedebat tra-
ctatus inter Ioſeph, qui ita cupiebat fieri, cum patre puel
læ, qui tractatus reddit matrimonium uероſimile. Præce
debant etiam amores inter illos, ut deponit ipſa puella
in primo & ſecundo. Et Flora Matrigna ſuper quinto, c.
quæ dicit, che Gioſeppo andana dicendo che hauea tolta
per moiere Marieta per amor, & Hieronyma per la Rob-
ba, & che queſte parole le diſſe Iſeppo anche a eſſa Fiora,
& amor præcedens præſtat inditium ad matrimonium ſe
quutum, ſicut tractatus, ut dicunt docto. in c. ſuper co. de
teſti. & in c. illud, de præſum. ¶ Accedit ad hæc fama de
huiuſmodi priori matrimonio probata legitimè per præ
2 ſatos quinque teſtes ſuper ultimo articulo qui dicunt † ꝙ
de dicto matrimonio eſt publica uox & fama in uilla foſ-
ſæ Louariæ, & etiam in ſancto Vito & circum circa, quòd
ita audiuerunt publicè dici in dictis locis, & quòd tota
uilla erat plena, & quòd omnes hoc tenent, & etiam per
Barcas in Flumine Brentæ. & omnem alium locum, & ita
tenet Bal. in cap. per tuas in 1. col. de proba. per illum tex.
ubi dicit quòd teſtis probat famam ſi dicat, quòd audi-
uit in loco publicè dici, licèt non dicatur a maiore parte
populi contra Bar. in l. de minore. §. fin. col. 5. ff. de quæſt.
& idem Bal. tenet contra Bar. in c. præterea in ultima col.
de teſti. cum ſimi. ut per Iaſ. in l. non hoc col. 3. nu. 10. C.
unde legi. qui ſequitur hanc partem. & idem Bal. in l. te-
ſtium in fi. C. de teſti. qui refert Dy. ita conſuluiſſe contra
Bar. & latè concludit & probat Salice. in l. ea quidem in
ultima parte de fama in 8. quæſtione uerſi. ad idem. C. de
accu. & Salice. in l. eum qui in fin. uerſ. ulterius nota. C. de
falſis, & contra Bar. notat Pan. de Ca. in l. 3. ff. ad Mace. cũ
ſimil. ut latè per Dec. in conſi. 272. Viſo proceſſu colu. 3.
uerſ. tamen contrarium lib. 2. & ita latius cæteris & cla-
rius probat Guliel. Caſſa. deciſ. 3. incip. ad hoc ut teſtes, p
3 totam de proba. † ubi allegat plures dominos de Rota
atteſtari, & ita ſeruari contra opi. Bar. ubi allegat plures
authoritates & rationes & ibi nu. 9. approbat dictum te-
ſtis de fama, dicentis ſe à multis audiuiſſe, & interrogatus
à quibus, ſi nominat illos bonum eſt, ſeruando doctri.
Bar. Tamen ſi reſpondeat non habere memoriam de ali-
quo, quia non recordatur de certo, ſed quòd ſic commu-
niter dicebatur, quòd ualet teſtimonium de fama, qui ẽt
probat famam, ſi deponat contenta in articulo eſſe uera,
quia ſic communiter dici audiuit. & licèt hoc ſufficia de
fama contra Bar. tamen poteſt dici ſeruatã eſſe Theoricã
Bar. quia Marieta dicit, per tutta la Villa de foſſa Louara
ne è publica uoce e fama, & D. Flos dicit, el ſe diceua per
tutta la uilla, & ognuno lo ſapea. Et ſer Matthæus tertius
teſtis dixit de publica uoce & fama ueritatem contineri
in capitulo. presbyter Alouiſius quartus che tutta la uil-
la è piena, & che ognuno tiene che Marieta ſia moglie
d Iſeppo. & Magnificus D. Hieronymus Baduarius ſuper
ultimo capitulo dicit de publica uoce & fama de dicto
matrimonio, el ſe dice in foſſa Lauora, & in li luoghi uici-
ni è publica uoce a fama de queſto matrimonio, e per le
barche & ogni altro loco non ſi ragiona d'altro, & Lau-
rentius dicit uerum eſſe che in foſſa Louara & a ſan Vido
e publica uoce & ſama de huiuſmodi matrimonio. qui ẽt
dicunt quòd fama habuit ortum ab ipſo facto dictorum
coniugum, quia poſt contractum comedebant & dor-
miebant in ſimul tanquam maritus & uxor, & Marieta
Iſeppo inſeruiebat in ægritudine, & tenebantur & reputa
bantur paſsim pro iugalibus. quæ fama facit ſemiple-
nam probationem, ut dicunt Bar. & docto. in l. admonen
di in materia famæ. ff. de iur. iuran. cum ſimi. ut per Deci.
c. 1. col. 4. de app. & eſt gl. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. & eſt
communis & practicata opinio, ut ibi per Deci. poſt Sali.
in d. l. ea quidem col. fi. ¶ Vnde ex prædictis ſtat conclu-
4 ſio † quòd ex dictis dictorum trium teſtium ſuper matri-
monio, cum fama iuncta confeſsione Ioſeph de matrimo
nio, & copula & alijs adminiculis probatum ſit matrimo
nium primum ad annullandum ſecundum ut dicitur, con
tractum inter Ioſephum & dominam Hieronymam, cum
ſit, quòd unus teſtis, & fama, cum alio adminiculo; immo
etiam ſine adminiculo probetur matrimonium, etiã clan
deſtinum ad annullandum ſecundum manifeſtum ut di-
cam infra. ¶ Venio ad ſolutionem contrariorum in qua
magis apparebit de ueritate prædictorum. Non obſtat
5 primum argumentum † quòd in cauſa matrimonij requi
rantur teſtes omni exceptione maiores, prout in criminali
bus, ex eo quòd cauſa ſit grauis, & ex matrimonio indu-
catur ſeruitus in homine, ut tradit Alex. in conſ. 143. lib.
2. & per Deci. conſi. 133. lib. 1. & conſi. 310. lib. 2. per c. in
litteris, & ibi gl. in uer. præcipuè de teſti. cum ſimi. ut ibi
per eos; quia contrarium eſt uerius, ut probatur in d.
c. ſuper eo el ſecundo de teſti. & in ca. uidetur, qui ma. ac.
poſ. in quo dicitur, quòd parentes & conſanguinei admit-
tuntur ad probandum matrimonium, & aliud impedimẽ
tum ad diſſoluẽdum matrimonium, & allegat ratio, quia
matrimonium eſt res fauorabilis data paritate coniugũ.
& tamen in cauſa criminali & ciuili ardua non admittun
tur. l. ij. C. de teſti. l. pe. ff. eo. Et quod conſanguinei probẽt
matrimonium, eſt gl. in ſumma 3. q. 5. circa fin. per text. in
d. c. uidetur, quæ dicit, ita ſeruari in practica. ¶ Non ob-
6 ſtat † argumentum de cauſa criminali, quia eſt contra ca
ſum d. c. uidetur, quem notant ibi Anch. & Butr. in 3. nota
bili. Nam in tex. dicitur quòd iura quæ repellunt paren-
tes & conſanguineos loquuntur in criminali & ciuili ar-
dua, ſecus in matrimonio probando uel in ſeparãdo pro
pter impedimentum præcedens, in quo habetur ratio pec
cati, & Deci. in d. conſi. 163. col. 7. negat argumentum de
criminali ad matrimonium, & col. 6. reſpondẽdo octauo
obiecto probat quòd ad probandum matrimonium ſuf-
7 ficit regularis probatio. † & reſpondet ad tex. in d. c. in lit
teris cum gl. in uer. præcipuè. & ultra Deci. reſpondeo ali
ter, quia ille tex. loquitur de illo, qui ad diſſoluendum ma
trimonium allegauit conſanguinitatem cauſatam ab ip-
ſo opponente ex copula illicita, ad effectum diſſoluendi,
& contra quem urgebant aliæ præſumptiones calumniæ.
unde in illo caſu ſpeciali opponens grauatur probare im-
pedimentum per teſtes omni exceptione maiores, ut ibi
per Abb. & Feli. col. 4. & ita ſoluit Aret. ibi col. 4. & in cõſ.
13. ſol. pen. colum. 4. ubi addit aliam ſolutionem, quia co
pula cum affini, ex qua cauſatur impedimentum ad diſ-
ſoluendum, erat facta extra domum, unde & melius pote-
rat probari per extraneos; ideo repelluntur conſanguinei
& familiares de domo in d. c. & ex hac ſolutione tollitur
contrarium de d. c. uidetur, ubi per parentes & conſangui
neos probatur conſanguinitas ad dirimendum matrimo
nium, quia proueniebat aliunde, & non ab opponente.
Sic in quæſtione noſtra eſt dicendum, ut admittantur te-
ſtes patientes aliquam exceptionem ad probandum pri-
mum matrimonium Marietæ cum Ioſeph pro parte D.
Hieronymæ, non a ſe proueniens, ſed aliunde, etiam ad
8 diſſoluendum, ut in terminis d. cap. uidetur. † Non obſtat
alia ratio, quòd quæſtio noſtra uerſetur in matrimonio
in quo ſolent interuenire teſtes extranei, unde imputan-
dum eſt non adhibenti nõ ſuſpectos, ut tenent gl. & doct.
in c. 3. loco de proba. cum ſimi. ut per Alex. conſ. 151. col.
2. nu. 3. & in conſi. 152. col. 4. num. 15. lib. 5. quia iſta ratio
ceſſat in domina Hieronyma, in qua nulla fuit culpa non
adhibendo teſtes integros ad matrimonium cum Marie-
9 ta. † Et ad hoc allego ſimile quando agitur de matrimo-
nio ad effectum legitimitatis filiorũ & ſuccedendi lenio-
res probationes ſufficiunt, ut tenet Bal. in l. filium, col. 2.
in 2. lectura. ff. de his, qui ſunt ſui. & Sali. in l. nõ nudis col.
fi. C. de proba. quia filijs non eſt quid imputandum ſi nõ
adhibuerunt teſtes ideoneos, & ita notanter tenet Abb. in
c. ex parte col. 8. in uerſi. ſed nunc generaliter, de teſti. ſpo.
poſt

poſt Innoc.ubi dicit qoòd quando quis petit aliquam in
uxorem tenetur plenè probare matrimoninm, qnia agit
de ſacto proprio: ſed qnando agitur ad legitimationem
prolis,agitur de facto alieno, in quo noo poteſt quis eſſe
ita bene inſtructus,ideò ſufficit communis reputatio ſeu
tractatus,ut notatur in c.tranſmiſſæ, & in c.per tuas qui
10 fi.ſi.legi.cum ſimi.† ¶ Non obſtat quòd iudicatur ſerui-
tus in homine, quia iſta ratio non conſideratur ex quo
cauſatur a iure diuino propter bonum publicum huma-
ni generis,ex ore dei dicentis. Relinquat homo patrē &
matrem,ut adhæreat uxori ſuæ, Gen.c.2. Matth.19.Mar.
50.Pan.ad Ephe.5. & ad Cor.7. in quam ſeruitutē homo
ſponte incidit. ¶ Non obſtat ꝙ matrimonium,ut dr,con
tractum,inter Hieronymum & Ioſeph, dicatur in faciem
eccleſiæ, et illud primum cum Marieta ſit clandeſtinum,
quod ſecundo nō præiudicat, licèt probaretur per unum
teſtem cum fama,ſecúdum Vincen.& Abb.in c.2.de clan
de.deſpon. quia huic motiuo reſpondeo multipliciter.
Primo quia non cōſtat in proceſſu de iſto poſteriori cum
Hieronyma. Nam in proceſſo fo.76.apparet ſolum de io
ſtrumento dotali,in quo ſit mentio per uerba enunciati-
ua de præterito de illo matrimonio quod non probat. c.
illud de præſum.ubi gl.& doct.omnes per illum tex. Niſi
cum inſtro concurrat fama,cohabitatio per decē annos,
& alia adminicula,ut latè ibi per Abb.col.4.& licèt non-
nulli teſtes faciant mentionem de iſto ſecundo cōtractu:
tamen nullum uerbum reperitur in proceſſu, ꝙ fuerit cō
tractum in ſaciem eccleſiæ,& ꝙ fuerint præſentes contra
ctui,& iudicandum eſt ſecundum allegata & probata. et
ſtante hoc fundamento,ceſſat omnis difficultas, ceſſante
fauore ſecundi prætenſi matrimonij. ¶ Sed dato ꝙ con-
ſtaret in proceſſu de iſta notorietate tunc ſecundo reſpon
11 detur,† ꝙ opinio Vincen.nō eſt uera ut dicunt & probát
Car.& Butr.in d.c.2.& Areti.in conſ.3.col.5. ubi conſu-
luit,ꝙ unus teſtis de matrimonio clandeſtino, & ſama,
cum confeſsione unius ex coniugibus primi matrimo-
nij,prout in quæſtione noſtra de cōfeſsione Marietæ,pro
bat illud primum ad diſſoluendum ſecundum, etiam io
faciem eccleſiæ contractum. ¶ Sed hic pro primo clan-
deſtino,deponit Flos matrigna Marietæ,in qua ceſſat ra
tio præſumpti amoris ratione carnis,immo ſuadet con-
trarium communis opinio hominum, ꝙ matrigna odio
habeat filios mariti ex alia uxore, & ideò eſt integra te-
ſtis, & concurrit dictum Matthæi patris deponentis ad
fauorem Hieronymæ,& non filiæ, & fama legitimè pro-
bata,& alia indicia de quibus dicam infra. Vnde ſequi-
tur ꝙ plura concurrunt pro primo clandeſtino, quàm in
caſu Areti.Qui tamen conſuluit ad fauorem Hieronymę,
et Andre.Sicu.in conſ.40.colum.4. & 5. lib.3. conſuluit
contra Vincen.pro Cardi.& contra eundem. & pro quæ-
ſtione noſtra latius & notabilius conſuluit idem Areti.
in conſi.82.incip.Factum colu.penul. & quaſi per totum
pro primo matrimonio clandeſtino probato per unum
teſtem cum ſama, & confeſsione Marietæ,quæ tanquam
teſtis deponit pro ſuo matrimonio contra ſecundum, e-
tiam ſi ſtaret aliqua diſparitas inter primos contrahen-
tes,qui colu.2.tollit obiectum quod fit ex aduerſo, quòd
ipſa Marieta & parentes eius redduntur ſuſpecti, cum ui
dcantur deponere in facto proprio,& ad fauorem filiæ,&
ſtante diſparitate.d.c.ſuper eo, quia Marieta & parentes
& conſanguinei teſtificati ſunt in cauſa aliena inter alias
perſonas & ad alium finem,quàm ad fauorem Marietæ,
cum qua non eſt lis, & ipſa nihil petit. Hinc ſequitur, ꝙ
ſententia lata uel ferenda in quæſtione noſtra pro primo
uel ſecundo matrimonio, non prodeſt nec nocet Marie-
tæ,quia res inter alios acta &c.l.ſæpe.ff.de re in.c.quam-
uis eo.titu.l.cum quæritur cum.l.ſequen.ff.de exce.re.iu.
12 † item quia examinati ſunt ſuper exceptione producta
per Hieronymam de primo matrimonio, contra ſecun-
dum, qui non facerent fidem ſuper actione intentanda
per Marietam in alio iudicio.Ita dicit Inno. in c.2.de or.
cogni.ad idem eſt text.in c.inter dilectos. §. nec atteſta-
tiones de fi.inſtru.Per quem tex. & multa alia dicit Abb.
in c.ueniens el ſecundo.col.6.in uer.quare reuoco in du-
13 bium de teſtib. † ꝙ ſicut ſententia inter duos non obſtat
ſi inter alios & ad alium finem agatur.d.l.cum quæritur,
ita dicendum in dictis teſtium, etiam ſi eſſent recepti in
iudicio plenariè. Idem Abb.in c cum in tua de teſtib. in
6.notabili per illum tex.dicit ꝙ etiā in ſpiritualibus pro-
bationes ſactæ in iudicio ad unum effectum,non ſaciunt
fidem ad alium effectum in alio iudicio plenariè. Idem
Abb.in c.cum in tua de teſti.in 6.notabili per illum tex.
dicit quòd etiam in ſpiritualibus probationes factæ in io
dicio ad unum effectum, nun faciunt fidem ad alium ef-
fectum in alio iudicio. et idem Abb.col.3. uerſ.ſed eſt do
bium poſt communem opinionem dicit, ꝙ uox dictorū
teſtium in q.noſtra,eſt nulla in nouo indicio intentando
per Marietam ad eius ſanorem contra Ioſephum,pręſtat
tamen aliqnod adminiculum ſi ipſa uellet agere ad repe
tendum ſuum maritum per nota Bart.in l.ſi duo patroni
in princ.ff.de iu.iur.& in l.a ſentētia in princ.ff.de appel.
14 Sed iſtud admioiculum, † quia uenit in conſequentia ad
depoſitionem ſuam pro D.Hieronyma,non repellit Hoſt.
Ita tenent Io.Andr.Butr. & Abb.in c.inſuper,& in c.cum
nuncius de teſti.per tex.inſtit.de teſta. in §. ſi legatarius,
& in l.qui in teſtamento in princ.ff.de teſta. & Io.Andre.
in addi.Spec.in tit.de teſte.§.1.uer.item ꝙ eſt talis.& iſto
argumento utitur Areti.in d.conſ.81. col.3. Dicit etiam
Areti.ibi colum.2.in fi. & ſequenti. ꝙ iſta Marieta prima
coniux,teſtificatur non in cauſa propria, ſed ſimili ſuæ,&
ꝙ propterea eſt admittenda licèt illi non adhibeatur ple
na fides. allegat Abb.poſt alios in c.perſonas de teſti.qui
ſaluat opinioaes,ſed dicta illorum ſupplētur propter nu
merum & famam,nec non per confeſsionem Ioſeph, ac
alia adminicula. ¶ Tertiò ad idem adduco conſi. Deci.
563.col.5.in uer.ſeptimo, ubi tenet cootra Vincen.ſecut.
opin.Card. & Dom.Anton. & Andre. Sicu. & confirmat
eandem ex quo agitur hic de probando priori matrimo-
nio clandeſtino & contracto de nocte hora ſecunda ut di
cunt teſtes,quo caſu iura contentantur lenioribus pro-
bationibus per teſtes aliàs ſuſpectos, domeſticos, & de
domo,ut tenet Alexan.in conſi.156.uiſo colu.2.lib.5. nu
mero 17.Ita in terminis dicit ibi Deci.col.7.uerſ.quarto
poteſt reſponderi,& Aret.in d.conſi.13.fol.penul. colu.3.
uerſic.uenio nunc ad quintum. Vbi notauter adducit &
probat hanc ſolutionem,per tex.& ibi Bart. in l.quoties.
C.de naufra.lib.11.& c.ueniens el primo. in fin.de teſtib.
cum ſimil.ut ibi per eum. ¶ Quarto addo aliam ratio-
15 nē, † quia Ioſeph noluit adhiberi alios teſtes extraneos,
nec rectorem dictæ uillæ foſſæ Louariæ contra uolunta-
tem patris, qui petebat illum requiri ad hunc contra-
ctum. unde Ioſeph non debet conſequi commodum ex
ſuo dolo.c.ex tenore de reſcri.& ita arguit Alexan. conſi.
152.col.4.nu.15.lib.5. ¶ Quinto quando matrimonium
fuit contractum in fraudem primi,ut prima uxor intimi-
daretur,& primum debilitaretur, ut in quæſtione noſtra
in qua Marcheſina ſciens de prima contraxit ſecundum,
ut patet ex dictis plebani dictæ uillæ, qui diſſuadebat ma
tri ne contraheret cum Ioſepho habente Marietā in uxo-
reio: tunc ſecundum noo meretur habere ſauorem cōtra
primum. Ita tenet Deci.in d.conſi.colu.7. Et procedunt
16 prædicta † etiam ſi inter Marietam & Ioſeph eſſet aliqua
diſparitas non magna,quia non inhabilitantur parentes
& conſanguinei,ut tenet Areti.in d.conſi. et glo. appro-
bata in d. capitulo ſuper eo circa med. & ſequitur Alex.
io d.conſil.151. circa fin.ubi conſiderat magnum exceſ-
ſum diuitiarum in uiro,ſed non uideo probatam eſſe di-
ſparitatem conſiderabilem in caſu noſtro cum uterq; ſit
ignobilis & in exercitio rurali, licet Ioſephus induat ma-
gis honorificè. ¶ Nec obſtat ꝙ uideatur ditior, quia hoc
negat,nam ſi emit aliqua bona,fuit ex pecunia dotali, q̇
ſunt ſubiecta reſtitutioni. quod patet ex quo pro aſſecu-
randa dote fuit carceratus, ubi adhuc detinetur,& modi
ca bona data in æſtimum ſunt grauata debitis ultra corū
ualorem.Item ſi eſſet inter eos aliqua inæqualitas in pę
ſenti cauſa,non eſt in conſideratione,in qua nō tractatui
de primo mrimonio ad fauorē Marietę,ut cōiungaī Ioſe-
pho ut idē ſentiat cōmodū honoris uel facultatū Ioſeph.

quæ exceptio diſparitatis prætenſæ cōſiderabitur in alio
iudicio intentando per Marietam, quæ ſalua manet Io-
ſeph ſicut aliæ exceptiones oppoſitæ in præſenti iudicio
contra teſtes. ¶ Non obſtat, quod dicitur contra dicta
teſtium, quòd non uideantur deponere de certo tempore
contractus, & loquuntur per uerbum credo, & quòd di-
ſcordare uideantur in cortice nonnullorum uerborum,
quia omnia iſta nihil releuant opponentem, cum ſint cō-
tra iura & cōmunes opi. doct. ut notanter poſt alios pro
bat Alex. in d. conſil. 156. colu. 2. & 3. incipiendo, a nu. 5.
6. 7. 8. ubi ad omnia iſta & ſimilia formaliter, & ſingula-
riter reſpondet, quæ breuitatis cauſa nō refero. Ita Abb.
in cap. nihil obſtat in primo notabili de uerbo. ſignifica.
Alexan. conſ. 47. quoniam abunde colu. 2. lib. 2. ubi dicit
hanc eſſe communem, & per Deci. conſ. 100. colu. 5. uerſ.
17 13. & conſ. 163. colu. 6. lib. 1. ¶ Non obſtat † quòd Ma-
rieta fuerit carnaliter cognita a Ioſepho, & propterea ſi-
bi & parentibus non ſit credendum, ratione bonoris &
intereſſe familiæ, ut conſuluit Areti. in d. conſ. 13. colu. 6.
& Deci. in conſ. 133. colu. 2. in fi. & in conſ. 310. colum. 1.
lib. 2. Quia iſtud obiectum procederet in iudicio inten-
tando per Marietam, in quo repeteret Ioſephum in ſuum
maritum ad reintegrandum matrimonium, & tanquam
ſpoliata reſtitueretur in priſtinum ad poſſeſsionem ma-
ritalem, quo caſu militaret ratio intereſſe honoris, & de-
bilitarentur dicta parentum & conſanguineorum, quæ
exceptio ſemper manet ſalua dicto Ioſepho in tempus
motæ ſeu mouendæ litis contra eum per Marietam.
¶ Et quòd ſit nulla uel modica inæqualitas deponit Mar
cus Spironus, qui in fine ſui dicti dicit, Che detto Iſeppo
è figliuolo d'un ſchiaſaro, & ſuper ſeptimo interrogato-
rio deponit per uerbum credo, nolendo probare diſpari-
tatem, che lui è fattore da cà Badoaro, & che ua ueſtito
da gentil homo, & che gli ba detto chel uiue d'intrada.
Et Paſqua ſuper ſeptimo interrogatorio dicit, che fra lo-
ro è poca differenza de qualità. & D. Hieronymus Badua
rio ſuper ſeptimo dicit, Che dall'uno a l'altro ui è poca
differenza. Addo ad probandam paritatem, capturam
18 dicti Ioſeph qui fuit carceratus propter inopiam. † quia
in ciuili debito quo ipſe teneī pro habita dote a D. Hie-
ronymo non poteſt deueniri ad capturam, niſi pręcedat
excuſsio bonorum, & ipſo inuento non ſoluendo. gl. ſin-
gularis approbata in l. iij. §. tutores, ubi Bart. ff. de ſuſpe.
tuto. Idem Barto. & Bald. in l. j. C. qui bon. ce. po. cum ſi-
milibus. ut per Alexand. in conſi. 158. circa primum. col.
fina. num. 12. lib. 2. et tradit Abb. in capitulo quo ad con-
ſultationem de re iudic. cum ſimilib. ut ibi per Feli. colu.
octaua. et per hanc rationem probatur quòd Ioſeph non
habet in bonis maximè cum adhuc detineatur in carce-
ribus, qui relaxandus ueniret, ſi præſtaret pignora uel fi-
deiuſſores, ut eſt glo. in uer. lucis, quam notat Pau. de Ca-
ſtro in l. more. ff. de ferijs. Aliàs agit actione iniuriarum
contra iudicem ſecundum Bart. in l. ſi uero. §. qui pro rei.
ff. qui ſatiſdare cogantur. ¶ Non obſtat oppoſitio con-
tra famam quòd habuerit ortum ab inimicis ſeu maliuo
lis, quia hoc eſt falſum cum habuerit originem a facto
communi ipſorum coniugum contrahendo, comeden-
do, & dormiendo inſimul tanquam iugales, & a ſeruitijs
præſtitis per Marietam Ioſepho infirmo, quæ non poſ-
ſunt eſſe non notoria in parua uilla & locis circumuici-
nis, ut dicunt quaſi omnes teſtes. ¶ Non obſtat oppoſi-
tio facta Marietæ & eius parentibus & ſorori ſuæ de ini-
micitia capitali ad repellendum eos a teſtimonio iuxta
tex. & ibi notata in l. iij. ff. de teſti. & in cap. repellantur de
19 accu. † quia reſpondetur quòd exceptio tollitur ea quo
Ioſeph dedit cauſam inimicitiæ, ſeu odij ob fidem non
ſeruatam patri & Marietæ eius filiæ de matrimonio, quá
etiam carnaliter ſub illa promiſsione cognouit, ut dicit
Areti. in d. conſ. 15. fol. penultimo colu. 4. & Abb. in d. c.
repellantur in fi. et Bart. in l. ij. §. cum quis. ff. de quæſtio.
& dicit Abb. in cap. 1. in ſexto notabili. ut lit. non conteſ.
20 † quòd mulieri adulteræ timenti ſæuitiam uiri non caue
tur per maritum de impunitate, quia fuit in culpa adulte
21 rando. & ad hæc facit, † quia filius non poteſt allegare
inimicitiam quæ prouenit ex culpa ſua ad impugnan-
dam exhæredationem paternam per tex. in §. cauſas, in
authen. ut cum de appellatione cognoſcitur, facit lex ſi
mulier. ff. quòd metus cauſa, ubi qui dedit cauſam metui
non poteſt illum allegare. & ſi patet Marietæ aliquando
prorupit in uerbis iniurioſis contra Ioſeph illi ignoſcen-
dum eſt, quia iuſto dolore motus, qui etiam impunè
potuit eum occidere carnaliter cognoſcentem eius filiā.
l. quod ait. ff. de adulte. & ſequitur Abb. in cap. ueniens. el
ſecundo ſuper glo. fina. de ſponſa. et quòd Ioſeph ex alio
dederit cauſam odio, dicit presbyter Alouiſius rector
eccleſiæ foſſæ Louariæ fol. 46. tit. ubi dicit, Che Ioſepho
è corozato con Marieta e ſuoi parenti, perche uolea ſub-
ornare con certi danari el padre de Marieta che ceſſaſſe
da deponere contra de lui ſopra el matrimonio de ſua fi-
gliuola. et Dominica ſoror Marietæ in fine ſui dicti re-
fert uerba iniurioſa, & minatoria Ioſeph contra eam, ne
teſtificaretur pro matrimonio. patet etiam ex querela
data contra eum de uerbis iniurioſis. ¶ Non obſtat a-
22 lia exceptio contra Matthæum patrem, † quòd non ſum
pſerit ſacramētum euchariſtiæ anno præterito, quia pro-
pter hoc non uenit repellendus a teſtimonio, ut latè pro-
bat Maria. Soci. iunior in conſ. 32. ut præſentis col. penul.
& fin. lib. 2. ubi latè reſpondet ad obiecta, & conſului in
una cauſa Veneta de anno 1537. quando legebam Pa-
duæ, & illi conſilio ſubſcripſi, & ita fuit obtentum in cu-
ria patriarchali, licèt ille teſtis non fuerit etiam confeſ-
ſus illo anno, quanto minus in quæſtione noſtra debet
repelli pater a teſtimonio cum poſsit omitti perceptio
Euchariſtiæ ex aliqua iuxta cauſa, ut probatur in capi-
tulo omnis utriuſque ſexus de pœni. & remiſ. quæ cauſa
aderat. Præterea pater ſuper interrogatorijs negat ſe
eſſe inimicum Ioſeph, ſed bene egrè tuliſſe hoc factum
indignum ſecundi contractus matrimonij ꝯtra primum.

Ioannes Baptiſta Ferrettus doct.

## SVMMARIVM.

1 *Per regulas cancel. 4. & 5. reſeruantur Papæ dignitates con-
uentuales & præpoſitura cuiuſcunque ordinis, cum decreto
irritanti.*

2 *Reſeruatio ſemel facta de beneficijs, ſemper illa afficit, quouſque
de illis prouideatur.*

3 *Clauſola, dummodo tempore datæ præſentium, non ſit alicui ius
quæſitum facit gratiam conditionalem.*

4 *Et concordat regula cancell. de non tollendo ius quæſitum per
quamcunque gratiam, conformis iure communi.*

5 *Ordo Camaldulenſis & humiliatorum habet priuilegium a Si-
xto Papa iiij. quo datur facultas Magiſtro generali prouiden
di de præpoſituris, non obſtantibus regulis cancell. editis, &
edendis.*

6 *Reus & poſſeſſor beneficij obtinet abſolutoriam a petitis contra
actorem non probantem de iuribus ſuis per obiectos contra
gratiam & perſonam, reo etiam nihil probante.*

7 *Actor petens beneficium debet probare de iure ſuo, quia petit
gratiam ſuam canonizari.*

8 *Regula reſeruatiua de præpoſituris conuentualibus non ſe exten
dit ad amouibiles ad nutum ſuperioris.*

9 *Qualitas amouibilitatis non ceſſat per prouiſiones Papales de
huiuſmodi præpoſituris etiam clericis ſecularibus factas in per
petuum.*

10 *Etiam ſi fiat monacho dicti ordinis per ſuum ſuperiorem ad ui-
tam uel per tantum tempus, cuius non ſit memoria in contra-
rium, quia non ceſſat iſta qualitas.*

11 *Regula cancel. reſeruatiua non capit niſi præpoſituras conuen-
tuales & ſic habentes dignitatem.*

12 *In ordine fratrum humiliatorum ſunt aliqua præpoſitura ſine
conuentu & dignitate, quod latè probatur.*

13 *Clauſula decreti irritantis in gratia conditionali non operatur
effectum niſi poſt gratiam purificatam.*

CON-

## CONSILIVM CCCLXV.

FACTVM tale eſt. Vacante domo ſeu præpoſitura S. Bartholomæi de Leuata Veronæ ordinis humiliatorum per obitum fratris Hieronymi de Carauagio extra Rom. cur. defuncti, Reueren. frater Marius de Aueroldis decretorum doctor, & præpoſitus Beatæ Mariæ de Laglara eiuſdem ordinis, ſufficienti facultate ad infraſcripta a Magiſtro generali totius ordinis humiliatorũ munitus, de dicta prępoſitura ſic uacante, ſub die 23. menſis Iunij. 1547. Fratri Petro de Parentibus prouidit, præſenti & acceptanti, qui eadem die poſſeſsionem dictæ præpoſituræ adeptus fuit. De qua etiam p̄poſitura ſic uacante, Sanctiſs. D. Noſter Paulus Papa iij. die 27. eiuſdẽ menſis & anni, Exc. D. Antonio de Bernardis Mirandulano aſſerto clerico Regien. in uim commendæ, ſub certis ꝯditionibus prouidit, cum amplisſimis derogationib. ad priuilegia apoſtolica ordinis p̄dicto per plures Rom. Pont. ꝯceſſa, tanquam de reſeruata Papæ per regu. cancel. quartam & quintam, in quibus S. ſua, collationi ſuæ reſeruauit oẽs dignitates ꝯuentuales & p̄poſituras cuiuſcunq; ordinis cum cl̃a decreti irritantis. Poſtmodum uero frater Petrus eandem p̄poſituram in manib. eiuſdem Reuer. Præpoſiti de Laglara ſub die quarta Decemb. anni prædicti reſignauit, qui dictam eandem ſic uacantem, uenerabili fratri Vincẽtio de Veſcouis dicti ordinis, ꝓfeſſo ꝯtulit, cui dicta die tradita fuit poſſeſsio in qua etiam de præſenti reperitur. Hinc inter D. Antonium & fratrem Vincentium orta materia q̄onis, cauſa hm̃oi ad inſtantiam pręfati Antonij R. Patri & Excellenti decreto. doctori do. Ioanni Rhenio, eccleſiæ collegiatæ S. Auguſtini plebano per ſedem apoſtolicam commiſſa fuit, coram quo longo formato proceſſu, ex iuribus hincinde productis, dubium oritur quinã dictorum iuſtitiam foueat. Et prima facie uidebatur dicendum ꝙ D. Antonius qui habet prouiſionẽ cõmendæ a Papa tanquam de uacanti per obitum dicti fratris Hieronymi, & de dignitate ꝯuentuali, eidem Ro. Põtifici
1 per reg. cancel. 4. & 5. cum decreto irritanti † in quibus reſeruantur Papæ dignitates ꝯuentuales & p̄poſituræ cuiuſque ordinis, ſuper qua reſeruatione gratia d. Antonij fundatur, in qua præpoſitura aſſerit, ꝙ nullus, de illa præpoſitura, præter ſe, potuit diſponere, reſeruatione & decreto obſiſtentib. ſupradictis. et ad aſſertionẽ D. Antonij appellat fratrem Vincentium in dicta p̄poſitura intruſum, & cõmendat illam eidem Antonio ad ipſius uitam, quatenus dictus Hieronymus de Carauagijs, ad uitam, illam in commendam obtinuerit, uel cõmendari conſueuerit, aliàs ad annum tm̃ a die per Antoniũ illius pacificæ poſſeſsionis adeptæ, & cum clauſula gratificationis, & anteferri, & cum derogatione in amplisſima forma ad priuilegia Inno. Grego. Bonif. ix. iiij. et Leonis x. ſub quibuſcunque tenoribus, etiam ſi prępoſitura eſſet electiua &
2 amouibilis. † Nam reſeruatio ſemel facta de beneficio ſemper afficit illud, quouſq; de eo prouideatur. cap. 2. de preb. lib. 6. Rot. de præben. 13. in antiq. & 14. & deciſ. 9. in no. quæ etiam probãt quòd uinculum reſeruationis cenſetur ſtatim iniectum beneficio etiam ante uacationem & operatur effectum ab appoſitione manus Papæ, & eius decreto. c. ut noſtrum de appe. cap. inter dilectos de exce. præla. ubi Inno. & Abb. & Rot. 2. de præben. in reco. per Biſgne. ¶ Quibus nõ obſtantibus contrarium de iure teneo eſſe uerius uidelicet fratrem Vincentium fouere iuſtitiam, quia in litteris commendæ pro d. Antonio eſt
3 clauſula quæ regulat totam illam gratiam. † Dummodo tempore datæ pręſentium non ſit in ea alicui ius quęſitũ, ſed prius de dicto anno 1547. & die 23. menſis Iunij fuerat prouiſum de dicta p̄poſitura per R. fratrem Marium Vicarium generalẽ Magiſtri generalis totius ordinis, ad hoc ſufficienti facultate munitum, ut ꝯſtat in litteris facultatum ſuarũ regiſtratis in proceſſu, fratri Petro de Parentibus præſenti & acceptanti, qui eadẽ die accepit poſſeſsionem. Cuius prouiſionis uigore, eidem fratri Petro fuit ius in præpoſitura quæſitum, ut probatur in c. ſi tibi abſenti, de pręb. lib. 6. & ibi Gemi. & Philip. in 2. & 3. notabili dicunt ꝙ propter ius quæſitum in beneficio acceptato impeditur quęcunq; alia prouiſio, quæ alicui ſecun
4 do loco fieret. & cum p̄dicta clauſula, dũmodo &c. † concordat reg. cancel. de non tollendo ius q̄ſitum per quamcunq; ſignaturam & gratiam. Quę regula & cl̃a ꝯcordat cum iure cõi, quo cauetur, ꝙ non ualet prouiſio Papę ẽt proprio motu facta de beneficio per alterum prius colorato titulo poſſeſſo. Ita latè probat D. Anto. & Abb. in c. cum noſtris col. 4. de ꝯceſ. pręb. & ꝯcordat tex. in c. quamuis & in c. ſi propter tua. de reſcrip. lib. 6. ¶ Nec tale ius quæſitum in re potuit impediri fratri Petro acquiri per reg. cancel. Pau. 4. & 5. productam & regiſtratam in proceſſu, quæ reſeruant dignitates & præpoſituras conuen
5 tuales. † quia prouiſio hm̃oi iuuat priuilegio Sixti Pap. iiij. producto & regiſtrato in ꝓceſſu, quo expreſsè datur facultas Magiſtro generali dicti ordinis prouidendi de p̄poſituris dicti ordinis. Non obſtantib. regulis ſeu conſtitutionibus Ro. Pont. reſeruatiuis earũ tam factis quã de cætero fiendis. Cui priuilegio Sixti tempore dictę ꝓuiſionis factæ fratri Petro die 23. Iunij, non fuerat derogatum, cũ derogatio ad illud fuerit poſterior per dies quatuor poſita in lr̃is cõmendæ facta D. Anto. die 27. dicti mẽſis Iunij, quæ non ualuit in præiudicium fratris Petri, cui per prius erat ius q̄ſitum ut patet in illa gr̃a ibi, dummodo tp̃e datæ p̃ñtium &c. Ex quo ſequit̃ ꝙ prępoſitura tunc non uacabat, ꝙ ſi Papa ſciuiſſet, illam non ꝯtuliſſet. c. 2. de conceſſ. præb. Ex quibus ſatis clarè ꝯſtat ꝙ do. Antonio aduerſario nullum ius penitus cõpetit in dicta præpoſitura, cum ſua gratia ſit poſterior, & pręſeruat ius dicto fratri Petro priori in titulo ſuæ legitimæ prouiſionis. Qui frater Petrus poſtea die iiij. Decemb. corã eodem fratre Mario ordinario collatori, qui eadem die de illa, fratri Vincentio prouidit, quæ prouiſio fuit acceptata, & ſecuta fuit ſuum effectum dicta die per poſſeſsionis adeptionem. Nec obſtat obiectum ſupra factũ pro dño Anto. ꝙ reſeruatio Papæ facta de præpoſituris cõuentualibus, afficiat illas, & iniecerit uinculum ſtatim ab appoſitione manus præpoſiturę. quia obiectũ procedit, niſi fuiſſet prius ſublatum per priuilegiũ Sixti Papæ. iiij. ꝯceſſum de anno 1478. religioni ordinis humiliatorum, quod perpetuò durat, reg. decet priuilegium de regul. iu. lib. 6. Per quod religio illa & magiſtri generales dicti ordinis pro tp̃e exiſtentes, fuerunt plenariè reſtituti & reintegrati ad prouidendũ fratribus dicti ordinis profeſsis, de quibuſcunque præpoſituris conuentualibus & non conuentualibus quolibet uacantibus & uacaturis in poſterum liberè & licitè, quas ualidas & efficaces uoluit eſſe & ſuum effectum ſortiri debere, & ꝙ priuilegium illud comprehendat ẽt prępoſituras non ꝯuentuales quæ non ſunt dignitates, probatur in eodẽ priuilegio, in dictione illa, ẽt conuentualibus, quæ implicat idem eſſe in nõ ꝯuentualibus. Non obſtantib. aliqua reſeruatione apoſtolica generali uel ſpeciali facta de præpoſituris hm̃oi à prędeceſſoribus Sixti in Papam, & a ſe ipſo, & in futurum fiendis reſeruationibus a ſede apoſtolica, de conuentualibus præpoſituris & dignitatibus, etiam ſi dictæ præpoſiturę per ſedem pręfatam alicui collatæ fuerint, cęteriſq; ꝯtrarijs nõ obſtantibus quibuſcunq;. Cui priuilegio non apparet derogatum, niſi per dies quatuor poſtquam fratri Petro de dicta prępoſitura fuerat legitimè prouiſum ut dixi ſupra. ¶ Et licet iſta ſola ratio ſufficeret fratri Vincẽtio pro uictoria reportanda: nihilominus ſaltem ad abundantem cautelam, hoc idem demonſtrabo rationibus infraſcriptis. Quia etiam ſi nullum ius frater Vincentius haberet deberet abſolui a petitis prout perijt, repellendo gratiam aduerſarij, & perſonam duntaxat per obiectus.
6 † Vt latè probat Rot. in nou. deciſio. 160. incipien. Reus & poſſeſſor, & in antiqu. deciſio. ſeptuageſima. & in deciſio. 1. de reſtitu. ſpoliat. colum. ſecunda. & in titulo de exce. 2. in recollec. per Biſgne. & per Guilel. Caſſa. deciſ. 2. de re iu. & in terminis conſuluit Gemi. conſ. 91. Pręmitto in princ. et conſ. 92. in cauſa conuentus. in prin. ubi dicit

* hanc eſſe * communem opi. doct. etiam ſi reus nõ cano
nizaret ſuam poſſeſſionem, cum ſimil. ut per Feli. in cap.
olim col. 6. circa fin. in uerſ. ſimiliter & col. 7. uerſ. limita
* tertio. de reſcri. ubi * omnes doct. per illum tex. faciũt
7 hanc concluſionem indubitatam, † quòd ad hoc ut quis
conſequatur tanquam actor beneficium, non ſufficit pro
bare de nõ iure aduerſarij, niſi etiam probet de iure ſuo,
quia petit canonizari ſuam prouiſionem, & ita illũ text.
ponderat glo. ultima in c. unico de eo qui mi. in po. lib.
ſexto. et glo. penul. in c. 1. ut li. penden. & glo. in uer. fini-
ta in c. 2. eod. titu. lib. 6. cum ſimil. ut latè per Feli. in d. c.
olim coln. 6. uerſ. ultimo gloſa. Sed D. Antonius nullum
ius penitus habet in dicta præpoſitura, ut latè probaui
ſupra: ergo ſuccumbere debet, & Frater Vincentius ab-
ſolui a petitis, etiam ſi non probaret de iuribus ſuis.
8 ¶ Secundò, aduerſarius uenit repellendus. † quia regu-
la reſeruatiua Pau. de præpoſituris conuentualibus, non
ſe extendit ad præpoſituras amouibiles ad nutum ſupe-
riorisꝫ prout exiſtit iſta de qua eſt quæſtio. Ita notanter
decidit Calder. in conſilio 26. in titulo de præben. Quæ
incipit, An in reſeruationibus, quæ allegat multa iura &
rationes ubi eſt legendum, quia decidit quæſtionem no
ſtram. Nam ceſſat ratio finalis ſuper qua fundatur pro-
uiſio præpoſituræ pro domino Antonio allegando re-
ſeruationem per dictam regulam. & cum conſilio Cal-
de. pertranſit Feli. in capitulo per tuas de maio. & obedi.
columna penultima. et Caſſa. deciſ. 4. in princ. de præb.
Nec obſtat ſi diceretur quòd Papa ſciebat præpoſitu-
ras huiuſmodi tẽpore editæ regulæ eſſe amouibiles ſeu
manuales & tamen illas ſuæ prouiſioni reſeruat, quia ad
hoc duobus modis reſpondeo. Primò negando ſcientiã
Papę. quia, quod ſint ad nutum eſt facti quòd per Papam
præſumitur ignorari. c. 1. de conſti. lib. 6. Secundo quia
regula loquitur de præpoſituris in genere, & non ſpecifi
cat ordinem humiliatorum: unde ſub generali reſerua-
tione prædicta, ueniunt duntaxat præpoſituræ quæ per-
petuo conferuntur ſecundum naturam beneficiorum. c.
1. de cape. mona. lib. 6. cum ſimil. non de manualibus per
rationes Calde. in d. conſil. ¶ Nec obſtat huic rationi ẽt
ſi ex aduerſo diceretur ꝙ qualitas amouibilitatis forſan
ceſſauerit per prouiſiones pluriũ Ro. Pont. factas de hu-
iuſmodi præpoſituris etiam clericis ſecularibus, quod ui
detur probari maxime per ultimum ſtatum iſtius præpo
ſituræ per litteras prætenſæ prouiſionis perpetuæ factæ
aliàs del 1523. præfato Hieronymo de Carauagio, regi-
ſtratæ in proceſſu, qui ultimus ſtatus attenditur, c. cum
de beneficio, cum ibi nota. de præben. lib. 6. quia reſpon-
9 detur, † ꝙ per huiuſmodi prouiſionem etiam per præpo
ſituram factam ſimpliciter uel in perpetuum etiam cleri
co ſeculari, præpoſitura non deſinit eſſe amouibilis, nec
* mutat naturam ſuam primæuam. Ita dicunt doct. * com
muniter, ubi Abb. in c. ad noſtram col. 2. de confir. utili.
Idem ſi fiat monacho dicti ordinis per ſuum ſuperiorem
ad uitam. Ita Abb. do. Anto. & alij, in d. c. col. pen. & fi. &
10 Federi. latè in conſi. 134. ubi dicit & probat. † ꝙ ſi Abbas
prouidiſſerunt priori de prioratu manuali uel pluribus
per tantum tempus, cuius non ſit hominum memoria in
contrarium, non ceſſat propterea qualitas amouibilita-
tis, nec inducta perpetuitas, & ita etiam de præpoſitura
conferente beneficium manuale in perpetuu tenet Butr.
in c. porrecta col. 2. eod. tit. & ſequitur Feli. in c. in noſtra
col. pen. uerſ. nono nota, in c. conſtitutus coln. 6. de reſcr.
* ubi dicit hanc eſſe * communem opinionem. Et ꝙ præ-
poſituræ huiuſmodi ordinis ſint ſui natura amouibiles
cõſtat clarè per priuilegia & litteras & bullas in proceſ-
ſu productas & regiſtratas, & declarat Federi. d. conſilio
134. quę iura ex decreto iudicis ſunt habita pro recogni
tis quo ad manus notariorum & earum ſingilla. quod
decretũ tranſiuit in rem iudicatam, & ꝙ priuilegia pro-
ducta emanauerint a ſede apoſtolica ſub diuerſis ponti
ficibus apparet etiam in clauſulis derogatorijs ad dicta
priuilegia poſitis in prætenſa gratia aduerſarij, in quib.
11 ſpecialis & ſpecifica fit mentio de ipſis. ¶ Tertiò, † regu-
la Pau. reſeruatiua non capit niſi præpoſituras conuentua-
les, & ſic habentes dignitatem, ut expreſsè ſonant uerba
dictæ regu. Sed ꝑpoſitura de qua eſt quæſtio, non eſt con
uentualis, ergo nec dignitas, & ita arguit glo. approbata
per omnes in uer. conuentualẽ in cle. 2. de reſcri. ubi Car.
in 3. notab. & Bella. deciſ. Rot. 478. incip. Proceſſus, & la-
tè Fede. conſ. 132. quædam eſt canonia col. 1. & ita tenet
12 Abb. in c. niſi eſſent in ult. notab. de præb. † et ꝙ in ordi-
ne fratrum humiliatorum ſint aliquæ præpoſituræ ſine
conuentu, & dignitate, probatur in priuilegio Grego. xj.
regiſtrato in proceſſu fol. 138. tergo, & in priuilegio Six.
iiij. ſimiliter regiſtrato, ibi, ac quibuſcunque alijs præpo
ſituris huiuſmodi ẽt conuentualibus, ponderando illam
implicatiuam etiam, & iſta de qua eſt qõ in facto non ha
bet conuentum, nec aduerſarius probauit, cum ſit funda-
mentum ſuæ intentionis. l. ei qui dicit. ff. de probat. ergo
præpoſitura de qua eſt qõ non cadit ſub regula reſeruati
ua Pau. quæ reſeruat conuentuales & ſic dignitates.
¶ Quarto, aduerſarius nullum habet ius, quia in litteris
Pau. commendatur ſibi præpoſitura quatenus Hierony-
mus de Carauagio illam in commendam ad eius uitam
obtinuerit, uel ad uitam alijs commendari ꝯſueuerit, ſed
de hmõi ꝯditionibus & ſtatu, non eſt doctum per ipſum,
ergo ceſſat commenda. Nec obſt. litteræ ex aduerſo pro
ductæ ad docendum de ultimo ſtatu iſtius præpoſituræ
in perſonam Hieronymi de Carauagio, ut in proceſſu fo.
118. quia non probant aliquem ſtatum gratiæ de com-
menda facta dictæ præpoſiturę ſed de facienda dicto Hie
ronymo per D. vicarium epi Veronen. cui litterę illæ diri
guntur in euentum duarum conditionum, ſi per examen
repertus fuerit idoneus & ſi expreſsè fuerit profeſſus or-
dinem humiliatorum. Sed ꝯditiones non apparent puri-
ficatæ, nec aliqua gratia propterea dicto Hieronymo fa-
cta, ergo ceſſat commenda in perſonã D. Antonij aduer-
ſarij, cũ nec conſtet in proceſſu ꝙ præpoſitura hmõi con-
ſueuerit alijs commendari. ¶ Quintò ex alio capite gra
tia Antonij eſt nulla, qa ipſe aſſeruit Papę Paulo. iij. feli.
recor. ꝙ frater Vincentius in præpoſitura ſe intruſerat &
occupatam tenebat. Quæ aſſertio, tempore datæ dictarũ
litterarum, quæ fuit ſub die 27. Iunij, fuit ſubreptitia, fal
ſa, & impoſsibilis, quia de dicta ꝑpoſitura prius ſub die
23. dicti menſis fuerat prouiſum fratri Petro, qui tunc il-
lam poſsidebat, ſed fratri Vincentio duntaxat fuit de il-
la prouiſum de uacante per reſignationẽ dicti fratris Pe-
tri ſub die 4. Decẽbris dicti anni, qua die cœpit poſſide-
re, & ſic per quinque menſes poſt falſam aſſertionem Do.
Antonij, facta fuit prouiſio fratri Vincentio, & per eũ ade
pta poſſeſsio, ſed ſubreptio & falſa narratio in beneficia-
libus, reddit ipſo iure gratiã nullam. c. poſtulaſti, & c. ad
audientiam el ſecundo. cum ſimi. de reſcri. l. ſi quis obre-
pſerit. ff. de fal. ¶ Nec obſtant prædictis concluſis ſupra
clauſulæ decreti irritãtis, & aliæ clauſulæ derogatoriæ &
de contraria poſitæ in gratia aduerſarij, quia reſpondeo,
13 † ꝙ clauſulæ huiuſmodi non operantur effectum ſuũ niſi
in euentum conditionis ſeu cõditionum, ſub quibus gra-
tia fuit per Papam illi conceſſa, uel dummodo non ſit in
præpoſitura alterius quæſitum tempore datæ illius gra-
tiæ, ut probatur in clem. 1. in princi. de conceſſ. præb. ibi,
quia decretum huiuſmodi in euentum duntaxat prædi-
ctarum conditionum ſuum ſortitur effectum, & in c. fi. de
tranſla. præla. & ibi D. Anto. in pen. notab. Ioan. Andr. in
c. ex tuarum de aut. & uſu pal. c. fi. ubi Abb. & moder. de
præſump. Nec etiam obſtaret fratri Vincentio ſi obij-
ceretur litteris ſuæ prouiſionis ꝙ in illis non appareat de
reſignatione facta per fratrem Petrum niſi per uerba nar
ratiua R. D. collatoris. quia reſpondetur reſignationem
probari per huiuſmodi uerba duntaxat. Ita latè tenet &
probat Gemi. conſi. 103. pro reſponſione col. 3. uer. quòd
ſi uerba enunciantur, & Rot. in antiq. deciſ. 397. Nota cre
ditur, & D. Ant. in c. poſt ceſsionem col. 6. in 5. caſu de pro
ba. quod probo per aliã deciſ. Rot. in ſimili in deciſ. 423.
in no. inci. Sed retento, quæ bene probat fuiſſe de uoto o-
mnium Dñorum de Rota iudicatũ, ꝙ per litteras epi in-
ſtitutionis factæ de clerico pñtato per patronũ probari
pñtationem per ſola uerba enunciatiua epi in lr̃is ſuis.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*Laicus pro ſecta ſeu monopolio meretur puniri pœna mortis.*
*Clericus pro ſimplici furto uel homicidio, meretur ſuſpendi ab ordinibus & priuari beneficio.*
*Sed pro crimine atroci & qualificato homicidio debet degradari, & tradi curiæ ſeculari ut moriatur.*
*Socius ad occidendum hominem per aſſaſsinamentum, cauſa derobandi ad uias publicas, debet puniri pœnis. C. primi. de homicid. libro ſexto.*
*Clericus notorius cõcubinarius & adulter cum parochianis ſuis meretur pœnam perpetui exilij, & priuationis beneficij.*
*Quando delicta ſunt notoria uel aliàs confeſſata, non admittitur appellatio.*
*De pœna ſacerdotis uerſantis in delictis carnalibus, ſunt edita plura iura. 81. diſtin. per totum.*
8 *Notorietas delictorum æquiparatur ſententiæ & confeſsioni.*
*Si de delicto conſtat confeſsione uel teſtibus, ſi torqueatur, & tortus negauerit, debilitatur probatio, niſi fiat proteſtatio apud acta, quod per torturam non fiat præiudicium probationibus.*
*Et per teſtes ac confeſſionem conſtat de ſubtractione bonorum, ui ac metu facta, & de pluribus homicidijs, & de captura hominum, quibus ſuit impoſita talea, & quòd fuerit caput cohortis peditum, & quòd ſpoliauerit mercatorem tranſeuntem per uiam.*
10 *Et de pœna latronis habetur nu. 10.*
11 *Clericus qui conuerſatur cum ſceleratis & homicidiarijs, et cum huiuſmodi præſumitur talis quales ſunt eius ſocij.*
12 *Delicta commiſſa per comitiuam imputantur etiam conducenti, qui aſſiſtit armatus.*
14 *Clericus participans de rapina debet deponi & beneficio priuari.*
15 *Mala fama cauſata ex delictis, ſpecialis præualet bona famæ illius in genere, quod multipliciter probatur.*
16 *Laicus qui commiſit plura delicta de quibus non fuit punitus, ſi efficiatur clericus, poteſt puniri ab eccleſiaſtico ſuo ordinario.*
17 *Clericus delinquens extra ſuam diœceſim poteſt puniri per epiſcopum cuius ſortitur forum ratione beneficij poſt delictum, & per iudicem conſuetum, in quibus delictum fuit perpetratum.*
18 *Præſcriptio delictorum uiginti annorum iuxta l. quæ regula. C. de falſis interrumpitur per capturam delinquentis.*
19 *De iure canonico, non procedit iſta præſcriptio ciuilis, nec in inquiſitione.*
20 *Laici ſunt idonei teſtes contra clericum in criminibus, quando in loco non ſunt plures clerici.*
21 *Valent ſtatuta, quòd teſtes examinati ad inquirendum probent crimina, licèt teſtes non repetantur, citato carcerato.*
22 *Et huiuſmodi ſtatuta uigent Tridenti & Paduæ.*
23 *Nec repetuntur de iure citato carcerato in crimine aſſaſsinamenti.*
24 *Tres ſententiæ latæ ſuper nullitate proceſſus et ſententiæ Tridentinæ ſunt nullæ, ex defectu citationis.*
25 *Sententia eſt nulla diffinitiua lata non uiſis proceſſu et ſententia primæ inſtantiæ.*
26 *Sententia lata ſub conditione an ſit nulla uel ualida.*
*Vbi ponuntur exempla, aliqui tamen contra, ſed ſaluantur diſtinctione.*
27 *Sententia lata in curia Tridentina contra uicarium & alios officiales ſi ſua putant intereſſe, ſi nemo comparuit eſt nulla.*
28 *Citationes edictales in albo, cum clauſula, conſtito de nonuto acceſſu non ualent, niſi examinentur duo teſtes de non tuto acceſſu.*
29 *Et ſic requiritur aliqua cognitio præambula.*
30 *Non eſt credendum nuncio dicenti ſe carceratum, & uim paſſum a iudice citato.*
31 *Clementina prima de re iu. probibens excipi de nullitate trium ſententiarum non procedit, quando conſtat de nullitate ex proceſſu.*
32 *Sententia annullans proceſſum tollit acta ordinatoria iudicij, firma tamẽ manent inſtructoria cauſæ probantia delicta.*
33 *Vbi conſtat de delictis per confeſsionem non poteſt dari de nullitate proceſſus uel ſententia.*
34 *Bannitus qui fregit confinia banni debet ſeuerius condemnari.*
35 *Quod nullum eſt, nullum parit effectum, & de actu nullo, non eſt facienda mentio.*
36 *Carceratus aufugiens fracto carcere, incurrit pœnam mortis, ſi eſt laicus. quæ pœna in clerico eſt degradatio, & traditio curiæ ſeculari, & habetur pro confeſſo delicta ſibi imputata.*
37 *Et ſi recapiatur debet ſtatim puniri, etiam ſi eſſet innocens.*
38 *Et priuatur etiam facultate appellandi.*
39 *Subterfugiens iudicium ciuile, uarijs cauillationibus, cenſetur fouere iniuſtam cauſam.*

## CONSILIVM CCCLXVI.

FVIT formata inquiſitio in epiſcopatu Tridentino contra presbyterum Gabrielem de Cozzaleis diffamatum de multis criminibus, de quibus latè habetur in inquiſitione, & longo deſuper formato proceſſu contra eum carceratum in arce Triden. ante ſententiam de carcere aufugit ipſo fracto, & citatus poſtea perſonaliter ut compareret ad carceres, & ad ſententiam, noluit comparere, niſi per procuratorem, qui non fuit admiſſus. iuxta text. in l. penultima. §. ad crimen. ff. de pu. iu. & in c. ueniens de accu. Tandem contra eundem fugitiuũ fuit lata ſententia per R.D. Albertum de Albertis, unum de uicarijs Reuerend. ac Illuſtriſsimi epiſcopi, Cardinalis & Principis Triden. Per quam fuit perpetuo bannitus a dicta diœceſi & priuatus parochiali eccleſia Plebe nuncupata Villæ de Tignali Triden. diœceſ. quia tam per teſtes contra eum examinatos quam per confeſsionem ſuam ſpontaneam, & etiam ad torturam ſequuta ratificatione, conſtitit ipſum reum de plutibus qualificatis ſceleribus contentis in inquiſitione & ſæpius in proceſſu repetitis, & in ſentẽtia, eſt clauſula reſeruatiua, ut idem Gabriel poſsit acrius & ſeuerius puniri & caſtigari creſcente eius contumacia ſi fregerit confinia, & propter fracturam carceris cum fuga.
1 ¶ Iſte presbyter merebatur acrius & ſeuerius puniri. † Nã
fecit monopolium & ſectam hominum ſuæ factionis, ultra quinquaginta, contra commune & homines uillæ de Tignali ſuos parochianos ad ſacrarium dictæ eccleſiæ. De quo conſtat in proceſſu per plures teſtes & eius confeſsionem tanquam de delicto notorio, ubi fuerunt interfecti quatuor, unde merebatur puniri, pœna mortis ſi fuiſſet laicus. l. denunciamus. C. de his qui ad eccl. confu.
2 l. j. & ſecunda. C. de ſedi. ¶ Sed quia clericus † pro ſimplici furto uel homicidio meretur ſuſpẽdi ab ordinibus, & priuari beneficio, & detrudi in aliquo loco ad agendum perpetuam pœnitentiam. c. cum non ab homine de iudi. & capitulo tuæ, ubi notatur de pœnis. capitulo no-
3 uimus de uerborum ſignifica. † Sed pro crimine atroci & qualificato homicidio debet degradari & tradi curiæ ſeculari ut moriatur. capitulo primo de homicidio. Ita Petr. de Anchar. & Abb. in capitulo at ſi clerici columna
4 penultima, & fina. de iudic. † et quia fuit ſocius ad occidendum quendam hominem de Agunelina pro pecunia ad ſtratam publicam in loco del ponteſello, merebatur pœnas de quibus in c. 1. de homicid. lib. 6. in quo delicto probando ſufficiunt indicia & argumenta, ut probatur in d. c. 1. in fi. ut ibi not. deducit Phili. Franc. in 11. notab.
5 † ¶ Conuictus etiam fuit teſtibus, & cõfeſſus ſæpius ſpõte de delicto notorio adulterij cum tribus fœminis maritatis, quas tenuit ſucceſsiuis temporibus in domo Plebis prædictæ, dum eſſet plebanus, ex quibus ſuſcepit plures filios uiuentes. ideo pœnam exilij perpetui & priuationis beneficij meretur. ita tenet Abb. poſt alios in d. c. at ſi clerici. §. de adul. colu. 2. & 3. et de hoc ſunt iura clara in c.
6 omnes. & in c. pen. & fina. 30. quæſt. 1. † ¶ Et quia hmõi delicta erant notoria per rei euidentiam & confeſſata, nõ admittitur appellatio. c. ueſtra, ubi gl. magna. & doct. de cohabi. cleric. cap. cum ſit Romana & capitulo peruenit

de appc. cap. Romana.§.ſed ſi poſt eodem titulo lib.6.
7 ¶ † Et de pœna contra ſacerdotem in huiuſmodi deli-
ctis carnalibus, ſunt iura clara in c. ſi quis clericus & in
capitulo ſequen. incip. Romanus.81.diſtinct. Sed cum
iſte Gabriel commiſerit triplicatum adulterium, & diu
continuatum, & cum filiabus ſuis ſpiritualibus, quæ qua
litas aggrauat. capitulo fina. circa finem, de pur. ca. ubi
Abb. & cum ſit etiam ſtuprator uirginum, ut dicunt plu
res teſtes additur pœna banni arbitrio ſuperioris, & pri
uatio beneficij, ut dixi poſt Abb. ſupra. et probatur in
capitulo eos in fine. et in capitulo ſi quis ſacerdotum,
8 & in cap. ſi qui ſunt cum multis capitulis in d. diſtin. † et
quando ſunt notoria, nō eſt opus alia probatione, quia
æquiparatur ſententiæ & confeſsioni, ut legitur & nota-
tur in d. c. ueſtra, & in c. euidentia de accu. c. cum ſit Ro-
mana de appel. c. peruenit. & cap. conſuluit eo. titu. & in
cap. Romana.§. ſi autem poſt. eodem titulo libro ſexto.
Et de homicidio, cum qualitate aſſaſsinamenti ad locū
del ponteſello, cui obuenit in partem ſuam certa parua
quantitas pecuniarum ſatis conſtat per depoſitionem
primi, quarti, ſeptimi, decimitertij, & quartidecimi te-
ſtium, & per eius confeſsionem aliquando ſpontaneam,
quandoque ad torturam cum ratificatione. et licèt de
nouo tortus negauerit delictum, tamen tortura fuit re-
petita cum proteſtationibus, quòd non fieret præiudi-
cium probationibus præcedentibus per teſtes uel con-
feſsiones rei iuxta communem theoricam & practicam
9 iudiciorum. ¶ † Conſtat etiam per teſtes & confeſsio-
nem ſuam ſpontaneam de robaria & homicidio factis
in Valle Veſtini, & ad locum ſauæ, & de captura ad ſtra-
tam facta in perſonam Saluatoris de Setauro & qui fuit
caput militiæ ſeu cohortis in loco de Mus, ubi ipſe cum
nonnullis militibus & affinibus ſuis derobauit ad ſtra-
tam quendam mercatorem illac trāſeuntem, quem etiā
ſpoliauit & habuit certam pecuniam, & nonnulli ſocij
fuerunt laqueo ſuſpenſi, & niſi ipſe presbyter aufugiſſet,
10 fuiſſet ſimiliter ſuſpenſus a capitaneo dicti loci. † et con
tra derobatorem ſtratarum eſt tex. in l. j. C. quando lice.
unicui. ſi. iu. ſe. uendi. & ibi docto. et de delicto al pra
de la ſaua, contra Antoniolum uulneratum & debilita-
tum deponūt teſtes tertius quartus octauus & decimus-
quartus. et de captura Saluatoris de Setauro deponunt
decimustertius & decimusquartus teſtes, & in ſuis con-
ſtitutis uariauit, nam aliquando confeſſus eſt ſe fuiſſe
præſentem aliquando contrarium dixit, & de furto fa-
cto Antoniolo de Tramoſino deponit teſtis quartusde
cimus, cui ipſe reus oſtendit pecuniam ſubtractam ab il
lo aggreſſo, quem ipſe teſtis redarguit. Adſunt etiam te-
ſtes qui audiuerunt dictum Antoniolum cōqueri de hac
uiolentia & rapina. Et circa factum de Mus ultra con-
feſsionem adeſt unus teſtis qui deponit uidiſſe captiuū
fieri patronum domus, in qua iſte inquiſitus intende-
bat uiolare quandam mulierem nuptam in dicta domo
habitantem. ¶ Inſuper aduerten. quia per omnes te-
ſtes probatum eſt, dictum presbyterum ſolitum conuer-
ſari cum peſsimis hominibus & ſceleratis homicidia-
rijs, luſoribus, adulterinis, latronibus & huiuſmodi ge-
11 neris, † unde ſurgit indicium contra eum de delictis ſi-
bi imputatis, ut per Marſilium in ſua practica. §. expe-
dita columna finali. ¶ Addo quia iſte presbyter acceſ-
ſit cum comitiua armatorum ad eccleſiam ſanctæ Ma-
riæ de moncaſtello, cuius iſte ſceleratus erat plebanus &
12 tempore rixæ aſtabat armatus cum enſe euaginato, † ut
deponunt plures teſtes, ubi fuerunt occiſi quatuor ho-
mines. Præſumptio eſt quòd homicidia fuerint facta et
commiſſa de mandato & uoluntate ipſius, ex quo comi-
tiuam conduxit ad locum, & cum eiſdem hominibus re-
ceſsit aſſociando illos poſt delicta, tanquam caput. Ita
dicit Bald. in l. non ideo minus. C. de accu. col. fina. uerſ.
quæro an aſſocians &c. Idem Bald. & Salice. in l. j. C. de
ſeru. fugitiu. & latè traditur per Ange. & Auguſti. de Ari-
mi. in ſuo tractatu malefic. ſuper glo. in uer. dicto malo-
ficio ſemper aſtitit, & dicit Innoc. & ibi Abb. in capitu-
lo continentia de cle. per. quòd aſſocians alium ad deli-
ctum dicitur ei proteſtare opem ſi eſt armatus, maxime
quia iſte presbyter erat caput comitiuæ, unde illi impu-
tantur omnia delicta, ut tradit Anchara. in conſilio 158.
columna prima, per text. in l. quoniam. C. ad legem Iul.
de ui. et dicit Abb. in capitulo ſicut dignum. §. clericos
de homicidio, quòd clericus exhibens præſentiam ſuam
ad homicidium deponendus eſt, licèt ipſe manum non
appoſuerit, ſed alij occiderint, & efficitur irregularis,
& tradit Abb. in capitulo Petrus de homic. in ſecundo
notabili, & ibi Feli. in ſexta limitatione, nam iſte reus
dabat operam rei illicitæ, unde ſibi imputantur homi-
cidia ſecuta, quæ poterat prohibere, ut probatur in di-
cto capitulo Petrus, & in capitulo fina. de homi. in ſexto.
Et quòd iſte inquiſitus potuerit priuari beneficio pro-
pter crimina prædicta, & maiori etiam pœna puniri, eſt
dictum Innocen. in capitulo ex tuarum de purga. cano.
ubi dicit, quòd ex ſola infamia delicti enormis, clericus
* remouendus eſt. Et hanc opinionem tanquam * com-
munem poſt alios ſequitur Deci. dicto capitulo at ſi cle-
rici, columna ſecunda in quarto notabili, de iudi. et di-
13 cit Abb. in capitulo ſuper eo de rapto. † quod clericus
participās de rapina debet deponi & beneficio priuari.
¶ Supereſt reſpondere ad obiecta pro parte dicti inqui-
ſiti. Non obſtat abſolutio ſibi impartita per litteras
14 a magna pœnitentiaria emanatas, † quia, non eſt ſubla-
ta pœna quæ uenit illi imponenda in foro contentioſo,
per iudicem eccleſiaſticum ſuum ordinarium. Ita deci-
dit Abb. in capitulo ſecundo de pœni. & remi. Deci. in cō
ſilio 157. columna prima. ¶ Non obſtant dicta teſtium
pro inquiſito deponentium de bona ſama iſtius inquiſi-
15 ti. † Quia reſpondetur quòd per omnes teſtes contra eū
examinatos conſtat de mala fama, & conditione ſpecia-
li delictorum & criminum de quibus eſt inquiſitus, &
quæ ſunt probata per teſtes, & etiam ex ſua confeſsione,
quæ præualet. Ita tenet Alexand. in conſilio 73. libro pri
mo. quando loquitur de mala fama in ſpecie, ut præua-
leat bonæ famæ in genere. Idem Bald. in l. j. columna o-
ctaua. uerſic. quæ autem ſint tormenta. ff. de confeſsis. &
ita decidit in terminis. Cæpol. in conſi. 40. in quarto du-
bio. Et Roma. conſi. 167. Antonius in fine, poſt Innocen
tium in capitulo inquiſitionis in fi. & in capitulo cum o-
porteat de accuſa. dicit quòd duo teſtes ſuper infamia
in ſpecie præualēt mille teſtibus de bona fama in genere.
¶ Non obſtant conſi. Deci. 448. numero 12. Quia illud
procedit in dubio cęteris paribus, aliàs ſecus, ut per Cæ-
pol. in dicto conſilio. Præterea non obſtat dictum Bal-
di in l. fina. columna finali. C. de probatio. Cum ſimilib.
ut per Marſil. in ſua practica in §. diligenter nume. 190.
uerſic. quæro modo ubi dicunt, quòd probatio bonæ fa-
mæ tollit indicium ad torturam: quia reſpondetur illud
procedere ubi fama contraria eſſet legitimè probata per
teſtes non ſuſpectos, nec ſubornatos, & qui ueriſimilia
dicerent, ut per Barto. in l. fina. ff. de quæſtio. cum alijs,
ut per Abb. & Feli. in capitulo cum oporteat de accu. co-
lu. 8. & ultra glo. s. Sed teſtes recepti pro iſto inquiſito,
ſunt apertè falſi, & de ſubornatione ſuſpecti, quia depo-
nunt non uera nec ueriſimilia. Nam aliqui dicunt con-
tra confeſsionem ſpontaneam dicti presbyteri: dicunt
enim quòd habebat Cotam in eccleſia tempore rixæ, &
aliqui quòd non habebat enſem; cum tamen ipſe contra
rium dixerit ut in ſuis cōſtitutis. Item deponunt de pro-
prio ſenſu ſuo, & quòd nihil mali audiuerunt, quia iſta
probatio negatiua non tollit affirmatiuam de alijs teſti-
bus, & teſtis in uno falſus in omnibus eſt falſus. Ita In-
nocen. & alij in capitulo fraternitatis de hære. et Alexan.
in conſilio quadrageſimoquinto, ſecundo uolumine. &
in conſilio nonageſimoprimo, quarto uolumine. & qui
examinauit eos dixit apud acta habere illos teſtes ſuſpe-
ctos de falſo. cui eſt credendum. l. iij. in principio. ff. de
teſtibus. in uerſicu. tu magis ſcire potes. Præterea dicta
teſtium ſunt contra confeſsionem rei in multis delictis,
maximè de adulterijs & ludo, & de robaria in ualle Ve-
ſtini, & ad ſtratam, & de facto ad eccleſiam. et ad hæc eſt
not. dictum Bal. conſi. 410. colu. fin. lib. 2. ubi dicit, quòd
bona

bona fama, unicò denigratur maleficio, quicquid boni
feciſſet in mundo. Nec dictum Bald.in d.l.fina. procedit
in terminis quæſtionis noſtræ, in qua teſtes ultra nume-
rum decem deponunt de mala fama ſpecialiter ſuper præ
miſsis delictis, & ex cauſa illorum. ¶ Non obſtant alia
obiecta quòd iſte inquiſitus fuerit laicus, quando com-
miſit nonnulla de delictis ſibi imputatis, quando abegit
16 capras: quia reſpondetur, †. quòd factus poſtea cleri-
cus punitur de delictis per ſuum iudicem ordinarium,
ex quo non fuit punitus dum eſſet laicus. Ita latè pro-
bat Oldrad. in conſil.4. de for.competen. folio decimo-
quarto incip. Quòd laicus, ubi dicit ita ſæpius practica-
tum ſuo tempore, & Ana.in capitulo ad falſariorum de
crimi.fal.in fi. & Abb.in cap. fina. colum.2.de pur.ca.&
ita ſibis fuit concluſum Bononiæ in caſu occurrenti, ut
refert Ioan.Andre.& Cardi.in capitulo primo.de obli.ad
* ratio.& ibi Petr.de Anchara. in tertia opin. & eſt * com-
munis opinio.ut atteſtatur Cardi. ibi in quarta opin.
¶ Non obſtat alia defenſio pro reo, quòd ipſe delique-
rit extra diœceſim Triden. quia in facto contrarium eſt
uerius, cum delicta ſint commiſſa in diœceſi Triden. uel
in confinibus eius, excepto delicto ad locum de Mus, &
bladorum derobatio illis de ualle Leudri, ut dicunt pri-
mus, quintus, ſeptimus & octauus teſtes, & delicta facta
in confinibus poſſunt puniri per iudicem illius territo-
rij, ut plenè declarat Maria.Soci.in c.poſtulaſti in ſepti-
ma quæſt.de for.compet. ¶ Secundo reſpondetur, quòd
cum iſte reus ſortitus ſit forum Reuerendiſsimi epiſcopi
Triden. ratione dictæ plebis exiſtentis in dicta diœceſi
17 † poteſt puniri per eundem ſuum ordinarium, de omni-
bus delictis, etiam perpetratis extra diœceſim, ut eſt ca-
ſus in c.contingat de for.compe.ubi Abb.col.2.ſuper pri
ma glo.& ibi Feli.colu. 2. Idem Abb.per illum textum in
conſi.24.colu.1.& 2.lib.2. ¶ Nec obſtat allegata præ-
ſcriptio contra delicta uiginti annorum.l. querelam. C.
18 de falſis. † Quia reſpondetur quòd huiuſmodi præſcri-
ptio fuit interrupta quamprimum cœptum fuit iudiciũ
contra reum, quod fuit de anno 1539. ut conſtat ex a-
ctis. Ita tenet Bar.in l.naturaliter in fi.ff.de uſucap.& ſe-
quitur Fran.Bal.in tra.præſcri.fol.23.col.3.in fi.ſecundæ
19 quæſtionis. ¶ Secundo reſpondetur, † quòd de iure cano-
nico non procedit iſta ciuilis præſcriptio contra clericũ
diffamatum de delictis in cauſa inquiſitionis, ut in quæ-
ſtione noſtra euenit. Ita notanter tenet Abb.in c.fi.in pri
20 mo notabili de pur.cano. ¶ Non obſtat † quòd laici
nõ ſint idonei teſtes contra clericum in criminibus. c.de
cætero de teſti. quia fallit, quando non ſunt plures cleri-
ci in loco. Secundo fallit in delictis notorijs. Tertio fal-
lit in uia inquiſitionis. ita Abb.& moderni. d.c.col.pen.
21 & fina. Non obſtat † quod teſtes non fuerint repetiti
contra reum carceratum præſentem, ipſo citato, aliàs nõ
uidetur potuiſſe torqueri, ut per Marſi.in ſua practica.§.
nunc uidendum. fo.14.col.2. num.29. quia reſpondetur
hoc procedere ſi Gabriel negaſſet contenta in inquiſitio
ne: ſed cõfeſſus fuit ferè omnia delicta, maximè quæ ſuf-
ficiunt ad condemnationem banni, & priuationis bene-
22 ficij. ¶ Secundo reſpondetur, † quòd contrarium ſerua
tur Triden.& extat ibi ſtatutum.c.18.productum & regi-
ſtratum in proceſſu cum dicto unius notarij, & ita etiam
Paduæ ſeruatur ex ſtatuto, & in multis alijs locis Italiæ.
23 ¶ Tertiò reſpondetur obiectum non habere locum † in
crimine aſſaſsinamenti, ut per Feli.in d.cap.1.colum.3.in
11.notabili de homi. lib. 6. & per Marſil.in dicta practi-
ca folio 23.nume.156.& fol.48.nume. 22.23. 24.27.
Non obſtant tres ſententiæ latæ Brixiæ & Bergomi per
commiſſarios apoſtolicos, per quas annullatus fuit pro-
ceſſus & ſententia factus & lata Triden. ſuper quibus di-
ctus Gabriel fundat ſuam exceptionem ſeu defenſionẽ:
24 † quia reſpondetur quòd omnes illæ ſententiæ, ſunt nul-
læ notoriè ex actis, ex defectu citationis. nam citatus
fuit quidam uicarius ſubſtitutus Antonius de Picolis,
de cuius ſubſtitutione non conſtat. aderant enim duo
uicarij ordinarij generales, inter quos D. Osbaldus ſpe-
cialiter deputatus ad hanc cauſam, & D. Albertus de Al-
bertis qui pronunciauit ſententiam, & Osbaldus forma-
uit proceſſum, quorum neuter fuit citatus. Item fuit
canonicè contra reum proceſſum quandiu fuit in carce-
ribus, quia habuit ſuas defenſiones per eum petitas, &
poſt fugam fuit perſonaliter citatus ad ſententiam & ad
ulteriorem proceſſum, qui miſit ſuos procuratores, quos
uicarius noluit admittere, iuxta tex.in l.penult.§.ad cri-
25 men.ff.de publi.iudi. ¶ Secunda nullitas, † quia illæ ſen-
tentiæ fuerunt latæ non uiſis proceſſu & ſententia pri-
mæ inſtantiæ, per tex.in capitulo cum Bertoldus de re iu.
& ſine cauſæ cognitione, & ſic lata a iudicibus non in-
ſtructis, & ibi Abb.folio tertio, in tertia & quarta lectura
colu.3.fol.3. Idem Abb. in conſilio ultimo colu. fin.lib.
ſecundo, cum ſimilib.ut per Feli.in cap. cum uenerabilis
colum.19.uerſi.fallit tertio de exce. Et Alexand.in addi.
ad Barto.in l.prolatam.C.de ſenten. in ultima addi. ubi
in terminis hunc paſſum decidit. ¶ Confirmo prædicta
in ſimili, quia proceſſus factus etiam contra uerum con-
tumacem, ſi iudici de contumacia non cõſtaret, eſſet nul
lus.l.hæc autem.§.primo.ff.ex qui.cau. in po.ea.& ibi no
tat Bar.et idem Bar.in l.multum.ff. de cond. & demonſt.
26 ¶ Tertia nullitas quia latæ fuerunt ſub conditione. † Si
quis proceſſus uel ſententia reperiuntur, caſſo illas. ita Fe
li.in capitulo quo ad conſultationem, colum. 1.& 2.de re
iudi.ubi dat practicam ſententiandi ſub conditione, cõ-
demno te ad ſoluẽdum ſi talis probauerit te debitorem,
uel abſoluo ſi non probauerit. Ita pronunciari poterat,
Caſſo proceſſum & ſententiam, ſi apparebit de ipſorum
nullitate, aliàs approbo & confirmo, ut declarat Alexan.
in l.qui Romæ.§.Augerius columna penultima. & fin.ff.
27 de uerbo.obligatio. ¶ Quarta nullitas, † quia decretæ
fuerunt citationes generales contra uicarium & alios
officiales Triden. ſi ſua putant intereſſe, & quia nemo cõ-
paruit, non potuit ferri ſententia, ut eſt decíſ. undecima.
Bellame.circa finem. quia non comparendo, declarant
ſua non intereſſe, & talis citatio non arctat, & comparen
do dicitur actor non reus. ita Pau.in l.teſtamenta. C. de
teſtam.cum ſimilib.ut per decíſ.Neapolit.ſecundam.nu-
mero nono. et hoc morbo laborat prima ſententia Gri-
ſonij lata die 25.Septembris. 1542. Citato uicario ſub-
ſtituto cum illa conditione, & aliæ citationes & ſenten-
tiæ ſubſequentes, & cum decíſ.Belleme.tranſit Feli. in ca-
pitulo cum inter columna decima. de exce. ubi dicit ita
fuiſſe iudicatum in Rota. in una cauſa Ferrarienſi.
Quinta nullitas, quia decretæ fuerunt citationes per e-
dictum in albo uigore commiſsionum papalium cum
28 clauſula, conſtito de non tuto acceſſu, † & tunc non eſt
ſtandum relationi nuncij, ſed requiruntur ad minus duo
teſtes qui dicant quòd nullus auderet exequi citationes
in perſonas. Ita Staphi.in ſuo libello fo. 168. et Caſſad.
decíſ.2.columna prima.de do.& contum. Feli.in capitu
lo quoniam.§.porrò columna quinta.in primo & tertio
notabili.ut li.non conteſt. Et debet adhiberi ſuper hoc
29 † aliqua cognitio antequam decernatur citatio per edi-
cta. Ita Maria. in tracta. citatio. articulo 23. quæſtio. 5.
30 quæ non ſunt ſeruata in præſenti quæſtione. † Nec eſt
credendum officiali referenti ſe carceratum & nim paſ-
ſum a uicario Triden. ita Cardi.in clementina prima. q.
8.de do.& contuma.cum ſimilib.ut per Feli. in capitulo
ad petitionem columna antepenultima.de accu.ubi di-
cit, quòd non creditur nuncio referenti ſe paſſum uerba
iniurioſa a citato, & concordat Philip.in c.comparati fo
lio penultimo columna fin.uerſ.ultimo quæritur, & fol.
31 ultimo, columna prima de appe. † ¶ Non obſtat cle-
mentina prima.de re iudic.de tribus conformibus, quæ
merentur executionem, non obſtante exceptione nulli-
tatis, quia non procedit quando de nullitate conſtat ex
eodem proceſſu, & maximè ex corpore ipſarum ſenten-
tiarum ut dicit Oldrad.conſil.106. quem refert & ſequi-
tur Bart.Soci. ſuper regula 121.fallen.ſecunda.fo.19.
Confirmo per notata Feli.in c. ex parte el ſecundo, col.
quarta & quinta.in decima fallen.de offi.delega. & Bar.
in l.1.§.& parui.ff.quòd ui aut clam.& ita tenet Boniſac.
in d.clemen.antepe.nu.107. quando de nullitate conſtat
 ex cor-

ex corpore inſtrumenti, & ideo Papa ſequendo ſtylum
commiſit cognitionem & deciſionem & executionẽ ſen-
tentiæ Tridentin. R.P. nuncio apoſtolico Venetiarum, ut
habetur in commiſsione eidem directa, in qua fuit facta
mentio de illis tribus ſententijs, & de ipſarum nullitate,
de qua conſtar in proceſſu formato coram illo.
¶ Quinimmo procurator ex aduerſo conſenſit ꝙ proce-
deretur in negotio criminum per eundem R. nunciũ, co-
ram quo ipſe petijt moneri & cogi procuratorem Reue-
rendiſsimi epiſcopi Triden. ut produceret proceſſum &
ſententiam ſuper criminibus, latam & formatam, quem
& quam ipſe procurator produxit. ¶ Quod etiam appa-
ret, quia Reuerendi patres epiſcopus Papheñ. & Abb. ſan
cti Cypriani Commiſſarij apoſtolici aſsignarunt termi-
num procuratori eiuſdẽ Reuerendiſsimi epiſcopi ad pro
ducendum proceſſum & ſententiam & omnia iura cõcer
nẽtia crimina inquiſiti & condemnari, per litteras com
pulſoriales, ad effectum ut ſuper illis procedatur, & fiat
ius, & condemnatio. Qui commiſſarij in ſua commiſsio
ne habent poteſtatem cognoſcendi & iudicandi de crimi
nibus reo imputatis, non obſtantibus illis ſententijs, nul
lis ſeruatis terminis, & cętera prout habetur in commiſ-
ſione. ¶ Præterea eſt aduertendum quòd illę tres ſentẽ-
tiæ ſunt latæ tantum ſuper prætenſa nullitate proceſſus
& ſententiæ, non ſuper criminibus: immo Griſonius pri
mus iudex Brixiæ reſeruauit ius cognoſcendi ſuper deli
ctis, & talis facultas fuit etiam demandata nuncio prædi
cto, & pręfatis epiſcopo Paphen. & Abbati commiſſarijs.
32 ¶ Et per illas tres ſententias ſi fuiſſent ualidæ † ſublata
eſſent tantum omnia acta ordinatoria iudicij, & etiã ſen-
tentia bannitoria: remanſerunt tamẽ firma omnia acta
inſtructoria cauſæ probantia delicta, ut ſunt dicta teſtiũ,
inſtrumenta & confeſsiones rei, ut dicunt Innoc. Abb. &
alij in c. cauſam quæ, el primo de teſtib. ex quibus item
reus poteſt per nouam ſententiam ex delictis antiquis, &
ex nouis ſuperuenientibus condemnari, ut habetur in cõ
miſsionibus cauſæ factis & præſentatis pręfatis nuncio,
epiſcopo, & abbati, & etiam ex noua commiſsione facta
& præſentata R. Dominationi veſtræ. Et circa præten-
33 ſas nullitates eſt notandum. † quòd quando delicta ob-
iecta reo ſunt per illum cõfeſſata, ut in quæſtione noſtra
non poteſt dari de nullitate proceſſus, nec ſententiæ, ut
probatur in cap. 1. de accuſa. lib. 1. quem notant Gemin.
& Philip. col. fin. poſt Innoc. & Bart. ubi legendum, & ha-
betur per glo. & doct. in c. euidentia, de accu. ubi legitur
& notatur, quòd confeſsio & notorium æquiparantur.
quia ſufficit ſola ſententia ſine alia tela iudiciaria, reie-
ctis quibuſcunque exceptionibus, etiam nullitatis & nul
litatum, nec aliàs ſeruato iuris ordine, ut notanter per
plura probat Philip. in d. c. 1. col. fin. quæ confeſsio exclu
dit omnem appellationem ipſius rei. ¶ Hucuſque di-
xi de criminibus per reum perpetratis ante proceſſum,
& de pœnis ipſorum, & de ſententia cõtra reum promul
gata ſublatis quibuſcunque exceptionibus & oppoſitio-
nibus pro parte rei. Supereſt uidere de nouis crimini-
bus ſuperuenientibus, & de pœnis eorum, & de noua ſen
tentia ferenda contra eum, quæ ſunt reſeruata in ſenten-
tia illa Triden. in fine, & in commiſsione facta Reueren.
dom. Nuncio, & epiſcopo Papheñ. & Abbati ſancti Cy-
priani, & in ultima cõmiſsione uobis facta & pręſentata.
Nam ipſe reus fregit confinia contra tenorem ſentẽtiæ
prędictæ ut cõſtat per plura inſtrumenta producta in iu-
dicio & regiſtrata, & reproducta in uim compulſi, ex qui-
bus conſtar quòd ipſe Gabriel aduerſarius poſt ſenten-
tiam bannitoriam exiſtens in Villa Tignali, ubi eſt ſitum
beneficium, & in alijs locis diœceſis Triden. rogauit plu
34 ra inſtrumenta diuerſorum contractuum. † Quæ inſtru
menta faciunt rem notoriam ſecundum nota. in cap. ne-
ſtra. & in c. fina. de coha. cle. & muli. c. olim de uerb. ſigni.
per Bar. & Alexand. in l. j. in prin. in 1. quæſt. ff. de no. ope.
nuncia. & rem liquidam & euidentem, ut tenet Bald. in l.
quoties in ſi. C. de iudi. cum ſimil. ut per Pariſ. conſi. 10.
lib. 1. nu. 70. & 95. ¶ Nec obſtat ſi diceretur quòd inſtru
menta illa ſint celebrata per eum poſt inciſionem ſenten
tiæ bannitoriæ, quia replicatur quòd ſententiæ illæ præ-
tenſæ ſunt nullæ, pluribus rationibus & cauſis præallega
35 tis. † et quod nullum eſt, nullum parit effectum ut eſt gl.
magiſtra, & ibi latè per docto. maximè moder. in cap. ex
tenore de reſcri. Nec de actu nullo, eſt habenda conſide-
ratio, nec aliqua mentio fienda, ut ibi latè per Felin. Vnde
ſequitur quòd ipſe Gabriel ingrediendo diœceſim Tri-
dentinam, & in illa ſtando, & commorando fregit confi-
nia, & propter hoc delictum contumaciæ & inobedien-
tiæ, uenit condemnandus ſeueriori & grauiori pœna, quę
reſeruata fuit per Vicarium Tridentinũ in ſua ſententia.
¶ Secundo uenit puniendus, quia ipſe Gabriel ſentiens
ſe condemnandum fore per plures dies ante ſententiam
aufugit de carceribus, fracto carcere Tridentino. Hinc ip
ſe incurrit in pœnam mortis ſi eſſet laicus. l. j. ff. de effra.
quæ in clerico eſt degradatio & traditio curiæ ſeculari,
ſecundum Ioan. de Ana. in capitulo a nobis, colum. 2. de
apoſt. Siue uero fuga fuiſſet ſine fractura carceris, tũc au-
fugiens incurrit in pœnam delictorum pro quibus erat
36 carceratus, etiam ſi eſſet innocens, † quia habetur pro
confeſſo delicta de quibus erat inquiſitus, ſecundum Io.
de Ana. in dicto capitulo columna finali. et ita tenet Fe-
li. poſt glo. & Bart. in l. eos. ff. de cuſtod. reo. in cap. nullus
colum. 1. de præſumpt. in ſecunda fallen. & Marſil. in ſua
practica. §. diligenter fol. 17. columna quarta. nu. 46.
Et dicit Alberic. de Roſa. in d. l. eos, in primo ſummario,
quòd reus fugiens fracto carcere, ſi recapiatur prout ce-
37 nit in quæſtione noſtra † debet ſtatim puniri pœna deli-
ctorum ſibi imputatorum in pœnam fracturæ & fugæ, &
ſi eſſet innocens, per illum textum in prima parte.
38 † Et priuatur etiam facultate appellandi a ſententia con
tra eum ferenda. Ita Alberic. dicit circa finem. Nam
fugiens cenſetur confiteri delicta ſibi imputata, & æqui-
paratur ueræ confeſsioni ſecundum glo. in d. l. eos, & pro
hoc eſt text. cum glo. fina. in d. cap. nullus, ubi probatur
39 † quòd ſubterfugiens iudicium friuolis exceptionibus
& dilationibus cauillofis, cenſetur confiteri ſe iniuſtã cau
ſam fouere. Et de qua fuga cum fractura carceris, con
ſtat per uerba dictæ ſententiæ bannitoriæ, & per fidem pu
blicam & authenticam extractam de cancellaria Triden.
productam & regiſtratam apud acta coram domino Vi
cario patriarchali, & plebano ſancti Panthaleonis.
¶ Nec obſtat ſi ex aduerſo allegaretur quòd fuga cum
fractione fuit ante ſententiam, quod apparet ex actis, &
ex uerbis ſententiæ unde debebat per Reueren. do. Vica-
rium in prima inſtantia Triden. puniri de huiuſmodi fu-
ga, cum fractione: quia reſpondetur quòd pœna fugæ
cum fractione, non poterat imponi presbytero Gabrieli
abſenti. nam ſi fuiſſet tempore ſententiæ præſens in car-
cere, fuiſſet multatus pœna mortis quã merebatur ut di-
xi ſupra uel fuiſſet condemnatus ad perpetuum carcerẽ,
uel aliàs punitus præuia degradatione. A quibus pœnis
iudex qui promulgauit ſentẽtiam, abſtinuit propter ab-
ſentiam ipſius rei. Ex quibus ipſe reus uenit ſeuerius
caſtigandus, & per nouam ſententiam acrius cõdemnan-
dus, prout factum extitit per Reuer. ac Exc. D. iudicem &
commiſſarium apoſtolicum D. Hieronymum de Nigris
canonicum Pad. qui confirmauit primam ſententiam la
tam Tridenti. et ampliauit bannum etiam a ciuitate Ve-
netiarum, & in caſu fractionis confinium, damnauit eum
ad triremem per annos quinque ad remigandum, uel in
compedibus. Et ita arbitror iuris eſſe. &c.

*SVMMARIVM:*

1 *Exceptio infamiæ de facto ex delicto repellit teſtem ab initio ſi offeratur probatio incontinenti, in cauſa criminali, uel matrimonij, & quæcunque ciuili ardua.*

2 *Teſtis infamis ex delicto etiam emendatus, niſi famæ ſit reſtitutus, repellitur a teſtimonio.*

3 *Inimicitia capitalis, & ſeruitus, & excommunicatio obiecta teſti, & probata, & alia ſimilia habens eandem rationem, et probationem promptam, repellit teſtem ab initio, & ſi non admittatur bona eſt appellatio.*

Paria

*Paria ſunt offerre probationem incontinenti, uel petere breuem*
*dilationem.*
4 *Probatio grauaminis oblata cum effectu iuſtificat grauamen*
*ſeu exceptionem, & deuoluit articulum ad ſuperiorem ſi non*
*admittatur per iudicem.*
5 *Oblata probatio non iuſtificat appellationẽ in materia arbitra-*
*ria, niſi ſit de infamia ex crimine probanda ſtatim.*
6 *Et concluſio procedit re integra ſi interlocutoria eſt lata de con-*
*ſenſu partium non poteſt reuocari per iudicem ſine conſenſu am*
*borum, uel cauſa cognita.*
7 *Non poteſt reuocari interlocutoria poſt decem dies ad inſtantiã*
*partis ſed fieri debet ex officio.*
8 *Interlocutoria non poteſt reuocari re non exiſtente integra pro-*
*pter ius partis quæſitum.*
9 *Reuocatio eſt iniuſta niſi prius fuerit cognitum de iniuſtitia ip-*
*ſius.*
10 *Sufficit tacita reuocatio interlocutoria, ſicut ualet tacita inter-*
*locutoria.*
11 *Inimicitia capitalis repellit teſtem ab initio.*
12 *Exceptio criminis non repellit clericum a poſſeſſione beneficijs adi*
*piſcenda, niſi concurrat infamia ex delicto.*
13 *Exceptio de'ectus tituli, non repellit agentem poſſeſſorio adipi-*
*ſcenda, ſeu reintegranda, niſi ſit de delicto notorio inconti-*
*nenti probanda.*
14 *Regulariter exceptio criminis non repellit teſtem ab initio ſed re*
*ſeruatur tempore diſputationis.*
15 *Niſi ſit de delicto notorio & offeratur probatio incontinenti.*

## CONSILIVM CCCLXVII.

PRO parte dominæ Iuliæ de Vergerijs, nomi-
natur in teſtem pro matrimonio, Iuſtina Græ
ca examinanda in Creta per remiſſoriales.
Pro parte domini Hieronymi Stupæ rei, dan-
tur exceptiones de infamia de facto, ex notorio crimine
meretricio, & adulterio, & offert probare incontinenti, ſeu
1 infra breuem terminum per teſtes quos produxit. † quæ
exceptio probata ex toto repellit teſtem in cauſa crimina-
li, & matrimonij, & ciuili ardua, ut per Deci. poſt Barto. &
Alex. & alios quos refert in c. licet cauſam, col. 6. uerſ. ter-
tio fidei. de probati. cum ſimi. ut per Specu. in tit. de teſte
§. 1. uerſi. item quòd eſt infamis, & uerſi. item quòd eſt cõ
cubinarius, & per Mar. Soci. Iunio. conſi. 31. col. 6. nu. 23.
24. 25. 26. lib. 2. qui loquitur in cauſa matrimoniali in qua
repellitur, & Alex. conſi. 152. col. 3. 4. & 5. lib. 5. nec requi-
ritur ſententia ſuper delicto. c. ſuper eo. 1. de teſt. & ibi not.
2 † Et infamis ex delicto de facto, ét emendatus, niſi famæ
ſit reſtitutus repellitur a teſtimonio, not. in c. teſtimoniũ
de teſti. ubi latè Fel. col. 4. & 5. in 2. concluſione, cum ſimi.
ut in terminis conſul. Alex. conſ. 38. col. fi. lib. 6. Sed iſta
Iuſtina eſt talis, ergo &c. ¶ Et concordat Feli. poſt Bal.
in c. cum re col. 4. in fi. de re. in. ubi dicunt quòd iſte infa-
mis, nihil probat in cauſa ciuili ardua. Et iſte D. Hiero
nymus fuit admiſſus ad eas exceptiones probandum etiã
de cõſenſu partis aduerſæ monitæ per D. Vicarium a quo
ad uidendum iurare teſtes, & dandum interrogatoria.
qui nominauit quatuor teſtes, qui ſunt examinati, & pro-
duxit alios undecim teſtes deſcriptos in proceſſu, quos
noluit admittere ad examen, contra primam admiſſionẽ
3 illorum quatuor, ſed reſeruauit. † Qui uicarius a quo, be
ne fecit admittendo teſtes reprobatorios a principio in
crimine cum infamia notorijs, offerendo probationem
in continenti, ut tenet Inno. in c. ex parte Adæ de teſtib. &
ibi Abb. col. 7. in 1. opin. & col. 8. ubi latè. quod confirmo
infra nu. 12. & 13. Et Abb. in d. col. 7. extendit exceptio
nem de inimico capitali & de ſeruitute, & de excommuni
cato, ut repellantur a principio ad alium caſum ſimilem
de infami. de facto ex delicto publico ſi offerantur proba
tiones cum effectu ſtatim, & ita ſenſit gl. 1. in fin. in c. cum
cauſam de teſti. quæ ad hoc allegat d. c. ex parte, & ſequi-
tur ibi Io. Andre. ¶ Et dicit Abb. in d. c. ex parte colu. 8.
circa med. quòd ſi iudex non admittat hãc exceptionem
a principio, bona eſt appellatio quam interpoſuit. d. Hie-
ronymus allegãdo notorium, & obtulit probationem in-
continenti, quod ſatis eſt etiam ſi peteret dilationem bre-
uem. ita Præpo. in c. interpoſita, col. 2. qui allegat Abb.
4 in c. litteras de reſti. ſpo. per illũ tex. ¶ † Et quia a decre-
to litterarum pro examinanda Iuſtina in Creta, & a non
admiſſa oblatione de probando incontinenti per teſtes,
exceptiones, fuit appellatũ, ut dicitur in prima cauſa gra-
uaminis in fi. fol. 33. titulo fuit iuſtificata appellatio & de
uolutum articulum ad ſuperiorem, per tex. in d. c. interpo
ſita in prin. de appe. & declarat cardinalis in d. c. ex parte
poſt Lap. col. pen. & idem tenet Petr. de Anch. ibi col. pen.
ſuper ſexta oppo. poſt Io. Andr. per tex. in d. c. interpoſita,
quem ibi bene declarat Philip. in 4. notabili col. 1. & 2. &
alij ſequũtur, ut tñ deuoluat articulũ appellationis ad ſu
periorẽ ad quem, coram quo iuſtificanda erit cã grauami
nis, a principio ut prius decreuit uicarius Veronẽ. a quo.
¶ Vnde ex quo uicarius noluit perficere examẽ per ſe cœ
ptum ſuper exceptionibus criminum & infamię, exceptio
nes cenſentur probatæ, ad effectum iuſtificãdi appellatio-
nem ut deuoluat tantum, ut dixi. Ex quo ſequitur quòd
Vicarius grauauit D. Hieronymum decernẽdo litteras re-
miſſoriales pro ipſa examinanda, quia ſpectat iudici ad
quem. Quæ exceptiones probatæ, repellunt teſtem, ut ni-
hil probet in cauſa ciuili ardua, & matrimoniali, quæ eſt
talis, ut tenet gl. in c. mulieri de in. inran. Vnde, idem D.
Hieronymus offert ſe per teſtes productos & producẽdos,
probare excepta contra Iuſtinam ut repellat a principio
maximè ex quo ita arbitratus fuit ipſe Vicarius, qui admi
ſit D. Hieronymum ad probandum excepta a principio
de conſenſu partium, a quo decreto non potuit recedere
per ſecundum ſuum decretum, ut dicam ſtatim. ¶ Nec
obſtat prædictis, quòd D. Hieronymus conſenſerit decre-
to litterarum remiſſorialiũ, quòd fuit die martis. 30. Maij
iſtius anni, quia die ſequenti iuridica ſecunda Iunij, reuo-
cauit huiuſmodi confeſſionem ſeu conſenſum, ſe corrigen
do, quod potuit facere, re integra, ante acceptationem di
cti conſenſus iuxta tex. & ibi nota. in l. error. C. de iu. & fa.
5 igno. & in c. fi. de conſe. ¶ Non obſtat ſi dicatur † quòd
oblatio probationis non iuſtificat appellatione in hoc ca
ſu, cum ſit in arbitrio iudicis a quo, admittere probatio-
nes à principio in delictis, ſecundum docto. omnes in d. c.
ex parte, & ita tenet Philip. in d. c. interpoſita col. 4. in 2. 3.
& 4. fallen. quia contrarium eſt uerius, ut probat ibi Dec.
col. 2. in fi. cuius opinionem confirmo in caſu noſtro, in
quo exceptum eſt de infamia ex crimine notorio proban
da ſtatim, quod uerbum uetificatur etiam ſi petatur bre-
uis dilatio, ut tenet Præpo. in d. c. col. 3. quo caſu ceſſat ar-
bitrium, quia tunc ceſſat omnis præſumpta & malitia ex-
cipientis. c. litteras in fi. de reſti. ſpo. ſecundum Innoc. Io.
* Andr. Abb. & alios * communiter in d. c. ex parte Adæ.
¶ Tertia ratio, quia opinio Phili. procedit re integra, deſt
durante arbitrio, quod expirauit, & uſus eſt a principio
ad probandum except. infamiæ & notorij delicti, & etiã
de conſenſu partium, & produxit teſtes quatuor, & poſtea
undecim, & quatuor examinauit, unde ceſſauit arbitrium
per regulam quod ſemel placuit &c. cum iuribus allega-
tis ibi per gl. & quia intereſt D. Hieronymi non reuocari
interlocut. propter ius ſibi quæſitum, ut probaui infra,
in prima & tertia & quarta cauſæ ſeu ratione. Ex quib.
ſequitur quòd oblata probatio loco & tempore opportu
nis, iuſtificat grauamen, & appellationem, ut deuoluat iu
dici ad quem, & ſic bene appellatum & male pronuncia-
6 tum extitit. ¶ Sequitur uidere † nunquid Vicarius Vero
nen. potuerit reuocare ſuum decretum, de examinando te
ſtes ſuper exceptionibus a principio de conſenſu partium
ſine conſenſu appellantis. Abb. in c. cum ceſſante col. pe.
in uerſi quartus caſus, tenet quod nõ cum ſimi. ut ibi per
Deci. col. pen. in uerſi. tertiò fallit, per tex. in c. ſignifican-
ſe de appe. ubi Abb. in 3. notabili & ſequitur Alex. in l. ſi
iuſſit de re. iu. in uerſi. octauo fallit. & Præpo. in d. c. cum
ceſſante col. 12. in 5. fallen. Sed appellans non conſenſit
reuocationi & decreto litterarũ, immo ab eo appellauit;
ergo &c. ¶ Nec obſtat ſi dicatur quòd reuocatio primi
decreti fuit cauſa cognita, quia negatur. Nam uicarius
bene cœpit cognoſcere de iuſtitia & cauſa reuocationis
per

*namen,quia debetur pro alimentis,ſicut legitima filijs.*
14 *Canonici habent pinguius & fortius ius in fructibus ſuarum præ
bendarum, quàm ceteri prælati habentes curam & adminiſtra
tionem ſuarum eccleſiarum.*
15 *Conſuetudo excuſat epiſcopos & prælatos ab impenſa reparan-
dæ eccleſiæ ſi eccleſiæ eſt prouiſum de redditibus ſufficientibus
ad fabricam,aliàs non.*
16 *Numquid obeſt cardinali Piſano epiſcopo Paduano exceptio litis
finitæ pacti de non petendo.*
17 *Sub uerbo,uniuerſo clero ciuitatis & diœceſis Paduanæ ueniunt
omnes clerici minores & maiores,& in dignitate conſtituti, in
eccleſia Paduana.*
18 *Appellatione beneficiorum ueniunt prębēdę canonicales & alia
quæcunque beneficia maiora & minora.*
19 *In iure,ſeu re,competenti pluribus iure ſingulari proprij patri-
monij,pactum uniuerſitatis non prodeſt nec nocet ſingulis,ſe-
cus ſi competat iure eccleſiæ.*

## CONSILIVM CCCLXVIII.

IN propoſita materia eccleſiæ Paduanæ in
qua nō adeſt ↄſuetudo, nec aliqua alia diſpoſi
tio particularis,q̄ diſponat, q̄s teneat ad fabri
cā ſeu reparationē, de qua eſt q̄ſtio inter Re-
uer.& illuſtriſsimū Cardinalem perpetuū dictæ eccleſiæ
adminiſtratorem, & R.patres dominos capitulum & ca-
nonicos eiuſdem eccleſiæ, quæritur quis teneatur ad hu-
iuſmodi onus & expenſam,an præfatus Cardinalis ſolus,
uel capitulum & canonici,& alij clerici in dicta eccleſia
beneficiati,uel potius Cardinalis inſimul cum canonicis
& clericis pro rata,& portione ſuorum redditũum. Secū-
do utrum Cardinalis poſsit iuuari,& releuari ab huiuſmo
di impenſa ex conſuetudine. Tertio dato quòd domini
canonici tenerentur contribuere: nunquid iuuentur pa-
cto de non petendo, contra præfatum cardinalem, quod
eſt commune cum ipſis clericis. ¶ Redemptoris noſtri
inuocato ſuffragio,a quo cuncta recta procedunt conſilia
& oculi iudicantium reſpiciunt ueritatem: Circa pri-
1 mum † prima facie uidebatur dicendum Reuerendos do
minos capitulum & canonicos teneri ad huiuſmodi onus
& impenſam,quia ipſi tenent & poſsident & adminiſtrāt
introitus & redditus deputatos ſacriſtiæ dictæ eccleſiæ,
qui redditus uidentur deputati ad fabricam dictæ eccle-
ſiæ.ut cauetur ſtatuto eiuſdem ſub rubrica de officio ſa-
criſtiæ;quòd ſacriſta teneatur expendere de illis redditi-
bus pro luminaribus olei,& cereis,& candelis,& pro pa-
ramentis,& ſalarijs nonnullorum miniſtrorum, & pro a-
ptandis ianuis,& feneſtris & ſarta tecta reficere,& pro re-
fectione canonicæ,& pluribus ſimilibus: nec non ad ne-
ceſſariam reparationē dictæ eccleſiæ,ex quo uidetur pro-
uiſum de neceſſaria expēſa & portione deputata ad fabri
cam,ergo ab illis qui percipiunt huiuſmodi portionem,
debet eccleſia reparari c.unio 10.q.3. in princ. c. decreui
* mus.10.q.1. inno. gl. & ita tenent docto. * communiter
in c.1.& in c.de his de eccle.ædifi. & in c.fi. de his qu.fi.a
ma.par.ca.& Abb.in d.c.1.ſuper gl.2.ponderat illam in
2 fi.& concludit,ut † primo recurratur ad quartam deputa
tam fabricæ eccleſiæ ceſſante alia conſuetudine,& ſubdit
infraſcripta uerba,nam uidemus hodie,quod communi-
ter eccleſiæ præcipuè cathædrales,habent redditus diſtin
ctos pro fabrica aliqua ſpeciali prouiſione,& tunc dicit,
quòd prælatus eccleſiæ non tenetur dare quartam par-
tē ſuorum redditũum, quia in hoc ualet conſuetudo, ex
quo eccleſia non patitur defectum in fabrica. Secundo
3 ad idem † nam nedum canonici,ſed omnes clerici, qui
poſsident beneficia.in dicta eccleſia uidentur obligati ꝑ
rata ſuorum redditũum contribuere cum epiſcopo ſeu re
ctore eccleſiæ ad tecta eccleſiæ reſtaurāda, uel ipſas eccle
ſias emendandas,ut probatur in d.c.1.ex concilio Magon
tino,ſub Inno.iij. Nam ubi eſt emolumentum ibi debet
eſſe onus.l.una.§.pro ſecundo in fi.uerſi.ſi nec talis. C.de
cadu.tollen.regu.qui ſentit de reg.iu.& probatur in d. c.
de his.qui enim percipiunt fructus ut faciunt cononici &
alij clerici,tenentur ad ſarta tecta l. eum ad quem. C. de
uſufru.l.j.ff.eo.tit.& iſta ratione mouetur gl. & D. Ant.in
d.c.1. ¶ Ex quibus uidebatur poſſe concludi,ut ſoli ca-
nonici tenerentur ad totalem impenſam, uel quòd ſi red
ditus ſacriſtiæ non ſufficiunt pro huiuſmodi fabrica im-
minenti, ſaltē ad illam tenerētur domini canonici,& alij
clerici inſimul contribuere uſque ad perfectionem operis
cum ipſo Reuerendiſsimo domino cardinali. ¶ Quibus
tamen non obſtantibus,contrarium de iure arbitror eſſe
4 uerius † quod ſolus cardinalis teneatur ad integram im-
penſam totius fabricæ imminētis, ultra ducatos quinque
millia quos canonici & clerici ſponte obtulerunt cardi-
dinali,& non canonici,nec alij clerici dictæ eccleſiæ, niſi
in uno caſu,de quo inferius dicam. & moueor authorita
te gl.1.in fin.in d.c. Vnio, cum qua pertranſeunt omnes
5 docto.ibi & in alijs locis præallegatis † quæ concludit, q
ſi epiſcopus partem deputatam fabricæ recepit, quòd de
bet eccleſiam reparare,quia iſta portio tranſit cum ſuo
onere,nec poterit ſubterfugere expenſam huiuſmodi,etiā
ſi uellet reſtituere huiuſmodi portionem, & grauare cleri
cos reparatione,tempore quo eccleſia indiget. ſed in con
cilio Tolletano, de quo in d.c.unio, fuit comprobatum
id quod antiqui canones decreuerant, ut epiſcopus ultra
portionem ſuam de redditibus eccleſiæ haberet etiā quar
tam partem pro fabrica ſuæ eccleſiæ cuius perceptio obli
gat ipſum ad fabricā huiuſmodi,ut probatur ēt in c. qua-
tuor,& in c.de redditibus & in c.cognouimus.12.q.2. ubi
Gelaſius & Simplicius & Grego. Ro.Pōt.poſt canones an
tiquos,& cōciliū Tolle.grauarūt epiſcopos ſolos ad onus
fabricæ ſuæ eccleſiæ reparandæ, propter perceptionem
6 huiuſmodi quartæ ad id deputatæ,† qui tenetur ad fabri-
cam,nedum de fructibus dictæ quartæ tunc tempore fa-
bricæ faciendæ percipiendis,ſed etiam de præteritis,red-
ditibus perceptis,etiam de his quæ obuenient in futurū.
Ita dicitur ad litteram in d.c.cognouimus,qui in fine ad-
ducit hanc rationem, incongruum namque eſſet, unam
eandemque eccleſiæ ſubſtātiam,duplici iure cenſeri.Hinc
dicit gl.2.in d.c.unio approbata per omnes, q epiſcopus
non poteſt in ſuos uſus conuertere hanc quartam pro fa-
brica,pro tempore quo eccleſia nō eget reparatione, quia
ipſe tenetur illos redditus reſeruare ad tempus, quo epi-
ſcopalis eccleſia maiori indigebit reparatione per text.
quem allegat in c.uobis.12. q.2. circa finē, ubi expreſsè
probatur, quod epiſcopus tenetur cuſtodire ſeu deponere
redditus iſtius quartę, apud fidum cuſtodem, expenden-
dos,poſtmodum quando maior emerſerit fabrica facien
da,ut illi ſint ſubſidio per diligentiam temporis decurſi:
& iudicio meo,ibi,uidetur caſus qui decidit quæſtionem
noſtram contra epiſcopum,ut ſolus teneatur ad onus fa-
bricæ huiuſmodi,ſi ipſe prætendit illam eſſe neceſſariam,
ex quo per tot annos recepit,exegit ac imburſauit tot in-
troitus de quarta introituū ſui epiſcopatus eidem ad hoc
onus fabricæ de iure ſpectantes, & debitos, qui abinde
ſufficiunt ad opus huiuſmodi etiam ducatorum uiginti
7 millia perficiendum. Nec excuſari poteſt † ſi dicat, ſe non
percepiſſe huiuſmodi quartā, ſed alijs exigendam conſi-
gnaſſe & ceſsiſſe ad effectum ut tenerentur fabricæ repa-
rādæ ut dicit tex.in d.c.unio,quia illi hoc dicenti incum-
bit onus probandi.l. ei qui dicit. ff. de proba. cum etiam
pręſumptio iuris ſit contra ipſum, quòd illos receperit,ut
probatur in præallegatis iuribus,quæ loquuntur de quar
ta epiſcopo debita,& ad hoc eſt dictum Hoſti. in ſumma,
de eccle.ædifi.§.1.io fi.ubi dicit,quòd ad fabricam eccle
ſiæ reparandum,tenetur quicunque ſit qui percepit quar
tam fabricæ quondam a ſanctis patribus deputatam,nul
la obſtante præſcriptione,uel conſuetudine, quando non
eſt prouiſum per conſuetudinem uel alium modum, quis
teneatur ad onus fabricæ huiuſmodi imminentis.
¶ Nec obſtat id quod ex aduerſo pro parte cardinalis di
cebatur,quòd canonici & clerici dictę eccleſię habent tot
introitus & forſan plures, quæ habeat cardinalis, uolen-
do forte ex hoc inferre,quòd epiſcopus illius tēporis, cui
fuit aſsignata quarta pars de redditibus epiſcopatus,ca-
nonicis & alijs clericis dictæ eccleſiæ iuxta tex.in d.c.qua
tuor,cum ſimi.non retinuit ſibi quartam partem pro fa-
brica,

brica,quod quidem eſt abſurdum dicere, ex quo retinuit portionem ſuam, & illam pro pauperibus ut eſt notoriũ ex facto, quia eleemoſyna in eccleſia Paduana obſeruatur, cum etiam illa quarta pro fabrica epiſcopo ſimiliter de iure deberetur, ergo retenta præſumitur, cum non appareat alijs aſsignata, cum etiam nemo præſumatur iactare ſuum.l.cum de indebitè.ff.de prob.c.ſuper hoc de renun. ¶ Nec obſt. ꝙ hodie redditus epiſcopi & canonicorũ, & aliorum clericorum ſint quaſi æquales, quia iſta ratio nõ infert ad intentionem partis aduerſę, etiam quia redditus
8 uariantur tempore, & induſtria hominum † quorum ualor conſideratur tempore quo de ipſis redditibus per epiſcopum illius temporis quo fuerunt factæ quatuor partes & eorum quarta fuit conſignata dominis canonicis & clericis dictæ eccleſiæ. ut probatur in dictis iuribus. ¶ Non obſtant contraria ſupra allegata, & primo quòd ſacriſtia eccleſiæ Paduanę habeat certos redditus ꝓ fabrica ex ſpeciali prouiſione ſtatuti & obſeruantiæ longæuæ, quia ad hoc pluribus modis reſpondetur. Et primo negando redditus ſacriſtiæ fuiſſe deputatos & ordinatos pro fabrica dictæ eccleſiæ reparanda, ſaltem imminenti, aſcendenti ad ſummã ad minus ultra quindecim mille ducatos, ſed pro expenſis minutis occurentibus de anno in annum & de menſe in menſem ut ſupra dictum eſt referendo ſtatutum: & ita ſemper fuit obſeruatum ex benignitate, & munificẽtia D. canonicorum, qui aliàs dictæ ſacriſtiæ uniuerunt quandam eorum decimam, alias applicatam eorum mẽſæ capitulari, & certos fructus & redditus omnium beneficiorum primi anni omnium clericorum dictæ eccleſiæ. quomodocunque ſibi collatorum: qui etiam domini canonici, totum ſuperabundans de redditibus dictæ ſacriſtiæ, uſque modo, & etiam per quatuor annos proximè ſuturos, detractis tamen prius neceſſarijs dictæ eccleſiæ ſingulis diebus occurentibus, eidem fabricæ libenti animo applicarunt; ita quòd de redditibus dictæ ſacriſtiæ, nulla amplius poteſt eſſe quæſtio. ¶ Secundo reſpondetur ex prædictis, quòd portio ſacriſtiæ ſuperabundans, dictæ fabricæ applicata, uix ad ducatos tres mille aſcẽdẽs, nõ ſufficit pro opere imminẽti ducator. quindecimmillium uel forſan uiginti, ut de ſe notum eſt, & conſtat ex actis capitularibus, & partes ipſæ fatentur: & propterea cardinalis petijt à dominis canonicis maiorem ſummam de redditibus ſuarum præbendarum. Vnde poteſt meritò dici, quòd ad ſabricam de qua eſt quæſtio, non reperitur aliqua diſpoſitio ſpecialis in dicta eccleſia nec portio aſsignata fabricæ quæ illi poſsit adaptari, ut etiã præſupponit excell. conſulior Bononien. cum paria ſint nõ eſſe, uel inutile ad caſum de quo eſt quæſtio. ca. inter corporalia de transla. epiſcopi. cum ſimi. ut ibi in gl. & latius per Iaſ. in l. man-
9 datum. ff. de offic. eius. Sed certi iuris eſt † quòd quando deficit conſuetudo in eccleſia quæ prouideat fabricæ uel portio aſsignata illi non ſufficiat. quòd tunc epiſcopus tenetur ſolus ad integram expenſam ratione dictæ quartæ per epiſcopum perceptæ, & pro fabrica per canones aſsignatas. Ita tenent Henri. Boic. D. Anto. Abb. & alij in d.c. 1. & in d.c. de his, & Gemi. ubi latè diſtinguit in ca. ſi propter de reſcript. lib. 6. col. 2. ſuper illo paſſu, ubi loquuntur de portione aſsignata pro ſabrica, quæ non ſufficit, quã quam concluſionem latè probaui ſupra in prima rõne ꝯ cardinalem per iura ibi allegata in d. ca. quatuor. & in c. de redditib. & in c. cognouimus, & in c. uobis in fi. & poſt gl. primam & ſecũdam in d.c. unio. Hinc dicit Abb. & alij ſequuntur in d.c. 1. quòd ſi portio aſsignata pro fabrica non ſufficit ad illam perficiendam, conſuetudo non excuſat epiſcopum, ex quo eccleſia patitur deſectum in fabrica, ut etiam ſtatim dicam in ſecundo dubio. ¶ Si uero quarta pars quæ competit epiſcopo pro ſabrica non ſuffi
10 ceret ad opus imminens reparationis: † tunc in defectũ deficientis canonici & alij clerici dictæ eccleſiæ tenentur cum epiſcopo pro rata & portione ſuorum beneficiorũ, ſi redditus eis ſuperſint, ut commode poſsint contribuere pro opere neceſſario, & non aliter, de hoc eſt gl. in d. ca. 1. de eccle. ædifi. in fi. quæ hoc expreſſe dicit, limitando ſeu reſtringẽdo illum tex. qui generaliter grauat clericos habentes beneficia in eccleſia reparanda, quam gl. ibi refert & ſequitur Abb. poſt medium in uerſ. ſi uero quarta pars non ſufficit, nec conſuetudo aliter diſponit, tunc recurrendum eſt ad clericos eccleſiæ per illum tex. & in cap. de his eo. tit. ubi Abb. idẽ tenet circa fi. ſuper gl. 3. in fi. poſt Inno. ubi expreſſe dicit, quod ſi non ſufficit portio aſsignata pro fabrica, tenentur clerici de portione ſuorum redditum impartiri. idem tenet Henri. in d.c. 1. col. 2. qui dicit, quòd in talem deſectum, tenentur clerici cum rectore contribuere, & eſt de mente omnium doctorum ibi. Hanc opi. tenent Gemi. & D. Præpo. in d.c. quatuor col. 2. uerſi. ſi uero quarta pars non ſufficit, nec conſuetudo aliter diſponit, tunc recurrendum eſt ad clericos eccleſiæ. & allegant tex. cum ibi nota. in d. ca. 1. & per hæc ſit reſponſum ad tex. in d.c. 1. cum ſimi. ſuper quo Reuerendiſsimus car
* dinalis facit fundamentum, per ſuam gl. * cõmuniter approbatã. Et quòd ultra prædicta, poſt gl. illam & comm. opinionem teneatur epiſcopus per prius, & principaliter de redditibus quartæ partis fabricæ, & canonici & alij clerici duntaxat in deſectum dictæ quartæ, oſtendo pluribus rationibus: quia epiſcopus eſt caput & ſponſus eccleſiæ ſuæ habẽs curam & adminiſtrationem eiuſdem, canonici uero, & alij clerici dictæ eccleſiæ ſunt ſimpliciter & perſonaliter beneficiati, & carent cura & adminiſtratione dictę
* eccleſiæ ut tenet gl. magna uulgata tamen & * communiter approbata in c. præſenti de offic. ord. lib. 6. unde ſicut ſponſus carnalis tenetur ſuæ ſponſæ de neceſſarijs prouidere. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſummo, cum ibi nota. ff. ſolu. ma. ita & ſponſus ſpiritualis. argumento c. inter corporalia de transla. epiſcopi. ¶ Secundo quia de hoc eſt tex. in d.c. uobis. in fi. 12. q. 2. qui grauat epiſcopũ quando imminet ſeu emerſerit maior ſabrica facienda, quem etiam ſupra induxi. quod confirmo; quia ſi canonici de bonis ſuis deputatis ſacriſtiæ, per annos centum & ultra, ſoli, ſine epiſcopo repararunt & ſuſtinuerunt pondus expẽſarum neceſſariarũ in dicta eccleſia circa luminaria & alia ſimilia ſecundum uires redditum dictæ ſacriſtiæ, ut eſt notoriũ, & ſuperabundans applicarunt fabricæ huiuſmodi: ergo iuſtum & honeſtum eſt ut epiſcopus poſt centum annos, ut ita dicam debeat teneri ſolus ad hac fabricam maiorem, modo imminentem, maximè ex quo cardinalis nihil unquam expendit, pro beneficio dictæ eccleſię & per tot annos ultra uigintiquinque percepit quartam deputatam fabricæ quæ ſingulis annis aſcendit forſan ad ducatos duosmille. Tertio, quia cardinalis tenetur ad fabricam ex diſpoſitione concilij, & ex decreto plurimorum Ro. Pont. & ſanctorum patrum ut dixi, ſed canonici ad illam non tenentur, niſi ex ſtatuto epiſcopi, cum conſenſu maioris partis capituli, firmato per text. in d.c. fin. qui eſt unicus in iure, qui loquatur de canonicis in mate-
11 ria huiuſmodi ſabricæ. † & ratio quare in d.c. fi. requiratur conſenſus capituli, adducitur per Abbatem in c. relatum el 2. de teſta. in 4. nota. ubi dicit, quòd canonicis datæ fuerunt præbẽdæ ex bonis communibus capituli principaliter, ut inde ſumant neceſſaria, non autem ut ſint adminiſtratores eccleſiæ. ideo ſi aliqua remanent canonicis ultra præbẽdam, debent cedere capitulo, cuius bona ſunt præbendarum, ut illa adminiſtret. cum ergo interſit capitulo ꝙ bona canonicorũ, ſalua ſint, & per capitulum adminiſtrentur oportet quòd capituli cõſenſus interueniat in applicatiuo introituũ canonicorũ. ut dicitur in d.c. fi. Sed canonici ſingulariter & capitulariter omnes, (uno de cano. & alio canonico excepto) contradixerunt huiuſmodi reparationi, bonis rationibus ut patet in actibus capitularibus, & inter alias dixerunt, hanc fabricam eſſe uoluntariam, & ad ornamentum, & quod Card. ſolus ad illam tenetur propter quartam per eum perceptam, quam etiam cardinalis confeſſus fuit ut conſtat in dictis actis, & quia ipſi non tenentur niſi in defectũ dictæ quartæ, cui etiam cardinali in iſto caſu obſtat pactum de non petendo, ut dicam in ultimo dubio: ergo ſequitur, quòd nulla lex, nec diſpoſitio illos aſtringit ad hoc onus, ceſſante diſpoſitione d.c. fi. ex quo facio concluſionem, quod canonici de iure, non tenentur ad contributionem niſi in defe-
ctum

ctum quartæ,& tunc cum decreto uel ſtatuto epiſcopi cũ
cõſenſu maioris partis capituli,ut probatur in d.c.ſi.qui
deficit,& ita expreſſè tenet Henri.Boic.in d.c.1.in ſua di-
ſtin.in uerſi.aut non ſufficit. dicit enim iſta formalia uer
ba,quòd aut non ſufficit quarta pars aſsignata pro fabri
ca.& tunc retor,& beneficiati,ſecundum quòd percipiũt,
conferre debent. ut ibi,& in d.c.de his,& ſecundum Bar.
& Hoſti.in d.c.& in ſumma eo.tit.§.1.in quo caſu, ſtatur
diſpoſitioni epiſcopi,& ma.par.cap.& alle.tex.in d.c.fin.
requiritur tertio,quod fabrica ſit neceſſaria, & probatur
in d.c.de his,& in d.c.ſi.ubi Abb.& alij not. illa iura.
12 ¶Quarto † quia quarta pars quæ eſt deputata pro cano
nicis & clericis,illis debetur integra,ut ad litteram pro-
batur in d.c.quatuor, circa medium, & illis debetur pro
alimentis ut dicit Abb.in d.c.relatum in 4.nota.unde ſe-
13 quitur † quòd iſta portio non recipit diminutionem,nec
grauamen aliquod,ſicut dicitur de legitima debita filijs.
l.quoniam cum ſimi.C.de inoff.teſta.niſi ex cauſa legiti-
ma,ſtatuta aliter diſponant, diminuendo uel alterando
legitimam: ſic in q.noſtra,portio iſta aſsignata canonicis
non debet poſſe alterari nec grauari niſi ex cauſa pro fa-
brica neceſſaria,& in defectum quartæ aſsignatæ epiſco-
po pro fabrica ut dicit gl.illa in d.c.1. ¶Quinto ad præ
14 dicta facit. † quia canonici habẽt pinguius & fortius ius
in fructibus ſuarum præbendarum,quia in uita & in mor
te ſunt uſufructuarij,unde poſſunt de illis liberè teſtari ut
* tenet illa gl.magiſtra * cõmuniter approbata in d.c.præ-
ſenti,epiſcopus uero & cæteri præfati habentes curam &
adminiſtrationem ſuarum eccleſiarum, habent ius debi-
lius & minorem auctoritatem in redditibus ſuarum ec-
cleſiarum,patet, quia cum incipiunt infirmari perdunt
uſumfructum,& fiunt uſuarij tantum,unde de fructibus,
non poſſunt teſtari ſine auctoritate Papæ, unde ſequitur
quòd bona & fructus epiſcopi & aliorum prælatorum,
ſunt magis obnoxij fabricæ ſuarum eccleſiarum. ¶Vlti
mo ad idem adduco textum in c.requiſiſti.§. ſi. de teſta.
ubi dicitur & not.per Abb.& alios, quòd nec epiſcopus,
nec eccleſia ſua,habet aliquod ius nec diſpoſitionem de
redditibus præbendarum ſuorum canonicorum,& aliorũ
quæ relicta ſunt canonicis à conſanguineis uel extraneis,
quia cenſetur relicta illis non intuitu eccleſiæ,ſed perſo-
narum ipſorum canonicorum, ex quo ſunt ſimpliciter &
perſonaliter beneficiati. ¶Ex quibus puto ſufficienter
eſſe reſponſum ad contraria,& ex dictis in primo dubio
ſit concluſio,quòd redditus ſacriſtiæ ex pluribus non li-
berant cardinalẽ ab huiuſmodi expenſa fabricæ, nec tex.
in d.c.1.cum ſimi.facit pro cardinali,niſi in defectũ quar
tæ ſibi aſsignatæ pro fabrica,quia in talem caſum teneren
tur canonici & clerici pro rata ſuorum beneficiorum con
tribuere inſimul cum cardinali . & ſi oriretur dubium,nũ
quid cardinalis ſit ſoluendo,tunc canonici offerunt ſe fa-
cere legitimam diſcuſsionem iuxta auth. de fideiuſſo.§.1.
colla.1.& in auth.præſente cum ſua materia. C. de fidein.
15 ¶Circa ſecundum dubium † nunquid Reuerendiſsimus
Cardinalis poſsit aliquo modo excuſari ab impenſa hu-
iuſmodi prætextu conſuetudinis allegatæ per Abb.& do-
cto.in d.c.1.ubi dicunt,quòd de generali conſuetudine,
epiſcopi non tenentur ad onera fabricæ ſuarum eccleſia-
rum propter perceptionem quartæ prædictæ, ex quo ſecũ
* dum Abb.& alios* communiter,eccleſiæ.cathedrales ,p-
uiderunt ſufficienter de redditibus & fructibus beneficio
rum,uel aliquo alio modo pro fabrica eccleſiarum,ita ut
non patiantur ; quo caſu tolleratur conſuetudo ;& hoc
de plano fatendum eſt,quando portio pro fabrica ſigna-
ta ſufficit ; & ita doctores loquuntur, ſecus ſi portio hu-
iuſmodi non ſufficit,prout eſt caſus noſter,in quo nec per
conſuetudinem,nec per aliquam aliam ſpecialem proui-
ſionem fuit prouiſum de portione ſufficienti , ad fabricã
modo imminentẽ,quo caſu docto.præallegati,max.Abb.
& D.Ant.Henri.& cæt.damnant conſuetudinem, tanquã
irrationabilẽ,quia tendit in damnum eccleſiarum.c.1. &
c.ſi.de conſue. Nec iuuat aliqua præſcriptio, ex quo car-
dinalis cum mala fide percepit fructus huiuſmodi quar-
tæ,ſciens illos eſſe obligatos ad fabricam,& eccleſiæ non
eſſe ſufficienter prouiſum.c.ſi.de præſcri. & hanc conſue-
tudinem damnat expreſſe tex.in d.c.quatuor.& in d. c.co
16 gnouimus. ¶Capio tertium,& ultimum dubium † nun
quid obſtet cardinali exceptio litis finitæ,pacti de nõ pe
tendo aliquid ultra ducatos duomille ex cauſa dictæ fa-
bricæ ab uniuerſo clero ciuitatis & diœceſis Paduanæ, &
ab omnibus beneficiatis, & hoc præſuppoſito caſu, quòd
canonici & alij clerici in defectum quartæ, tenerentur pro
rata ſuorum beneficiorum,iux .tex.cum ſua glo.in d. c.1.
Et prima facie uidetur poſſe dici,quod huiuſmodi pactũ,
non proſit dominis canonicis nec alijs clericis, conſide-
rando ipſos ſingulariter ſingulos,& non iure uniuerſita-
* tis,per * comm.doctri.Bar.& aliorum in l. quod ſicut.§.
1.ff.quod cuius.uni.no.ubi tenent,quòd pactum factum
cum uniuerſitate,non prodeſt nec nocet ſingulis de uni-
uerſitate,ſed cardinalis poſt pactum huiuſmodi, petijt à
ſingulis canonicis & clericis maiorem ſummam pecunia
rum pro huiuſmodi fabrica ſuper redditibus præbenda-
rum ſuarum ergo &c. Secundo ad idem,quia pactum hu
iuſmodi fuit factum cum uniuerſo clero Paduano, ergo
non prodeſt nec nocet capitulo D. canonicorum, maxi-
me quia tempore pacti,nulla fuit facta mentio de eccle-
ſia cathedrali,nec de canonicis ſeu capitulo eiuſdẽ, ergo
canonici nõ ueniunt in pacto,maximè in materia huiuſ-
modi fabricæ,quæ uidetur ſtricti iuris : quo fit ut appel-
latione cleri uel clericorum,non comprehendantur cano
nici cum dicant clerici primi gradus iux.notata per Abb.
& alios in rubrica.de ui.& hone.cle.& in c.3. de præb.
¶Quibus tamen non obſtantibus cõtrarium in ſubiecta
materia quæſtionis noſtræ puto uerius.quod probo,quia
ut conſtat in actis capitularibus ſub die.5.Ianuarij.1547.
fo.1.& ſub die.7.eiuſdem menſis fo.3.ubi cõgregati erat
Reuerendi canonici,& capitulum,& tota ſapientia , & ca-
pita clericorum dictæ eccleſiæ, & totius ciuitatis & diœ-
ceſis in ſynodo : tunc cardinalis ſponte uniuerſo clero, &
omnibus beneficiatis ciuitatis & diœceſis promiſit , ali-
quid ultra dictos ducatos duo mille, a præfatis uniuerſo
clero,& omnibus beneficiatis,ratione dictæ fabricæ,ullo
unquam tempore petere uelle,& ita de conſenſu omnium
fuit poſita pars & Balotata & obtenta,ut patet in actis di
ctorum dierum. Quod quidem pactum acceptatum per
dominos canonicos & totum clerum legitime congrega-
tum,perimit in totum intentionem cardinalis agentis , &
ſupplicantis ſummo pontifici cum ſuis procuratoribus
ad agendum conſtitutis, cum ſit exceptio litis finitæ c.1.
de li.conte.lib.6.iunct.gl.1.& in uerſi. finita , quæ dicunt
& probant,quòd reſcriptum impetratum , ad inſtantiam
illius qui fecit huiuſmodi pactum,ipſo tacito eſt nullum,
quia princeps non intendit lites ſopitas per pactum per
ſua reſcripta ſuſcitare.l.cauſas.C.de tranſa.l.ſi. C. ſenten.
reſci.non poſſ.unde infero quod cardinalis nullum com-
modum debet conſequi ex reſcripto Papæ R.D.V.præſen
tato,in quo tacuit exceptionem peremptoriam litis fini-
tæ competere præfatis d.canonicis & clericis cum huiuſ-
modi reſcriptum emanauerit prout de iure. ¶Nec iu-
uatur cardinalis ſi dicat , quòd pactum huiuſmodi non
fuit factum cum capitulo nec cum canonicis,ſed cũ uni-
uerſo clero,quia contrarium apparet ex actis capitulari-
bus,maximè diei ſeptimi Ianuarij, ubi aderant omnes ca
nonici in ſynodo etiam capitulariter congregati , & cum
ipſis & alijs clericis , cardinalis egit omnia , & ipſis fecit
oblationẽ & pactũ,de aliqd ulterius perpetuo nõ petẽdo
ex cã dictę fabricę & ita expreſſè ꝓfitet idẽ cardinalis egi
ſſe cũ capitulo dictæ ſuæ eccłiæ in reſcripto uobis facto
& præſentato circa principiũ,& ẽt in actis capitularibus
in ſua ſcriptura regiſtrata in d.proceſſu fol.15. quando di
cit,quòd pactum factum cum uniuerſitate , non prodeſt,
nec nocet ſingulis de illa . ¶Nec contra pactum huiuſ-
modi poteſt opponi defectus intẽtionis Cardinalis, quia
eidem obſtat geminatũ pactum, quod eſt efficax , ac ſi
fuiſſet iuramẽto uallatũ auth.ſiue a me.C.ad uelle. iunct.
c. cum contingat de iure iuran.Nam & qui bis ex inter-
uallo facit actum,non poteſt ab illo diſcedere , ex quo in
illo præſumitur deliberata intentio l.ſi mulier.la 1. C. ad
Velleia.

Velleia. Hinc eſt quòd interlocutoria bis confirmata, facta eſt irrenocabilis ſecundum gl. in clem. fi. in uerſ. ſuper ea in fi. de appe. ¶ Confirmo prædicta, quia Card. ſub dictis diebus. 5. & 7. Ianuarij egit omnia, inter quæ fecit pactum cum uniuerſo clero ciuitatis & diœceſis Paduanæ.
17 † Sub quo uerbo ueniunt omnes clerici minores & maiores etiam in dignitate conſtituti tam ſeculares quàm regulares c. ſi ſententia in princ. de ſenten. excom. lib. 6. ubi Gemi. in 1. nota. & col. 2. dicit, quòd deciſio illius tex. procedit in quacunque alia diſpoſitione, & ſecũdum proprietatem uerbi cleri, ut probatur in c. cum ſibi de uerb. ſigni. ubi ſub uerbo clericorum ueniunt ẽt canonici, ubi eſt caſus nota. & ita latè probat Deci. in c. 2. col. 2. & 3. de præben. cum ſimi. ut per Feli. in c. non dubium de ſen. exco. Amplio hoc dictum commune, ut procedat etiam ſi uerbum iſtud clericorum ponatur in priuilegio exemptionis ut comprehendãtur etiam canonici licèt exemptio ſit in præiudicium ordinariæ iuriſdictionis. Rurſus ad idem
* adduco doctri. Abb. * communiter approbatam, in rubrica de ui. & hone. cle. ubi latè probat, quòd appellatione cleri, in materia communi, non ſtricta, nec odioſa ueniunt etiã canonici & alij clerici, exceptis laicis, per multa quæ allegat. & eſt tex. de hoc in c. 1. de præben. ibi, ut nullus de clero, uel populo. ¶ Stringo hoc argumentum quia in actis capitularibus diei. 7. Ianuarij fol. 3. fit mentio de omnibus clericis beneficiatis ciuitatis & diœceſis
18 Paduanæ † ſed appellatione beneficiorum, ueniunt præbendæ canonicales, & alia quæcunque beneficia maiora & minora. caſus eſt in c. pen. de uerb. ſigni. ¶ Nec aduerſatur concluſioni prædictæ deciſio illius. c. in quo uidetur contineri materia fauorabilis: quia dupliciter reſpõdetur, & primo quòd ille tex. loquitur in gratia Papæ quę tendit in præiudicium tertij, cui debentur beneficia, ut ibi patet. ¶ Secundo reſpondetur quia in q. noſtra, uerſatur etiam materia fauorabilis ſiue conſideretur defenſio dominorum canonicorum & aliorum clericorũ, qui reſtrinxerunt ſe ad ius commune, ſi tenentur ad onus dictæ fabricæ, quo caſu materia eſt fauorabilis, ſecundum gl. uulgatam in uer. numerandum. c. 2. de præb. lib. 6. ſiue conſideretur perſona cardinalis cum ſuo pacto & oblatione, quæ tendit ad liberandum dictos D. canonicos & alios clericos; ergo fauorabilis, c. cum dilecti de dona. l. maiorem cum ſua gl. ff. de pact. ¶ Nec obſt. illud, quod pro parte Card. dicitur. quòd pactum huiuſmodi concernit capitulum & canonicos uti uniuerſitatẽ, nõ uti ſingulos, & propterea, quòd ſibi non nocet, nec prodeſt canonicis, quin poſt pactum huiuſmodi poſſit petere ab eiſdem tanquam ſingulis maiorem ſummam pecuniarum ratione præbendarum ſuarum; quia reſpondetur dupliciter primo quia ipſemet cardinalis in actis capitularibus. fo. 42. in fi. & 43. in prin. dicit iſta formalia uerba; ui diceſſemo, & de nouo per ſempre ui dicemo, che anchora che domandeſſemo al capitulo intendeuamo non come da capitulo, ma come da canonici ſingulari, e præbendati in eſſa chieſa e da tutti li altri beneficiati inſieme. Ex quibus uerbis clarè demonſtratur, quòd Card. egit cum capitulo, & uniuerſitate, & canonicis, & alijs clericis, tãquam cum ſingulis, & ſuper iure eiſdem uti ſingulis competenti, iure tamen eccleſię & tunc cum eiſdem fecit pactum & oblationem, ſub die 5. & 7. Ianuarij. ¶ Secũdo reſpondet per tex. ſingu. in materia in d. c. fin. de his qu. fi. à ma. par. per quẽ limitatur doctrina Bar. in d. l. quod ſicut. ff. quod cuiuſ. uni. nom. & doctorum in c. cum omnes de conſtit.
19. qua cauetur † quòd in iure ſeu re competenti pluribus in re ſingulari, proprij patrimonij, pactum uniuerſitatis non prodeſt nec nocet ſingulis ſecus ſi competat ſingulis iure tamen eccleſiæ; quia tunc factum ab uniuerſitate ſuper re & iure illo prodeſt & nocet ſingulis. Ita notanter per illum tex. limitat Abb. in d. c. fi. in 4. nota. & in d. cap. cum omnes col. 4. in uerſi. item procedit dictum gl. ubi ponit exemplum in præbendis, quæ competunt ſingulis canonicis, non ut collegium: tamen competunt ſibi iura eccleſiæ quia ſuper illis poteſt maior pars capituli ſtatuere etiã ad præiudicium ſingulorum quãdo diſponunt ſuper redditibus ſuperfluis. Sed Card. egit & pactum fecit cum canonicis & alijs clericis, ſuper iure & rebus ſpectantibus canonicis, & clericis, tanquam ſingulis iure tamen eccleſiæ; ergo pactum illud prodeſt ſingulis canonicis & clericis per illum tex. non obſt. doctri. Bart. & * communis in d. c. cum omnes, quia Bar. & Abb. & alij loquuntur de iure ſingulari competẽti pluribus, ut ſingulis ratione proprij patrimonij, ſecus iure eccleſiæ. Ex alio etiam pactum Card. prodeſt ſingulis canonicis & clericis, quia factum fuit ad liberandum illos a maiori & ulteriori ſumma pecuniarum in caſu quo tenerentur iuxta gl. & doctr. doctorum in d. c. t. quod quidem pactum factum a ma. pa. uel ab uno. ut in q. noſtra. prodeſt ſingulis de uniuerſitate ut probatur in l. maiore iunct. gl. magna. ff. de pact. & in l. fi. C. qu. bo. ec. poſſ. & ita limitatur Abb. reg. & doctr. Bar. in d. c. cum omnes col. 4. in fi. uerſi. item fallit fauore libera-
* tionis, & ſequuntur doct. * communiter. ¶ Vnde ex prædictis infertur quòd exceptio pacti de non petendo, competit canonicis & clericis, tanquam ſingulis, cum quibus Card. fecit pactum & a quibus modo Card. petit maiorẽ ſummam pecuniarum ſuper redditibus ſuarum præbendarum & beneficiorum, ſuper quibus ſinguli prætendunt ius iure tamen eccleſiæ, cui obſtat huiuſmodi exceptio pacti & litis finitæ.

## SVMMARIVM.

1 *Quando nulla extat conſuetudo ad quos ſpectet onus fabricæ eccleſiæ cathedralis & fructus pro ipſa deſtinati non ſufficiunt: nunquid teneatur epiſcopus & canonici, ad illam.*
*Et nunquid hodie fiat diuiſio quartarum ſecundum antiquos canones nu. eo.*
2 *Res tranſit ad eccleſiam cum onere ſuo, ad reparationem eccleſiæ.*
*Et utrum & quando ſolus epiſcopus cogat canonicos reparare eccleſiam de fructibus ſuperfluis nu. eod.*
3 *In actibus obligatorijs, ubi de intentione conſtat uerba non attendantur.*
4 *Epiſcopus non tenetur ex pacto, quando illud eſſet præiudiciale ſuæ eccleſiæ.*
5 *Epiſcopus ſeu alius prælatus non poteſt præiudicare eccleſiæ ſuæ in iuribus eccleſiæ acquiſitis, ſecus in acquirendis. & nu. 6.*
7 *Pactum de non petendo habet uim renunciationis & donationis, quam prælatus non poteſt facere in præiudicium eccleſiæ.*

## CONSILIVM CCCLXIX.

DVBIA propoſita per R. D. iudices in materia fabricæ eccleſiæ Paduanæ: tangendo breuiter articulos principales & magis neceſſarios uidetur in effectu, quod R. D. canonici, & beneficiati eccleſiæ Paduan. teneantur ſimul cum Reuerendiſſimo domino car. ad contributionem pro fabrica, deſignata & iam inchoata perficienda, non obſtante deducto pacto eiuſdem domini cardinalis de quo in proceſſu, rationibus & fundamentis de quibus infra. Primo namque, ſtante quòd circa dictam fabricam in eccleſia Paduana (ut in facto ſupponitur) nulla extat conſuetudo, & redditus ſi qui ſunt ad illam deſtinati pro perficienda chori ſtructura de qua nunc agitur non ſufficiunt: uera uide-
1 tur eſſe concluſio † quod tam domini canonici & beneficiati, quàm D. cardinalis ſupplere teneantur. hoc autem demonſtratur ſic, illud conſiderando, quod hodie in eccleſijs cathedralibus communiter non fit diuiſio quartarum prout antiqui canones diſponebant, de quo in c. nobis cum ſeqentibus, uſque ad c. ſancimus 12. q. 2. quod cauſatur ex eo, quòd inter epiſcopus & capitula, diſtincti fuerunt redditus & prouentus, qui tempore dictorum canonum, deferebantur omnes ad ſuos epiſcopos & prælatos, per ipſos poſtmodum in illas quatuor partes diſtribuendi. uax. not. per Hoſt. in c. fi. de his qu. a ma. par. & Io. Andre. in c. ſi propter, de reſcri. lib. 6. & per Abb. in c. 1. de eccle. ędi. quæ quidem diſtinctio bonorum & redditũum, de iure intelligi debet facta cum honoribus & oneribus ſuis,

ſuis, & ideo, attento maximè quòd in terminis noſtris,
D. canonici uberiorem portionem habuerunt, & habent
quam ipſe cardinalis, uidetur dicendum quòd ad ratam
quartæ debitam, pro ſabrica teneantur ſicut & ipſe cardi
5 nalis, ad ſuam ratam obligatus exiſtit: † Res enim tranſit
cū onere ſuo, ut notat Archid. & Io. And. in c. 1. de immu.
ecc. lib. 6. & copioſè per Alex. in conſi. 178. in cauſa, col. 5.
lib. 2. & de hoc uidetur eſſe clara deciſ. Io. Andr. in d. ca. ſi
propter. ubi ad literam dicit, quòd quando bona eccleſię
non ſunt diuiſa per quartas, epiſcopus & capitulum reci-
piunt partem ſabricæ deputatam per canones, de neceſsi-
tate ergo ſequitur, quòd illam ad fabricam, pro rata ero-
gare tenent. c. cognouimus. 12. q. 2. quæ quarta ut inquit
ibi Io. And. ſi non ſufficit, tenentur epiſcopus & canonici,
de his quæ ſibi ſuperſunt ſabricam perficere. Hoc idem
uoluit Hoſt. in d. c. ſi. de his qu. ſi. ubi determinat, quòd di
ſpoſitio illius tex. non procedat, quando non ſeparatur
quarta, pro ſabrica iuxta antiquos canones debita ſed to
tum eſt diſtinctum, inter prælatos & canonicos, ita quod
ille, & hi, ſciunt quid & quantum, & ubi percipere debent
quod ubique ferè eſt. quo caſu etiam ſi omnes canonici,
contradicerent compelli poſſunt, ut pro rata fructuum &
redditum ſuorum onus ſabricæ ſentiant. & ſupradictas
deciſiones & theoricas ſequitur Gemi. in d. c. ſi propter,
ubi eas declarando expreſsè tenet, quòd ſi portio deputa-
ta pro ſabrica non ſufficit: tunc epiſcopus & canonici,
deducto tamen ne egeant contribuere tenentur. & cum
Gemi. loquatur iux. diſtin. Io. Andre. ſine dubio intellexit
de quarta antiqua, ad quam ceſſante cōſuetudine, uoluit
coniunctim teneri epiſcopum & canonicos ut ſupra. & ſi
nō ſufficeret, uult quòd de ſuperfluo idem epiſcopus & ca
nonici, ad reliquum teneantur, antequam aliorum benefi
cia grauentur. in primis enim ubi non extat conſuetudo,
& certi redditus pro fabrica, non ſunt deſtinati, certum
eſt, quòd quarta pars à ſantis patribus ſabricæ deputata,
ab eo debetur, quicunque ſit, qui eam percipiat: nullā ob-
ſtante præſcriptione, uel conſuetudine, prout ad litteram
inquit Hoſtiē. in ſumma de eccle. ædifi. Sed in caſu noſtro
quarta hæc, uigore dictæ diuiſionis, bonorum & redditū
inter epiſcopum & canonicos factæ apud eoſdem æquali
ter reperitur per dicta ſupra, & in hoc concordat Pau. de
Cita. in ſuo tract. de iu. pa. artic. ultimo, & conſonat Abb.
in d. c. ſi. in quantum tenet, quòd epiſcopus ſolus, quo ad
ſuperflua poteſt cogere canonicos, cū tales fructus ſuper
abundantes ſi quarta non ſufficiat, fabricæ debeantur.
Et ideo declarat ipſe tex. illum procedere quando canoni
ci detracta eorum commoditate, non haberent quid ſu-
perfluum, quod conferrent, niſi reſtringerent parcè uiuen
do. Ex illis itaque ſic deductis & declaratis, ceſſare uiden
tur, ſi bene inſpiciatur allegata in contrarium per tot ex-
cellentes D. aduocatos & conſultores, dum præſuppouūt,
quòd quarta antiquitus inducta, nunc etiam poſt dictam
diuiſionem, penes epiſcopum, tota & integra indiſtincte
reperiatur, cum tamen in præſenti caſu ut ſupra demōſtra
tum fuit procedere non uideatur. Unde reſtat concluden
dum quod de iure domini canonici, modo quo ſupra te-
nentur ad præſentem contributionem, attento maximè
quòd tractatur de conſtruendo choro, in eccleſia commu
ni cum epiſcopo, ad eorum continuum uſum. propter q̄
ſuccedit diſpoſitio tex. in d. c. 1. & c. de his, de eccle. ædi. ſu
per qua fundatur. & quia etiam canonici, dicuntur mem-
bra epiſcopi, & in ſimul unum corpus efficiūt. c. nouit de
his qu. ſi. à pre. ideoque conſonum eſſe uidetur, quòd in
actionibus ſuis conueniant cum capite, ut habetur in c.
edoceri de reſcri. & in c. cum non liceat de præſcri. & cum
in præſenti caſu tractetur de opere tam pio & laudabili, &
neceſſario, in laudem ſummi dei, cultus diuini augumen-
tum, nobiliſsimæ ciuitatis decus, & tam canonicorum q̄
Card. honorem maximum, uidetur omni iuri & rationi
conſonum, quòd promptioribus animis, pro eorum &
nobilitate & grauitate ad iſtam fabricam perficiendam
contribuere debeant, ſaltem de ſuperabundantibus, quæ de
iure cum bona conſcientia non poſſunt D. canonici, ſibi
applicare, ſed in utilitatem eccleſiæ conuertere tenentur,
& præcipuè ad illius fabricam; & notat Abb. in d. c. ſi. &
in c. cum omnes col. 3. de conſti. & eſt tex. clarus 15. q. 1. §.
ſi. & de qua materia habetur copioſè per Soci. in conſ. 3 a.
ex his col. 2. lib. 1. ¶ Deueniendo modo ad alium articulū
non minus neceſſarium de pacto R. D. Cardinalis dupli-
cato, de non petendo ulterius, ratione dictæ fabricę facto
in Synodo & repetito in clero Patauino, circa eius impor
tantiam & effectum, hinc inde multa per præſtantiſsimos
D. Aduocatos & conſulentes deducuntur: uidetur quòd
R. D. canonici, ex eo ſe iuuare non poſsint, duplici funda-
mento, propter defectum uoluntatis, & poteſtatis: & quo
ad primum, ſi bene cōſideretur ſeries & forma propoſitio
nis ſuæ factæ in utraque uniuerſitate, manifeſte colligi ui
detur, quòd ſuæ finalis intentionis & propoſiti fuerit, ab
omnibus diœceſis ſuæ beneficiatis ſummam petitam duo
rum millium ducatorum, principaliter conſequendi, licèt
in conſequentiam canonici concurrant pro rata, prout ēt
ipſe cardinalis, concurrere noluit. quod tamen attendi
non debet ad not. in c. inſuper de teſt. & per Alex. in conſ.
210. & Viſo col. 5. uol. 5. Hoc enim primo inferunt uerba
ſua, quibus uſus eſt erga Synodum & clerum, quæ ſunt ma
gis rogantis quam pręcipientis, ideoque ex mente ſua ad
eos tantum principaliter referri debent, qui ad contribu-
tionem iſtam compelli non poterant, nec modo poſſunt,
præter canonicos & beneficiatos in eccleſia maiori, qui
clerici dictæ diœceſis; clarum quòd de præſenti ad con-
tribuendum non tenentur, nec ad id cogi poſſent, niſi in
defectum quartæ & ſuperabundantium epiſcopi & capi-
tuli; ut concorditer doctores in locis ſupra allegatis. &
ideo ut eos facilius ad hoc alliceret caritatiuū ſubſidiuū
remiſsit, & ulterius pro dicta ſabrica, ſe non grauaturum
promiſit. quod profectò conſulto, uidetur feciſſe, ueluti
qui bene ſciebat, quòd ad dictam fabricam complen-
dam, ſatis ſuperque ſufficiebat quarta canonica, per ſe ac
capitulum ſuum eroganda cum ſuperfluis etiam ueſupra
quatenus opus eſſet, ideoque ad ſui & ipſius capituli exo
nerationem & commodum contributionem dictorū duo
rum millium ducatorum artificioſè ab ipſo clero procu-
raſſe uidetur abſque eo quòd uoluerit & intēderit, aliquo
modo canonicos in dicto pacto, comprehēdere, cum pr-
ſupponeret, quòd de iure, pro dicta ſabrica, ipſi ſecum ad
quartam primum deinde ad ſuperflua tenerentur, nec po-
tuiſſe uel poſſe ad id, reliquum cleri compellere per ſu-
pradicta, & uerba ad unum effectum prolata, non debent
ad diuerſum trahi, l. legata inutiliter. ff. de lega. præſtan.
Pariſ. in conſi. 78. concluſiue col. 5. uol. 3. Secundo hoc
apertiſsime colligitur, ex forma etiam propoſitionis fa-
ctæ in Synodo, in quātum ipſe R. Car. expoſuit, quod pro
dicta ſabrica perficienda expenderentur pluſquā decem
millia ducat. & tum ipſe pro parte ſua obtulit tantū duos
mille. unde clarum eſt quod per tale pactum & promiſsio
nem, non intendebat ſuſcipere onus ſupplendi, tam no. a-
bilem & exceſsiuam quantitatem, quæ deficiebat & defi-
cit: cum enim ſe reſtrinxerit ad duos mille apertiſsime
declarauit, quòd uolebat, & non uult ultra teneri: incluſio
5 namque unius excludit alterum, l. cum prætor. ff. de iud.
& limitata cauſa, limitatum producit effectum l. in agris.
ff. de aquir. rer. dom. & actus agentium non operantur,
ultra intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. l. oblig. ſub-
ſtan. ff. de action. & oblation. Pariſ. in conſi. 308. ad reſo-
lutionem col. 1. uol. 4. ¶ Nec obſtare uidetur quòd pactū
huiuſmodi cum clero factum prodeſſe debet & canonicis
& capitulo, tanquam in eo comprehenſis, nam reſponde
3 tur † quòd in actibus obligatorijs. ubi de intentione con
ſtat. uerba non attenduntur. l. iij. C. de liberis præt. Bat. in
l. communi. §. qui maximos. ff. de publicanis. Alex. in cōſ.
68. Viſis colu. 5. uol. ultimo de intentione autem domini
cardinalis in contrarium conſtat ex diuerſitate rationis,
attento, quòd ipſe prætendebat & prætendit, quòd de
iure canonico, ſecum in primis teneantur ad fabricam
& non cęteri clerici extra eccleſia maiorem beneficiati,
ut ſupra. ideo non intendit ſub nomine uniuerſali illos ab
hoc onere liberare uoluiſſe; ſeparabilium enim, ſepara-
biles ſunt cauſæ. l. age. cum Gemi. C. de tranſa. & ex ſepa-
ratis

ratis non infertur.l.cum actum.ff.de nego.geſt.Alexan.in
conſi.48.circa col.7.uol.4.& propter diuerſitatem ratio-
nis ſuper pluribus in generalitate contentis,inæqualis de
terminatio fieri debet.l.3.ff.de offi.conſul. & eſt limitatio
Io.de Imo.ad regulam in l.Caius.ff.ſol.matr.prout refert
& ſequitur Soci.in conſi.91.Viſis col.7.uol.2. & uerba li-
cet generalia deſeruire debent menti & intentioni profe-
rentis,& non e contra.c.intelligentiam & c.præterea ex-
tra de uerbo.ſigni.l.cum pater.§.dulciſsimis,& ibi Bar.ff.
de lega.2.& ita intelligendum eſſe uidetur ne ſub auctori
tate ſtricti iuris pernitioſè erretur prout inquit Pau. iure-
conſultus in l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de uerbo. obliga.&
Alex.in conſi.210.Et niſo col.3.uol.2. ¶ Tertio quòd do
mini canonici ex dicto pacto iuuari non poſsint uidet ex
alio conſtare,quoniam pactum de non petendo in l.ultra
operatur,quàm uerba inferant . neque enim dici poteſt,
quòd per hoc uoluerit ſe Card.obligare ad reliquum ex-
pēſarum , quod importabit ultra ducatos quinque mille,
cum ad duo mille tātum ſe reſtrinxerit , & in obligatorijs
actibus caſus omiſſus habetur pro omiſſo , nec aliqua fit
extenſio.l.quicquid aſtringendę.ff.de uerb.oblig.Alex.in
conſi.339.conſideratis col.pe. uol.2.& in conſi.188.pon-
deratis col.2.eo.uol.neq; præſumitur quis noluiſſe, quod
non dixit ſi quidem illud expreſsiſſet.ca. inter corporalia
de translat.prælatorum.& Alex.in d.conſi.188. colu.3. &
Soci.in conſi.10.quamuis col.1.uol.1. ex quibus conclu-
ſio hæc , ſequi uidetur , quòd uigore dicti pacti, D.Card.
non tenetur ultra dicta duo millia ducatorum per ſe pro-
miſſa. ¶ Neque D.canonici (ſi de iure tenentur contri-
buere) poſſunt ſe tueri ex dicto pacto contra Card. nomi
4 ne eccleſiæ petentem, quoniam dicit † quòd tanquā præ
iudiciale,& damnoſum dictæ eccleſiæ inualidum fuit , &
a iure penitus reprobatum,& ſic cardinalis etiam ſi cano
nicos & capitulum comprehēdere uoluiſſet, id ex defectu
poteſtatis facere non potuiſſet,iure refraganti,l. nemo po.
teſt.ff.de lega.1.attento quòd prælatus eſt ſimplex admi-
niſtrator bonorum ſuæ eccleſiæ. & uſuario comparatur,
ad not.in c.fi.de off.or. lib.6.& per Soci.latiſsimè in con.
32.ex his col.2.& 3.uolu.1. & bona omnia tam ad ſuam
menſam & adminiſtrationem quàm ad capitulum & ca-
nonicos pertinentia ſint eccleſiæ . ut per Hoſti.& Abb. in
d.c.fi.de his qu.fi.&c.quæ quo ad quartam partem ſem-
per affecta exiſtunt,& debentur fabricæ.& in ea ſunt ero-
ganda.tex.eſt clarus,in c.cognouimus.10.q.2.& in c.expe
dit ea.can.q.1.ideoque per pactum de non petendo ſi re-
feratur ad capitulum & canonicos & effectum habeat li-
berationis , certum eſt quòd non potuit præiudicare ec-
cleſiæ neque iuri ſibi ad dictam quartam competenti ra-
tione fabricæ,cum ad eam à ſanctis Patribus ſit deſtina-
ta.d.c.cognouimus iunctis alijs præcedentibus, & ſequen
5 tibus de hac materia tractantibus. † prælatus enim non
poteſt renunciare iuribus eccleſiæ competentibus ut per
Ioan.Andr.In c.2.de dona.& Innoc.in c.1. de depo. Alex.
conſi.174.opportunè col.4. lib.2. neque conſuetudini in
fauorem eccleſiæ introductæ renunciari poteſt , etiam ꝙ
multos actus contrarios fecerit etiam quòd conſenſus ca
pituli accederet,Inno.in c.accedentibus de priui.Alexan.
plenè in conſi.5.Si uera,col.ultima lib.5. Et non mirum
6 † quoniam in iurib. eccleſiæ quæſitis non poteſt quicquā
facere quod ſibi præiudicium afferatur,ut per Fed. in cōſ.
9.caſus talis eſt,& per Alex.in l.legatum.ff.de leg.1. Dec.
7 in conſi.624.copioſè col.fi. † & pactum de non petendo
habet uim renunciationis & donationis , quam prælatus
facere non poteſt in præiudicium eccleſiæ.ut copioſè per
Soci.in conſi.91.Viſa col.3.lib.1. & Rui.in conſi.104. ca-
ſus.colu.2.ubi multa accumulat lib.4.cum ſimi.Qua pro-
pter uidetur ex præmiſsis omnibus concludi poſſe quòd
non obſtante dicto pacto tanquam nullo , uel capitulum
ex aperta intentione Cardinalis non comprehendente di-
ctos D.canonicos & beneficiatos,de iure teneri ad contri
buendum pro dicta fabrica partem antiquæ quartæ, quæ
in portione bonorum, menſe capituli applicatorum in-
corporata uidetur . Et quatenus dicta pars,ſimul cū alia
parte quam percipit cardinalis,in portione ſua,non ſuffi-
ceret pro cōſummatione operis,obligatos eſſe ſimul cum
R.D.Cardinali ad ſupplendam de ſuperabundanti reddi-
tuum ſuorum ut ſupra deductum fuit.Et hæc ſunt quæ pro
nunc rem dubiam faciunt .

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopo ſpectat quarta pars redditu ū ſuæ eccleſiæ pro fabrica ,*
*cuius portionis eſt adminiſtrator .*
2 *Quæ concluſio non procedit ſi epiſcopus tradiderit quartam alijs*
*exigendam & illis ceſſerit illius adminiſtrationem,quia exacto*
*res tenebuntur ad reparationem .*
3 *Valida eſt conſuetudo, quòd epiſcopus lucri faciat fructus dictæ*
*quartæ ſi conſuetudine uel ſtatuto , fuerit prouiſum fabricæ ec-*
*cleſiæ .*
4 *Prædeceſſores epiſcopi Paduani & modernus,præſumuntur iu-*
*re diuiſionis poſſediſſe dictam quartam,& redditus illius exe-*
*giſſe & in ſuos uſus conuertiſſe,& conſequenter teneri ad repa*
*randam eccleſiam .*
5 *Si dubitatur de ueritate partitarum alicuius libri: Si una parti-*
*ta uerificetur,omnes aliæ cenſentur approbatæ.*
6 *Quando ſcriptura in uno puncto ſeu paſſu reperitur falſa, præſu-*
*mitur etiam in alijs ſimilis .*
7 *Epiſcopus non excuſatur quin teneatur dare eleemoſynā paupe-*
*ribus,ratione quartæ illis debitæ,licèt redditus ſuæ eccleſiæ nō*
*ſint diuiſi per quartas, ſed poſſeſſa in confuſo .*
*Quod dictum procedit etiam ad caſum quartæ pro fabrica depu-*
*tatæ ſi quarta poſsideatur per epiſcopum etiā non diuiſa cum*
*alijs bonis .*
8 *Redditus ſacriſtiæ eccleſiæ Paduanæ prouenerunt aliunde , fa-*
*cto & induſtria D.canonicorum , & non de portione bonorum*
*epiſcopi .*
9 *Eccleſia Paduana quæ nunc reperitur fuit ædificata, per Henri-*
*cum quartum anno 1100.*
10 *Vſque ad quæ tempora ſeruata fuit in epiſcopatibus diuiſio quar*
*tarum .*
11 *Quo tempore Ioan. Andre. obijt Bononiæ,infectus peſte de an-*
*no 1348.*
12 *Reuerendi canonici Paduani inſimul cum clericis dictæ eccleſiæ*
*habent maiores redditus quàm epiſcopus .*
13 *Hodie communiter non fit diuiſio quartarum in eccleſijs , quia*
*communiter cathedrales habent redditus ſufficientes, & diſtin*
*ctos pro fabrica.*
14 *Pactum de non petendo geminatum factum per Card. non ad-*
*mittit defectum intentionis paciſcentis, ſed ſtandum eſt illi ex*
*proprietate uerborum.*
15 *In materia fauorabili non receditur à proprietate uerborum ,*
*etiam ſi noceat epiſcopo .*
16 *Cardinalis Piſan epiſcopus Pad.per pactum de non petendo ul*
*teriorem ſummam a toto clero,præiudicauit ſibi duntaxat , &*
*ideo ualuit .*

CONSILIVM . CCCLXX.

PRO reſolutione dubiorum primi articuli po
1 no infraſcriptas concluſiones. † Prima ſit con
cluſio,quòd epiſcopo ſpectat quarta pars red
dituum ſuæ eccleſiæ pro reparatione fabricæ
cuius portionis eſt adminiſtrator & gubernator & cuſtos
pro eccleſia reparanda quando opus fuerit , prout aliàs
fuit deciſum,in nono conci. Tolle.c.5.& 6.regiſtrato in c.
unio.10.q.3.in prin.& ibi gl.1.& 2.quæ dicunt,quòd epi-
ſcopus tenetur conſeruare fructus dictæ quartæ , quando
eccleſia indigebit maiori reparatione & fabrica ſumptuo
ſa,ut utar uerbis Io.Andr.in c.ſi propter col.1.de reſcript.
lib.6.per tex.in c.uobis circa fi.12.q.2. ¶ Quæ concluſio
non procedit ſi epiſcopus tradiderit quartam alijs exigē-
2 dam,& illis ceſſerit illius adminiſtrationem † quia exacto
res tenebuntur ad reparationem, ſub cura tamen epiſco-
pi,ut probatur in d.c.unio in prin.in uerſi.ſi uero.ſed hāc
ceſsionem factam fuiſſe.D.canonicis per prędeceſſores , uel
modernum epiſcopum,non conſtat,de qua tamen conſta
re debet,cum ſit quid extrinſecum.l.quęcunque.§.fi. ff. de
publi.notatur per gl.& Bar.in l.ſciendum.ff.de uer.oblig.
& quia

& quia canoniei, qui habent præſumptionem iuris pro
ſe contra epiſcopum, transferunt in eum onus proban-
di, l.generaliter.§. ſi petitum, in fi.ff.de fideic. liber. cap.
fin.in fine. de iure iuran. Ad idem eſt text.in d.capitulo
uobis circa finem ibi, Fabricis uero quartam, quæ com-
petit ad ordinationem Pontificis, & in capitulo conceſ-
ſo circa finem, ea.cau.& quæſt.ibi, Fabricis tertiam epi-
ſcopus habeat, & quartam pauperibus erogandam, qua
rum rationem diuino eſt redditurus examini, & tex.in di
cto capitulo quatuor ibi, quia neſas eſt, ſi talis ædibus
deſtitutis in lucrum ſuum conuertat epiſcopus, & Augu.
in capitulo mos eſt ead. cau. & quæſt. ibi, quia epiſcopo
præcepta ſedis apoſtolicæ tradit, ut ipſe quartam por-
tionem ſuorum reddituum pro ſua eccleſia reparanda
aſsignet. Ex quibus iuribus probatur concluſio con-
tra epiſcopum, quòd ipſe teneatur ad reparationem de
introitibus dictæ quartæ, quam præſumitur poſsidere,
& illius fructus exigere, niſi ipſe probauerit exactio-
nem dictæ quartæ Reueren.dom.canonicis, uel alijs ceſ-
ſiſſe. Rurſus comprobo concluſionem per doctrinam
omnium doctorum in dicto capitulo primo de eccleſ.
3 ædific.& in dicto capitulo ſi propter, ubi uolunt † uali-
dam eſſe conſuetudinem, quòd epiſcopus lucriſaciat fru
ctus dictæ quartæ, ſi conſuetudine uel ſtatuto ſufficien-
ter fuerit prouiſum fabricæ eccleſiæ. quod non eſſet ue-
rum ſi epiſcopus non haberet ius exigendi & retinendi
fructus dictæ quartæ, quia alienum poſsideret cum ma-
la fide, qua ſtante, nulla conſuetudine iuuaretur. capitu-
lo fina.de præſcrip.reg.poſſeſſor de regu. iur.libro ſexto.
nam mercando contra iura bonam fidem allegare non
poſſet, reg.qui contra iura, & ibi glo.de reg.iu.eodem lib.
4 ¶ Secundam facio concluſionem, † quòd prædeceſſo-
res epiſcopi Paduani & etiam modernus præſumuntur
iure diuiſionis tenuiſſe & poſſediſſe dictam quartam & il
lius redditus exegiſſe. & in ſuos uſus conuertiſſe, & con-
ſequenter reddirus dictæ quartæ, tam præteritos quam
præſentes & futuros teneri ad expendendum pro fabrica
huiuſmodi imminenti, quam probo per iura allegata in
prima concluſione, quam etiam confirmo alijs rationi-
bus & iuribus. nam conſtat ea ipſo facto notorio, epiſco
pos pro tempore exiſtentes in eccleſia Paduana, & etiam
modernum tenuiſſe & poſſediſſe & de præſenti tenere &
poſsidere quartam pro pauperibus a iure deputatam,
quod probatur etiam ab euentu rei, ex quo epiſcopi
præfati a principio naſcentis eccleſiæ Paduanæ diſtri-
buerunt hanc quartam inter pauperes Chriſti, ut etiam
hodie ſeruatur. nec eſt uerosimile epiſcopos hoc feciſſe
ex ſua liberalitate, ſed ex obligatione ſacrorum cano-
num, cum nemo præſumatur iactare ſuum.l.cum de in-
debito.ff.de probatio.capitulo ſuper hoc de renunciat.
certum eſt etiam epiſcopos eoſdem poſſediſſe & poſsi-
dere aliam quartam ipſis de iure ſpectantem, unde in-
fertur ad ueritatem concluſionis, quam etiam probo
5 per ſimile. † Nam ſi dubitatur de ueritate aliquarum
partitarum, alicuius libri, ſi una partita illius uerifi-
cetur, omnes aliæ etiam ſeparatæ cenſentur approba-
tæ, ut in terminis conſuluit Paul.de Caſtr.in conſi. 140.
Ad bene examinandum, columna prima in fine, in antiq.
impreſ. poſt Innocen.in capitulo fraternitatis, ubi Abb.
6 & alij. de hære. ubi nolunt, † quòd quando ſcriptura
in uno pacto reperitur falſa, præſumitur etiam in alijs
ſimilis. ita ſi in aliquibus reperitur uera, præſumitur in
omnibus uera, ut eadem ſit ratio contrariorum. l. & ſi
contra.ff.de uulga. & pupill.l.finali.ff. de legat. tertio. &
ita tenet Angel. in §. actionum, in materia tutelarum.
quæſtio.decimatertia.inſtitu. de actio. qui ampliat con-
cluſionem procedere, etiam in magnis quantitatibus, &
atteſtatur ſe in facto ita practicaſſe, & ſequitur dom. Iaſ.
in repetitio.l.admonendi nume.128.uerſ. quinto princi-
paliter limita. ff. de iure iuran. ubi dicit hanc concluſio-
nem eſſe bene tenendam menti. ſuadetur iſta opinio,
quia epiſcopus tenetur ad fabricam ratione quartæ ex
l.communi, quo caſu materia eſt fauorabilis & amplian-
da, ut tenet glo. approbata in capitulo ſecundo in uerſic.
numerandum.circa medium de præben. libro ſexto. un-
de non conſideratur aliquod præiudicium, ſeu intereſſe
ipſius epiſcopi, circa expen. huius fabricæ, etiam ma-
gnum. ut decidit Abb.in capitulo ueniens columna ſe-
cunda.uerſ.uel tertio. de præſcrip. ¶ Comprobo prædicta
per deciſ. Abb.in d.capitulo primo.uer.Intelligo tamen.
7 ubi dicit, † quòd epiſcopus non excuſatur quin tenea-
tur dare eleemoſynam pauperibus, ratione quartæ illis
debitæ, licèt redditus ſuæ eccleſiæ non ſint diuiſi per
quartas, ſed poſſeſsi per epiſcopum in confuſo. quod
dictum Abb.in uerſic. & idem dico, extendit ad caſum
quartæ fabricæ. Quæ ſi poſsideatur per epiſcopum ſimi-
liter non diuiſa cum alijs bonis epiſcopatus, epiſcopus
teneatur ad redditus illius pro fabrica ceſſante conſue-
tudine uel ſtatuto prouiſionis fabricæ. quod argumen-
tum probatur in capitulo conceſſo in fine.12.quæſtio.ſe-
cunda. ubi arguitur de quarta debita pauperibus ad il-
lam pro fabrica deputatam. nam in utraque militat ra-
tio peccati, ſi ad uſum deſtinatum, epiſcopus, redditus
illarum non diſtribuerit, & militat fauor cultus diuini.
unde ſtante eadem ratione, bene arguit Abb.de una ad
alteram. iuxta doctri.Ioannis Andre. quem ſequitur ibi
Abb.in capitulo ex tenore, qui fil.ſint legi. ¶ Ex quibus
infero ꝙ ſolus epiſcopus tenetur ad huiuſmodi fabricam
imminentem, ſiue poſsideat quartam fabricæ iure diui-
ſionis ſiue in confuſo, & nõ domini canonici, nec alij cle-
rici dictæ eccleſiæ, qui non tenent aliquam portionem di
ctæ quartæ, nec illius redditus exigunt. quod probo etiã,
8 † quia redditus ſacriſtiæ, qui ſunt deputati pro minutis
reparationibus & expenſis, quæ quotidie occurrunt in di
cta eccleſia prouenerunt aliunde ſacriſtiæ de bonis & in
troitibus canipæ dominorum canonicorum facto & in-
duſtria ipſorum, & non de portione dictæ quartæ, aliàs
nõ fuiſſet neceſſaria prouiſio dominorum canonicorum
de introitibus ſacriſtiæ. ¶ Supereſt reſpondere iuribus
in dubijs propoſitis allegatis. Vnde non obſtat prima
ratio in primo articulo, quòd hodie in eccleſijs cathedra
libus communiter non fit diuiſio quartarum, iuxta anti-
quos canones, quia reſpondetur ꝙ iſta ratio nihil con-
cludit contra dominos canonicos, nec eccleſiam Padua-
nam. Nam quod communiter fit in eccleſijs, non conclu
dit uniuerſaliter in omnibus eccleſijs, ut ſermo ipſe indi
cat, nec ubique. ut in terminis dicit Hoſtien.in d.cap.ſi.
§.ſi.de his qu. ſi.a ma. par.ibi, Nec enim ubique fit diui-
ſio quartarum. unde non probatur ex hac ratione quòd
in eccleſia Paduana, non ſeruaretur diuiſio quartarum,
quia non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.
l.non hoc.C.unde legitimi.l.neque natales. C. de proba.
9 ¶ Comprobo hanc reſponſionem. † quia eccleſia cathe-
dralis Patauina, quæ nunc reperitur, fuit ædificata per
Henri.eius nominis quartũ Imperatorem Anno Domini
1100. qui uixit uſq; ad annos 1106.ut habetur in chroni
cis Sigiberti, & Palmerij. & Io.Lucidi Samothei, in libello
de emen.temp.& in ſupplemento chronicarũ in c. de ædi
ficatione Patauij. quæ tunc fuit dotata, cum ſine dote nõ
ſit conſtruenda nec ꝯſecrari.c.cum ſicut, & ibi glo.de ꝯſe.
eccle.uel alta.& illis temporib.extabant antiqua decreta
Gela.Pap.quę edidit anno Dom.497.ſi fuit primus dicti
nominis, ſi ſecundus anno Do. 1118. quæ ſunt regiſtrata
in c.uobis.cum quatuor ſequentibus, ubi ponitur mate-
ria quartarum. & in eadem materia habetur decretũ Sim
plicij Papæ in c.de redditibus ea.cau.& qu. qui fuit anno
Do.485. & aliud Grego.primi. Anno 604. & Diui Augu-
ſtini in c.mos eſt.ea.ca.& q. qui fuit poſt Conci. primum
Nicæ.anno Do.390. & emanauit poſtea nonum Concil.
Tolle.ubi in 5.& 6.c.Patres dicti Concilij poſuerũt decre
tum, quod habetur in d.c.unio.& in c.ſancimus.12.qu.2.
10 † Et certi iuris eſt, ꝙ temporibus prædictis, quibus ema-
narunt decreta illa, & poſtea per multa tempora, ſerua-
batur diuiſio quartarum etiam poſtquam Io. Lauren. &
Bart.Brixien. gloſarunt decreta illa, & Bernard.gloſa-
tor iura decretalium, quorum nullus facit mentionem

qnòd ſuis temporibus non obſeruaretur dioiſio qnarta-
rum in cathrdralibus. Nnn obſtat modo ratio Io. An-
dre. Abb.& ſequacium, quæ allegatur in motiuo, quia ip-
ſi atteſtantur de obſeruantia ſuorum temporum, nr pa-
tet ex eorum dictis. quòd uidelicet hodie communiter
11 non fit diuiſio quartarum. † ſed Ioan. Andr. obijt Bono-
niæ infectus peſte anno Domini 1348. & ſic poſt annos
350. poſt ædificatam & dotatam eccleſiam Patauinam,
ut atteſtatur Ioan. Calde. eius diſcipulus in cap. ueſtra
de cohabi. cler. & mulie. Abb. uero & alij qui atteſtantur
de iſta obſeruantia fuerunt multo tempore poſteriores.
per annos 400. nnde eorum dicta non poſſunt applica-
ri nec adaptari ad eccleſiam Paduanam, longè prius per
multa tempora, ut dixi conſtructam & dotatam, quibus
ſeruabantur decrrta de diuiſione quartarum. Vnde ſub-
ſiſtunt conclnſiones ſupra per me firmatæ, etiam in con-
12 ſilio in mareria huiuſmodi per me edito. † ¶ Nec obſt.
ꝙ canonici & clerici dictæ eccleſiæ inſimnl habeāt ęqna-
les & forſan maiores redditus quàm epiſcnpus, ut dedu-
citur in dubio, quia reſpondetur quòd ex hoc non argui-
tur neceſſario, quòd canonici & clerici teneant & poſsi-
deāt aliqnam portionem dictæ quartæ pro fabrica, quod
maximè probatur ex eo, quia redditus habentinm di-
gnitates in dicta eccleſia, & dominorum canonicorum,
& aliorum clericorum, aucti ſunt ultra dimidiam reddi-
tuum, quos de præſenti præfati tenenr & poſsident, non
de bonis nec redditibus menſæ epiſcopalis, ſed aliunde,
propter multas uniones reddituum, & beneficiorum, fa-
ctas, dignitatibus & alijs beneficijs exiſtentibus in di-
cta ecclesia. rum etiam quia in eadem eccleſia per diuer-
ſa tempora, & per diuerſas perſonas, fuerunt creatæ plus
qnàm quadraginta capellæ, ſeu altaria, cum ſuis doti-
bus, quas clerici dictę eccleſiæ de præſenti renenr & poſ-
ſident, & etiam propter alienationes bonorom immobi-
lium eiuſdem eccleſiæ factas per epiſcopos pro tempore
exiſtentes, de quibus latius dicam ſingula explicando
in uoce, ex quibus, introitus epiſcopatus, fuerunt ualde
diminnti. Nec etiam militat ratio quæ allegatur in du-
bio. pro hodierna obſeruantia, quòd non fiat diuiſio
qnartarum, ex eo quod inter epiſcopos & capitula di-
ſtincti fuerunt redditus eccleſiarum etiam reſpectu quar-
tarum, qnia hoc nec lege nec ratione probatur, ſed ne-
ra ratio aſsignatur per Abb. & alios communiter, in di-
13 cto capitulo primo. Dicunt enim, † quòd hodie com-
muniter non fit iſta diuiſio, quia ut plurinium eccleſiæ
pręcipuè cathedrales habent redditus diſtinctos pro fa-
brica de conſuetudine uel ſtatnto, ſufficientes occurren-
te reparatione eccleſiarum. Tunc enim ſecundum eos,
epiſcopus non tenetur dare quartam partem ſuorum red
dituum, quia in hoc caſu ualet conſuetudo, cum eccle-
ſia non patiatur defectum in ſabrica, nec diuinus cultus
minuitur. ¶ Srcundo non obſtat deci. Ioan. Andre. in
dicto capitulo ſi proprer, quæ in motiuo allegatur, pro
clara decifione contra dominos canonicos. Quia reſpon
detur, quòd deciſio illa loquitur expreſsè, quando ca-
nonici poſsidenr etiam partem ſabricæ deputatam per
canones, ſiue in parte ſiue in totum, quæ tranſiuit in
canonicos cum ſuo onere, unde tenentur pro ſua rata
contribuere, ex quo ſentiunt commodum. & bene lo-
quitur per not. glo. & docto. in dicto capimlo primo.
Præterea Io. Andre. in primo ſuo membro diſtinctionis
quod allegatur in motiuo, loquitur, quando nulla fuit
facta diuiſio quartarnm. Sed in qnæſtione noſtra, quar-
ta fabricæ fuit ſemper tenta & poſſeſſa per epiſcopos Pa-
duanos prout per modernum tenetur & poſsidetur, ut la
tè dixi ſupra; ergo ipſe ſolus tenetur, ad onus ſabricæ. ex
quo fructus dictæ quartæ ſufficiunt ad fabricam immi-
nentem, & ita expreſsè tenent Ioan. Andre. & Gemin. in
dicto capitulo ſi propter in ſecundo membro diſtinctio.
¶ Non obſt. dictum Hoſti. in dicto capitulo fin. qnod al-
legatur pro dubio, quia illi reſpondeo, ut dixi ad dictum
Ioan. Andre. ex quibus puto ſufficienter eſſe reſponſum
iuribus allegatis in dubijs primi articuli. ¶ Deuenio
ad dubia ſecundi articuli, In quo tractatur de pacto dicti
Reuerendiſsimi Cardinalis. Sed pro dubio datur defe-
ctus intentionis ipſius paciſcentis: ſecundo, de defectu
poteſtatis eiuſdem. ſed ad primum reſpondetur quòd pa
ctum illud geminatum ſub die quinto & ſeptimo Ianua
rij non admittit exceptionem defectus intentionis Car-
dinalis, iuribus & rationibus allegatis per me in conſilio
ſuper hac materia edito, in tertio dubio. quibus addo
multa iura & rationes ad hoc latiſsimè allegata per Feli.
in capitulo ſi cautio de fide iuſtrum. colu. 12. in uerſ. fallit
ultimo. ubi concludenter remouet allegatum defectum
intentionis. Vnde ſtandum eſt proprietati uerborũ con-
14 tra paciſcentem. † quibus fecit pactum cum toto clero,
ciuitatis & diœceſis Paduanæ, & cum omnibus benefi-
ciatis in eis, de ulterius perpetuo non petendo aliquam
aliam pecuniarum quantitatem ex cauſa dictæ ſabricæ.
qnæ uerba ex ſua proprietate comprehendunt etiam do-
minos canonicos & capitulum dictæ eccleſiæ etiam re-
ſpectu ſuarum præbendarum, per iura clara allegata per
me in conſilio in tertio dubio, quæ cauſa breuitatis non
repeto; & in re clara non eſt opus coniecturis, nec men-
te uetiſimili contrahentis. l. continuus. §. cum ita ſtipula-
tus in fine. ff. de uerb. obligat. & in l. tres partes. ff. ad leg.
15 Falcid. † Nec a proprietate uerborum receditur in ma-
teria fauorabili, in qua uerſatur quæſtio noſtra etiam ſi
noceat præfato domino Cardinali: ut probatur in capi-
tulo audientiam de deci. & ibi Abb. in primo nota. ubi e-
tiam allegat tex. in capitulo olim, & in capitulo cum ti-
bi de uerborum ſignificatio. Ad idem eſt rex. in capitulo
ex parte el tertio, eodem titulo. quem ibi not. Abb. in ul-
timo nota. Tum etiam quia in contractibus & promiſ-
ſionibus extraiudicialibus, uerba interpretantur prout
ſonant, contra proferentem, ex quo potuit apertius lo-
qui, ut probatur in l. in contrahendo. ff. de regu. iur. & in
l. Labeo. ff. de contrahen. empti. & in l. ueteribus. ff. de pa-
ctis. & in capitulo contra eum de regul. iur. libro ſexto.
ubi gloſa magiſtra hoc decidit. Ad reliqua data io du
bio ſuper iſto punto, quia ſunt nimis generalia, non pu-
to aliter illis reſpondendum fore.
¶ Non nbſtat ſecunda ratio quæ fundatur ſuper defectu
poteſtatis domini Cardinalis, ex eo, quia per pactum hu-
iuſmodi uidebatur tractari de damno ſuæ eccleſiæ iuri-
bus & rationibus, ut in motiuo, quia reſpondetur, negan
do propoſitionem, quòd ex pacto huinſmodi aliquod
inſeratur præiudicium dictæ eccleſiæ conſiderabile, cum
in materia pacti, non tractetur de aliqua alienatione bo
norum immobilium dictæ eccleſiæ, in qua requiratur au
ctoritas Summi Pontificis, ſed ſolum de intereſſe & præ-
iudicio Cardinalis, in ſoluendo maiorem ſnmmam pe-
cuniarum, quàm habnit & exegit de redditibus dictæ
16 quartæ pro fabrica imminenti, † quo caſu, ſolus epi-
ſcopus uel alius prælatus, potuit de & ſuper bonis ip-
ſius eccleſiæ mobilibus, uel cum obligatione certæ quan
titatis pecuniarum, liberè contrahere & ſe obligare,
ut in terminis de epiſcopo Maſſano contrahente ſub o-
bligatione quanotatis pecuniarum ſuæ eccleſiæ latè con
ſuluit Abb. in conſilio ſexageſimo ſecundo. Illud de iu-
re quæritur, columna ſecunda & tertia, libro primo. ubi
allegat rext. in capitulo dilecti de foro comperen. & in ca-
pitulo ſecundo de preca. & iu capitulo primo de ſolutio.
& in clementina prima de reb. eccleſ. non alienand. cum
alijs, ut ibi late per eum. Ex quibus ut arbitror, ſunt ſo-
luta omnia dubia mihi propoſita. unde ſequitur, quòd
Cardinali obſtat exceptio pacti perpetui de non peten-
do aliquid ultra data & promiſſa per dominos canoni-
cos & clericos ratione dictæ fabricæ, per quod domini
canonici & clerici, liberati ſunt a maiori contributione
pecuniarnm, etiam ſi prius fuiſſent obligari, quod tamen
expreſsè negatur, ut latè probatum eſt ſupra.

**SVMMARIVM.**

1 *Tria de neceſſitate ſunt probanda per teſtes ad effectum probandi tenorem alicuius inſtrumenti ſeu gratia amiſſa.*

2 *Quot requirantur ad effectum ut per teſtes probetur priuilegium prothonotariatus.*

3 *Per teſtes probantes famam notariatus, & communem tractatum, nominationem & reputationem, per longum tempus, probatur prothonotariatus & matrimonium.*

4 *Et quomodo per teſtes probetur quem fuiſſe & eſſe notarium ad effectum ualidandi inſtrumenta.*

5 *Quando probationes imperfecta coniunguntur, ut faciant unam plenam probationem.*

6 *Text. in capitulo cum olim de priuile. ubi datur forma probandi per teſtes tenorem priuilegij, non procedit ſi agatur poſſeſſoria.*

7 *Pro habenda poſſeſſione beneficij, ſufficit habere ſupplicationem ſignatam, exceptis beneficijs conciſtorialibus.*

8 *Leuiores probationes ſufficiunt in poſſeſſorio, & etiam ex inutili contractu transfertur poſſeſſio.*

*Et ſufficit ſemiplena probatio, puta per unum teſtem uel per famam.*

9 *Qualiter ſit probanda gratia Papa plumbata, per teſtes, ſi amiſſa dicatur; nam requiritur auctoritas Papa in commiſſione ſuper iſta recognitione.*

## CONSILIVM CCCLXXI.

IN MATERIA poſſeſſoria uertente coram Reuerendiſsimo domino Vicario patriarchali uti commiſſario apoſtolico, ſuper beneficijs ſanctæ Iuſtinæ & ſanctæ Margaritæ oritur dubium; nunquid per teſtes examinatos pro parte domini Dauid Odaſij, ſit legitimè probatum, quòd Odoricus Robobellus dum uixit fuerit prothonotarius apoſtolicus, & ſic ex iſto capite beneficia quæ uacarunt per eius obitum fuerint Papæ reſeruata, ita quòd poſſeſsio ipſorum ſit danda domino Dauid, ſecundum tenorem litterarum apoſtolicarum Pauli Papæ. iij. in materia huiuſmodi emanatarum. Et prima facie uidebatur dicendum per teſtes examinatos ſuper tenore priuilegij notariatus Odorici, non eſſe probatam intentionem ipſius domini Dauid, per text. & ibi not. in capitulo cum olim de priuileg. ubi Abbas, & alij doctores communiter ſuper glo. fina. te-
2 nent, † tria de neceſsitate eſſe probanda, per teſtes; ad effectum probandi tenorem alicuius inſtrumenti ſeu gratiæ. Primo tenor priuilegij cum ſubſtantialibus inſtrumenti, anni, diei, & loci, & a quo fuerit conceſſum, & de teſtibus ſi erant neceſſarij. Secundo debet probari quòd fuerit ſine aliquo uitio falſitatis. Tertio quòd probetur præſumptiuè amiſsio priuilegij; & quòd teſtes deponentes ſint practici, puta, notarij, procuratores, uel doctores. Sed prædicta uidentur deficere, in examine teſtium examinatorum, ſuper tenore dicti priuilegij. Ergo non uidetur probatus notariatus, & cum prædictis concordat Abb. in capitulo Albe. columna ſecunda. uerſic. in ſecundo caſu de teſtib. & Alexand. in conſilio centeſimo nonageſimoquinto, columna ſecunda. numero decimoquarto, & decimoquinto. libro ſecundo cum ſimilibus. ut per Decl. in conſilio octuageſimoſecundo, columna ſecunda, libro primo. & in conſilio ducenteſimo decimoquinto. columna prima, libro ſecundo.

¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium in quæſtione noſtra, puto uerius quòd probo. Nam ſunt examinati ſeptem teſtes ſuper tenore dicti priuilegij, quorum quatuor per uiſionem & lecturam eiuſdem, bene
2 probant † Odoricum fuiſſe in dicto priuilegio creatum notarium per Summum Pont. Alexan. Papa. vj. & deponit Magnificus & clariſs. Dom. Andreas de Franciſcis magnus cancellarius ſuper primo capitulo, & frater Petrus de Caluiſano, qui eſt ultimus teſtis, qui omnes quatuor concorditer deponunt, quòd erat in membranis, & cum bulla plumbea pendenti, de teſtibus, autem non deponunt quia in huiuſmodi non ſubſcribuntur teſtes, & qui ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, Nunquid fuerit falſum, dixerunt, quòd erat ualidiſsimum, & non falſum. Ita deponit Reuerend. dominus Hieronymus Ziliolus canonicus Vicen. & doctor, & frater Petrus ultimus teſtis, & presbyter Syluelter, & omnes etiam dicunt, quòd per lecturam dicti priuilegij bene intellexerunt Odoricum creatum in notarium, cum omnibus priuilegijs & præeminentijs & indultis ſolitis. Secundo ipſi ſeptem teſtes qui cognoſcebant per longum tempus dictum Odoricum, dicunt quòd ipſe ab omnibus eum cognoſcentibus, & ab ipſiſmet tenebatur, habebatur, & reputabatur pro notario apoſtolico, & ſic appellabatur per omnes in ſupraſcriptione litterarum, & ipſemet in ſubſcriptione appellabat ſe prothonotarium. & dominus Hieronymus Ziliolus addit, quòd quando Odoricus erat canonicus Vicen. in actibus capitularibus deſcribebatur prothonotarius, & inter præfatos quatuor teſtes qui deponunt de lectura, adſunt Reueren. Ziliolus canonicus & doctor, ut eſt notorium, & dominus Stephanus de Franciſcis, qui in Gymnaſio Patauino ſtuduit annis ſex, uel ſeptem ius canonicum: & ſic concurrit in dictis teſtibus qualitas requiſita per docto. in dicto capitulo cum olim. alij etiam duo teſtes qui legerunt illud, ſunt perſonæ graues, deponunt etiam illi ſeptem teſtes de fama prothonotariatus, apud omnes, tanquam de qualitate notoria, ut patet ſuper articulo de fama, per eorum dicta.

¶ Nec obſtat ſi opponatur quòd teſtes non probant præſumptiuè amiſsionem priuilegij prothonotariatus, ut uolunt docto. in dicto capitulo cum olim cum
3 ſimilibus. ut dixi ſupra, in principio. † Quia ad hoc reſpondeo, quòd iſte defectus amiſsionis ſuppletur per famam legitimè probatam per omnes teſtes, quæ facit ſemiplenam probationem, ſecundum Bartolum & alios, in l. admonendi. ff. de iure iurand. & in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. & per docto. in capitulo ueniens el primo de teſtibus. & in rubrica de appellatio. per modernos. Suppletur etiam iſte defectus per teſtes qui omnes probant communem tractatum & reputationem & nominationem dicti Odorici in prothonotarium per longum tempus, & quòd pro tali ab omnibus habebatur, & nominabatur. Sed per huiuſmodi nominationes, tractatus, & reputationes probatur filiatio, & nominatus conſtituitur in poſſeſsione filiationis, ut tenet Barto. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui, & Abb. in capitulo per tuas in tertio nota. & ſuper gloſſa prima de probatio. & probatur matrimonium cum curſu decem annorum, ut poſt Innocen. & Hoſtien. latè probat Abb. in capitulo illud columna quinta, & ſexta. in quarto & quinto intellectu, de præſumptio.
4 † et ſimiliter notariatus de quo contenditur, ad effectum ualiditatis inſtrumentorum probatur per teſtes qui deponunt, quòd tempore illo quo fuit factum inſtrumentum de quo contenditur, publicè fungebatur notariatus officio, & inſtrumenta ab illo conſcripta, ab omnibus recipiebantur, & quòd longo tempore, publicè fuit in poſſeſsione tabellionatus. Ità poſt Innocen. & Barto. tenet Abb. in capitulo primo, colu. 4. & 5.

de fide inſtrumento. cum ſimilibus. ut latè refert & ſequitur ibi Feli. columna ſexta & ſeptima. per quam doctrinam uidet decidi quæſtio noſtra, quæ eſt ſimilis de notario apoſtolico dicti Odorici. Nec Abb. & alij docto. in dicto capitulo primo ad probandum notariatum, requirunt probationem amiſsionis priuilegij, ſed contentantur præſumptionibus præallegatis.

¶ Nec docto. in dicto capitulo cum olim faciunt mentionem aliquam de caſu qui occurrit in quæſtione noſtra, quando teſtes deponunt de fama, & de communi reputatione, & tractatu qualitatis de qua eſt quæſtio, ſed omiſerunt illam in diſpoſitionem iuris com-
5 munis. † Sed de iure quando probationes imperfectæ tendunt ad eundem finem ex illis reſultat plena probatio, ſiue ſint eiuſdem generis ſiue diuerſi, ut probatur in l. qui ſententiam. C. de pœnis, per quem dicit Bald. in capitulo cum cauſam columna ſecunda de probatio. quòd in probando ſurgit opinio ex diuerſis coniecturis tendentibus ad eandem concluſionem, & habentibus conſonantias & cauſas inuicem colligatas, & Feli. in dicto capitulo columna penultima, poſt Oldra. dicit, quòd quando una coniectura & præſumptio inſufflat in alteram aliquid fidei, & altera in alteram, tales probationes non dicuntur ſingulares, nec diſcrepantes, ſed poſſunt ſimul iungi ut faciant plenam probationem, & eſt uera & communis concluſio doctorum in dicto capitulo cum cauſam, ſed in quæſtione noſtra adſunt quatuor teſtes de uiſione & lectura priuilegij prothonotariatus, & ſeptem teſtes qui probant famam, de eo. cum quibus concurrit communis tractatus, nominatio, & reputatio probata per eoſdem teſtes. Quartò concurrit ſubſcriptio & inſcriptio litterarum diuerſarum cum qualitate notariatus, ex quibus reſultat plena probatio qualitatis prædictæ, ſuper qua fundatur reſeruatio dictorum beneficiorum, quæ probatio cum ſit plena concludit reſeruationem etiam in petitorio, ad effectum canonizandi titulum pro domino Odatio.

¶ Secundò reſpondeo ad text. & notata in dicto capitulo cum olim, & ad docto. quos allegaui ſupra in ra-
6 tione dubitandi, † qui loquuntur quando quæſtio eſt de priuilegio uel inſtrumento in iudicio petitorij, ut probatur in dicto capitulo cum olim, ut tunc requiratur plena probatio ad canonizandum titulum. ſed quæſtio noſtra uerſatur in poſſeſſorio duntaxat in quo ſufficit docere de titulo putatiuo ſeu colorato. Ita tenet Nicol. de Mil. in uer. poſſeſſio. folio quarto colu-
7 mna prima. Hinc ſequitur, † quòd pro habenda poſſeſſione beneficij, ſatis ſit habere ſupplicationem ſignatam, exceptis beneficijs conſiſtorialibus. Ita tenet Gomeſ. poſt alios doctores, quos refert, ubi dicit ita
8 ſeruari in regu. de non tollendo. quæſt. quinta. † Hinc ſequitur quod in poſſeſſorio leniores probationes & ſummariæ ſufficiunt, ut tenet Bellame. deciſ. Rot. quinquageſima, & nonageſimanona. Et etiam ad colorandam poſſeſſionem petitam ſufficit confeſsio tituli, facta per aduerſarium, ſecus ad canonizandum. Ita Rot. in nou. 421. Ruſus ſequitur, quod etiam ex inutili contractu transfertur poſſeſsio, ut tradit Bart. Socin. in l. prima. §. ſi uir uxori per illum textum. ff. de acquirenda poſſeſsio. & in conſilio ſexageſimoſeptimo. Eadie, columna fina. libro tertio. & Iaſ. in lege non dubium, columna penultima. numero quinquageſimoquinto. C. de leg. & ratio prædictorum adducitur per docto. quia cauſa poſſeſſoria non dicitur magna, nam abſorbetur poſtea per petitorium. Ita Barto. in l. admonendi. columna penultima. in uerſ. ſed eſt aduertendum de iure iuran. & Rot. in prima deciſ. de officio archid. in antiq. Hinc dicitur, quòd in iudicio poſſeſſorio ſemiplenæ probationes ſufficiunt, ex quo plenaria probatio reſeruatur in petitorio, ut dicit Bartol. in l. j. columna ſecunda. C. quorum bonorum, & in l. ſecunda. §. finali. in principio. C. ubi in rem actio. & hoc pro nota. tradit Mate. in tertio nota. incip. Nota quòd in iudicijs poſſeſſorijs. Vbi infert, quod tali caſu ſufficit probatio per unum teſtem uel per famam, cum quibus pertranſit Deci. in conſilio quinquageſimoſexto. columna ſecunda libro primo. incip. In cauſa appellationis. Sed in caſu iſto, non ſolum ſemiplenè per famam uel per unum teſtem, ſeu per communem reputationem & tractatum, & per alias coniecturas probatum eſt de prothonotariatu domini Odorici, & ſic de reſeruatione dictorum beneficiorum, ſed etiam per uiſionem & lecturam dicti priuilegij, ex quibus plene & concludenter probatus fuit notariatus, & conſequenter reſeruatio, ut latè probatum eſt ſupra quæ probationes ſufficiunt etiam in petitorio ad canonizandum titulum. ſed quia quæſtio petitorij uenit per Reuerend. dominum Vicarium remittenda iudici eccleſiaſtico, competenti, coram quo latius diſcutietur quæſtio dictæ reſeruationis, ulterius non inſiſtam circa perfectam probationem dicti notariatus.

¶ Non obſtat deci. Gome. facta in quæſtio. decimatertia. in regu. de non iudicando, iuxta ſupplicationem
9 quæ tenet, † quòd gratia Papæ expedita per litteras, deperdita, ſi eius tenor probatur iuxta tex. in dicto capitulo cum olim, non ſufficiat huiuſmodi probatio ad canonizandum titulum, niſi Papa faceret mentionem in commiſsione, de amiſsione gratiæ, & derogaret dictæ regulæ, expreſsè, quia deciſ. illa non facit ad propoſitum quæſtionis noſtræ, etiam ſi eſſet uera, de qua ego ualde dubito, nam deciſio ſua, loquitur in petitorio ad effectum canonizandi titulum, ſed quæſtio noſtra loquitur in poſſeſſorio, ergo nihil commune habet illa deciſio cum quæſtione noſtra. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſsio. & ideo ſequitur quòd in quæſtio. Gomeſ. requiritur derogatio Papæ facta dictæ regulæ, quæ uult quòd non poſsit iudicari quæſtio petitorij beneficialis, per ſolam ſupplicationem, ſed per litteras plumbatas. ſed in quæſtione noſtra, nulla requiritur derogatio ad d. regu. quia non contrariatur nec impedit, quin per ſolam ſupplicationem acquiratur poſſeſsio beneficij, ut latè probat Gomeſ. in dicta quæſt. quinta.

*SVMMARIVM.*

1 *Vtrum penſionarius tranſmittat ius petendi penſionem ad heredes ſanguinis, a rectore eccleſiæ pro rata illius anni, quo uixit, uel pro toto anno.*

2 *Canonicus tranſmittit fructus ſuæ præbendæ ad heredes ſanguinis, dummodo fuerint percepti, uel ſeparati a ſolo.*

3 *Penſio debita ex fructibus fundi, regulatur a fructibus perceptis, ad effectum tranſmittendi.*

4 *Annua penſio in beneficialibus imponitur ſuper fructibus eccleſiæ mutatoratione, qui uidentur nominati, cauſa taxationis.*

5 *Commendatarius facit fructus ſuos & de illis ad libitum diſponit, propter uerba pragnantia bullarum noſtrorum temporum.*

6 *Inter eccleſiam ſeu rectorem, & heredes penſionarij, fit diuiſio fructuum, pro rata temporis uitæ penſionarij.*

7 *Fructus non ſolum conſiderantur tempore quo percipiuntur, ſed etiam, quo coluntur & curantur.*

8 *Penſio annua, qua ratione per tempora diuidatur, & non fructus naturales.*

9 *Si commendatarius reſignat commendam, cum reſeruatione certa annua penſionis & moriatur in principio anni non recollectis fructibus, numquid tranſmittat penſionem integrã ad ſuos heredes.*

10 *Si maritus in teſtamento legauit uxori decem corbes frumenti ſingulis annis, donec ſtaret ſine marito, qua deceſſit in principio anni, ipſa tranſmittit totum legatum ad hæredes.*

11 *Penſio ſuper fructibus beneficij, uenit ſoluenda integra, per rectorem, qui illos non percepit ſecundum ſtylum.*

12 *Quando ſoluitur penſio reſpectiue ad onera matrimonii fit diuiſio & tranſmiſſio pro rata temporum, quibus maritus ſupportauit onera.*

## CONSILIVM CCCLXXII.

QVAESTIONE vertente inter dominum
Franciſcum de Graſsis, hæredem quondam
domini Leonardi etiam de Graſsis, ex una,
& fratres & conuentum ſancti Saluatoris de
Venetijs, partibus ex altera, ſuper penſione debita di-
cto quondam Leonardo, per dictos fratres, fuit dubita-
1 tum. † Vtrum penſionarius tranſmiſerit ius petendi
integram penſionem in ſuum hæredem, uel pro rata
illius anni quo uixit, fructibus non perceptis. & uide-
batur prima facie quòd non tranſmittatur pro aliqua
parte, ſed quòd remaneat dictis fratribus, quibus quon-
dam Leonardus reſignauit eccleſiam ſancti Bartholo-
mæi de Clarano, ex pluribus. Primo per glo. fina. in
l. prima, in fine, C. de ann. ciu. libro undecimo. Vbi Bar-
2 tolus poſt eam concludit, † quòd canonicus tranſmit-
tit fructus ſuæ præbendæ ad hæredes ſanguinis, dum-
modo fuerint percepti, cum qua tranſeunt doctores
* communiter in lege diuortio in principio. ff. ſoluto ma-
trimonio. pro qua facit lex in lege ſingulos. in fine. ff. de
annu. lega. ubi ponderatur perceptio fructuum in uſu-
fructuario ad effectum tranſmittendi illos ad hæredes. ¶
Secundo ad idem facit glo. magiſtra. in capitulo præ-
ſenti de officio ordin. libro ſexto. quæ concludit, quòd
canonici & alij perſonaliter & ſimpliciter beneficiati, fa-
ciunt fructus ſuos perceptos, de quibus poſſunt diſpo-
nere ad libitum. quæ opinio approbatur de conſuetu-
dine, & eſt communis, ut ibi per docto. & in capitulo
finali de pecu. cle. & in dicta lege diuortio, ubi Alber.
columna ſeptima & octaua. uerſicu. item quæro. Sed in
caſu quæſtionis noſtræ, fructus non fuerunt percepti,
in uita penſionarij, quia non erant maturi tempore mor
tis ſuæ, unde non uidentur potuiſſe tranſmitti ad Fran-
3 ciſcum hæredem. Tertiò facit, † quia penſio debita
ex fructibus fundi regulatur ſecundum fructus perce-
ptos ad effectum tranſmittendi, ut tradunt doctores
maximè moderni. in lege Iulianus. §. fructibus. ff. de
actio. emptio. Bald. & Salicet. in l. fructus. C. eodem ti-
tulo cum alijs, per Alexand. in conſilio quinquageſimo-
primo. perſpectis columna penultima, libro ſexto. & in
conſilio octuageſimoſecundo. columna fina. libro ſecun-
4 do. Quartò confirmo, † quia annua penſio imponi-
tur ſuper fructibus beneficij grauati, unica oratione,
quo caſu redditus uidentur nominati cauſa taxationis,
ut probat Paul. de Caſtr. conſilio quinquageſimotertio,
columna ſecunda. de quo per Feli. latè in capitulo ad au-
dientiam, el ſecundo. columna octaua, in ſexta concluſi.
de reſcript. Vnde fructibus non perceptis penſio non ui-
detur debita nec tranſmiſsibilis. Ad idem facit deciſio
Barto. in dicta l. diuortio. §. neque enim in fine. ubi di-
cit, quòd ſi pro penſione ſoluatur certa quantitas fru-
ctuum, quòd ipſis non perceptis, nulla fit diuiſio pro ra-
ta temporis quo durauit matrimonium, pro qua uide-
tur text. in l. defuncta. ff. de uſufruc. ubi penſio non tranſ-
mittitur ad hæredes fructuarij, niſi fructibus perceptis.
5 Quintò, † quia licèt commendatarius faciat fructus
ſuos, ita quòd de illis ad libitum diſponit, ut de facto
ſeruatur propter uerba prægnantia bullarum ſecundum
gloſſam in capitulo nemo de elect. libro ſexto. & tradit
Roma. in conſilio trecenteſimoquinquageſimo. colum-
na ſecunda & tertia. & Geminia. in conſilio decimoſe-
ptimo, columna finali. & Abb. in capitulo de monacis
in tertio notabili. de præbend. cum alijs citatis per Go-
meſ. in commento ſuper regula de trien. poſſeſſo. quæſt.
quinta. ¶ Concluſio tamen procedit ſi actualiter per-
cepit fructus ante eius obitum & illos in horreo repoſuit,
* ſecundum communem * opinion. uel ſecundum aliam
ueriorem Odofred. in l. certum. C. de rei uendi. ſi fructus
fuerunt ſaltem a ſolo ſeparati, quem refert & ſequitur
Albe. in dicta l. diuortio, & Philip. in dicto capitulo præ-
ſenti columna fina. circa finem. Aliàs de illis non per-
ceptis, ſeu non ſeparatis commendatarius non diſponit.
¶ Secundò principaliter uidetur in propoſita quæſtione
6 media uia eligenda, † quod inter eccleſiam & fratres
ſancti Saluatoris ſucceſſores in beneficio, & dictum Fran
ciſcum hæredem penſionarij, fiat diuiſio fructuum ulti-
mi anni, pro rata temporis uitæ penſionarij. iuxta text.
in dicta l. diuortio, & in l. fructus. ff. eodem titulo. & ita
tenet Philip. in dicto capitulo præſenti columna finali. &
Alber. in dicta l. diuortio. columna ſeptima. ubi dicit
* hanc diuiſionem eſſe de æquitate, & * communem, ſe-
cundum Alexandrum ibi columna tertia. uerſi. commu-
nis uidetur eſſe. qui tamen loquuntur de canonicis præ-
bendatis & alijs clericis ſimpliciter beneficiatis, & fructi
* bus per eos in uita perceptis, quia tales ſecundum * com
munem opinionem, & conſuetudinem approbatam, di-
cuntur fructuarij, ut fiat diuiſio pro rata anni, pro parte
qua ſuperuixerunt in ſeruitio eccleſiæ: & ita uidentur
uoluiſſe Paul. de Caſtr. Imol. Rapha. Roma. & alij, in di-
cta l. qui ex illo textu inferunt, ad quæſt. de clericis præ-
bendatis. Et quod dictum eſt de fructibus diuidendis,
ita etiam dicendum, de penſione annua in genere, ratio-
ne fundi dotalis ſiue beneficij locati, quæ uenit diuiden-
da pro rata temporis quo matrimonium durauit, etiam
fructibus non perceptis inter maritum & hæredes mulie-
ris; ut probatur in dicta l. diuortio, uerſicu. neque enim,
& uerſic. itaque, & uerſicu. item ſi meſsis, etiam ſi locatio
fieret pro certa parte fructuum naſciturorum ex fundo
locato, ut late per iura & rationes poſt Imol. & Roma. &
contra Barto. concludit dominus Alexand. in dicta l. di-
uortio folio penultimo, columna tertia & quarta. uerſic.
iuxta hoc ſcias. ubi uidendum, quia hoc late deducit &
7 probat, & ultra eum facit ratio. † Quia fructus non ſo-
lum conſiderantur tempore quo percipiuntur, ſed etiam
quo coluntur & curantur in dicta lege diuortio. §. non ſo
lum, & §. finali. & ita conſiderat Alber. in dicta l. defun-
cta, circa finem. & in dicta lege diuortio columna ante-
penultima. per quam rationem Albe. in dicta lege defun-
cta. columna prima. in diſtinctione ſua concludit, quòd
penſio annua reſpectu fructuum locatorum de qua ibi,
diuidatur pro rata anni, qua durauit obligatio, etiam
fructibus non perceptis in uita uſufructuarij, allegat
text. in dicta lege diuortio. §. in ſeruo & §. de penſioni-
8 bus. Quæ autem ſit ratio, † quare penſio annua pro
tempore diuidatur, & non fructus naturales, tradunt
ibi docto. & maximè Alber. columna quarta & quinta.
Nam merces ſiue penſio annua ducatorum duodecim,
(exempli cauſa) recipit diuiſiones temporum anno-
rum, menſium dierum, & horarum, & eſt quædam uen-
ditio ſiue æſtimatio temporis, quod ſui natura multipli
citer diuiditur, & ideo ipſa penſio diurna, menſtrua, uel
annua, ſuccedit in locum temporis, quæ iuris intelle-
ctu uidetur diuiſa in omne tempus præteritum & futu-
rum. Nam fructus ciuilis qui conſiſtit in penſione, po-
teſt dici perceptus ratione obligationis iam natæ & ac-
quiſitæ a principio, cuius quantitas eſt certa. quæ ra-
tiones ceſſant in fructibus naturalibus, qui non per di-
uiſiones temporum, ſed eodem tempore uere colligun-
tur, nec interim eſt nata aliqua obligatio nec quantitas,
uel ſpecies certa, antequam percipiantur; ergo illorum
diuiſio multa & impoſsibilis iudicatur.
9 ¶ Tertiò principaliter † quòd immo dominus Leonar-

dus de Graſsis penſionarius, qui obijt de anno milleſimoquingenteſimouigeſimooctauo. die uigeſimoſexto Maij: tranſmiſerit integram penſionem annuam pro toto illo anno, in dom. Franciſc. ipſius hæredem, probatur ex infraſcriptis. Primo, quia ipſe Leonardus antequam renunciaret beneficium ſancti Bartholomæi de Clarano ad ſauorem fratrum & conuentus ſancti Saluatoris de Venetijs, cum reſeruatione annuæ penſionis ducat. ducentorum erat commendatarius, & ſic uerus uſufructuarius, ut dixi ſupra poſt gloſſam in dicto capitulo nemoq; quos ceſsit, & ex cauſa ceſsionis huiuſmodi fuit ſibi reſeruata dicta annua penſio ſuper fructibus dictæ eccleſiæ, pro qua nata fuit a principio cuiuslibet anni obligatio & actio ipſi domino Leonardo, pro tota penſione annua, licèt exactio illius fuerit dilatata ad certos terminos pro commoditate fratrum illam ſoluere debentium. & ita in obligatione annuæ penſionis & mercedis declarat Bartol. in dicta l. diuortio. §. neque enim columna finali. per text. in l. ſi a colono. ff. de fideiuſſo. ubi Paul. de Caſtr. notat cum ſimilibus. ut latè ibi per Alexand. folio penultimo columna prima. & tradit idem Barto. in l. ſeruus communis Mæuij. §. finali columna ſecunda. in duobus locis. ff. de ſtipu l. ſer. & allegatur tex. in l. ſed ædes. §. ſi quis cum ſua materia & ibi Bar. ff. loca. & ita tenent communiter docto. in dicta l. diuortio. ubi moderni Papi. columna nona. numero trigeſimoſeptimo. & trigeſimooctauo. & adducunt rationem, quia penſio huiuſmodi aſsignatur de conſenſu partium, poſt quem, ſtatim naſcitur obligatio, ex qua oritur actio. l. iuris gentium in principio. ff. de pactis. Sed exactio differtur ad tempus, de quo conuentum fuit inter partes. l. prima in fine. ff. quando dies uſu. le. ce. Quæ conclusio procedit etiam in annua mercede ſeu penſione fructuum promiſſorum de prædio locato, per quatuor rationes, quas latè deducit Alexand. in dicta l. diuortio, folio penultimo, columna tertia & quarta. ubi in hoc tenet contra Bartolum. ut dixi ſupra. Ex quibus apparet dominum Leonardum tempore ſui obitus non fuiſſe uſufructuarium, ſed penſionarium tantum annuum. Hinc ſuccedit alia ratio principalis pro iſta parte, quòd huiuſmodi annuam penſionem ſimpliciter dicto domino Leonardo, non reſpectu alicuius cauſæ uel oneris annexi, uel alterius facti, per eum explicandi debitã ſibi a principio cuiuslibet anni, & ſic de anno milleſimoquingenteſimouigeſimooctauo, ante ipſius obitum, in totum tranſmiſit in dominum Franciſc. ipſius unicum hæredem per text. in l. a nobis, & in l. in ſingulos. ff. de annu. lega. ubi ſunt iura clara, quòd legatum annuum certæ quantitatis factum alicui ſimpliciter, tranſmittitur integrum ad hæredes legatarij pro toto anno, etiam ſi legatarius moriatur in principio anni, etiam fructibus non perceptis, quia in principio, cuiuslibet anni, certa eſt obligatio, & actio, licèt legatum debeatur in medio uel in fine anni, cum effectu exactionis. quam rationem conſiderat glo. fina. in dicta l. a nobis. aliud tamen eſt in legato uſufructus. d. l. in ſingulos in fine. 8

¶ Tertia ratio principalis ad idem, per ea quæ uoluit Signorol. de Homo. in conſilio ſexageſimoſexto. factum tale eſt. circa finem, undecima quæſtio. ubi per dicta iura

10 conſuluit, † quòd ſi teſtator legauit uxori ſuæ decem corbes frumenti omni anno, donec ſtaret ſine marito, quę poſt duos menſes accepit maritum uel deceſsit, quòd in illo toto legato annuo ſuccedunt illius hæredes, licèt ipſa legataria obierit in principio anni. quem refert & ſequitur dominus Iaſ. in dicta lege diuortio columna ſecunda. numero ſeptimo. licèt debeat expectari, quòd colligantur fructus. Ita in caſu quæſtio. dicendum puto, ut in totum tranſmiſſa ſit penſio anni milleſimiquingenteſimiuigeſimioctaui. licèt ad exactionem ſpectari debeat tempus conuentum poſt fructus collectos, quos fratres & conuentus perceperunt. Et quòd non impediatur tranſmiſsio licèt tempus ſoluendę penſionis nõ uenerit, probat tex. in dicta l. defuncta.

*Vide Couarru. Var. resol. lib. j. c. xv. sub nu. iv. uersi.*

¶ Nec obſtat ſi dicatur quòd dicta l. a nobis, & in ſingulos, loquantur in annuo legato in profanis, quæ de facili tranſmittuntur ad hæredes, ſed quæſtio loquitur in materia ſpirituali, & bonis beneficiorum, in quibus non datur ſucceſsio. capitulo primo de præbend. ſed debentur eccleſiæ uel futuris ſucceſſoribus reſeruari. capitulo præſenti. §. porrò de officio ordin. capitulo quia ſæpe, de elect. libro ſexto. Quia ad hoc reſpondetur, quòd penſiones ſuper fructibus beneficiorum, dicuntur eſſe quid merè temporale, nec in ſe habent aliquid ſpiritualitatis, ut tradunt doctor. * communiter in dicto capitulo ad audientiam, el ſecundo de reſcript. cum ſimilibus. ut ibi per Felin. in principio columna prima. Vnde penſiones huiuſmodi conſueuerunt concedi, & aſsignari laicis, quia cenſentur dari pro iure temporali, & non pro ſpirituali, ut notatur in capitulo conſtitutus. de religio. domi. & per Feli. in dicto capitulo ad audientiam columna ſeptima. uerſicu. quarta concluſio, & maximè in caſu iſto cum dominus Leonardus non eſſet tempore ceſſionis titulatus in dicta eccleſia, ſed ſolum commendatarius, & uſufructuarius, unde de tali penſione iudicandum eſt tanquam de re merè profana: & hanc partem ego ſequor. ¶ Supereſt modo reſpondere ad allegata ſupra, in prima opinione, quòd nihil tranſmittatur fructibus non perceptis, unde non obſtant notata per glo. & docto. in dicta l. prima. C. de annona ciuili. & in dicto capitulo præſenti, & in dicto capitulo finali. de pecu. cle. & de commendatario, & in dicta l. defuncta, cum ſimilibus. quia loquuntur in clerico, uel canonico beneficiato & uſufructuario, qui habent ius in fructibus quos tamen non faciunt ſuos, nec de illis diſponunt, nec ad hæredes ſanguinis tranſmittunt, niſi fructibus perceptis, ſecundum unam: uel a ſolo ſeparatis, ſecundum aliam opinionem. Secus eſt in annua mercede, uel penſione, uni ex fructibus debita. & iſtam differentiam expreſsè facit text. in dicta lege in ſingulos in fine. ff. de annu. lega. & ita loquuntur docto. in præallegatis locis, in prima opinione. Et iſta differentia, quòd debeantur fructus uel penſio facit text. & ibi docto. in dicta l. diuortio in principio. Non obſtant notata per Baldum & Salicetum, in dicta l. fructus. C. de action. emptio. & per Alexand. in dicto conſilio quinquageſimoprimo, libro ſexto cum ſimilibus adductis ſupra, in prima opinione, uerſicu. tertio. quia reſpondetur, quòd penſio debita ex fructibus etiam illis non perceptis, tranſmittitur ad hæredes pro rata anni, qua durauit uel durat cauſa fructuum percipiendorum. Ita in emptore & uenditore tenet glo. in dicta lege Iulianus. §. ſi fructibus, in uer. cedere. ff. de actio. emptio. & Barto. in l. finali. §. finali. ff. de iure fiſc. dum loquuntur de penſione agri uenditi, per uenditorem prius locati colono pro certa penſione annua, & ita probat text. in dicta lege diuortio. §. ſi meſſes. ff. ſoluto matrimonio. ubi textus loquitur de penſione meſsis locatæ diuidenda, licèt adhuc non fuerit percepta per colonum, in uita mulieris, uel durante matrimonio. et eſt ratio, quia penſio debita recipit temporum diuiſionem ut dixi ſupra, & quia ſpes futuræ meſsis uel uindemiæ locatæ uenit in diuiſione, uel aliàs in contributione. Ita dicit text. in dicto §. ſi meſsis, quinimmo etiam ſi fundus eſſet locatus pro certa quantitate fructuum naſciturorum ex fundo locato, penſio huiuſmodi eſſet diuidenda, etiam ante fructus perceptos contra Barto. in dicta l. diuortio in §. neque enim, columna finali. quia licèt penſioni, tacita inſit conditio ſi fructus naſcentur. l. prima. in fine. ff. de condictio. & demonſtratio. & ſic adhuc non ſit nata actio uel obligatio: tamen ſpes ipſa naſcendæ obligationis uidetur poſſe diuidi. l. ſpem. C. de donatio. l. in quantitate. §. magna. ff. ad legem Falcid. & ita tenet Roma. contra Barto. in dicta lege diuortio, ubi allegat text. in dicto §. ſi meſſes. Secundo contra Bartol. facit text. in dicta l. diuortio, dum loquitur de penſione diuidenda, nec diſtinguit utrum locatio fuerit facta pro certa quantitate in genere, uel pro certa parte fructuum.

ctuum. Præterea tex.in dicta l.diuortio,non conſiderat quòd orta ſit obligatio & actio : nam tunc tota penſio debuiſſet contribui, quia quo ad actionem tota eſſet percepta, & acquiſita mulieri locanti a principio. Ad idem & quarto*, quando aliquid mihi competit ſub conditione, ſemper habetur ratio illius, quod pendet ex euentu conditionis, ut probatur in l.Aquilia ſi delictum.ff.ad legem Aquil.& in l.ſi ſeruus in principio. ff. de conditio. fur. Vnde concluditur, quòd etiam penſio conſiſtens in fructibus naſcituris, cenſetur acquiſita pro tempore præterito, ſicut penſio conſiſtens in quantitate pecuniæ, uel alio genere quo ad iuris interpretationem, ut concludit Alexand.in dicta. l. diuortio folio penultimo.columna tertia & quarta. ergo illa penſio annua tranſmittitur, contribuitur, & diuiditur pro rata temporis, etiam fructibus non perceptis. & per prædicta tollitur alia ratio ſupra deducta in prima opinione in uerſic. quarto confirmo poſt Paul. de Caſtr. & Felin. quia illa non tollunt quin penſio debita pro fructibus non tranſmittatur, etiam fructibus adhuc non perceptis, ut in dicto §. ſi meſsis, ibi cum ſpes futuræ uindemiæ locatæ ueniat in diuiſione.

¶ Non obſtant allegata ſupra in ſecunda principali opinione, quòd penſio huiuſmodi annua uideatur diuidenda, pro rata temporis quo uixit Leonardus, inter eccleſiam & hæredem, quæ opinio uidetur habere æquitatem, & probari efficaciter in iuribus allegatis ibi, quia
12 opinio iſta & diuiſio fit & procedit † quando ſoluitur penſio reſpectiuè ad certum quid, puta propter onera matrimonij in caſu dicta l.diuortio : nam fit ibi diuiſio pro rata temporum, quibus maritus ſupportauit onera, & in caſu quando uixit ſacerdos cui debentur fructus ex cauſa ſeruitij impenſi per eum eccleſiæ. ut conſiderant Philip. Alber. & Alexand. in locis præallegatis. Idem quando fieret legatum annuum pro alimentis, quia mortuo legatario, nulla fieret tranſmiſsio ad eius hæredes, quia per mortem finitur cauſa legati. §. finitur inſtitut. de uſucapio. ita conſiderat Alber.in l.ſi in ſingulos. columna prima.ff. de annu. lega. ſecus ſi fiat legatum annuum, uel debeatur annua penſio ſimpliciter, non relatiuè ad aliquid, ut in caſu d.l.a nobis, & in dicta l.in ſingulos, & in caſu quæſtionis noſtræ, cum debeatur penſio domino Leonardo, ſimpliciter, non ex cauſa alicuius oneris uel facti per eum explicandi, ut illa tranſmittatur pro toto anno cœpto tamen, in uita penſionarij, uel legatarij per dicta iura, & ita conſiderat Alber. in dicta l.ſi in ſingulos, & idem in dicta l.defuncta in prima oppoſitione.in fine. & ita etiam notabiliter declarat Bartol. in dicta l.a nobis in ſolutione contrarij de. l. ſi operas.ff. de uſufructu, cum ſimilibus ad dict. l. a nobis nam in legibus contrarijs debetur legatum, & illud tranſmittitur duntaxat, pro rata facti explicati & impenſi, ſed in dictis legibus a nobis & in l.ad ſingulos debetur & trāſmittitur pro toto anno quia debebatur ſimpliciter.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum dicitur ſimoniacum, quo promittitur temporale pro ſpirituali.*

2 *Committitur ſimonia, & per tertiam perſonam, principali etiam ignorante, ſecuto effectu : ſecus ipſo reclamante.*

3 *Ex conuentione dandi temporale pro ſpirituali ſimonia non committitur, niſi ſpirituali accepto, ſeu ſubſecuto.*

4 *Diffinitio demonſtrat ſubſtantiam & proprietatem rei.*

5 *Pactum ex liberalitate factum, de dando temporale, non eſt ſimoniacum, ſi non habet reſpectum ad quid ſpirituale.*

6 *In ſimonia mens unius tantum poteſt eſſe deprauata, altero exiſtente in bona fide.*

7 *Ex cauſa licita & honeſta, poteſt licitè clerico reſignanti beneficium aſſignari certa portio fructuum, loco penſionis etiam ſine auctoritate Papæ, & ibi ponuntur exempla.*

8 *Pactum iuri communi conforme factum inter partes, non cenſetur ſimoniacum.*

9 *Ex cauſa legitima, puta, clerico ſeni & impotenti, ad curam animarum per epiſcopum poteſt dari coadiutor, & ex eadem cauſa uel ſimili, poteſt epiſcopus aſsignare certam partem fructuum ad uitam ſuam, reſeruata tamen portione reſignatario ut inde uiuere poſsit.*

## CONSILIVM CCCLXXIII.

FACTVM TALE EST. Ven. presbyter Ioannes uicarius perpetuus plebis Enemoneij Aquilegien. diœceſis, ætatis annorum nonaginta uel circa, conſtituit procuratorem ad illam reſignandum, in manibus habentis facultatem plebem illam conferendi, quæ eſt de iure patronatu communis & hominum dictæ uillæ, & aliarum ſex uillatum annexatum, qui patroni, unà tantum uilla excepta præſentarunt ven.presbyterū Danielem Horidum, uicarium ſubſtitutum in dicta plebe, qui presbyter Daniel pacto conuenit cum nepote dicti presbyteri Ioannis, quòd Daniel permitteret eundem Ioannem plebanum ſeu uicarium percipere certos fructus dictæ plebis ad eius uitam reſeruari, præſtita per eum fideiuſsione de ſeruando promiſſa, ut conſtat chirographo, manu dicti Danielis, & teſtibus ſubſcripto, & apud notarium publicum exiſtente. qui presbyter Ioannes, re adhuc integra, & ſic nondum facta reſignatione procuratorem ſuum reuocauit, & ſic ad ulteriora non fuit proceſſum.

¶ Dubitatur modo, Nunquid præfatus presbyter Daniel ex conuentione huiuſmodi incurrerit crimen ſimoniæ, & prima facie uidebatur dicendum quòd ſic, per notata in capitulo cum pridem per glo.in uerbo licitè de pact. & per docto. in capitulo niſi eſſent de præbend. & per Abb. & alios in capitulo non ſatis de ſimon. in qui-
1 bus locis concludunt, † quòd conuentio prædicta, de percipiendo certam portionem fructuum eccleſiæ reſignatæ, ſine auctoritate Papæ ſit ſimoniaca, & eſt ratio, quia ex pacto dandi uel remittendi ſeu permittendi temporale pro ſpirituali committitur ſimonia, ut tenet glo.
* in ſumma. prima quæſtio.prima. Abb.& * communiter docto.in rubri.de ſimo. & probatur in capitulo ueniens, & in capitulo de hoc, cum ſimilibus. eodem titulo. & in capitulo ueniens, el primo de teſtibus. Nec excuſandus uenit presbyter Daniel, ex eo quòd non conuenerit cum presbytero Ioanne plebano, ſed cum eiuſdem nepote,
2 quia reſpondetur, † quòd ſimonia committitur etiam per tertium, etiam ignorante presbytero Ioanne, ut legitur & notatur in capitulo nobis, & in capitulo ſicut de ſimo. ubi dominus Anton. Abb. & alij notant. Nec iuri conuenit, quòd ex parte reſignatarij tantum, dicatur conuentio, ſimoniaca, altero exiſtente in bona fide ſine peccato ſimoniæ, ut notanter declarat Abb.in capitulo fina. columna finali.eodem titulo.

¶ Sed prædictis non obſtantibus, contrarium de iure uerius eſſe arbitror: unde redemptoris noſtri, a quo cuncta recta procedunt conſilia, inuocato ſuffragio, Teneo dictum dominum presbyterum Danielem, nullo crimine ſimoniæ inuolutum, quod probo ex infraſcriptis.
3 † Primo quia ex conuentione dandi, ſeu ſoluendi temporale pro ſpirituali ſimonia committitur, ſpirituali recepto, ita tenet Abb.in dicto capitulo ueniens, de ſimo. in primo notabili.ubi Ioan.de Ana. in primo & ſecundo notab. & ſequuntur alij doctores. Nam ibi probatur, quòd poſt conuentionem factam per uolentem ingredi monaſterium ſoluendi temporale pro ingreſſu monaſterij, ſequutus fuit ingreſſus ex cauſa promiſsionis, ut etiam probatur in capitulo nobis, eodem titulo. Secundo ad idem adduco diffinitionem ſimoniæ mentalis, & conuentionalis, quam ponunt Hoſti. Abb. & alij.in cap nemo colu.fi.eodem titu.quod eſt rei ſpiritualis, uel ſpiritualibus annexæ, cum aliquo temporali, facta commutatio, unde in diffinitione ponitur actus commutationis

4 ſpiritualis recepti, cum bono temporali promiſſo, † &
diffinitio demonſtrat ſubſtantiam rei diffinitæ, ut tenet
glo. & doct. ſuper ea. in l. omnis diſſinitio. ff. de regu. iur.
& glo. ubi Bar. & alij in l. j. ff. de acquir. poſſ. & probatur
in l. j. §. dolum. ff. de dolo, & diffinitio quidditatem rei,
oſtendit, ut declarat Areti. in l. moribus col. 2. ff. de uulg.
& pupil. & Bal. in proœ. decre. dicit diffinitionẽ eſſe pro-
poſitionem ſubſtantiæ, propriam qualitatem compre-
hendens. Tertio hoc dicit expreſſe D. Abb. in d. c. non ſa
tis in primo & ſecundo nota. ubi D. Anto. & Io. de Ana.
notant illum text. ad hoc, quòd ſimonia committitur,
quãdo datur uel ſoluitur, uel pacto promittitur aliquid
temporale pro ingreſſu monaſterij. & ſic pro actu ſpiri-
tuali recepto uel pro inſtitutione uel prouiſione benefi-
cij, ſiue quòd pro huiuſmodi receptione in monaſteriũ,
uel inſtitutione in beneficio, certa pars annua redditũ
pacto conſtituatur. Dicunt enim docto. ibi, quòd col-
lator uidetur inſtituere uel conferre beneficium, propter
illum annuum redditum datum uel promiſſum, qui con
ſiſtit in temporalitate. Quarto cum prædictis concor-
dat Abb. in d. c. ueniens de teſti. ubi dicit, quòd ſimonia
committitur, quando obtinetur ius ſpirituale, ut inſtitu-
tio collatio uel electio, uel ius annexum ſpirituali ſicut
præſentatio patronorum pro bono temporali, & in ter-
tio nota. dicit, quòd ſimonia cõmittitur, non ſolum dan-
do temporale pro ſpirituali, ſed etiam in remittendo de-
bitum temporale, pro ſpirituali accepto, ut ibi probatur.
Sed in quæſtione noſtra, non interuenit aliqua ſpiritua-
litas, ex quo presbyter Ioannes, plebem ſuam non reſi-
gnauit, & plebe non uacante, nulla facta fuit, nec fieri po
tuit per collatores aliqua inſtitutio, uel prouiſio de per-
ſona dicti presbyteri Danielis, ut dicitur præſentati, un-
de ipſe non fuit aliquid ſpiritualitatis aſſecutus, ergo nul
la labes ſimoniaca conſiderari poteſt, ex illa ꝯuentione.
¶ Secundo principaliter probo, quòd non ſit ſimoniaca.
5 † quia fuit ſpontanea, & ſimpliciter, propter liberalitatẽ
presbyteri Danielis, facta & non reſpectu alicuius iuris
ſpiritualis aſſequendi uel aſſecuti, ut clarè conſtat ex uer
bis dicti chirographi, in quo nullum uerbum fit de ali-
quo iure ſpirituali conſequendo uel aſſecuto. Non po-
teſt ergo dici conuentio ſimoniaca, cum in illa non detur
uel promittatur uel remittatur aliquod temporale pro
aliquo iure ſpirituali, quod tamen eſt neceſſe, ut conuen-
tio dicatur ſimoniaca, ut latè dixi ſupra. Et ut detur au-
dacia & maior credulitas uerbis meis, ita in termi. cõſu.
Deci. in conſ. 118. uiſo inſtrumento colo. 2. & 3. lib. 1. ubi
ſaluat ſimilem conuentionẽ, conuentioni de qua eſt quę-
ſtio, a labe ſimoniaca, quia fuit ſimpliciter & non reſpe-
ctiua ad aliquid ſpirituale facta. Potuit enim presbyter
Daniel fuiſſe bonæ intentionis erga presbyterum Ioan-
nem, utendo liberalitate quòd reſeruaretur certa pars fru
ctuum dicti beneficij auctoritate Papæ ſecuta præſenta-
tione, & reſignatione pro reſignante ignorans intentio-
nem dicti Ioannis forſan deprauatam. Vnde non incur-
rit uitium ſimoniæ, ut in terminis tenet Abb. in d. c. ſi. co-
lu. ſi. de ſimo. & in uerſ. ſed aduerte, ubi dicit, eſſe poſsibi-
6 le, † ꝙ in ſimonia, mens unius tantum ſit deprauata, & po
nit exemplum. Epiſcopus contulit beneficium clerico,
cum principali intentione conſequendi ab eo aliquod tẽ
porale: ille clericus ignorans mentem epiſcopi, liberali-
ter in remunerationem donauit aliquid epiſcopo. dicit
Abb. in hoc caſu ꝙ ſola mens epiſcopi eſt deprauata, &
iſta coniectura, eſt ſumenda, quia nemo præſumitur im-
memor ſalutis æternæ. l. ſancimus in fi. C. de epiſc. & cler.
¶ Alia inſuper legitima & rationabili cauſa presbyter
Daniel moueri potuit, ad conuentionem huiuſmodi fa-
ciendam pro fauore presbyteri Ioannis decrepiti & im-
potentis ad curam, & regimen animarum, quo caſo ſicut
illi dari deberet coadiutor, & ambo uiuere de redditibus
dictæ eccleſia, ut legitur & notatur in c. pen. in fin. de cle.
ægro. ita & licitè potuit fieri in chirographo dicta reſer-
7 uatio fructuum. † Ex cauſa enim licita & honeſta etiam
ſine auctoritate Papæ, poteſt clerico, ex cauſa reſignatio-
nis, aſsignari certa penſio danda de redditibus beneficij
clerico reſignanti. ita tenet Abb. in c. ad audientiam, el
ſecundo, colu. 2. de reſcri. & in c. conquerente, de cle. non
reſi. ita tamen, quòd remaneat tantum presbytero Da-
nieli, unde honeſtè uiuere poſsit. et poteſt exemplificari
iſta concluſio, per text. in c. niſi, de præben. ubi pro bono
pacis ſine decreto Papæ fuit alteri litigantium, ſtatuta
certa penſio de redditibus eccleſię ad uitam alterius par
tis, unde ſequitur, quòd ex illa promiſsione Danieli nullo
modo incurrit ſimoniam, quia promiſit illud ad quod,
ex qualitate ſubiecti tacitè de iure communi erat obliga
8 tus. † Nam pactum iuri communi conſonans, non indu-
cit ſimoniam, glo. in c. cum. M. in uer. perciperet, quam
ibi notat D. Anto. de conſtitu. glo. & Archid. in ſumma.
8. quæſt. 5. Ad idem eſt glo. & docto. in cap. ſignificaſti de
ele. & in d. c. ad audientiam, & notatur in cap. relatum de
præbend. Nec huic rationi obſtat ſi dicatur, quòd ad hu-
iuſmodi penſionem ſeu portionem fructuum dictæ ple-
bis, aſsignandam dicto presbytero Ioanni requirebatur
auctoritas Reuerendiſsimi domini Patriarchæ, ſeu Reue
rendi domini ſui Vicarij generalis, ut ſtatim dicam:
quia reſpondetur, obiectum procedere, ſi presbyter Ioan
nes reſignaſſet dictam plebem, & de ipſa ſic uacante, fuiſ-
ſet prouiſum dicto presbytero Danieli, cum reſeruatione
pro reſignante, certæ quantitatis fructuum, ad ipſius ui-
tam. Nam iſto caſu, propter ius ſpirituale ſuſceptum
ſeu aſſecutum, per presbyterum Danielem, & in eum tran
ſlatum, ſtante conuentione prædicta, de temporali, pre-
sbyter Daniel ſine auctoritate patriarchali, incurriſſet cri
men ſimoniæ. Verum quia ipſe Daniel non fuit aſſecu-
tus aliquod ſpirituale, nec pro illo conſequendo cele-
bratum fuit chirographum, ut conſtat ex ipſius tenore,
& dixi ſupra ergo ſequitur quòd dicta conuentio poteſt
dici fundata ſuper prædicta cauſa iuſta, & rationabili,
ut prouideretur presbytero Ioanni decrepito & impo-
tenti ad curam, & ad ipſius uitam legitimè, ideſt median
te auctoritate ſui ſuperioris. ex quibus concludo con-
uentionem prædictam non continere aliquod uitium ſi-
moniæ, & conſequenter presbyterum Danielem nõ fuiſ-
ſe nec eſſe ſimoniacum, nec propterea illum incurriſſe in
aliquas pœnas nec cenſuras eccleſiaſticas, nec in aliquã
irregularitatem celebrando, nec eum factum inhabilem
ad beneficium huiuſmodi, nec ad aliqua conſequenda.
¶ Reſtat dare modum prouidendi presbytero Ioanni &
Danieli, abſque eo quod adeatur ſummus Pontifex, ꝙ
presbyter Daniel præſentetur per patronos, uel eorũ ma
iorem partem, capitulo & canonicis collegiatæ eccleſiæ
ſanctorum Felicis & Fortunati, ad quos ſpectat dictæ ple
bis prouiſio & inſtitutio, (ut mihi relatum eſt) & quòd
presbyter Ioannes reſignet dictam plebem ſuam medio
ſuo procuratore, in manibus dictorum D. canonicorum
cum reſeruatione tamen ſibi certæ annuæ portionis fru-
ctuum dictæ eccleſiæ loco annuæ penſionis, quæ arbitrio
Reuerendiſsimi domini Patriarchæ, ſeu ipſius Reueren.
dom. Vicarij ſufficiat pro ſuſtentatione dicti presbyte-
ri Ioannis, ad ipſius uitam, & reſiduum remaneat dicto
presbytero Danieli, unde uiuere poſsit. & in reſeruatio-
ne dictæ penſionis annuæ, cum decreto patriarchali, ex-
primantur cauſæ præmiſſæ, quæ militant in perſonam
dicti presbyteri Ioannis reſignantis, uidelicet, quia decre
pitus & impotens ad curam & regimen dictæ plebis, ma
ximè quia poſita eſt in locis mõtuoſis, & aſperis, & quia
habet ſub ſe, ſex uel ſeptem uillas in diuerſis locis ſpar-
ſas, & huiuſmodi cauſæ, ſi quæ ſunt aliæ exprimantur.
9 † ¶ Et quòd ex huiuſmodi cauſis & rationibus, epiſco-
pus poſsit præſtare auctoritatem reſeruationi & aſsigna
tioni certæ portionis reddituum, pro reſignante, tenet
* Abb. & alij * communiter docto. in dicto capitulo ad au-
dientiam, el ſecundo. & in dicto capitulo conquerente
de ele. non reſid. & in d. cap. niſi de præben. cum ſimil. ut
latè in ter. tradit Feli. in d. c. ad audientiam, colu. 2. & 3. in
2. conclu. ubi allegat quãplures alios, & loquitur de cleri
co ſene, & inepto ad curam animarum reſidente. Idem
tenet Archiep. Flo. in ſecunda parte ſuæ ſummæ tit. 1. §. 5.
uer. de renon. qui dicit quòd auctoritate ſuperioris, lici-
tefieri

tē fieri poteſt, quòd dimittenti beneficium, detur aliquod temporale, allegat D. Anto. in c.2. de arbitr. qui hoc dicit per d.c. niſi, & cum prædictis concludit Petr. de Ancb. in cōſi. 169. quæſtio proponitur, ubi etiam ipſe conſuluit pro clerico ſene & debile reſignante beneficium, quòd tali caſu penſio renunncianti, cum auctoritate epiſcopi, conſtitui licitè poſſit cum ſimi. ut per Deci. in conſi. 436. Viſa inſtructione caſus col. 3. & in conſi. 34. inter conſilia quadraginta, ubi latè comprobat prædicta. ex quibus omnibus facilis erit modus prouidendi eccleſiæ & plebi prædictæ & perſonis dictorum presbyterorum Ioannis, & Danielis & indemnitati parochianorum. ¶ Non obſtat obiectum in principio conſilij allegatum, quia ſublatum remanet per primam rationem ſupra allegatam: procedit enim contrarium quando cum datione uel ſolutione temporalis rei, uel cum prouiſione de ſoluendo uel dando temporale pro re uel actu ſpirituali, ſubſequitur ipſa res uel actus ſpiritualis, quo ſpirituali ceſſante, ceſſat ſimunia, uel quādo cum promiſsione dandi, uel remittendi temporale habetur relatio ad ſpirituale conſequendum, quæ ceſſat in quæſtione.

¶ Poſt redditum conſilium & præſentatum iudici fuerūt data dubia & tranſmiſſa conſultori quæ fuerunt per eum reſoluta, & ſunt extenſa poſt conſilium immediate ſequens. nu. 388.

## SVMMARIVM.

1 *Tanta poteſt eſſe comparatio litterarum, quòd ſola ſine teſtibus ſubſcriptis plenè probaret ſecundum Bar.*

2 *In epiſtola ſeu litteris miſsiuis, ſola comparatio litterarum facit plenam probationem, ſecundū Bar. ſibi tamen contrarium: & quòd per litteras contrahatur matrimonium.*

3 *Regulariter ſola comparatio in apoca non facit plenam probationem, ideo requiritur ſubſcriptio teſtium ad plenam fidem. & nu. 4.*

5 *Contra Bar. quòd tanta poſſet eſſe uis comparationis &c. ſtat ueritas & communis opinio.*

6 *Probatio per comparationem cum ſubſcriptione teſtium, plene probat quando littera à qua ſumitur comparatio per omnia ſunt ſimiles.*

7 *Scriptura contraria non ſunt admittendæ, ſicut nec teſtes contrarij, nec dicta alicuius contraria. & nu. 8.*

9 *Quæ dicatur ſcriptura, a qua ſumitur comparatio, & quæ illa ad quam fit comparatio.*

10 *Si teſtes ſuper comparatione dicant ſe cognoſcere litteras manu rei quia habent notas caracteres, quia uiderūt eum plures ſcribere, & ita tenent pro firmo: tamen ſine ſubſcriptione teſtium, non probant plenè.*

11 *Nulla eſt comparatio ſi non præcedit iuramentum petentis comparationem.*

12 *Bar. ſibi contrarius, tenet, quòd in comparatione epiſtola ſeu littera miſsiua, non differant ab apodiſſa ſeu apoca.*

13 *Vnde ſequitur, quod ſibi non eſt credendum.*

14 *In materia comparationis uerſatur ius publicum, ut euitetur falſitas, ideo conſenſus partium nihil ualet, contra leges in materia huiuſmodi.*

15 *Ad probandū diſſenſum puellæ, plures coniecturę ſumuntur, quia remittebat munera & litteras tranſmiſſas.*

16 *Per dictionem, tanquam cum marito, prolata à puella, non contrahitur matrimonium, niſi præcedant uerba de præſenti denotantia proprietatem, nam dictio, tanquam, eſt nota ſimilitudinis.*

17 *Nunquid in matrimonio contrahendo requiratur conſenſus uiri, & mulieris mutuus incontinenti, uel ſufficiat quod ex interuallo altero manente in uoluntate priſtina contrahendi. & num. 18.*

19 *Quando matrimonium contrahitur per litteras requiritur in mittente litteras perſeuerantia uoluntatis, uſque ad tempus, quo ille, ad quem miſſa ſunt, conſentiat.*

20 *Cauſa matrimonialis dicitur grauis: ideo in ea requiritur plena probatio, et teſtes omni exceptione maiores.*

## CONSILIVM CCCLXXIIII.

REDEMPTORIS noſtri a quo cuncta recta procedunt iudicia & cōſilia inuocato ſuffragio. Viſis & diligenter conſideratis actis & depoſitionibus teſtium, tam ſuper prætenſo federe matrimonij, quàm ſuper recognitione cuiuſdā ſcripturæ priuatæ in quæſtione diu uerſa in prima inſtantia, coram Reuerendo Vicario generali curiæ patriarchalis Aquilegiæ, inter D. Aluiſium uantarium Veronenſem ex una, & D. Dorotheam Locatellam de ciuitate Auſtriæ ſe tuentem ex altera de & ſuper prætenſi matrimonij quæſtione, in qua iudex à quo, ſuam pro matrimonio protulit diffinitiuam, a qua pro parte dominæ Dorotheæ ad ſanctā ſedē fuit appellatū. Super qua principalis difficultas cōſiſtit ſuper recognitione dictæ ſcipturæ productæ in iudicio facta per compatationem litterarum alterius ſcripturæ. à qua ſumitur comparatio, confeſſatæ per puellā. Tenor uero ſcripturæ, ad quam fit comparatio ſequitur, & eſt talis. Certo da uoi come da marito, che l'anello de l'oro è bello è ſcoder polito, ſel foſſe an manco gran merce ui dico. Ex qua polliza oritur ſecunda difficultas; nunquid per dicta uerba, come de marito intelligatur contractum matrimonium. Et prima facie uidetur dicendum plenè probatam fuiſſe dictam pollizam per quatuor conteſtes examinatos per dictum D. uicarium qui uidentur concludenter per comparationem alterius primæ apocæ confeſſatæ per dictam D. Dorotheam probare apocā præmiſſam eſſe manu eiuſdem dominæ. Teſtes ſunt infraſcripti. Ser Ioſeph qui docet artem abachi & ſcribendi: D. Germanus Bellonus: & D. Io. Franciſcus Maramanus, ambo notarij utinēſes, & excell. doct. D. Hierony. Maſenus

1 † unde ſtat doctrina Bar. in l. admonēdi col. 5. ff. de iur. iu. in uerſi. circa primū, qui tenet quòd licèt regulariter probatio facta per comparationem litterarum, faciat duntaxat

* ſemiplenam probationem, ſecundum* omnes docto. ibi, & in auth. de inſtru. cautela. §. ſi quis igitur col. 6. & in auth. & ſi contractus, & in l. comparationes. C. de fid. inſt. cum ſimi. ſubdit tamen Bar. quod poſſet eſſe tanta uis cōparationis litterarum, quòd ei daretur plena fides, quod nititur probare per tex. in auth. de inſtr. cau. §. ſi uero aliquid tale, cum quo pertranſeunt D. Ant. & Abb. in c. 2. de fid. inſtr. col. 3. ſed prędicti quatuor teſtes, uidētur prima facie concludenter probare dictam apocam ſcriptam manu dictæ dominæ Dorotheæ, ergo &c. ¶ Secundo ad idem moueor quia quæſtio in præſenti caſu non uerſatur circa apocam quæ fit inter præſentes, ſed de epi-

2 ſtola ſeu litteris, quæ mittuntur abſenti † in quibus per comparationem ſolam habetur plena fides & probatio, cum in eis nō reperiatur correctum ius antiquum, & ceſſare uidetur ratio quæ adducitur per docto. in apoca. Ita in terminis tenet Bar. in d. l. admonendi col. 6. in uerſi. de tertio genere. ſed per comparationem factam, uidetur per dictos teſtes probatam eſſe ſufficienter epiſtolam, ſeu litteras uel pollizam tranſmiſſam dicto domino Aluiſio, ergo ſequitur quod dicit Bart. cum quo pertranſeunt D. Ant. & Imo. in d.c. 2. de fid. inſtr. cum ſimi. ut ibi per Feli. col. 6. in uerſi. tangunt etiam ſic doctores. & per Deci. ibi, col. 6. in uerſi. Secundo Abbas concludit. Nam per litteras cum conſenſu ſcribentis mutuo & illius ad quo ſcriptæ ſunt, contrahitur matrimoniū. l. 4. & in l. fi. ff. de ſponſa. l. mulier. ff. de rit. nupt. tradit gl. in uer. uxor approbata ibi per doct. in c. nec illud 30. q. 5. & gl. in uerſi. internūciū cum in c. ex parte el 1. de conuer. coniu. & in c. ueniēs, qui clerici uel uouentes, & in c. fi. de procu. lib. 6. ubi doct. cū ſimil. ut per Alex. conſi. 146. colu. 4. circa medium. nu. 10. lib. 5. & per Zaſium. conſi. 3. 4. & 5. lib. 2. & per Pariſ. conſi. 55. attingam in princ. & col. 3. 4. & 5. lib. 4. ¶ Tertio dubium facit tex. in c. dudum el 1. in fi. de ele. ibi tanquam præpoſito reſponderi, quæ dictio importat ueritatem, & quòd ſumatur pro matrimonio uero, uidetur text. in c. ex parte de ſponſa. ibi tanquam proprio uiro.

¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium uerius eſſe

eſſe arbitror,inter præfatos D.Dorotheam & Aluiſiũ,nul-
lum cõtractum eſſe matrimonium,de quo ex actis & pro-
ceſſu conſtare poſsit & conſequẽter partes iudicis ad quẽ
ſore & eſſe in pronunciando male fuiſſe iudicatum per iu
dicem,a quo,& bene pro parte dominæ Dorotheæ appel-
latum,abſoluendo eandem a petitis. Et ad hoc tenendũ
moueor per ea quæ leguntur & notantur per Abb.& alios
✻ doctores in d.c.2.& per per Bar.& alios doct.* omnes in
d.l.comparationes,& in d.auth.& ſi contractus de fid.in-
ſtrum.in prin.& in §.1.& in l.nuda. ff. de dona. in quibus
3 locis concludunt † quòd per ſolam comparationem apo
cæ ſeu apodiſſæ nõ habetur plena probatio,niſi per teſtes
inſcriptos uel ſubſcriptos in ſcriptura ad quam fit com-
paratio,in qua uerſatur quęſtio noſtra,qui iurati deponãt
ſe interfuiſſe,& uidiſſe talẽ ſua manu ſcribere ipſam apo-
cam,& ipſam recognoſcant,etiam ſi nõ fuerint præſentes
negocio de quo in ſcriptura,quòd tunc habebitur plena
probatio per illam ſcripturam recognitam , per iura per
eos allegata,& adducitur ratio quæ per legiſlatorem aſsi
4 gnatur in d.auth.de inſtru. cau.in prin. † quia eſt proba-
tio fallax & ualde dubia propter ſimilitudinem litterarũ,
& quia homines ſe exercerent ad imitationem litterarum
ut poſſent adulterare & fingere manus alienas ſi ſola cõ
paratio plenè probaret,& per longam eorum experien-
tiam,multi recognitores decepti fuerunt in huiuſmodi
probatione litterarum per ſolam comparationem illorũ
à quibus,& ad quas, de qua ſola comparatione eſt quæ-
ſtio in caſu præſenti,& cum prædictis concordat latè Pet.
Philip.Cor.Peru.conſi.169.licèt col.pen.lib.1.& conſ.58.
col.1.& 2.lib.3.& col.pen.& fi.cum ſimi.ut per Aret. conſ.
64.& Petr.Dec.conſi.615.Viſa inquiſitione col.2.lib.4. &
Matthæ.de affli.in deciſ. Neap. parlamenti.181. incip. in
quodam proceſſu , & latius cęteris poſt Alex. in pluribus
conſilijs ibi allegatis per Petr.Pau.Pariſ.in conſi.19. conſi
deratis coniecturis,per totum lib.3.& in conſi.55. attin-
gam col.2.& 3.lib.4. ubi adducont quæ & quod extrema
requirantur ad probandam ſcripturam per compara'io-
nem,ut ſit concludens probatio, quæ deficiunt in q. pro-
poſita. ¶ Non obſtat doctrina Bart. in d. l. admonendi
col. 5.quòd tanta poſſet eſſe uis comparationis,quòd ſo-
5 la plenã fidem faceret ſine teſtibus.† quia contrarium eſt
uerius,& ideo doctri.Bart.reprobatur per Io. de Imol. in
d.c.2.col.5.in fi.cum ſeq.quem refert & ſequitur Alex. in
d.l.admonendi col.22.& ibi Sali.damnat Bar.& idem fa-
cit D.Iaſ.in d.l.admonendi in repe.nu.89.& contra Bart.
eſt communis opinio,ut poſt alios quos refert & ſequitur
Pariſ.in d.conſi.19.nu.42.lib.3.attellarur.& ibi col.5.nu.
36.37.38.dat intellectũ ad dictum Bar.ut procedat quan
do extrema in comparatione requiſita concurrunt,uide-
licet quando in ſcriptura ad quam fit comparatio, prout.
agitur in præſenti caſu, adſunt teſtes ſubſcripti uel inſcri-
pti,qui recognouerũt illam fuiſſe manu illius,qui eam ne
gauit,quia uiderunt illum ſcribere,& contra Bar.tenet de
ciſ.illa Neapo.181.col.2.in prin.quę refert & ſequitur Io.
de Imo.Sali.& Iaſ.& alios tenentes contra Bar.& reſpon-
dent ad tex. quem allegat Bar. pro ſe in §. ſi uero aliquid
in d.auth.de inſtru.cau.& fuit reſponſio originalis Io. de
Imo.in d.c.2.Nam ille tex.non probat dictum Bar.ſed ſo
lum dicit quòd quãdo comparatio litterarum contra di-
cit dictis teſtium,& ſic dicta teſtium contrariantur com-
parationi poteſt eſſe tãta diſsimilitudo litterarum, quòd
iudex non poterit credere teſtibus , ſed per hoc non dicit
tex.quòd iudex poſsit ſoli comparationi litterarum cre-
dere,unde ex prædictis apparet dictum Barto.non habere
fundamentum,& propterea communiter damnatur & cõ
tra Bar.ẽt tenet Feli.in d.c.2.col.5. in 10.limi.ubi ſequi-
tur opi.Io.de Imol.& eius reſponſionem ad tex. allegatũ
per Bar.Deci.tamen Neapo.ſoluat.Bar.in alio caſu quod
non ſeruit ad q.noſtram. ¶ Secundo reſpondeo ad di-
ctum Bar.præſuppoſito quod etiam eius doctrina ſit uera
quia negatur tantam eſſe uim comparationis per dictos
teſtes qui recognouerunt ipſam ſcripturam,ut plena ſit ꝓ
batio,nam primus teſtis ſer Ioſeph in ſuo dicto reputat il
los duo Bulletinos eſſe ſcriptos per unam manũ, & quòd
ſecundus negatus non ſit adulteratus,duabus rationibus
prima quia littera illa R. poſita in primo Bulletino con-
feſſato poſita eſt etiam in Bulletino ſecundo negato, con
formis,quæ ratio nihil concludit. Nam ex iſta ratione,
omnes ſcripturæ negatæ probarentur concludenter uerę,
ſi haberent unam litteram conformem litteræ eidem po-
ſitæ in ſcriptura ex qua fit comparatio contra text. in d.
auth.de inſtru.cau.& fid.§.1.ibi per omnia ſimilia,quem
ibi ad hoc notat Bart.& Ang.in nota.Secũda ratione mo-
uetur conſiderando le letteræ de una in una le ſono diffe-
renre qualche pocho,e pero giudica che ſiamo tutti doi
6 d'una mano. quæ ratio deſtruit eius dictum† quia ad hoc
ut comparatio ſit bona litteræ omnes ambarum ſcriptu-
rarum debent eſſe ſimiles & conformes,adeo quòd ſi ali-
quæ apparent diſsimiles,comparatio nõ eſt bona, ut pro
batur ad litteram per tex.in d.auth.de inſtr.cau.§.1.ibi ꝑ
omnia ſimilia,quem notat ibi Bar.& Angel.in 2. nota. &
propterea ratio allegata per eum de diſsimilitudine litte
rarum deſtruit eius dictum,& reddit comparationem fal-
lacem,& de directo contrariatur dicto & depoſitioni do-
mini Hieronymi Maſeni doctoris,qui dicit, che ſi po dire
che tutti dui li chirographi ſiano de una medeſima man
ſcritti,non eſſendo alcuna diſsimilitudine de caratti, e di
7 proportion de litteræ e ſtilo.† ſed ſcripturæ contrariæ nõ
ſunt admittendę.l.ſcripturæ.C.de fid. inſtrumentorum. l.
ubi repugnantia.ff.de reg.iu.per quem tex.dicit ibi Deci.
quòd nulla maior exceptio contrarietate , & ad hoc alle-
gat plura dicta,& proponens contraria non eſt audien-
dus.c.ſolicitudinem iu fi.de appe.cum ſimi.ut ibi in gl.fi.
& ad hæc eſt deciſ. Angel.in d.l.ſcripturæ col.1. qui dicit,
8 † quòd quando quis producit in iudicio duas ſcripturas
uel duos teſtes contrarios , neutri ſtatur;nõ attento quis
ſit dignior . Subdit idem dominus Hieronymus Maſenus,
chel detto ſcritto negato potria eſſer d'altra man contra
fatto,pur giudica per le ragion predette eſſer d'una iſteſſa
mano,dicens non ſonn tanto pratico in queſte cognitio-
ni de littere,per che queſto non è mio eſſercitio,potria eſ-
ſer falſificato , ma io giudico d'una man iſteſſa . Nota q̃
uariè iſte teſtia loquatur . Germanus Bellonus notarius
iudicat ſuo ,uidere apocas prædictas eſſe unius & eiuſdẽ
caracteris litterarum,& uniuſmet manus comparatis lit-
teris utriuſque.hic etiam non cognoſcit manum ſiue car-
racteres à quo uel qua fuerint ſcripti,niſi ut ſupra chel me
par una medeſima mano . Iſte,etiam teſtia dubiè loquitur
& non cognoſcit manus nec caracteres litterarum domi-
næ Dorotheæ,& conſequenter poteſt de facili decipi in co
gnitione per comparationem : ideò non concludit quòd
non ſit falſificata apoca illa . & etiam contrariatur dicto
com ſuis rationib. ſer Ioſeph primus teſtia . D.Io. Franc.
Maramanus,uiſis duobus Bolletinis dicit queſto negato
potria eſſer cõtrafatto,ma io certo per la ſimilitudine del-
le littere , non poſſu giudicare che ambi dui non ſiano
d'una man iſteſſa, per li caracteri che reſpondeno molto
uno all'altro , e potria eſſer ch'io m'inganaſſe per che ſe-
mo tutti atti à fallare . Iſte teſtis non concludit de neceſ-
ſitate,quia potuit decipi in cognitione litterarũ , & quia
Bulletinus negatus poteſt eſſe aliena manu ſcriptus aſsi-
miliando caracteres litterarum priori Bulletino recogni
to per Dorotheam,& propterea doctores omnes in locis
præallegatis & Ang.in auth.ſi quis poſita in l.ſcripturas.
C.qui poti.in pi.habe.& in d.l.comparationes,dicũt iſta
formalia uerba,uel ſimilia eundem effectum importantia
9 † & ideò ſcias quòd ſcriptura priuata ad quam fit com-
paratio eſt illa principalis quæ producitur in iudicio , ad
debitum cõſequendum,& negatur manu illius cuius aſſe-
ritur,non poteſt peti ut per illam fiat comparatio littera-
rum,niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium , & probe-
tur per teſtes qui uiderunt illam ſcribi, ut probatur in d.
auth.ſi quis,& quando ſcriptura eſt ſimplex & ſine teſti-
bus,talia comparatio non poteſt fieri ab alia ſcriptura ,
quia faciliter contra fit ſcriptura unius , quàm ſcriptura
ubi ſunt plures ſubſcriptiones,ut dicit in ter.Sal.in d.l.cõ
parationes in 4.col.in princ.& ideò Areti. in d. conſi.64.
incipit,diligenter & maturè diſcuſsis,tenet quòd iſta te-
ſtificatin

ſtificatio teſtium deponentiũ quòd ipſi non fuerunt præ-
ſentes, quando fuit ſcripta apodeſis, ſed habét illam pro
ſcripta manu illius, quia habét notã eius manum & cara
cteres, non probant, quia ſola comparatio non ſufficit, ad
condemnandum, cum faciat duntaxat ſemiplenam pro-
bationem, ut tenet Bar. & alij in d. auth. & ſi contractus,
dum dicit, quòd circa comparationem de facili erratur.
& cum prædictis concordat dicta deciſio Neap. 181. quæ
atteſtatur in fine, quòd totum conſilium Neapo. fuit in
hoc noto quòd ſcriptura priuata ſine ſubſcriptione teſtiũ
& ſine depoſitione eorum qui uiderint illam ſcribere, ſed
ſunt teſtes qui dicunt tantum quòd ipſi habent notam
manum illius, & eis uidetur quòd ſit eius manus, tamen
non uiderũt eum ſcribere, quòd talis apodiſſa non facit
fidem, & ſic fuit iudicatum. quam deciſ. refert & ſequitur
Deci. in d. conſi. 615. Viſa col. 2. lib. 4. ubi ad hoc allegat
deciſiones conſiliorũ Corn. Aret. & Alex. concordãtes ad
præmiſſa. quos etiam refert & ſequitur Pariſ. in d. conſi.
29. col. 5. nu. 39. & Alex. in conſi. 77. col. 2. & 3. uerſic. illud
autem non eſt, & uerſicu. poſito quòd per cõparationẽ, &
col. 4. lib. 3. & per per eundem Alex. conſi. 114. nu. 6. & cõſ.
210. nu. 2. lib. 7. & per Alex. conſi. 114. nu. 6. & conſi. 210.
nu. 2. lib. 7. & Alex. conſ. 239. num. 6. col. 6. lib. 6. & Soci. in
conſi. 274. col. 8. uerſ. Sed ad præmiſſa reſpondet, & Alex.
in conſi. 150. in cauſa col. 5. uerſi. deponit lib. 5. ubi magis
in terminis noſtris loquitur. & Pariſ. in d. conſi. 55. attin-
gam nu. 10. 11. 12. 13. lib. 4. ubi latius deducit col. 3. & ad
20 dit ad iam dicta † quòd ſi plures teſtes deponerent, & di-
cerent ſe cognoſcere litteras eſſe ſcriptas manu rei conuẽ
ti ex quo habent notam ipſius manum & ſcripturam, &
pluries uiderunt eum ſcribere, & quòd ita tenent pro fir-
mo: adhuc tamen talis diſpoſitio non concludit idempti
tatem ſcripturæ, ex quo de facili ipſi teſtes poſſent deci-
pi ſimilitudine litterarum. & ibi allegat quamplures do
ctores hanc partem communiter tenentes, ex quibus ap-
plicatis ad dicta quatuor teſtium ſuper recognitione de-
ponentium, cõſtat per eorum depoſitiones, maximè quia
nullus ipſorum recognouit manum dominæ Dorotheæ;
nec caracteres ſuarum litterarum, nec unquam uiderunt
illam ſcribere, quòd difficultas noſtra circa comparatio-
nem litterarum, non poteſt decidi per doctri. Bar. in d. l. ad
monẽdi, allegatam ſupra in contrarium, quia non eſt tan-
ta uis comparationis, prout dicebat Bar. qui etiam com-
muniter damnatur ut dixi, & cui etiã notanter & clare re-
ſpondet Pariſ. in d. conſi. 19. col. 5. nu. 34. 35. 36. cuius do-
ctrinam ipſe intellexit procedere ut loquatur de cõpara-
tione ualida & legitima, & a iure approbata, & in caſu in
quo iura comparationẽ admittunt. at in caſu noſtro nul-
la apparet legitima comparatio, nec ſecundum modum
traditum à iure, de quo in d. l. cõparationes cum duabus
legibus ſequentibus, & in auth. de inſtru. cau. & per docto.
in d. c. 2. de fid. inſtru. ¶ Et quòd comparatio non ſit fa-
21 cta legitimè, alia ratione oſtendo. Nam Alouiſius qui
petijt comparationem fieri debuerat iurare, quòd non ha
bebat alias probationes pro ſuo aſſerto matrimonio pro
bando, & quòd non egit dolosè in abſcõdendo probatio-
nes. ſine quo iuramento, tota comparatio redditur nulla.
ita in terminis tenet Angel. in d. auth. de inſtru. cau. §. ſi
quis igitur col. 3. & etiam idem Ang. in d. l. comparatio-
nes col. fin. per text. apertum in §. ſi uero nihil in auth. de
inſtru. cau. & notat Bal. & Sali. in d. l. comparationes, col.
3. in oppo. ubi dicunt quòd hoc iuramentum eſt introdu-
ctum pro forma. & cum prædictis concordat Corne. Pe-
ruſi. in d. conſi. 169. col. pe. lib. 2. uerſi. poſtremo, ubi dicit,
quod omiſſo iuramento, comparatio eſt ipſo iure nulla;
ſed in q. noſtra non apparet per dictum Aluiſium præſtitũ
dictum iuramentum merito comparatio prædicta ipſum
non releuat, quæ ratio procedit etiam ſi comparatio hu-
iuſmodi in q. noſtra eſſet alias ex omni capite legitima,
& ex illa haberetur plena probatio. ¶ Non obſtat alia
doctrina Bar. in d. l. admonendi, col. 6. ubi dicit, quòd epi
ſtolæ per comparationem dabitur plena fides, quia cum
illa mittatur abſenti non eſt eadem ratio prout in libro
rationis, cum nihil poſſit parti abſenti imputari, ſi non fe
cit adhiberi ſolennitatem numeri teſtium, prout in apo-
12 ca quæ fit inter præſentes. † quia reſpondetur, quòd idẽ-
met Bar. tenet contrarium in terminis in epiſtola non cõ-
feſſata, in d. auth. & ſi contractus in fi. ubi dicit, quòd ſi
epiſtola non habet ſigillum authenticum, quòd tunc de-
bet ipſa probari ſicut apodiſſę ut dixi ſupra, & ſic Bar. ſi-
bi de directo contrariatur, de cuius contrarietate Abb.
perpendit, in d. c. 2. col. 6. in uer. & poſtquam hanc opinio
nem tenui. ubi notanter ponderat hanc contrarietatem,
& tenet opi. Bar. in d. auth. & ſi contractus, tanquam ma-
gis æquam & rationabilem, qui pro iſta parte ponderat
rationes dictæ authenticæ de inſtru. cau. quæ ſunt genera
les tam apodiſſæ, quàm litteris ſeu epiſtolæ. Dicit enim
Abb. quòd occaſione legum antiquarum permittentium
comparationem ſine interuentu teſtium homines mul-
tum adulterabantur documenta, adeo quòd ſemet ipſos
ad imitationẽ litterarum exercebat. ideo imperator in d.
auth. uolẽs prouidere ſubiectis, & obuiare falſitatibus ſta
tuit ut ſola cõparatio non ſufficiat, maximè quia eſt pro-
batio fallax propter ſimilitudinem litterarum. unde nul-
lam ſpecialem adducit rationem legiſlator magis in apo
ca quàm in alijs, cum facilius poſſit quis falſificare epiſto
lam, quæ ſcribitur abſenti quàm apocam quę fit inter pręſentes. unde ex quo tex. correctiuus loquitur indiſtinctè,
& ratio ſua eſt uniformis debet determinare pariter utrã
que ſcripturam apocæ & epiſtolæ c. maiores de Baptiſmo
l. non hoc iure. ff. de uulg. & pup. & quia ratio eſt anima le
gis. c. erit autem lex 4. diſtin. c. intelligentia de uerb. ſigni.
c. ratis de præb. ad idem dicit Abb. quòd tex. in d. auth. in
correctione legum antiquarum non fundat ſe ſuper negli
gentia partis, in non adhibẽdo teſtes ſed potius ſuper ma
litia hominum, qui ſunt proni ad falſitatem. & cõtra Bar.
in d. l. admonẽdi, tenet Bal. in l. fi. 14. col. in 5. q. & ibi Sali.
5. col. C. de edi. di. Adri. tolle. & Angel. in d. l. comparatio-
nes col. pen. & fi. ubi in terminis quæſtionis comparatio-
nis, æquiparat apocã & epiſtolam per eandem rationem
cum ſimi. ut per Iaſ. in d. l. admonẽdi in repe. nu. 139. qui
tenet cum Abbate & Bar. in d. authen. & ſi contractus, qui
etiam reſpondet ad rationes & iura Bart. & fuit ẽt opinio
cardinalis in d. cap. 2. in fi. ubi refert & ſequitur Bar. in d.
auth. & ſi contractus, & ponit ſpecialitatem in l. rationũ
ut ſola comparatio probet & Feli. in d. c. 3. col. 6. in uerſi.
tangunt etiam hic doctores, poſt Card. & Abb. dicit eo-
rum opinionem eſſe tolerabilem, ſi non eſſet diuerſa ra-
tio inter apocam & epiſtolam, quod quidem optimè pro-
bat Abb. & alij ſequentes Bar. in d. auth. & ſi contractus.
Concludo ex præmiſſis non eſſe ſtandum doctrinæ Bart.
cum ſit ſibi ipſi contrarius, pro quo allego doctri. Angel.
Bal. Sali. & aliorum in l. ſcripturæ. C. de fid. inſtru. qui di-
13 cunt † quòd ſi una ſcriptura aut unus teſtis ſibi ipſi repu
gnat & contrariatur: tunc nihil ualet ſcriptura nec dictũ
teſtis indiſtinctè, ut probatur in d. l. & in l. ubi repugnan-
tia. ff. de reg. in. & de teſte probatur in l. qui falſa uel uaria
ff. de teſti. ¶ Secundo reſpondeo ad dictum Bart. in d. l.
admonendi, etiam data eius ueritate, quia non poteſt, ue-
rificari in q. noſtra, in qua reperitur facta comparatio ſi-
ne iuramento Aluiſij petentis comparationẽ, quod eſt de
forma ſubſtãtiali comparationis, ut dixi ſupra poſt Ang.
14 Bal. & Sali. † nec poteſt ſaluari nullitas dictæ compara-
tionis, quia reſpondetur quod in materia iſta conſenſus
partium nihil operatur in comparatione, forma iuris non
ſeruata. Nam in terminis tenet Ange. in d. l. comparatio
nes col. 2. quod dictum ſecundum eum eſt nota dignum,
& adducit rationem, quia lex prohibuit comparationem
fieri, aliter quàm prouiſum ſit per iura in fauorem publi-
cũ, ne aperiretur uia falſitatis, ut probatur in d. l. in prin.
& ideo huic fauori partes non poſſunt renunciare. l. quos
prohibet. ff. de poſtu. c. ſi diligẽti de for. compet. ¶ Vnde
ſequitur ex prædictis quòd probatio huiuſmodi facta ad
inſtantiam dicti Aluiſij per quatuor teſtes prædictos, me
dio comparationis litterarum, ex omni capite redditur
defectiua & inefficax, ſaltem ad condemnandum. ¶ Se-
quitur uidere nunquid pro parte dicti Aluiſij ſit aliter pro
batum articulatum matrimonium, quod ipſe aſſerit con-
traxiſſe

traxiſſe cum puella per uerba de præſenti, ad quod pro-
bandum idem Alouiſius multoties dixit coram teſtibus,
ſe habere quatuor aut quinque teſtes, ut atteſtatur ſer Io
ſephus de Melſio teſtis pro ipſa examinatus ſuper capi-
tulo 24.ſo.35.& de nouo repetitus pro Dorothea ſup 12.
artic.fol.75.& magiſter Alexander Decius.30.teſtis pro
Aloniſio fo.57.tergo, Io ho teſtimonij a prouare el matri
monio & D.Florius Locatellus, ab utraque parte exami-
natus, & ſer Ioannes molendinarius.& D.Alexander Co-
lornus, quòd non habebat aliquos teſtes de matrimonio
nec uerbum quidem ab ipſa domina, quæ nunquam uo-
luit ſibi promittere eſſe ſua uxor, niſi habuiſſet licentiam
à patre & a matre ſua. Idem atteſtatur D.Florius conte-
ſtis dicto domino Alexandro, qui etiam dicit ex ore di-
cti Aluiſij, quòd ipſe non poterat probare huiuſmodi ma
trimonium, ſe non per li præſenti che haueua fatto à Do
rothea, & cócordat Ioſephus de Melſo teſtis.12.pro Alui-
ſio ſuper 24. articu.& Ser Nicolaus Polamus teſtis 19.&
domina Anna teſtis 24. qui deponunt quòd quando ha-
bebatur ſermo cum ipſa puella de matrimonio contrahé
do cum Aluiſio, ipſa ſemper ſe remiſit ad uoluntatem ſui
patris & matris. ¶ Confirmantur prædicta ex dictis plu
15 rium teſtium. qui deponunt † quòd quando Alouiſius mit
tebat munera dominæ Dorotheæ cum litteris uel ſine lit-
teris puta chirothecas, officium, & anulum quendam ip-
ſa puella ſtatim, uel quanto citius poterat remittebat mu
nera dicto Aluiſio per internúcios: teſtes ſunt infraſcripti
ſer Ioannes Polame ſecundus teſtis qui fuit lator dictarú
rerum ad Aluiſium: Andreatius ſtringarius qui loquitur
de anulo: Hieronymus de Venuſtis qui etiam loquitur de
anulo tranſmiſſo Aluiſio, ſer Ioſephus de Melſo, qui nomi
ne Aluiſij, uoluit dare unã litteram Dorotheæ, quam ipſa
noluit recipere, D.Andriana uxor dicti Andreatij quæ lo
quitur de reſtitutione dictarum rerum, & præfati teſtes
ſint examinati ad inſtantiam Aluiſij, domina Franciſca te
ſtis pro puella examinata prima optime deponit de reſti
tutione officioli & chirotecarum: Antonia tertia teſtis ꝑ
eadem, concordat cum Franciſca quæ ſuper tertio capitu
lo deponit de anulo reſtituto Aluiſio. idem deponit ſu-
per 11.capitulo, cum quibus concordat altera Andriana
uxor Iacobi de Melſo. idem ſer Ioſephus de Melſio ſuper
decimo capitulo dicit che Andriana ſua moiere ha nel
ſuo forciero, quello par de guanti & quello officiolo, per
che Aluiſe non li ha mai uoluto indreto, qui teſtes ſuper
11.& 12.capitulo, atteſtantur de anulo reſtituto Aluiſio,
ſubdens quòd Aluiſiuſmet poſt reſtitutionem anuli, di-
xit ipſi teſti qualiter acceperat dictum anulum, ſibi tranſ-
miſſum per puellam & quem ipſa Dorothea nunquam no
luit penes ſe retinere. ¶ Ex quibus ſequitur clara conclu
ſio, quòd ipſa puella nunquam contraxit aliquod matri-
monium, cum dicto Aluiſio, nec animum cú ipſo habuit
contrahendi, quæ propterea ſemper in iudicio cum iura-
mento & extra coram pluribus conſtanter aſſeruit ſe nun
quam cótraxiſſe cum Aluiſio, nec ſcripſiſſe illam polliza
ſeu bulletinum in quo ſit mentio de anulo nec de marito
per dictionem tanquam: unde non conſtat de mutuo có
ſenſu, ut uolunt iura, et doctores in locis allegatis ſupra.
¶ Et pro dicto puellæ quòd non ſcripſerit dictum bulleti-
num adeſt maxima coniectura, quia non reperitur in to-
to proceſſu aliquis teſtis, nec etiam extra iudicium aliqua
perſona quæ portauerit pro parte dominę Dorotheæ nec
ſub aliquo nomine dicto Aluiſio pollizam illam negatã,
neque quòd hoc ab aliqua perſona dici audiuerit. unde
oritur maximam coniectura & indicium quòd præfatus
Aluiſius fabricauerit uel fabricari fecerit & ſcripſerit uel
ſcribi fecerit manu propria uel per aliquem alium, dictú
bulletinum imitando in quantum potuit modum & for-
mam, & caracteres litterarum alterius polliciæ ſeu bulleti
ni confeſſati per ipſam puellam in quo fit mentio de flore
recepto. Et ad prædicta benefacit, quia tot teſtes nume
ro triginta pro Aluiſio examinati, interrogati ſuper arti-
culo de fama prætenſi matrimonij, ipſam non probant,
ut patet ex eorum dictis ſuper articulo ultimo de fama.
¶ Ex alio etiam notabili argumento & ratione, oſtendo
quòd uerba illa in bulletino negato non important ma-
trimonium ponderando illam dictionem come marito,
16 quæ idem eſt cum dictione tanquam † quæ regulariter
notat ſimilitudinem & improprietatem, non ueritatem,
hanc regulam ponit Feli.poſt alios doct. communiter in
c.ſolite col.2.in uerſ.in quantum, de maio.& obe.& eſt gl.
ibi, de hoc in uerbo tanquam, per illum text. & probatur
in euangelio ibi tanquam ad latronem exiſtis. unde infe-
ro quòd ſi mulier promitteret uiro, quòd ei tanquam ui-
ro fidem ſeruaret ſeu tanquam marito, non per hoc dice-
retur contraxiſſe cum illo matrimoniú per uerba de præ-
ſenti, niſi præcederent uerba importantia matrimonium,
ut eſt tex.in ca. ex parte el 1.de ſponſa. quem ibi notat D.
Anto.in 4.nota. ubi dicit hæc uerba, nota de dictione tan
quam, quæ non eſt hic nota ſimilitudinis ſed ueritatis, ex
quo præceſſerunt uerba prolata erga mulierem per uirú,
quod eam ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei ſicut
uxori ſuæ fidem ſeruaret. ipſa quoque eidem Viro iura-
uit, ſe illum pro marito habiturum, & fidem ei tanquam
uiro proprio ſeruaturam, nam ibi dictio tanquam impor
tat ueritatem matrimonij, quia in tex. inter utrunque có-
trahenté, præceſſerút uerba importantia matrimoniú de
pñti, aliàs illa dictio tãqnã ſimpľr prolata nó importaſſet
ueritaté ſed ſimilitudiné ſeu improprietaté ꝑꝑ ſuã regu-
laré naturam, ut probatur etiam in c. ſuper litteris de re-
ſcri. ibi tanquam falſarius, quem notat ad hoc Io.And.&
Bal.& concordat cum prædictis D.Præpo.in d.c. ex parte
in 4.nota. ubi dicit, quòd licèt dictio tanquam ſit ſui na-
tura, nota improprietatis & ſimilitudinis: tamen in d.c.
important ueritatem, ex quo in ueritate ille Andreas erat
maritus, & ipſa fœmina erat uxor Andreæ per uerba præ
cedentia. Idem Abb.in 2.nota. dicit quòd dictio tanquã
quandoque ponit ueritatem ut ibi, quia ſubiecta materia
in d.c. hoc patitur ut dixi. ¶ Ex quibus ſequitur clara con
cluſio, quòd etiam ſi polliza illa de qua eſt quæſtio, eſſet
per puellam confeſſata uel aliàs legitimè probata fuiſſe
manu ſua, non per hoc poteſt dici quòd ipſa conſenſerit
in Aluiſium per uerba importantia matrimonium, &
per hæc ſit reſponſum ad tertium obiectum pro dubio
ſupra deductum. Vltimo ad idem moueor alia conſi-
deratione, quia ad hoc ut contrahatur matrimonium
17 † requiruntur uerba de præſenti exprimentia mutuú con
ſenſum ſtatim & incontinenti, ut in terminis uoluit Spe.
in titulo de ſponſa. in prin. col.2. ubi loquitur in terminis
contractus matrimonij per litteras in quo requirit͂ actus
cótinuus & ſimultaneus. c. tuæ, & c. ſi inter de ſponſa. ubi
Io.Andr.in princ.& D.Ant.clarius in uerſ. quæro primo,
& D.Præpo.in 3.nota dicentes quòd primo conſentiens
credit͂ cóſentire i matrimoniú ſi alter ꝯſentiat incótinéti
ergo ſecus ſi ex interuallo & ita expreſſe firmat Bald.in c.
cum conſuetudinis col.2.in fi.in uerſ. pone exemplum,
de conſue.& hoc idem uoluit Abb. in c. dilectus in fin. de
ſponſa. ubi aſſerit tutius & uerius eſſe quòd conſenſus pręſ
18 ſtetur ſimul, & non per interuallum, † & licèt Hoſti.in d.
c. ſi inter dicat conſenſum unius & alterius poſſe præſtari
ex interuallo & uicibus ſeparatis, maximè quando con-
trahitur per procuratorem uel per litteras, cum quo per-
tranſeunt Archi. Anch. Gemi.& Philip.in d.c. ſi. de procu.
lib.6.& Prępo.in d.c. ſi inter col.2.& ibi Henri. Boic.& ibi
* Car.in uerſi.2. quæro, & iſta ſit * communis opinio ut at-
teſtatur Pariſius. in d. conſi.55.col.3.lib.4. Tamen iſta pro
cedunt quando ille qui primo conſenſit per litteras, uel
per procuratorem, perdurauit ſeu perſeuerauit in ſuo có-
ſenſu, uſque ad illud tempus, quo ſecundus ſuum præſtitit
conſenſum, aliàs non diceretur contrahi matrimoniú de-
ficiente conſenſu amborum etiam ſi ſecundo conſentiens
ignoraret illum primo conſentientem non perſeuerare in
ſuo conſenſu. ita probatur in d.c. ſi. ubi omnes doct. no-
tant, & ita Io. Andr. D. Ant.& Abb.& Henric. Boic.in d. c.
dilectus, & Alex.in conſi.146.col.4.& 5. uerſi. præterea il-
19 la ſpecialis lib.5. ubi dicunt † quòd quando matrimo-
nium contrahitur per litteras, requiritur in mittente per
ſeuerantia uoluntatis, uſque ad tempus quo ille ad quem
tranſmittuntur conſentiat, ut eſt gl. in c. nec illud trigeſi-
ma

ura q. ubi Archid. alij.& Lap.alle.77.nu.16.de reſcrip.
cum ſimi.ut per Pariſ.in d.conſi.55.ſol.pen.& Zaſius late
in d.conſi.5.lib.2. ¶ At in caſu noſtro, nedum doctum,
& probatum apparet de perſeuerantia ipſius dominæ Do
rotheæ in uolũtate matrimonij.quinimmo nec de aliquo
primęuo conſenſu, ponderando dictionem illam come
marito,& quòd non perſeuerauerit etiam ſi per uerba im
portãtia matrimònium ſcripſiſſet Alouiſio, attento quod
ſemper ipſa negauit reſpondendo cum iuramento poſi-
tionibus,& etiam extra iudicium ſæpius,& neget de prę-
ſenti illo unquam tempore conſenſiſſe, nec talem bulleti
num aut polizam ſcripſiſſe, nec miſiſſe, ſuum conſenſum
continentem, ut ſuperius pleniſsime fuit diſcuſſum, quin-
immo cum nec conſtet in proceſſu quòd Alouiſius poſt
prætenſum bulletinum, ut dicitur per eum receptum con-
ſenſerit in dictam puellam pro matrimonio, & quod ip-
ſa huiuſmodi conſenſu notitiam habuerit. Nec obſtat
trãſmiſsio annuli facta per Alouiſium puellæ de quo in 14.
ſua poſitione, quia per huiuſmodi actum annuli inter ab-
ſentes, non cõtrahitur matrimonium maximè in caſu no-
ſtro in quo apparet quòd anulus fuit tranſmiſſus in donũ
ut ipſe fatetur in 14.poſitione, & quia non conſtat quod
inter illos præceſſerit tractatus de matrimonio; ut dicit
Lap.alle.57.col.fin.& docto.in c.illud de præſump.& per
Areti.in conſi.13.cum ſimi.ut per Pariſ.in d.conſi.55.col.
pe.ubi latè reſpondet in terminis anuli miſſi ad mulierẽ,
quę in q.noſtra.illũ non acceptauit immo ad Alouiſium
tranſmiſit. ¶ Non obſtant duæ reſponſiones per uerbũ,
credit, factas per puellam poſitioni.33.& 34. in quibus fit
mentio in plurali de queſti receueri fatti da aña domi-
na Dorothea, quia reſpondetur quòd iſtæ duæ poſitio-
nes confeſſatæ continent in ſe principaliter acceſſum do-
mini Flotini & capitanei Alexandri, ad quendam fratrẽ
pro habenda ſua opinione ſuper prætenſo matrimonio,
in quibus captioſe fit mentio in numero plurali, de que-
ſti receueri è de queſti ſcritti. ideo reſponſio puellæ, cre-
dit, refertur ad contenta principaliter in poſitionibus, nõ
ad ſcripta uel recepta, maximè ut euitetur contrarietas
in puella, quę reſpondendo.31.& 32.poſitionibus, imme-
diate præcedentibus negauit ſe ſcripſiſſe illum bolletinũ,
quem dixit eſſe falſum, & negauit ſe confeſſam unquam
illum. in quo dicitur come marito, ſed bene illum in quo
continetur de Flore, accedat ad prædicta qualitas cauſæ
20 matrimonialis † in qua exiguntur plenæ probationes,
ut dicit gl.1.in c.mulieri de iu.iur.& Bal.conſi.196.in hac
cauſa, lib.3.& Feli.in c.illud col.fi.de præſump.& Alex.in
conſi.143.quoniam abunde. colu.1.lib.2. eſt enim cauſa
grauis in qua requiruntur teſtes ſine exceptione, ut dicit
Alex.in conſi.146.col.pen.lib.5.& Barba.conſi.45.col.1.
& conſi.53.col.3.lib.1.Deci. conſi.161.in cauſa col.4.&
conſi.330.viſis in princ.Addo.c. conſultationi.de ſponſ.
in quo probatur, quod in matrimonio probando requi-
rant teſtes idonei & legitimi. quæ uerba prægnantia not.
ibi Alexan.in 4.not.quę excludant probationem præſum
ptam & periuramẽtum ut not.deducit Feli. in rubrica de
probat.col.3.in tertia concluſ.& ibi in ſpecie tenet Deci.
col.pe.uer.ſecunda concluſio. Nam ex uinculo matrimo
nij inducitur quædam ſeruitus in utroque contrahente,
ut dicit Petr. de Palud.in 4. diſtin.32. adducens ſimile de
ſeruo, qui eſt in poteſtate domini: ita unus coniugum in
poteſtate alterius quo ad redditionẽ debiti. unde ait apo
ſtolus. 1. Cor.7. uir non habet poteſtatẽ ſui corporis ſed
mulier, & e contrario, & ſicut ſeruus tenetur domino de ne
ceſsitate præcepti exhibere obſequium debitum ſeruitu-
tis, & ita unus coniugum alteri. Item quia eſt contra iuſti
tiam alienum rapere inuito domino, ita contra iuſtitiam
alienum petanti non reddere. merito ergo cum Alouiſius
deficiat in probatione prætenſi matrimonij, ipſa domina
Dorothea uenit abſoluenda à petitis per eum.

### SVMMARIVM.

1 *In dubio non eſt præſumendum delictum in homine.*
2 *Facta dubia ſunt interpretanda in meliorem partẽ, & ibi multa.*
3 *Verbum illud, tu dicis falſum, debet interpretari, ut non ſit in-*
*iurioſe dictum.*
4 *Verbum, uiolenter ſumi poteſt actiuè & paſsiuè.*
5 *Quando duæ cauſæ poſſunt concurrere, ſumenda eſt illa quo ma-*
*gis ſuaret reo.*
6 *In beneficialibus ſola uoluntas non inducit ſimoniam men-*
*talem.*
7 *Propter ſumam ſimoniæ contra aliquem, ſolus non poteſt puniri.*

### CONSILIVM CCCLXXV.

PRO reſolutione motiui ad me trãſmiſſi de pa
tria, per exc. aduocatos domini pſbyteri Da-
nielis, qui ſumunt argumentum ex chyrogra-
pho, ex quo ſecundum eos non uidetur alius
ſenſus ex illo poſſe elici, niſi quòd promiſsio fructuum di
cti beneficij, fuerit, pro illo obtinendo, & non ex cauſa ſpõ
taneæ liberalitatis & gratitudinis presbyteri Danielis er-
ga presbyterum Ioannem, & ex alia rationabili cauſa, pro
commodo & neceſſario uictu eiuſdem decrepiti & impo
tentis, ad curam & regimen animarum, quas latè deduxi
in meo conſilio in uerſi. ſecũdo principaliter probo, quas
cauſas etiam poſt Deci. conſulentem in conſi.118.& alios
doctores allegatos, latè comprobaui. quæ cauſæ non ui-
dentur ſublatæ ex præſumptione & ſenſu prætenſo elicito,
ut dicitur ex ipſo chirographo, cum nec de iure regulari-
ter loquendo ſumi debeat nec poſsit ſtante regula iuris,
1 quæ habetur per l.merito. ff. pro ſocio, ubi probatur † quod
in dubio non eſt præſumendum delictum in homine in
foro contentioſo, in quo uerſatur quæſtio noſtra. Idem
2 probatur in c.eſtote de reg.iu.ubi clarè dicitur † quòd fa
cta quę ſunt dubia, quo animo fiant in meliorem partem
ſunt interpretanda, ut non arguatur delictum, cum multis
alijs iuribus, ut ibi per gl.primam. idem dicit Bar.in l. nõ
ſolum.§.ſed ut probari.ff.de no.ope.nun.& Abb.in cap.in
præſentia col.4.de proba.ubi dicunt quod quando factũ
hominis poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, de
bemus præſumere in meliorem partem, niſi quæſtio eſſet
in foro animæ. Hinc Fran.de Are. in c.cum a nobis ſo.4.
de teſti.in uerſi. nota tamen ſingulariter de teſti. dicit quod
quando teſtis confitetur aliquod, quod prima facie præ-
ſumitur crimen: tamen ſi aliquo caſu poteſt fieri licitè,
tunc non repellit teſtem, & dicit Inn.in c.dudum el 2. col.
pen.in gl.quæ incipit, quòd electionis tempore de ele. quod
ſi probatur clericum eſſe uenatorem interpretabitur quod
ex cauſa licita recreationis hoc agat, & non in cauſa a le-
ge damnata & dicit Sali.in l.tutela.C.de in inte.reſtit. mi.
3 ubi dicit † quòd uerbum prolatum per unum contra aliũ,
tu falſum dicis, non infert quòd ſit dictum doloſè, & cau-
ſa iniuriãdi proximum, nec ex propoſito, ſed potius lapſu
linguę, ut non præſumatur delictum, & ad hoc facit nota-
bile dictum Bar.in l.ij.ff.de duobus reis, ubi dicit, quòd ſi
accuſatur quis, quòd cognouerit Bertam per uiolentiã,
& teſtes probent, quòd cognouit Bertam uiolenter, quòd
ex hac probatione non poteſt accuſatus puniri de delicto
4 uiolentiæ per eum cõmiſſæ † quia iſtud aduerbium uiolẽ
ter, habet duplicem intellectum actiuè & paſsiuè. ideo
non cõcludit titulum accuſationis, quia fit interpetratio
in fauorem rei quem Bar.refert, & ſequitur Abb.in c. du-
dum el 2.col.pen.& fi.de ele.ubi alia dicta ad hoc propo-
ſitum adducit. Ita pro Daniele ſumenda eſt ratio ſui cõ-
ſenſus in illa apocha uidelicet interueniente auctoritate
Papæ ſeu alterius ſuperioris. ¶ Comprobo prædicta
5 † quia concurrentibus duabus cauſis & præſumptionib.
quæ poſſunt ſumi ex aliqua ſcriptura, quarum una in de-
lictum, altera in rem licitam tẽdit: in dubio lex præſumit
in cauſam licitam ſcripturam eſſe factam argumẽto tex.
in d.l.merito.per quem ita latè decidit Alex.in conſi.127.
col.1.lib.4.& in conſi.125.col.3.nu.18.eodem libro. Poſ-
ſem multa alia ad hoc propoſitum allegare quòd eſſet po
tius laborioſum, quæ omitto ex induſtria, cum ex prædi
ctis ſatis conſtet debere ſumi & argui ex dicta ſcriptura
presbyteri Danielis, cauſa rationabilis, & honeſta prout
deduci & probaui in conſilio, & non illicita, ut ex illo ſu-
matur

matur delictum & uitium ſimoniæ, cum tamen in illo nul
lum appareat uerbum quòd permiſſio fructuum dicti be-
nefic. habeat relationem pro illo beneficio conſequuto,
uel conſequendo, quod eſt neceſſarium de iure ut commit-
tatur ſimonia. ut latè probaui in d.conſ.in primo dubio.
nec eſt ſumenda iſta cõiectura, ut inducatur delictum, ut
doctum fuit ex prædictis; nec etiam in presbytero Danie
le poteſt conſiderari ſimonia mentalis in beneficialibus
in quibus ſimonia eſt prohibita, ex conſtitutione eccleſiæ.
ita notanter decidit Io. Andre. in c. tua nos. de ſimo. ubi
6 dicit tenendum eſſe † quòd nunquam ſola intentio ſiue uo
luntas inducit mentalem ſimoniam in prohibitis conſti-
tutione eccleſiæ. quem refert & ſequitur Feli. in c. audien-
tiam el 2. col. 4. in uerſi. eſt uerum quòd frater Nicolaus,
de reſcri. ſed hoc ultimum dictum ſit ex abundanti, ex quo
nullibi conſtat nec etiam ex chirographo de mala inten-
tione presbyteri Danielis. Quinimmo plus dico, quòd
etiam ſi extaret fama legitimè probata quod presbyter
Daniel fecerit promiſſionem dictorum fructuum, animo
7 & intentione ex illa conſequendi dictam plebem † non
poſſet ex illa fama puniri de hoc crimine, licèt ſit crimen
exceptum, & multa in eo ſint ſpecialia. ita per illum text.
dicit Abb. in c. de hoc in 3. nota de ſimo. & in c. inſinua-
tum ſuper gl. fi. eo. tit. ubi bene probat, quòd ex præſum-
ptione probabili orta ex infamia non poteſt quis condẽ
nari de crimine ſimoniæ, niſi iſta præſumptio probabilis
ex infamia orta tranſeat in uiolentam, quando reus defi-
cit in ſe purgando, ut ibi per Abb. ¶ Ex quibus, puto ſuf-
ficienter eſſe reſponſum motiuo ad me per exc. aduocatos
tranſmiſſo, qui Reuerendum D. Vicarium poterunt etiam
in uoce, pro ueritate prædictorum informare & ſi aliqua
ſiniſtra præſumptio contra presbyterũ Danielem de ſi-
monia ex illo chirographo orta fuerit, & uigeat, & de ta-
li crimine ſit per aliquos teſtes fidedignos diffamatus, pe
tatur ſibi, per dictum R. uicarium indici purgatio canoni
cà per tres ſeu quatuor ſacerdotes fidedignos quid cre-
dant & arbitrentur de intentione dicti presbyteri Danie-
lis, qui ſi ſe purgauerit à prætenſo delicto abſoluendus ue-
niet ab inquiſitione.

SVMMARIVM.

1 *Quando priuilegium transferatur de perſona ad perſonam.*
2 *Quicunque prælatus qui habet iuriſdictionem uoluntariam ſeu contentioſam, uicarium conſtituere poteſt.*
3 *Legatus Papæ deputatus ad aliquas prouincias poteſt ſibi conſti-tuere uicarium.*
4 *Magiſter generalis ordinis humiliatorum poteſt ſibi creare uica-rios generales in quacunque prouincia.*
5 *Ad hoc ut præpoſitura dicatur dignitas debet eſſe conuen-tualis.*

## CONSILIVM CCCLXXVI.

IN cauſa præpoſituræ ſancti Bartholomæi de
Leuata ordinis humiliatorum, ſuper qua
conſului ſupra. Reuerend. D. plebanus ſancti
Auguſtini commiſſarius apoſtolicus in cauſa
huiuſmodi ad me duo dubia per ſuas litteras per fratrem
Vincentium tenm & poſſeſſorem dictæ præpoſituræ tranſ-
1 miſit. Primum eſt tale † quia priuilegium per plures ſum
mos pontifices cõceſſum magiſtris generalibus ordinis
humiliatorum ſuper prouiſione & collatione domorum
ſeu præpoſiturarum dicti ordinis non uidetur poſſe tran-
ſire ad aliam perſonam prout fecit R. P. Frater Hierony-
mus Torgius de Mediolano magiſter, qui uigore dicti pri
uilegij conſtituit fratrem Marium Aueroldum præpoſitũ
beatæ Mariæ à Galata in ſuum uicariũ generalem in toto
dominio uenetorum cum facultate etiam conferendi præ
poſituras, quia priuilegium perſonale, non egreditur per
ſonam. l. priuilegia quædam. ff. de regul. iu. l. maritus & l.
ſeq. ff. ſolu. matri. & l. ſunt qui & l. patre nuſ. ff. de re. iudic.
& reg. priuilegium de regu. iu. lib. 6. & c. quoniam Abbas
de offi. dele. ſic & pacta perſonalia perſonas nõ tranſgre-
diuntur c. de cætero & c. nemini de tranſa. Secundum
dubium quia uidebatur dicendum, quòd præpoſitura de
qua eſt quæſtio, eſſet dignitas de per ſe & ſui natura, ut eſt
tex. cum ſua gl. in c. quamuis de uerb. ſigni. & in c. 1. iunc.
gl. in uerb. præpoſit. de gra. & quali. cum qua per textus
ibi docto. unde uidebatur, quòd eſſet reſeruata Papæ Pau
lo. iij. per quartam quæ reſeruat dignitates cõuentuales.
qua reſeruatione ſtante, prouiſio erat reſeruata Papæ &
non ueniebat ſub priuilegio conceſſo generali dicti ordi-
nis, nec expectabat eiuſdem generalis uicario. ¶ Sed pro
2 reſolutione primi dubij, facio hanc concluſionem † quod
quicunque prælatus inferior epiſcopo habens iuriſdictio
nem, poteſt ſibi creare uicarium generalem, etiam ſine li-
centia epiſcopi uel alterius ſuperioris, ut latè deducit &
probat Lap. alle. 5. etiam ſi prælatus inferior haberet iuriſ-
dictionem contẽtioſam uel uoluntariam ex priuilegio,
ut probatur in c. fi. cum gl. 2. in princ. de offi. or. mouetur
etiam Lap. quia ex iuſta cauſa, abſens poteſt committere
uices ſuas, & ſibi conſtituere uicarium eadem ratione, ſi-
cut epiſcopi, ut habetur in titulo de offic. uic. lib. 6. & at-
teſtatur hanc eſſe ueritatem, & ſic aprobauit uſus, in præ-
ſentibus & in abſentibus prælatis. ¶ Confirmo per docu.
3 Abb. in c. nouit de off. leg. in ultimo nota. ubi dicit quod
legatus Papæ qui mittitur ad certas prouincias ex gratia
& priuilegio Papæ poteſt ſibi conſtituere uicarium gene-
ralem, quia eſt ordinarius. c. 1. de offi. lega. lib. 6. & æqui-
paratur præſidi & proconſuli ut ibi, qui ſibi conſtituunt
uicarios. Sed generalis magiſter dicti ordinis, nedũ præ-
eſt uni prouinciæ ſed pluribus & ſic habet maiorem admi
niſtrationem, & occupatus circa maiora & diuerſa nego-
cia, ergo in illo militat maior ratio, creandi uicarios ge-
nerales in unaquaque prouincia cum iuriſdictione con-
tentioſa & uolutaria, & cum facultate conferendi præpo-
ſituras huiuſmodi, per quam in ſpecie dedit præfato fra-
tri Mario, & ita expreſſe arguit Abb. in d. c. nouit. Ad idẽ
moueor quia magiſter generalis ab initio creationis &
4 inſtitutionis ordinis fratrum humiliatorum † uſus fuit
hac facultate creandi uicarios generales in diuerſis pro-
uincijs, ut conſtat per plures conſtitutiones, & ordinatio-
nes & collationes factas per ſuos uicarios productas in
proceſſu, & per plures teſtes examinatos ſuper articu-
lis productis pro parte fratris Vincentij. & hoc ſuffi-
cit ut notat Ioan. Andr. in cap. clericos de offic. uic. & per
Inno. in c. 2. de reſti. in inte. ut legitur & notatur in c. cum
eccleſia de cau. poſſ. & Abb. in c. cũ olim in 4. nota. eo. tit.
& in conſi. 54. uidetur 1. col. 2. lib. 1. Fede. in conſi. 134. ſe-
cundo dubio, & Calde. conſi. 4. cum ſimilib. ut per Deci. in
conſi. 126. 127. & 129. & 134. col. 2. & 3. lib. 1. ubi latè de-
ducitur & probatur quòd prælatus conſtituitur in quaſi
poſſeſſione iuris conferendi per unicam uel plures colla-
tiones, quæ cum bona fide ſortitæ fuerint effectum, cum
curſu temporum quadraginta annorum c. conſultationi-
bus ubi docto. de iu. patr. & in c. querelam de ele. & in ca.
cum de beneficio de præb. lib. 6. unde ſatis conſtat ex præ
dictis de facultate legitimè conceſſa dicto Reu. fratri Ma-
rio uicario generali in dominio ueneto, conferendi præ-
poſituras, qui de illa uacãti prouidit fratri Petro per qua-
tuor dies antequam Papa prouideret domino Antonio
de Bernardis aduerſario. Vnde tempore datæ ſuarum li-
terarum prætenſæ ſuæ prouiſionis, erat ius quæſitum in
ſpecie fratri Petro in præpoſitura ut latè probaui ſupra
in cõſilio ſeu allegatione. ¶ Non obſtant contraria quia
loquuntur in priuilegio ſeu pacto perſonali, quod extin-
guitur cum perſona, uel in reali, ut extincta re extingua-
tur priuilegium. c. abbate in fi. de uerb. ſigni. l. uſuſfructu.
ff. quando di. uſu. ce. Sed in q. noſtra durat & uiuit perſo
na magiſtri generalis dicti ordinis pro tempore creati, er
go durat priuilegium. Tum etiam quia priuilegium hu-
iuſmodi conceſſum eſt dignitati magiſtri generalis, quæ
durat & transfertur ad ſucceſſores. cap. quoniam Abb. de
offi. dele. c. ſi gratioſe cum ſimi. de reſcr. lib. 6. unde cum ip-
ſe habeat iuriſdictionem ordinariam cõtentioſam & uo-
luntariam in omnes fratres ſibi ſubiectos, & in omnibus
monaſterijs & locis ſuæ religionis, licet ex priuilegio apo

ſtolico:

ſtolico: poteſt uicarios generales ſibi conſtituere ut dixi ſupra, ut etiam probatur in cle. dudum. §. ſtatuimus ibi Aut eorum uicarij. de ſepult. ¶ Ad ſecundum dubium reſpondetur, quia non ualet iſta conſequentia, quam faciũt dictæ gl. per tex. in d.c. quamuis, præpoſitus præeſt alijs,
5 & habet illorum curam, ergo habet dignitatem. † Nam ad hoc ut præpoſitura ſit dignitas debet habere collegiũ ſeu conuentum, & alia ſigna denotãtia dignitatem, ut notanter declarant Inno. Hoſtien. & Io. Andr. in c. poſtulaſti de iur. patr. & Abb. in c. cum dilecta, de exce. præla. in 2. nota. & Latius Rot. in nou. 451. & glo. in cle. & ſi principalis in uer. conuentum de reſcri. & probatur in c. ſtatutum cũ gl. in uerſ. collegiatam de ele. lib. 6. & Abb. in c. nobis col. pe. de iu. patro. ubi ponit ſigna, quæ denotant collegium, quibus ceſſantibus, tollitur argumentum quòd præpoſitus dicatur habere dignitatem quamuis præſit multis clericis in eadem eccleſia, quia poſſunt ibi eſſe tanquam ſingulares. idem dicit Abb. in c. niſi eſſent in ultimo nota. de preb. ſed aduerſarius non probauit quòd in præpoſitura de qua eſt quæſtio ſit conuentus ſeu collegium, nec quòd in dicta eccleſia ſint ſigna aliqua capituli ſiue collegij, ergo ſequitur quòd iſta præpoſitura non eſt dignitas & conſequenter non eſt reſeruata Pap. per reg. cance. & ſtat firmatio huiuſmodi per ea quæ latè dixi in prin. ¶ Non obſtant gl. præallegatæ quia non bene dicunt niſi probetur quòd præpoſitura ſit conuentualis, & habet ſigna collegij, q̃ ſunt plura ut latè declarat Abb. & deciſ. Rot. 451.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex nullitatis principaliter coram eo intentata, non poteſt inhibere iudici a quo ad impediendam executionem ſententiæ.*

2 *Sententia tranſit in rem iudicatam ob non receptionem apoſtolorum in termino iuris, quando iudex obtulit ſe daturum reuerẽtiales, nullo termino appellanti aſſignato.*

3 *Sententia diffinitiua lata ſuper perpetuo canonico impedimento compaternitatis, ob non receptionem apoſtolorum, ad dirimendum matrimonium; tranſit in rem iudicatam, ſicut illa quæ lata fuiſſet ad fauorem matrimonij.*

4 *Sententia diffinitiua contra matrimonium per lapſum legitimi temporis ideſt fatalium meretur executionem, quoad expenſas, & etiam meretur executionem in negocio principali, quia præſumitur, niſi cum magna & euidenti cauſa, & præcedentibus clarioribus probationibus prius reſcindatur.*

5 *Probato canonico impedimento & perpetuo contra matrimonium, de quo apparet notoriè in actis, & exceptum fuit de illo, non debet pars aduerſa admitti ad agendum ſuper eodem matrimonio nec admitti ad articulandum ſuper eodem quia eſt de fenſio quæ impedit litis ingreſſum.*

6 *Cognatio ſpiritualis ex ſacro fonte Baptiſmatis, apta ad impediendum & dirimendum matrimonium de facto contractum, probatur licèt leuans de ſacro fonte infantem non tetigerit, ſed ſolum lintheum ſeu pannos in quibus erat inuolutus, ſeu ſi leuans infantem tangat cum modico panno lineo, ut Peruſij, uel ſi unus de leuantibus tangat alterum leuantem, tangentem puerum, ut ſeruatur in regno Cypri, & in multis alijs locis.*

7 *Pendente lite ſuper q. falſi, contra teſtes coram ſeculari ſuper ſedendum eſt per eccleſiam in cauſa matrimonij, uel alia quacunque ciuili, uel ſpirituali.*

## CONSILIVM CCCLXXVII.

IN cauſa diu uerſa in prima inſtantia in regno Cypri coram Reuerendo domino uicario Reuerẽdiſsimi D. Archiepiſcopi Nicoſien. ſuper aſſerto fœdere matrimonij, inter dominam Camillam Bonriciam agentem, & Magnificum D. Georgium Gradonico nobilem uenetum reum cõuentum, pro quo lata fuit diffinitiua ſuper impedimento cognationis ſpiritualis, ex eo quia magnificus dominus Georgius prius in eadem ciuitate, leuauerat de ſacro fonte Baptiſmi infantem filium dictæ dominæ Camillæ ex quondam domino Gaſpare Spinelli eius marito, tunc magno cancellario in regno Cypri, iuxta text. in c. ueniens de cogna. ſpi. & in c. 1. eo. tit. lib. 6. per quam etiam pronunciauit nullum extitiſſe nec extare potuiſſe matrimonium inter eos ſtante dicto impedimento compaternitatis, de quo clarè conſtat in proceſſu per atteſtationes plurium teſtium. quę ſententia tranſiuit in rem iudicatam ob non receptionem apoſtolorum. a qua tamen fuit pro parte dictæ dominæ Camillæ appellatum & de nullitate dictum. cuius appellationis cauſa per legatum apoſtolicum Venetijs reſidentem, & poſtea per Paulum Pap. iij. Reuerendo domino uicario cauſarum generali Reuerẽdiſsimi patris D. patriarcæ Venetiarum commiſſa extitit. qui in forma citauit & inhibuit. coram quo domina Camilla agnoſcens ſententiam illam tranſiuiſſe in rem iudicatam ob non receptionem apoſtolorum infra terminum iuris, produxit libellũ principaliter ſuper nullitate notoria proceſſus & ſententiæ ex eiſdem actis. in quo etiam libello deduxit negociũ aſſerti matrimonij, non per uiam appellationis iam deſertæ, ſed principaliter ac ſi cauſa eſſet in prima inſtantia, nulla facta mentione de ſua aſſerta appellatione. quod uidens procurator magnifici D. Georgij petijt, per eundem D. Vicarium iudicem apoſtolicum, ante omnia reuocari
1 inhibitionem ſuam † quia iudex nullitatis principaliter intentatæ non poteſt inhibere iudici à quo, quin ipſe exequatur ſuam ſententiam tranſitam in rem iudicatam, ut tenet Inno. in c. cum in iure peritus de offic. dele. & Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. q. 12. ff. de pact. cum ſim. ut per Philip. de Peru. in c. dilecto. col. 11. q. 10. in uerſi. circa tertium de appel. & in c. non ſolum. §. fi. col. fi. in fin. de appe. lib. 6. qui plures deciſiones Rot. ad hoc allegat, &
* eſt* communis opinio, ut atteſtatur Fran. de Are. in conſ.
2 75. diligenter & mature col. pe. † quòd autem ſententia illa tranſiuerit in rem iudicatam ob non receptionem apoſtolorum in termino iuris, de quo fuit exceptum in actis, allego tex. in cle. quamuis in §. ſimiliter in fine ibi uel ſi recipere recuſat oblatos de appe. Nam iudex à quo reſpondendo appellationi, obtulit ſe libentiſsime daturum apoſtolos reuerentiales ad S. ſedem ſine aliquo termino præfixo appellanti, quæ uerba cum ſint diſpoſitiua de apoſtolis tradendis appellanti, debuit appellans comparere in termino iuris ad illos recipiendos, ſicut dicitur de citatione ſine termino in c. cum parati. de appe. ¶ Non obſtat tex. in d. cle. quamuis. §. fi. in s. caſu cum ſua gl. qui allegatur in contrarium, quia reſpondetur, quòd loquitur, quando ſimpliciter & indeterminate, iudex petenti apoſtolos reſpondit ſe illos daturos, ſine aſsignatione termini. Sed in q. noſtra. iudex determinate promiſit apoſtolos reuerentiales, & rationem decidendi aſsignat Car. in d. §. fi. q. s. Dicit enim, quòd quando iudex dicit appellanti ſe traditurum apoſtolos ſimpliciter, termino non aſsignato nihil certi promiſit appellanti, ſed fuerunt uerba enunciatiua quæ nihil operantur, & ſunt incerta, ſecus quando iudex proceſsit ulterius addendo aliquid certi, ut puta quia addit tempus: nam tunc tenetur appellans iterum comparere, & recipere apoſtolos ſibi oblatos. & ita procedit tertius caſus in d. §. fi. ſic in q. noſtra appellans debuit iterum comparere pro apoſtolis oblatis recipiendis, ex quo ultra uerba generalia enũciatiua, promiſerat aliquid certi, uidelicet, apoſtolos reuerẽtiales, & pro hoc allego text. in d. §. ſimiliter in fi. iudex enim a quo requiſitus de apoſtolis ſatisfecit iuri offerens ſe daturũ reuerentiales, quos tunc appellans tenebatur recipere. ut in c. ab eo, & in c. ut ſuper de appe. lib. 6. uel quam primum poterat in termino iuris ſicut dictum eſt ſupra de citatione ſine termino, quare iudicata ſtante, meretur executionem ante omnia quo ad expenſas, in quibus domina Camilla fuit condemnata. Ita tenent Inno. & Abb. in c. lator de te. iu. cum ſimi. ut ibi per Feli. col. 7. uerſi. nona declaratio. ¶ Quin-
3 immo † ſententia lata ſuper dicto perpetuo impedimento cognationis ſpiritualis legitime probato, tranſiuit in rem iudicatam ſicut ſi eſſet lata pro matrimonio, contra quod nullum extaret impedimentum, ut tenent Cald. Butri. & Abb. in c. ſeries de teſti. cum alijs citatis per Feli. in d. c. lator col. 3. uerſi. ſecunda declaratio, qua re iudicata ſtante male & inepte, negocium principale aſſerti matrimonij

trimonij iam deciſum, fuit inteutatum, & deductum in
prætenſo libello, & etiam ex eo quia contra illud obſtae
exceptio defenſionis notoriæ prædicti impedimenti co-
gnationis ſpiritualis clariſsimè probatæ. quæ cum ſie
peremptoria ad prætenſum matrimonium impedit ulte-
riorē proceſſum ſuper illo. ut probatur in c.1. iuncta gl.
in uer. defenſionis, & in uerſi. finita de re iu. lib. 6. cū alija
4 iuribus ibi allegatis. ¶ Vnum plus dico † quòd etiam ſi
ſententia diffinitiua eſſee contra matrimonium ſimplici
ter, quæ per lapſum fatalium fingitur tranſijſſe in rem iu
dictam, habet pro ſe tantam præſumptionem, nt merea-
tur executionem, niſi iudex ad quem ex magna & euiden
ti cauſa, admiſerit appellantem ad probandum præten-
ſum matrimoniū per euidētes probationes, quod totum
committitur arbitrio iudicis. ita tenet Inno. in d.c. tenor
de re iu. quem refert & ſequitur ibi Abb. & idem Abb. in
c. iurauit col. pe. de proba. & Pau. de ea. in conſi. 266. inci
pit, uidetur dicendum, colu. 2. cum alijs accumulatis per
Feli. in d.c. lator. col. 5. in uerſ. quinto & uerſ. ſexta decla-
ratio. ¶ Quòd autem per teſtes examinatos pro parte
magnifici domini Georgij, ſit probata cognatio ſpiritua
lis, apparet manifeſte per depoſitiones teſtium infraſcri-
ptorum uidelicet domini Hieronymi de ſancta Maura ſu
per 3.c. fo. 5. & ſuper 6. ca. fo. 6. & presbyter Melchior ter
tius teſtis fo. 7. & presbyter Iuſtinianus de Martinis. 5. te-
ſtis ſuper 3.c. fo. 11. & D. Franciſcus Zacharia ſextus teſtia
ſuper 3.c. fo. 12. & D. Ioannes Paleaga ſeptimus teſtis ſu-
per 6.e. ſo. 13. & D. Rizardus doctor nonus teſtis ſuper 7.
c. fo. 14. & R. frater Ioſeph ſieulus teſtia undecimus ſuper
3.c. fo. 17. & magnificus D. Petrus Contarenus teſtis duo-
decimus ſuper 2. & 3.c. fo. 18. & D. Antonia teſtis 13. fol.
20. tergo, & R. frater Franciſcus ordinis Carmelitarum te
ſtis. 14. ſuper 3. articul. fol. 21. per totum, D. Florētia nxor
domini Paleaghæ teſtis. 22. fo. 28. Adſunt quamplures
alij teſtes, qui deponunt qualiter præſati ingales & ma-
gnificus dominus Georgius uocabāt ſe compatres palá
publicè & notoriè, & quòd ita ab omnibus communiter
nominabantur, tenebantur, & reputabantur & quòd de
huc erat publiea uox & fama notoria & manifeſta in ciui
5 tate Nicoſiæ. quibus ſtantibus, † domina Camilla non
debet admitti ad artieulandum, nee ad probandum ſu-
per aſſerto prætenſo matrimonio, quod probatum non
releuat. Et eſt notandum, pro intelligentia dictorum te-
6 ſtium † quòd ad probandam cognationem ſpiritualem
huiuſmodi non eſt neceſſe, quòd leuans infantem de ſa-
cro fonte tangat eum, ſed ſufficit, quòd tangat lintheū,
ſeu pannum in quo inſana eſt inuolutus, uel quòd omnes
qui uolunt eſſe compatres eangant inſantem cum modi-
* copanno lineo. ut ſeruatur Peruſij. Ita tenent docto. *cō-
muniter in c. fi. de cogna. ſpi. lib. 6. quos referunt & ſequū
tur Gemi. & Philip. ſuper gl. in uerſi. contrahitur. Adſunt
etiam nonnulli teſtes de ſupra nominatis qui dicunt, ꝙ
ad contrahendam compaternitatem huiuſmodi ſufficit.
quòd unus tangat alium compatrem tangentem infantē
baptizandum. ¶ Obſtat alia exceptio præiudicialis ad
prætenſum matrimonium, ſententiæ criminalis banni la-
tę in regno Cypri per clariſsimum locum tenentem & cō
ſiliarios iudices ſeculares contra tres teſtes examinatoa
pro patre dominæ Camillæ ad probandum aſſertum ma-
trimonium tanquam falſos, qui ſunt infraſcripti Aloui-
ſins Tupetrus, & ipſius uxor Leonora, & Maria relicta qu.
Nicolai, capitanei nuncupati, & fuit lata in ciuitate Ni-
coſien. die 6. Iunij. 1549. Alij uero duo teſtes qui depoſue
runt ſuper aſſerto matrimonio, uidelicet. Andreas Curi, &
Canna Sapuli, carcerati, habiti tamen pro conuictis de
falſo, ut conſtat per litteras locum tenentis & conſiliario
rum ſuorum ſcriptas clariſsimo ſyndico Orientis ſub die
9. Maij 1549. fuerunt remiſsi cum toto proceſſu ad con-
ſilium de qnadraginta criminale cum idonea fideiuſsio-
ne de ſe præſentando in carceribus ciuitatis Venetiarū.
7 † quibus ſtantibus non poteſt procedi ad ulteriora in cau
ſa prætenſi matrimonij per R. D. Vicarium patriarcha-
lem & eommiſſarium apoſtolicum in ſecunda inſtantia,
ſed in ea ſuperſedendum, donec expediatur quæſtio falſi
per conſilium de quadraginta criminale, pluribus ratio-
nibus, quia iſta cauſa criminalis, ſic ſe habet ad cauſam
aſſerti matrimonij primam, coram eccleſiaſtico penden-
tem, quòd ſententia lata in ea condemnatoria de falſo,
abſorbet totum prætenſum ius deductum in primo iudi-
cio ſuper aſſerto matrimonio ſicut dicitur de petitione
hæreditatis, cui debet ſupſederi, mota quæſtione poſtea
libertatis. l. ſi quis libertatem. ff. de peti. hære. & mota quę
ſtione ſeparationis matrimonij quoad chorū contra uxo
rē corā iudice eccleſiaſtico ſuperſedetur in q. mota prius
ſuper alimentia per ipſam contra uirum coram iudice
ſeculari, & hoc operatur natura cauſæ præiudicialis cap.
tuam de or. cogni. Idem ſi accuſatus de homicidio, uel
alio crimine, quo probatum fuie per teſtes, ſi accuſauit te
ſtes de falſo, diffinitio ſuper homicidio eſt differenda. l.
fi. C. de fid. iuſtru. arg. l. primę. C. qui accu. non poſſ. poſt-
* quam * igitur intentatum eſt crimen falſi excluſiuum ci-
uilis petitionis ſuper matrimonio debet ſuper ciuili ſu-
perſederi, ut ſic quòd operatur ſententia in cauſa crimi-
nali, lata contra illos tres teſtes in abſorbendo ciuilem,
operetur ipſa litis pendentia in differendo eandem, con-
tra illos duos teſtes remiſſos, l. fi. C. de or. iu. ſecundum Ia-
co. But. qui ita eam ſummat, prius de cauſa criminali eſt
pronūciandum quam de ciuili cauſa cognoſcatur, quod
etiam probatur, in l. ii. §. 1. ff. ui bonorum raptorum, & l.
per minorem. ff. de iudi. & hoc iudex debet facere, ut euite
tur intricatio proceſſuum, ut notat Inno. in c. cum contin
gat de offic. dele. minua ergo incōueniens eſt, differre cau
ſam eiuilem, & procedere in criminali, quæ affert ſibi præ
iudicium, quàm ipſam ciuilem ſimul proſequi, poſt quam
euentus cauſæ criminalis dabit ſibi principium, aut finē.
c. ſi forte de ele. lib. 6. & per prædicta non obſtat contrariū
quòd cauſa criminis ſeparata ſit a cauſa ciuili. l. Papinia-
nus exuli. ff. de mino. ergo ſuper utroque procedendum,
quia hoc uerum, quādo dictæ cauſę ſe inuicem non cōtin
gūe. c. cum dilectus de or. cogni. hic uero adeo ſe contin
gunt, quòd ſecunda criminis, eſt præiudicialis ad primā
ciuilem, & eſt illi cohærens & connexa. & ita in termi. cō-
ſu. Petr. de Ancha. in conſi. 62. incipie. Duplici reſpectu,
per totum. & quòd iudex laicus ſit competens in q. falſi
teſtimonij contra laicum, in cauſa ſpirituali deponētem,
ultra prædicta, tenet Bal. in l. nullum col. 3. circa medium
C. de teſti. & in termi. in cauſa matrimonij, tenet deciſ. cō
ſilij Neapol. 219. incipit in foro archiepiſcopi, ſi coram
iudice ſeculari præuenta fuie quæſtio falſi contra teſtes,
qui coram eccleſiaſtico depoſuerant ſuper fœdere matri
monij. dicit tamen illa deciſio, quòd ſi iudex eccleſiaſti-
cus uult etiam ipſe inquirere, ſuper falſitate dictorum te
ſtium, quòd poteſt, quia per pœnam falſi imponendam a
iudice laico, non tollitur pœna imponenda per eccleſiaſti
cum. allegat notata per Io. Andr. & alios per illum tex. in
c. felicis de pœnis lib. 6. & per Abb. in c. de cauſia col. ulti-
ma de offi. dele. cum ſimi. ut ibi col. fi. nu. 4. & 5. col. 2. nu.
2. & quòd pendente quæſtione falſi contra teſtes, ſie ſuper
ſedeudum in cauſa ciuili, tenet alia deciſ. Neapo. 103. in-
cipit. Si agitur ciuiliter: & Hippo. de Marſi. in rubri. ff. ad
l. cor. de fal. nu. 20. Verum quia ſuper iſta quæſtione, utrū
pendente. q. de falſo contra teſtes ſit ſuper ſedendum in
cauſa ciuili, docto. ſune uarij, ut notatur in d. l. 3. C. qui ac
* cu. non poſſ. & in d. l. fi. C. de fid. inſtru. *communis diſtin
ctio uidetur eſſe, quòd ſuperſedeatur ciuili, ſi uis ſeu ius to
tius cauſæ cōſiſtat in teſtibus accuſatis, proue in q. noſtra
occurrit in qua omnis ꝓbatio matrimonij, de quo alter-
catur, pendet à depoſitione dictorum quinque teſtium,
quorum tres ſunt cōdemnati & banniti, alij duo Andreas
Curi, & Canna ſapuli, ſunt remiſsi ad cōſilium de quadra
ginta criminale, ab ipſo iudicandi, & ita in puncto iſtius
difficultatis, decidit Matth. de Affl. in deciſ. Neap. 229. in-
cip. Sæpe & ſæpius.

*S V M M A R I V M.*

1 *Nullitas proceſſus deducta principaliter uenit & conſideratur ſine appellatione, ipſa appellatione non interpoſita, ſeu deſer: a.*

*2 Quando*

2 *Quando in appellatione dicitur proceſſus nullus, nullitas cenſetur deducta principaliter qua non regulatur ab appellatione.*

3 *Nullitas poteſt quandocumque etiam poſt concluſum in cauſa in allegationibus deduci, & ita deuoluit ad ſuperiorem ſicut appellatio.*

4 *Clem. appellanti non procedit quando de grauamine conſtat per allegationes iuris, & colligitur ex proceſſu abſque alia probatione, facti, exteriori, nam tunc non requiritur expreſſio cauſæ in appellatione.*

## CONSILIVM CCCLXXXVIII.

DVO proponuntur mihi dubia contra Gradonicum primum ꝙ grauamen nullitatis, non fuerit expreſſum in appellatione interpoſita a uicario patriarchali. Secundum de nullitate proceſſus & ſententiæ Vica. Nicoſien. qua ſtante, uidentur ſublatæ cauſæ inſertæ in dicta appellatione a uicario patriarchali. Sed de hoc ſecundo dub. in pñtiarum nõ faciam uerbum, cum non ſit præſentis ſpeculationis, ſed inſiſtam circa primum ſuper quo petitum eſt pro parte Gradonici ante omnia pronunciari, reſeruando ſecundum poſt expeditionem primi, quia tunc oſtendam oia ritè ac rectè proceſsiſſe. ¶ Circa primũ ɔſidero ꝙ appellatio cum ſuis cauſis expreſsis, uerſetur circa negocium principale ꝑtenſi matrimonij ad illud perimendum, ſi & qñ illud deduceĩ legitimè & erunt cauſæ illæ præiudiciales ad illud ſi proceſſus & ſnia Vicarij Nicoſien. erunt ualidi, & canonicè formati, quod non eſt pñtis temporis ut dixi. Nullitas uero proceſſus uicarij patriarchalis deducta, in appellatione principaliter in corpore ipſius appel-
2 lationis. † uenit & ɔſideratur ſine appellatione, quia etiã ipſa male interpoſita ſeu deſerta, nullitas intentata ut ſupra non perdit ſuam naturam ſed durat per 30. annos. Ita tenet Bar. in d. l. ſi expreſsim. Spec. de appel. §. iuxta in fi. D. Anto. Abb. & Imol. in c. dilecto de appe. cum ſimi. ut ibi per Philip. q. 58. & per Soci. in conſi. 10. colu. fi. lib. 4. ¶ Nam qñ in appellatione dr proceſſus uel ſnia nulla, & ſi eſt aliqua appellatur ut dictum eſt in appellatione Gra-
* donici, uera & * cõis opinio eſt, † ꝙ cenſetur deducta nul-
2 litas principaliter, quo caſu non regulatur cum appellatione, ut poſt Bar. & Imol. in d. l. ſi expreſsum, & D. Ant. & Abb. in d. c. dilecto, tenet Alex. qui ita atteſtatur in conſ. 2. col. pe. li. 3. & Cor. Peruſ. conſ. 89. colu. pen. lib. 2. ¶ Fuit ergo pro parte Gradonici allegata & propoſita nullitas proceſſus Vicarij patriarchalis notoria, quæ colligit ex facie proceſſus inordinati & præpoſteri. in quo clarè conſtat ex admiſsione articulorum, & ex inſtructione proceſſus, ſuper nullitate proceſſus Vica. Nicoſien. & ſuper negotio prætenſi matrimonij, ɔtra iura, rationes, & authoritates in prima informatione latè deductas. Ergo hmõi nullitas poteſt quandocunq; ẽt poſt concluſum in cauſa in allegationib. iuris deduci, quia hodie ɔſtat, hodie agatur. Ita Rot. in no. 340. fuit dubitatum, & Phili. in d. c. dilecto. fo. 4. col. 2. q. 12. licèt prius in actis nõ fuerit de nul-
3 litate exceſſum. † Et cauſa nullitatis intentata, ut ſupra ẽt citra appellationem, ita deuoluit ad ſuperiorem ſicut appellatio. ita Bart. in d. l. cum quærebatur, & in d. l. ſi ut proponis la prima. & Abb. in c. in litteris in fi. de off. deleg. Quinimmo iudex ipſe tenet ex officio incidere ꝓceſſum nullum, parte non petente. Ita Abb. in c. 1. in 4. nota. de li. ɔte. in c. 1. colu. fi. de accu. & in c. cauſam el 1. in not. de iudi. & hoc quando nullitas colligitur ex eodem proceſſu, ut in q. noſtra. ¶ Ex quibus reſponſum apparet. cle. appellanti. cum ſuis gl. & materia, quia procedunt in appellatione a grauamine, prout expreſſe loquuntur, quam in præſentiarũ D. Gradonicus non proſequitur, quia concernit negotium, ut dixi. ¶ Præterea ex abundanti dico
4 ꝙ cle. appellanti, non procedit, † qñ de grauamine ɔſtaret per allegationes iuris, & illud probareĩ ex proceſſu ſine alia probatione, facti, exteriori. Ita decidit Bal. in l. minoribus. C. de his qui. ue indig. quem refert & ſequitur Phil. in c. 1. col. 2. in 4. & 5. fall. de appe. li. 6. & Caſſa. deci. 5. nu. 4. de ſeque. poſſ. quæ rationes militant in cauſa nullitatis intentatæ, quę notoriè probatur ex proceſſu, & per allegationes iuris ut dixi ſupra poſt Rot. & Phili. q. 12. ¶ Et ut minus D. V. R. laboret, digneiur uidere proceſſum formatum coram D. Vicario patriarchali, de cuius nullitate ad pñs coram D. V. agitur quem tranſmitto incipiẽdo a fo. 60. uſq; 65. in quib. cõſiſtit pũctus illius qõnis & uidebit ſo. 65. expreſſam ɔtrarietatem, & repugnantiam partis aduerſæ, quæ ſub die Veneris 23. menſis Maij 1550. eodem contextu conata fuit inſtruere articulum prætenſæ nullitatis ꝓceſſus formati coram Vicario Nicoſien. & ſtatim ex eodem proceſſu quem dicit nullum illũ reproducendo uult inſtruere & inſtruit negotiũ principale ꝑtenſi matrimonij, quod q̃ abſurdum ſit D. V. bene conſiderabit &c.

## SVMMARIVM.

1 *Nullitas proceſſus & ſententia principaliter intentata quæ colligitur ex eiſdem actis poteſt opponi tempore allegationum iuris, etiam ſi aliter non fuerit exceptum in proceſſu, etiam poſt concluſum in cauſa.*

2 *Nullitas quæ notoriè colligitur ex diſpoſitione iuris, ex quo illã iudex non ignorat non eſt exprimenda in appellatione, quia in ipſa non procedit cle. appellanti de appell.*

Pro Gradonico.

## CONSILIVM CCCLXXIX.

REſolutio ad noua motiua, quæ procedunt, qñ ꝓ parte Gradonici agereĩ de nullitate interlocutoriç dñi vicarij iudicis a quo, deducta in appellatione ab eodem ab admiſsione articulorum partis aduerſæ, & ita in his terminis expreſſè loquunĩ decil. docto. allegatæ per Phili. in d. c. dilecto. q. 19. & 20. aliàs ſm ueſtram impreſsionẽ. nu. 54. & 55. ſuper quib. ſundani dubia & motiua R. D. V. ſed ut dixi ſupra in reſolõne priorũ dubiorum, de appellatione ab iſto grauamine ſeu interlocutoria cum ſuis cauſis, nullitatis illius, & iniuſtitiæ, non eſt pñtis ſpeculationis, cũ ipſa uerſeĩ circa negotiũ principale ꝑtenſi matrimonij ad illud perimendum, & qñ tractabitur de nullitate ſeu iniuſtitia dictæ interlocutoriæ, oſtendam nullitatẽ in appellatione illa bene deductã D. V. tum uigore cõmiſsionis uobis factæ, tum q̃a nullitas fuit & eſt ɔnexa cauſæ appellationis ꝑ not. Abb. & Imol. in d. c. dilecto. & Phili. ibi. q. 19. in fi. per iura allegata per eos, circa q̃ ulterius non inſiſtam. ¶ Sed q. noſtra uerſatur circa nullitatem proceſſus formati corã D. uica. patriarchalis intentatam pro parte Gradonici coram D. V. R. ut patet in inſtantia corã uobis facta, principaliter citra omnem appellationẽ, ex eo, q̃a, ipſe uicarius uoluit ꝓcedere ad inſtantiã Bonritiæ ſimul & ɔiunctim ſuper negotio principali & nullitate ꝓceſſus formati coram uicario Nicoſien. ɔtra iura & doctrinas oium doctorũ, ut dixi in prima informatione & in reſolutione priorum dubiorum. ¶ Quæ nullitas notoriè colligit ex facie ꝓceſſus dicti uicarij patriarchalis ex diſpõne iuris, cuius ignorantiã ipſe uicarius allegare non põt. in qua nullitate ꝓcedit deciſ. Rot. in no. 340. & Phil. in d. c. dilecto. q. 12. allegata in prima reſolutione dubiorũ cum alijs ut ibi dixi, ſup qua dicit Bal. per illũ tex. in c. cũ olim. Abb. col. 3. de off. deleg.
1 † Nota ꝙ nullitas proceſſus põt opponi tpe allegationũ, & non excipiendo, quẽ allegat Phil. in d. q. 12. in uerſ. qb. tñ adde. ubi poſt Bal. & Rot. dicit, ꝙ põt excipi & replicari, & allegari nullitas tpe allegationũ, ẽt poſt ɔcluſum in cauſa, non proprie excipiendo ſed allegando, dato ꝙ aliter primo non fuerit in actis de ipſa nullitate exceptum, dummodo nullitas deprendatur ex actis per ſolas allegationes iuris, & ita in puncto hmõi uerſatur quæſtio noſtra in qua ſine aliqua appellatione allegaĩ nullitas dicti proceſſus ex eiſdem actis, coram D. V. producti, per ſolas allegationes iuris, de qua nullitate fuit ẽt exceptum in eodem proceſſu licet ex abundanti, ex quo ſine exceptione poterat nullitas allegari, ut dicunt Bal. Rot. & Phil. Ex quib. apparet ꝙ ſumus in æquiuoco, nã motiua, ɔcernũt appellationem ab interlocutoria, & nullitatẽ eiuſdẽ interlocutoriç deductam in appellatione illa. Sed q. noſtra,

in qua verſamur, loquitur & procedit in nullitate proceſ-
ſus dicti Vicarij intentata principaliter coram D. V. ſepa
rata ab omni appellatione. Et ſic clem. appellanti ni-
hil habet commune cum iſta quæſtione. ſed de intellectu
ipſius cle. uidebimus quando tractabitur quæſtio appel
lationis ab interlocutoria dicti Vicarij, & tunc oſtendam
quòd limitatio Bald. in d. l. minoribus, & Philip. in d. c. 1.
in 4. & 5. fallen. procedit in quæſt. dictæ appellationis, &
quòd nullitas dictæ interlocutoriæ allegata in corpore
eiuſdem, erit bene & legitimè facta, ſi de nullitate dictæ
2 interlocutoriæ tractabitur, † quia allegabitur nullitas iu
ris notorij ea interlocutoria, quæ non uenit exprimenda
in appellatione, in qua non procedit. d. cle. ex quo illam
iudex non ignorat, prout probabiliter ignorat cauſas exi
ſtentes in facto, ut notabiliter declarat Bal. in d. l. mino-
ribus & Inno. ponendo exempla in d. c pen. de no. ope. &
Bonifa. Vitali. in d. cle. colu. 4. nu. 32. & colu. 5. nu. 41. 42.
& 43. & ibi Card.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex non poteſt procedere ſuper nullitate proceſſus inſimul cū negocio principali eodem contextu.*
2 *Libellus ſuper duobus contrarijs eſt nullus.*
3 *Iudex poteſt procedere ſuper negocio, omiſſo articulo nullitatis, ſeu illo reſeruato, quia ceſſat repugnantia.*
4 *Per exceptiones tendentes ad impediendum proceſſum non fit litis conteſtatio.*
5 *Exceptiones quæ impediunt litis ingreſſum, poſſunt deduci poſt litem conteſtatam, ſi per iudicem fuerunt ante reſeruatæ.*

Pro magnifico Gradonico.

## CONSILIVM CCCLXXX.

PRO reſolutione dubiorum pono hanc ueram
1 & communem concluſionem, † quod proceſſus
D. Vica. procedentis ſimul & ſemel ſuper ex
ceptione nullitatis proceſſus Vica. Nicoſien.
& ſuper negotio prætēſi matrimonij, ſit ipſo iure nullus.
ita tenet D. Anto. in c. tua col. 3. in uerſ. quod ſecus eſt de or.
cogni. & Io. de Imn. in c. exhibita. col. pe. de iudi. & Ange.
in l. ſi quæramus. ff. de teſta. cum ſimil. Vt per Andr. Sicu.
in d. c. fo. ulti. qui latiſsimè probat hanc opi. contra Abb.
ibi. quam etiam ſequitur Aret. & Feli. col. pe. qui adducūt
rationem cōtrarietatis & repugnantiæ, tam in libello quā
in iudice procedente ſuper utroq; articulo ɔtrio ad inui-
cem, eodem tpe. Nam ubi datur repugnātia dat nullitas.
l. ubi repugnantia. ff. de reg. iu. & ita tenet Bart. in l. fi. §. 1.
ff. de cōdi. indeb. Idem tenet Bal. in l. ordinarij de rei uen
di. idem Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de aequi. poſſ.
2 † qui loquitur de libello continente duo ɔtraria, quia eſt
nullus, quem cōiter ibi ſequunt doctores & Feli. & Areti.
in d. c. unde data nullitate proceſſus ſimultanei ſuperflua
redditur. q. de exceptione oppoſita uel omiſſa, non obſt.
notata Bar. in d. l. cum quærebatur, & in d. l. ſi ut proponis
cum ſimi. ut per Phil. in d. c. dilecto. q. 10. col. 10. uerſ. po-
ſtremo. ſuper quibus fundatur motiuum. In quibus locis
doctores requirunt exceptionem partis, ut reddatur pro
ceſſus nullus. qua omiſſa ualet proceſſus ſuper negocio
principali, omiſſa cognitione & deciſione nullitatis ſeu
alterius exceptionis præiudicialis: quia reſpondet, quod præ
fati doctores non loquuntur in caſu quæſtionis noſtræ, in qua
uicarius inſimul cum parte proceſsit ſimul & ſemel eodē
contextu & tempore ſuper utroq; articu. repugnante ad
inuicem utrunq; ſimul inſtruendo, & mouendo partes ſu
per utroque ſimul ad audiendam ſniam diffinitiuam. ut
3 conſtat in ultimo actu & folio dicti proceſſus. † Sed lo-
quuntur in caſu in quo iudex procedebat ſuper negocio
principali, omiſſo articulo nullitatis præiudicialis ſeu a-
liàs reſeruato. & ita in ueritate loquuntur. quo caſu ceſ-
ſat in parte & in iudice repugnantia & ɔtrarietas. & hanc
diſtinctionem facit D. Anto. & Areti. & Feli. in d. c. exhibi
ta, qui ɔſiderant tres caſus. Primus eſt quando coram duobus
proceditur eodem tēpore ſuper negocio & articulo præ-
iudiciali allegant tex. & ibi nota. in c. tuam de ord. cogni.
Secundus caſus quando proceditur corā uno iudice, co-
ram quo pendet negocium principale, & coram eodē de
ducitur exceptio dilatoria ſeu nullitatis, uel alterius præ
iudicialis ad negotium. Sed iudex procedit in iudicio re-
iecta exceptione tacitè uel expreſsè, uel ipſa reſeruata:
tunc enim in his duobus caſibus pars opponēs exceptio-
nem, debet excipere, quod prius diſcutiatur, & pronuncietur
ſuper exceptione, aliàs ualet proceſſus ſup negocio prin-
cipali. iuxta not. per Abb. & alios in c. cum contingat de
off. deleg. & ita loquitur Philip. poſt Bar. & alios. quos al-
legat in d. c. dilecto ut dixi. ¶ Sed poſita opinione Abb.
pro uera contra tot & tantos uiros, quod opus fuerit exce-
ptione: dico, legitimè pro parte Gradonici fuiſſe exceptū
coram do. Vicario ut prius cognoſceret & expediretur ar
ticulus nullitatis omiſſo negotio principali, aliàs fuit ꝓ-
teſtatū de nullitate proceſſus, rationib. & cauſis deductis
in proceſſu fo. 60. & 61. & latius deduxi in prima informa
tione, & in toto proceſſu fuit plusquam decies proteſta-
tum de nullitate, et in exceptionib. ad libellū fo. 52. & 53.
fuit petitum quod procederetur ſuper articulo prætenſæ nul
litatis, & reijceretur ſecūda pars libelli, in qua deducitur
negotium, quia de iure nō procedit plurib. rationibus &
cauſis dicendis & allegādis, & de iure ſibi cōpetentibus.
idem dictum fuit in exceptionib. ɔtra articulos, ut in pro
ceſſu fo. 56. ¶ Non obſt. obiectum, quod exceptio uideat de-
ducta poſt litem ɔteſtatam ſuper negocio principali pon
derando finem exceptionū ad libellū, in qua Gradonicus
petit ſe abſolui ab inſtantia fo. 54. quia rūdetur quod illa pe
titio abſolūnis non arguit nec probat ɔteſtationem litis
ſuper ipſo negocio, ɔtra quod Gradonicus ſemper obie-
cit exceptiones & defenſiones ꝑiudiciales & litis finitæ,
recuſando aggredi negocium illud, & ſuper illo procede
re uelle, detractando inire bellum ſuper illo petēdo reijci
illam ſecūdam partem libelli, & procedi debere in prima
4 ꝑtenſæ nullitatis: † et certi iuris eſt, quod per exceptiones &
defenſiones hmōi tendentes ad declinandum & ad impe
diendum proceſſum, non fit litis ɔteſtatio. ut probatur in
c. 1. & 2. de li. conte. li. 6. ubi ſunt iura clara. nam litis ɔte-
ſtatio fit quando reus aggreditur negocium principale ingre-
diendo bellū, negando narrata c. 1. & ibi notat de li. ɔteſ.
Sed dato quod lis fuiſſet ɔteſtata, quod tū negat, potuit Gra
donicus poſt litem ɔteſta. deducere exceptionem hmōi,
5 † ea quo fuerunt ſibi per iudicem oēs exceptiones per eū
propoſitæ & ſibi cōpetentes reſeruatæ per expreſſum de-
cretūm dicti dñi uicarij. Vt hr in proceſſu fo. 55. Ita deci
dit Feli. poſt alios quos refert in d. c. exhibita col. antepe.
uer. & aduerte & in d. c. cum ɔtingat col. fi. de off. deleg. &
in c. exceptionem col. 5. in 2. fall. de exce. Vltimo reſpō
deo quod doct. loquentes de iſta exceptione nullitatis, non
aſtringunt ad proban. illam ante litem ɔteſta. cum iuris
ſit, quod exceptio nullitatis principaliter ſine appellatione,
poſsit quandocunq; deduci & allegari, ut aliàs dixi in reſolu-
tione dubiorum, et poſt ɔcluſum in cauſa & in allegatio-
nibus iuris, ut per Rot. in no. 340. cum ſimilib. ut latè per
Phili. in d. c. dilecto. q. 12. Ex quibus puto ſatisfactum
motiuis per D. V. R. elegantiſsime mihi tranſmiſsis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudæi facti ſunt ſerui chriſtianorum ob mortem Chriſti.*
2 *Princeps qui eſt eorū dñs pōt illos uendere, & bona ſibi auferre.*
3 *Gratia principis non eſt trahenda ad neceſſitatem.*
4 *Princeps abſque legitima cauſa Iudæos pacificè uiuentes de terris eorū & a domib. ad habitandū conceſſis expellere non pōt.*
5 *Tenemur diligere Iudæos de iure diuino & naturali.*
6 *In neceſſitate tenemur Iudæis ſubuenire.*
7 *Iudæi & Pagani ſunt oues Chriſti.*
8 *Iudæi non ſunt compellendi, quòd fiant chriſtiani ſed blandimentis & muneribus.*
9 *Iudæi in fine mundi qui tunc reperientur ſaluabuntur.*
10 *Iudæi de ſuis poſſeſſionibus non ſunt expellendi.*
11 *Pietas chriſtiana tolerat Iudæos ad bonum effectum; ideò a Chriſti fidelibus non ſunt afficiendi iniurijs.*

12 Nulli

12 *Nulli negandum eſt quòd ius humanæ ſotietatis concedat.*
13 *Iudæi non ſunt idolatræ, quia colunt unum Deum, nec ſunt hoſtes publici chriſtianorum : immo ſunt utiles fidei noſtræ. & in fine mundi a Chriſto illuminabuntur.*

## CONSILIVM CCCLXXXI.

NVNQVID princeps abſque legitima cauſa Iudæos pacificè uiuentes in terris ſuis ſeu domibus a Chriſti fidelibus eiſdem ad habitandum conceſsis poſsit expellere : & primo
1 aſpectu argui poteſt q; ſic † cum Iudæi ſerui principum ſint facti per mortẽ Chriſti. c.& ſi Iudæos de Iudæ. quod fuit executioni mandatum per Conſtantinum, ut per gl. primam. Hoſti. Abba. & alios in c. conſuluit eo. tit. & ex
2 hoc dicit Archi. in c. qui ſinceram. 45. diſtin. † quòd princeps qui eſt eorum dñs poteſt eos uendere ; ergo multo magis expellere, argũ. l. primæ. & ſecundæ. C. ſi ſeruus a-ſpor. & ob hanc rationem dicit idem archi. in c. fraternitatem. 55. diſt. q; poteſt eis auferre bona, cum non habeãt illa, niſi ut peculium. allegat. c. Iudæi eo. titu. Pro hoc facit. c. ſicut de Iudæ. ubi dicitur, q; non ſunt moleſtandi nec priuandi bonis ſine licentia terrenæ poteſtatis : ergo cum licentia ſic. Præterea iſti ſuſtinentur ex pietate
3 & gratia principum. d. c. etſi Iudæos, † ſed gratia nõ trahitur ad neceſsitatem. l. ſolent in ſi. ff. de off. proconſ. reg. q; ob gratiam, de reg. iu. lib. 6. Nec eſt de quo poſſunt cõqueri, ex quo habuerunt gratiam tãquam alieni, ut dicit Boetius in libro de cõſolatione. ¶ Quibus non obſtantibus, contraria ſentẽtia uidetur probabilior, & æquior,
4 ac magis humana. † Primo quia iuris naturalis eſt & diuini, q; quæcunque uult princeps, & quilibet alius ſibi inſtè fieri ut faciat alijs, Tobi. 4. Matth. 7. c. humanũ prima diſtin. Sed ipſe princeps nollet de regno ſuo nec alia perſona a domo ſua expelli, ergo non alio a de regno & habi
5 tatione expellat. † Tenetur etiã diligere Iudæos inquantum ſunt ſuæ naturæ participes, nedum in anima ſed etiã in corpore : fecit enim Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, Gene. 1. ut eſt expreſſum in c. Charitas de pœn. diſtin. 2. in uerſ. proximos, ubi eſt glo. in uer. participes, quæ ex tex. infert : Ergo Iudæi & Saraceni proximi noſtri ſunt, & diligendi a nobis, ut nos, quæ ſubdit, hoc eſſe uetum, & infra. Quapropter chariſsime, tota dilectione ſatage ut bonum quod tibi uis, uelis & proximo : expellere ergo tales abſque ratione. Contra præcepta charitatis, apertè eſt ; Dilectio enim proximi, malum expulſionis uel aliud quodlibet non operatur ad Roma. 13. & tale ius diuinum & naturale indiſpenſabile exiſtit quia non poteſt permutari. §. ſed naturalia inſtitu. de iu.
6 na. §. his itaque. 6. diſt. † Hinc eſt etiam, quòd ex iſto iure & charitate in neceſsitate eis ſubuenire, & eleemoſynam facere tenemur, ut ait Chryſoſt. ſuper epiſt. ad Hebræos, quæ ſunt regiſtrata in c. quieſcamus. 42. diſt. c. non ſatis. 86. diſt. ¶ Secundo dicit Augu. in ſermone ad Boni. cuius uerba habẽtur in c. noli. 23. q. 1. in ſi. q; per principem uictorem, capto hoſti in bello, fides & miſericordia debetur ut non expellatur, maximè in quo pacis perturbatio
7 non timetur. † Tertiò, Iudæi & pagani inter oues Chriſti computantur, creatione, gubernatione, & redemptione ex parte Chriſti. Vnde dominus in euan. Io. 10. Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, ſcilicet eccleſiæ. Vnde & Papa ſuper eos habet poteſtatem, ſicut ſuper oues ſuas, quas ei inter alia Chriſtus commiſit. Io. ulti. Paſce oues meas non diſtinguens inter has & illas, c. ſolitæ. §. pen. de
* maio. & obe. & ita tenet Inno. Abb. & * cõiter alij in c. q; ſuper his, de uo. cũ ergo Papa eos paſcere debeat uerbo, exemplo, & humanitate, non rebelles, non debet eos impugnare, nec permittere ut lędãtur, ut legitur & notatur
8 in c. quo, de na. ex li. uen. † ¶ Quarto Iudæi non terroribus, non aſperitatibus, nec uiolentijs ſunt trahẽdi ad fidem neque expulſionibus, ſed blandicijs ac munerib. ut integra ſit forma iuſtitiæ & libertas arbitrij ut ait Greg. ſcribẽdo Paſchaſio epiſcopo Neapo. in c. qui ſincera. 45. diſt. de quo habetur in quarto Conci. Tolle. c. 56. inci. De Iudæia in primo lib. Conci. fo. 115. Anno Dñi 1181. quod
9 eſt regiſtratam in c. de Iudæis diſt. 45. † ¶ Quinto ſi Iudæi, a Chriſti fidelibus iuſtè a quocunq; loco & principe expellerentur, ſic deficiet iam in eis uerbũ Eſai. x. & Pau. ad Rom. 9. Dicentium, ſi fuerit numerus filiorum Iſrael ut arena maris, reliquiæ ſaluæ erunt, & fidei noſtræ teſtimonium non præberent, ut latè probat Euſe. lib. 3. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. 7. dicens ; Propter hæc, gens Iudaica pro culpa perfidiæ de regno ſuo pulſa & diſperſa eſt per terras, ut eius fidei cuius ſunt inimici ubiq; teſtes fieri cogantur. Ideò Deus Iudæos non occidit nec penitus perdidit, ne obliuiſcantur leges ipſorum quas propterea legendo reminiſcuntur, ut ſibi ſumant iudicium & nobis præbeant teſtimonium ueritatis. ¶ Sexto faciunt ad hæc uerba Pau. ad Ephe. ult. docentis dños, qualiter de ſeruis ſuis obedientibus ſe habere debeant, Ibi, & uos domini eadem facite erga illos ſeruos, remittentes minas, ſciẽtes q; & uidetur ipſorum dominus eſt in cœlis, nec perſonæ reſpectus eſt apud illum : & ad Colo. ulti. in princ. uos domini æquitatem ſeruis exhibete ſcientes q; & nos habeatis Dñm in cœlis. Vnde ſicut Iudæi & alij Chriſti fideles & infideles inter nos habitantes a nobis ſunt pro ſuis ſceleribus puniendi, c. in archiepiſcopatu. de rap. Sic ſine cã non ſunt expellendi uel puniẽdi, c. ſatis peruerſum. 46. di-
10 ſtin. c. cognoſcẽtes de conſti. † Rurſus ſicut Iudæi de ſuis poſſeſsionib. expellendi non ſunt, nec eis ſunt auferendæ, ita nec ſunt de ſuis antiquis habitationibus eijciendi, c. Iudæi. 2. §. 1. c. & ſi Iudæos in prin. de Iudæ. ibi pietas chriſtiana illos receptet, & ſuſtineat cohabitationem eorum ;
11 ergo non expellat. † ¶ Ad idem filij Iſrael non eiecerunt Iebuſeos de Hieruſalem Iudit. 1. 11. q. 3. c. nolite ; ergo idẽ de Iudæis dicendum uidetur. ¶ Septimo pro prædictis ſunt caſus expreſsi in l. nullus. C. de Iudæ. & in l. chriſtianis. C. de ſacri. paga. ubi dr̃, q; talibus quietè degentibus, nullam debemus facere uiolentiam, & in c. diſpar. 23. q. 8. ubi ſunt uerba Alex. Papæ omnibus epiſcopis Hiſpanię in princ. ibi, in illos enim qui chriſtianos perſequũtur iuſtè pugnatur, & loquitur de Iudæis & Saracenis ; ergo a contrario ſenſu ſi Iudæi eos non perſequuntur, nõ fiet eis moleſtia, nec guerra. ſic arguit ibi glo. ¶ Confirmo prædicta, quia ſcriptum eſt in pſal. Cœlum cœli domino terram autem dedit filijs hominum, ubilibet autem habitatare licitum eſt cuicunque etiam ſeruo, dummodo tributum ſoluat domino debitũ. c. omnis anima de cenſ. c. ma
12 gnum. 11. q. 1. † Ergo nulli negandum eſt q; ius humanæ ſocietatis concedat argũ. c. notandum 23. q. 1. Item cauſa expulſionis Amorreorum, Cananeorum, & aliorum ab eorum ſtatibus per filios Iſrael peccata eorum fuerũt, maximè idolatria, quæ eſt contra legem naturæ, quæ clamat unum Deum. Pau. ad Ro. 1. & ad Epheſ. 4. Ibi unus Deus
13 & Pater omnium. † Sed Iudæi non ſunt idolatræ nec publici hoſtes principum chriſtianorum ; ergo non ſunt expellendi. Ioſ. 5. & Deutero. 7. & Gene. 15. & pro iſta parte conſuluit Oldrad. in conſi. 264. incipit Illa uidetur, & in conſi. 77. incipit Quæritur an princeps. ubi adducit hãc rationem, quià per eorum conſortium eos Deo lucrari poſſumus. c. gaudemus & c. quanto de diuor. & maximè ſunt tolerandi Iudæi, quia utiles ſunt fidei noſtræ. Vnde dicit Augu. ſuper pſal. 40. q; Iudæi tanquam capſarij noſtri nobis ſeruiunt. nam ſtudentibus nobis Codices purgatos reddunt, ut per hoc Codices in quibus ſunt leges & Prophetæ, per quos prædicatur Chriſtus. & fidem noſtram probamus, cum paganis & alijs incredulis. nam cum codices Chriſti fideliũ eis ſint ſuſpecti melius eos p codices inimicorũ ↄuincimus, & Greg. in Homelia Innocentium, dicit, q; in fine mũdi a Chriſto illuminabunt, & ſi de toto mũdo expellerent̃, nõ remanerent aliqui : cũ tñ lex dicat q; tunc reliquiæ Iſrael ſaluæ fient, ut poſt Eſai. & Paul. dictum eſt. & quòd tolerari debeant probat Augu. ſuper pſal. 50. Vbi dicit, quòd fuit figuratum in illo Caim, qui fratrem ſuum occidit, & ideo accepit ſignum ne interficeret, ut ſic iſte peruerſus populus ſit ſignatus, ne occidat, immo toleretur. ¶ Reſtat ad obiecta in prin-

cipio reſpondere, quæ procedunt quando Chriſti fideli-
bus immitet periculum uel ſcandalum ſi tolerentur in
terris Chriſtianorum, ut notât Inno.& alij in d. c. ꝙ ſuper
his. Nam quum abutantur gratia priuilegium merêtur
amittere tanquam ingrati, ut dicitur in d.c. & ſi Iudæos.
et hoc figuratum uidetur in illa ancilla, a qua ipſi Iudæi
deſcendunt, quia eo ꝙ ſuperbè & ingratè ſe habuit, fuit
expulſa, eijce ancillam & filium eius Gene.21.& Paul.ad
Gal.4.& 23.q.4.c.ſi eccleſia. ſed ubi quietè uiuunt & non
eſſet ſcandalum, uidetur dicendum & concludi poſſe, ꝙ
nec Papa nec principes ſeculi, deberent reijcere Iudæos,
ſed abſtinere ab expulſione eorum. iuxta nota.per Inno.
* & alios * communiter in d. c.quòd ſuper his,& per alle-
gata ſupra. Cum quibus concordat Alex.in conſi.99.ui-
ſa inquiſitione col.fi.lib.6.& Gemi. conſi.116.pro huius
dubij declaratione, col.antepe.& pen.uerſi. uenio ad ulti
mum.& Io.Andre.in addi. ad Spec.in titu.de Iudæis, ubi
refert quaſdam rationes Oldra.tacito authore.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi generalis ſine ſpeciali mandato beneficia non conſert.*
2 *Clauſula in mandato, quòd conſtitutus poßit omnia facere qua ipſe conſtituens poſſet ſi eſſet præſens, habet uim ſpecialis mandati.*
3 *Procurator, ſeu vicarius cum libero mandato, poteſt conferre beneficia.*
4 *Si ad epiſcopum & capitulum ſimul, ſpectet collatio, mortuo epiſcopo uel ſuſpenſo, capitulum confert.*
5 *Ampliatur concluſio præcedens etiam in epiſcopo abſente.*
6 *Quando ſubeſt ratio publici boni, licita eſt extenſio de caſu ad caſum.*
7 *Si collatio beneficiorum ſpectat abbati, ipſo ſuſpenſo, a collatione uel abſente, prouiſio deuoluitur ad priorem clauſtralem cũ capitulo.*
8 *Ad hoc ut quis conſtituatur in poſſeßione ſeu quaſi præſentandi quatuor requiruntur.*
9 *Qui contra iura mercatur præſumitur in mala fide.*
10 *Iuris ignorantia non excuſat præſcribentem a mala fide.*
11 *In beneficialibus ultimus ſtatus attenditur.*
12 *Quaſi poſſeßio conferendi, & ſtatus ultimus acquiritur ex unico actu collatiuo.*

## CONSILIVM CCCLXXXII.

IN cauſa eccleſiæ curatæ ſancti Io. Baptiſtæ de
Rezare & annexorum Brixien.diœceſis, oritur
dubium, Nunquid prouiſio dictæ eccleſiæ fa-
cta D. Auguſtino Gentili presbytero Brixien.per Reuer.
P. Donum Maurum priorem conuentus ſanctæ Euſemiæ
Brixien.ordinis ſancti Benedicti cum conſenſu ſui capi-
tuli, procuratorem Reuerendi patris Abbatis dicti mo-
naſterij ſit ualida. Et prima facie uidebatur dicendum
1 ꝙ non argumento tex.in c.fi.de offi.uic.lib. 6. † Vbi de-
ciditur, ꝙ uicarius epiſcopi uirtute generalis mandati
non poteſt beneficia ↄferre, quia requiritur ſpeciale man
datum. Vnde licèt ad Reuer. do. Abbatem & monachos
dicti monaſterij ex teſtamento.q. Io. Lechi de Morarijs,
uſque de anno 1360. ſpectet prouiſio dictæ eccleſiæ &
annexorum: tamen prouiſio fuit facta per dictum prio-
rem eiuſdem conuentus procuratorem generalem dicti
domini Abbatis, cum conſenſu tamen & auctoritate ca-
pituli ſuorum monachorum. ¶ Quo obiecto non obſtan
te, contrarium puto uerius, quia in procuratorio, Reuer.
Abbas dedit eidem priori ampliſsimã facultatem, & om
nimodam libertatem cũ ſpeciali & generali adminiſtra-
tione, adminiſtrandi dictum monaſterium & conuocan-
di capitulum monachorum, & omnia alia & ſingula ge-
2 rendi, faciendi, & diſponendi, † quæ ipſemet Reuerend.
Abbas facere, negociare, diſponere, & pertractare poſſet
cũ omnimoda libertate, qua ipſemet uti poſſet, ſi ſemper
perſonaliter adeſſet, quæ clauſula habet uim & effectum
cuiuſcunq; ſpecialis mandati. Ita in terminis tenent Bar.
Bal. Alber.de Roſa. Aug.& Paul.in l.procurator cui libe-
ra.ff.de procu.per illum tex.& per l.creditor.§.l.ucius.ff.
mandati, & ſequitur Abb.in c.intelleximus col. 4. de iu-
di.& gl.in uer.mandato ſpeciali.circa fi.in c.ex parte de-
cani de reſcr.quæ ibi per docto.approbatur & do.Ant.&
Imol.in c.fi.de dila.& Gemin.& Philip.in c.qui ad agen-
dum colu.fi.de procu. lib.6.ex quibus ſequitur, ꝙ per di-
ctam clauſulam ſatisfactum eſt d.cap.fi.de offi.uic. Nam
* doct.in præallegatis locis * omnes cõcludunt, ꝙ procura
tor cum dicta clauſula, ꝙ ipſemet poſsit omnia, acſi con
ſtituens præſens adeſſet, poteſt iurare tranſigere, paciſci,
reſtitutionem in integrum petere, & alienare, & alia face
re quæ requirunt ſpeciale mandatum. unde ſequitur ꝙ
uirtute dictæ clauſulæ præfatus dom. Prior ualidè potuit
cõferre dictam eccleſiam parochialem dicto D.Gentili,
& ita aliàs conſului. ¶ Verum quia Reueren. & Excell.
D. Relator (ut mihi narratum fuit) non acquieuit præ-
dictis iuribus & rationibus, adhuc requiſitus ſum addere
aliqua pro maiori dilucidatione ueritatis: unde ut ma-
ior fides & authoritas detur deciſioni meæ, allego aucto
ritatem Bar.qui in puncto formauit hanc quæſtionem, &
ita apertè decidit eam, in repe.l.primæ.ff.de offic.procu.
Cæſ.col.7.uerſ.ſecundo quæritur, format enim quæſtio-
3 nem ſic. † Nunquid procurator habens generale manda
tum cum libera, poſsit beneficia conferre ſpectantia ad
collationem dñi cõſtituentis, & tenet ꝙ ſic, quia iſte pro-
curator habet ſpeciale mandatum. Secundo quia iſta col
latio non eſt pura & libera donatio, quæ prohibetur pro-
curatori habenti liberam.l.contra iuris in fin.ff. de pact.
Sed eſt neceſſaria ex quo collator pro ſe beneficia uacan
tia retinere non poteſt, ſed alijs cõferre tenetur, ut notan
ter per bona iura tenet glo.fi.in c.relatum de præb.& ita
etiam poſt Cyn.& Pet.tenet in terminis Pau.de Caſt.in d.
l.procurator cui libera in fin. ubi format quæſtionem in
ep̃o, qui uni dederat mãdatum generale, cum libera ad-
miniſtratione, ꝙ iſte poſsit uirtute iſtius clauſulæ, confer
re beneficia ſpectantia ad collationem ep̃i, & mouetur ra
tionibus quibus Bar.Cyn.& Pet. Sed in q.noſtra in man-
dato facto Reuer. Priori, nedum ultra mandatũ generale
adeſt clauſula cum libera adminiſtratione, quæ impor-
tat ſpeciale mandatum, ut probatur in d.l.procurator.&
tenent oẽs ſcribentes ibi, & Bar.& Pau.in locis præallega
tis. ſed etiam adeſt clauſula, ut prior poſsit omnia agere,
facere, & tractare, quæ poſſet Reuer.do. Abbas ſi perſona
liter adeſſet. Quę clauſula ſimiliter importat ſpeciale mã
datum, ut dictum eſt ſupra. et prædicta procedunt tenen
do ꝙ in perſonam dicti Reuer. Prioris fuiſſet opus man-
dato, quod tamen neceſſariũ non erat. Vnde alia prin-
cipali ratione pro ualiditate dictæ collationis. Moueor p
4 tex.in c.1.ne ſe.uac.lib.6.in princ. † ubi probatur, ꝙ ſi ad
ep̃m & capitulum ſuum cõiter pertineat collatio benefi-
ciorum mortuo ep̃o uel a beneficiorum collatione ſuſpẽ-
ſo: poterit capitulum uacantia beneficia conferre, & gl.
2.in uer. Mortuo, ampliat text. uel quocunque alio modo
uacet ſedes epiſcopalis renũciatione, & depoſitione epi-
ſcopi, uel quouiſmodo. & Gemi.& Philip. ſuper illa con
cludunt, idem eſſe, qñ ſedes quaſi uacat, utputa ſi ep̃s ca-
ptus ſit, ut probatur in c.ſi ep̃s, de ſupplen.negli. pręla.li.
6.& ibi gl.3.dicit, ꝙ mors ciuilis epiſcopi capti, æquipa-
ratur naturali, quia capitulum canonicorum ↄfert benefi
cia hmõi uacantia mortuo epiſcopo naturaliter, ſeu ciui
liter, ſeu ſuſpenſo. ¶ Et Inno.in c.ad abolendam circa fi.
de hęre. ampliat tex.in d.c.1.ne ſę.ua.& omnia prędicta,
5 ut procedant, † etiam in ep̃o abſente a ciuitate & ſua dio
ceſi, ut iſto caſu abſentiæ, capitulum ſolum ↄferat benefi-
cia. Quod dictum refert & ſequitur Alex.in conſ.110.in-
cipit, Adeo grauis col.4.uer.non obſtat.lib.6.ubi allegat
iura & rationes, & Inno.loquitur in ep̃o, uel alio collato
re, inferiore abſente ex cã iuſta uel iniuſta, ut eius uices
abſentis, ſuppleat capitulũ: & eſt ratio, quia inter ep̃m &
capitulũ ſuæ eccleſiæ eſt q̃dam cõiunctio ſpiritualis quę
repræſentatur per eccleſiam. c.requiſiſti.§.ſecus aũt de te
ſta. et cũ prædictis ↄcordat Io.de Syl.in tract.de bene. in
ſecunda parte, q.14.fo.41.tergo colu.2. ubi dicit, ꝙ ſicut

mortuo

mortuo epiſcopo, capitulum ſuccedit in collatione bene
ficiorum ſpectante epiſcopo & capitulo ſimul: ita ẽt epi
ſcopo abſente. & allegat Inno. & docto. in d.c. ad abolen-
dam, & tex. in c. ſi delegatus, de offi. dele. lib. 6. in princ. &
in c. quãuis in princ. de proc. eo. lib. ubi æquiparat mors
& abſentia delegati, & procuratoris, & pro iſta extenſio-
ne de morte epiſcopi uel alterius collatoris ad abſentiã
eorundem, ut deuoluatur ad alium collatorem, puta ad
priorem, uel ad capitulum in collatione beneficiorum,
in quibus periculum eſt in mora, allego text. in d.c. 1. §. ſi.
ne ſe. uac. ubi Papa in fi. allegat rationem publicam ani-
marum parochianorum, quæ militat in conferendo bene
ficia uacãtia, ut deuoluatur ad aliam, mortuo uel abſen-
6 te alio collega collatore, † & quando ſubeſt ratio publici
boni licita ſit extenſio de uno caſu ad alium, eſt deciſ. Io.
Andre. Abb. & aliorum in c. ex tenore, qui fil. ſint legi.
¶ Sed in q. noſtra, ex teſtamento dicti q. Io. Lecho, colla
tio dictæ eccleſiæ & annexorum, ſpectat ad Reuer. Abba-
tem, & ad monachos dicti monaſterij ſanctæ Euſemię, ſi-
cut in terminis dicti c. primi. in princ. ne ſe. ua. ſpectabat
ad epiſcopum & capitulum ſimul, ſed mortuo epõ uel ab
ſente poteſtas conferendi tota conſolidatur in capitulum
per prædicta, ergo idem dicẽdum in q. noſtra, ut poteſtas
conferendi dictam eccleſiam de Rezate ſit conſolidata
& deuoluta ad capitulum, Abbate tunc abſente a ciuita-
te & diœceſi Brixien. ex cauſa uiſitationis, ut dicitur in
procuratorio. ergo ſequitur ꝙ collatio de qua eſt quæ-
ſtio ſit ualida ex diſpoſitione iuris, propter unionem quæ
eſt inter Abbatem & ſuum capitulum ſine alio mandato
dnn. Abbatis. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ prouiſio dictæ ec
cleſiæ de Rezate fuit facta nedum cum auctoritate & con
ſenſu capituli monachorum, ſed etiam per priorem clau-
ſtralem dicti conuentus: quia reſpondetur ꝙ ipſe Reue-
ren. Prior. mortuo uel abſente abbate eſt caput capituli,
unde etiam ipſe in caſu noſtro, cum capitulo fecit proui-
ſionem de dicta eccleſia dicto domino Auguſtino Gen-
7 tili, & pro hoc eſt tex. in cle. 1. §. abbate de ſta. mona. † ubi
aperte probatur, ꝙ ſi collatio beneficiorum ſpectat Ab-
bati: tunc ipſo ſuſpenſo a collatione, prouiſio deuolui-
tur ad priorem clauſtri cum conſenſu capituli monacho
rum. Sed idem dicendum Abbate abſente, a monaſterio
ciuitate & diœceſi Brixien. per prædicta iura & rationes
& auctoritates doctorum, quæ militant in quæſt. noſtra.
Ex quibus clarè conſtat de bono iure dicti D. Auguſtini
Gentilis tam in petitorio quam in poſſeſſorio conferẽdi.

Nec obſtat quod ex aduerſo allegatur ꝙ commune &
homines de Rezate fuerint & ſint in poſſeſſione ſeu qua-
ſi præſentandi, quia hoc expreſsè negatur. quod probo:
Nam ad hoc ut quis cõſtituatur in poſſeſſione ſeu quaſi
præſentandi, multa requiruntur per Calde. in conſi. 12. in
8 tit. de iure pa. incip. Quæ requirantur. † Et primo ꝙ præ-
ſentantes fuerint in bona fide. Secundo ꝙ præſentatio
fuerit admiſſa & cõfirmata per ſuperiorem eccleſiaſticũ.
Tertio ꝙ præſentatus & inſtitutus fuerit miſſus in poſſeſ-
ſionem beneficij, & in ea perſeuerauerit tanquam rector
in poſſeſſione eccleſiæ. Quartò ꝙ præſentantes credãt
ſe uti iure ſuo legitimo, & quòd ille in cuius pręiudicium
fit præſentatio & quęritur poſſeſſio hoc ſciat & patiatur.
allegat nota. per Inno. & Hoſti. in c. 2. de reſtitu. in integ.
& in c. conſultationibus de iu. pat. & in c. cum eccleſia de
9 cau. poſſ. ¶ Sed bona fides deficit, † quia commune de
Rezate ſumit fundamentum ab authoritate litterarũ du
calium, & ſic a iudice ſeculari incompetenti circa ius pa-
tronatus concedendum & iudicandum, ut eſt caſus in c.
quanto de iudi. ergo homines dicti cõmunis, ſemper tra
ctu temporis, & a principio del 1470. & 1491. fuerunt in
mala fide, ut probatur in c. qui contra iura mercatur bo-
nam fidem non præſumitur habere, de reg. iu. lib. 6. & eſt
tex. in c. ſi quis deinceps. 16. q. 7. ideò non poſſunt allega
re poſſeſſionem, nec præſcriptionem, quæ cum mala fide
10 non currit. c. ſi. de præſcrip. † Nec poſſunt allegare iuris
ignorantiam, quæ nõ excuſat in præſcriptione. l. nunquã.
ff. de uſuca. & eſt glo. in d. c. qui contra. Nec concurrit ſe-
cundum, quia præſentatio prætenſa cõis, nunquam fuit
admiſſa, nec confirmata per abbatem & monachos col-
latores legitimos. ¶ Tertium etiam non concurrit, qui
aſſertæ præſentationes nunquam ſortitæ ſunt effectum,
nec aliquis præſentatus fuit in poſſeſſione dictæ eccle-
ſiæ. nec pro rectore habitus fuit, nec mortuus in poſſeſ-
ſione pacifica. ¶ Quartum ẽt requiſitum deficit, quia ab
bates & monaci collatores ſemper reclamarunt & ꝯtra-
dixerunt communi & hominibus uolẽtibus præſentare,
& ipſi ſemper uacante dicta eccleſia cõtulerunt illam uigore dicti teſtamenti Io. Lechi, ut patet ex productis & al
legatis pro parte dictorum abbatis & monachorũ, & ma
ximè de anno 1524. uacante dicta eccleſia per ꝯtractum
matrimonij do. Federici de Martinengo tunc rectoris &
poſſeſſoris, fuit de illa ſic uacante prouiſum per abbatem
dño Aurelio Duranti qui fuit poſitus in poſſeſſionem, &
in ea mortuus de anno 1549. per cuius obitum fuit de
dicta eccleſia prouiſum cum annexis do. Auguſtino Gen
11 tili, per priorem & monachos dicti monaſterij. † ¶ Et
in beneficialibus, ultimus ſtatus attenditur, c. cum de be
neficio de præb. lib. 6. c. cõſultationibus de iu. pat. c. que-
relam de elec. c. cum olim de ca. poſſ. cum alijs ſimilib. ut
per Rot. in antiq. deciſ. 557. incipit Quidam impetrauit.
& ita tenet Bald. expreſsè in l. ſi mater. C. ne de ſta. def. &
Feder. in conſi. 234. ſuper primo. col. 2. Oldrad. in conſi.
312. Thema quæſtionis. circa fi. Calde. in conſi. 23. de præ
12 ben. in conſi. ultimo de iu. pat. † ¶ Et iſta quaſi poſſeſſio
& ſtatus ultimus cõferendi, acquiritur ex unico actu col-
lationis, & ultima & immediata poſſeſſio conferendi cõ-
ſideratur ſecundum Oldra. in d. conſ. & Fede. in d. conſil.
234. in ſecundo dub. per tex. ubi eſt caſus in d. c. cum ec-
cleſia de cau. poſſ. & tradit Abb. in conſ. 54. uidetur, lib. 1.
¶ Ex quibus omnibus concludo litteras ducales poſſeſ-
ſorias eſſe dandas dicto pſbytero Auguſtino, & non eius
aduerſario, qui nititur præſentationi communis & homi-
num de Rezate, qui nullo unquam tẽpore habuerunt ali
quod ius patronatus, nec in poſſeſſione præſentandi fue
runt nec ſunt, qui aduerſarius ẽt caret titulo cum fuerit,
& ſit inſtitutus, a non habente poteſtatem conferendi, &
contra teſtamentum dicti Io. Lechi. quod ſemper fuit in
uiridi obſeruantia.

## SVMMARIVM.

1 *Per litteras, procuratores, & internuncios, contrahitur matri-
monium.*

2 *Quæ concluſio procedit dummodo appareat de mutuo contra-
hentium conſenſu.*

3 *Et ſi recipiens litteras declarauit conſenſum ſuum, nuncio por-
tanti litteras ſine alteri.*

4 *Amplia etiam ſi recipiens litteras conſenſerit in mittentem illas
ex interuallo, dummodo ſcriptor litterarum in conſenſum per-
ſeuerauerit.*

*Et doctores qui loquuntur de conſenſu incontinenti præſtando
unius poſt alterum, loquuntur quando matrimonium contra-
hitur inter præſentes.*

5 *Nec præſumitur mutata uoluntas ſcribentis, quia de iure, dura-
re præſumitur.*

*Et ibi ponuntur plura uerba litterarum, quæ probant conſenſum
de præſenti.*

6 *Verba huiuſmodi, Son contenta, poſita in litteris, important con
ſenſum de præſenti.*

7 *Si uir erga mulierem dicat, Accipio te in meam, & ipſa dicat,
placet, uel conſentio, erit matrimonium.*

8 *Per uerba, uolo eſſe hæres ad interrogationem alterius, fit adi-
tio hæreditatis.*

9 *Per uerba, uolo eſſe uxor tua, uel placet eſſe, importat conſen-
ſum de præſenti in maritum.*

10 *Per uerbum placet, cum infinitiuo uerbi, ſum, es, eſt, ſignificat
perfectio actus, & rei ſubſtantia.*

11 *Per uerba, Placet, Promitto, Conſentio, Iuro, iuncto uerbo
infinitiuo ſum, es, eſt, uel per alia ſimilia uerba, contrahitur ma-
trimonium de præſenti.*

12 *Per uerba huiuſmodi. Promitto quòd non habebo aliam in uxo
rem niſi te, uel illam, contrahitur matrimonium de præſenti,*

*præcedente tractatu de matrimonio.*

13 *Dictio, Niſi, quæ ſequitur negatiuam, affirmat matrimonium, cum illa ad quam uerba diriguntur.*

14 *Authoritas Archi. ſuper decreto prævalet opinioni aliorum doctorum.*

15 *Et concluſio prædicta quòd per illa uerba, Non habebo aliam in uxorem niſi te, contrahatur matrimonium, etiam ſine tractatu præcedenti, eſt communis.*

16 *In dubio fit interpretatio pro matrimonio.*

17 *In matrimonio & uſuris ſtandum eſt deciſioni canoniſtarum & non theologorum.*

18 *Iuro quòd te tenebo pro uxore, iſta uerba important matrimonium.*

19 *Opinio glo. prævalet opinioni communi doctorum, & ſingularis opinio quæ fauet matrimonio, attenditur.*

20 *Iuramentum importat conſenſum deliberatum & geminatum, & iurans non poteſt allegare defectum intentionis. & nu. 21.*

22 *Et qui iurat obligatur etiam ſine tactu euangeliorum.*

23 *Per iſta uerba, Non uolo aliam uxorem niſi te, contrahitur matrimonium, quia dictio niſi ponit neceſſariam uoluntatem de præſenti.*

24 *Si præceſſit tractatus de matrimonio, uerba dubia ſumuntur pro matrimonio.*

25 *Standum eſt communi interpretationi, & non ſingulari uiri uel mulieris.*

26 *Verba dubia contrahentium relata per teſtes, quæ etiam poſſunt arguere ſponſalia, trahuntur ad matrimonium.*

27 *Inter contrahentes ualet conſenſus ex interuallo.*

28 *Mediatores non admittuntur in teſtes, niſi de conſenſu partium.*

29 *Mediatores qui non recipiunt ſalarium, non repelluntur a teſtimonio, quando interuenerunt poſt contractum.*

30 *Solus mediator qui deponit de conſenſu partium, plenè probat contractum.*

31 *Sed ſine conſenſu unius partis, probat ſemiplenè ſicut alius teſtis.*

32 *Teſtis qui fuit impeditus a parte non ſeruare. c. omnis utriuſque ſexus non repellitur a teſtimonio.*

33 *Teſtis non ſeruans d. c. non uenit a teſtimonio repellendus.*

34 *Teſtis non ſeruans d. c. omnis, non eſt excommunicatus, ſed interdictus tantum a diuinis.*

35 *Teſtes qui deponunt de eodem facto præſumuntur conteſtes.*

36 *Singularitas teſtium non nocet, quando cum dictis illorum concurrunt plura adminicula, & quando partes uoluerunt contractum eſſe ſecretum.*

37 *In teſtibus, uarietas circa accidentia facti non attenditur, dummodo in ſubſtantia contractus ſint concordes.*

38 *Fama probatur duobus teſtibus.*

39 *Fama facit ſemiplenam probationem, & iuncta cum uno teſte regulariter plenè probat.*

40 *Quæ concluſio procedit etiam in probando matrimonio clandeſtino.*

41 *In matrimonio probando ſufficit regularis probatio, quinimmo admittuntur teſtes qui aliàs in alijs contractibus repelluntur, ſed in diſſoluendo requiruntur teſtes, omni exceptione maiores.*

42 *Quæ concluſio procedit etiam in probando canonicum impedimentum ad diſſoluendum, ex quo in illo uerſatur peccatum.*

43 *Matrimonio etiam clandeſtino eſt fauendum, & iura quæ loquuntur de matrimonio ſimpliciter habent locum etiam in clandeſtino.*

## CONSILIVM CCCLXXXIIII.

IN præſenti cauſa matrimoniali, quæ in prima inſtantia Venetijs coram Reueren. preſbyteribus, & excellentiſsimis doctoribus D. Victore Pucheolano Vicario Reuerédiſsimi Domini Patriarchæ Venetiarum, & domino Ioáne Rhenio plebano collegiatæ eccleſiæ ſancti Auguſtini Venetiarum, ex commiſsione Reuerendiſs. domini Ioannis Grimano Patriarchę Aquilegien. Vertitur inter nobilem & magnificum D. Proſdocimum Sbroiauacha agentem ex una, & nob. D. Matthæam de Valuaſono ambos Vtinenſes, ream, partibus ex altera, oritur quæſtio, Nunquid inter eos per internuncios, & litteras mutuas per eoſdē ſcriptas & receptas, ſit contractum legitimum matrimonium, & pro reſolutione, de tribus principaliter erit uidendum: Primò de tractatibus præcedētibus: Secundò de litteris dominæ Matthææ ſcriptis per ſe ad D. Proſdocimum, eidemque tranſmiſsis: Tertio de mutuo amborum conſenſu ad matrimoniū huiuſmodi contrahendū.

Circa primum de tractatu matrimonij cōtrahendi inter præfatos per uerba de præſenti, multipliciter probatur. Nam ipſa domina Matth. fuit requiſita per nob. D. Margaritam de Brazacco, in orto ſeu uiridario domus ſuæ, nomine domini Proſdocimi, ut uellet eſſe contenta accipere D. Proſdocimum in ſuum maritum. quæ dom. Matt. non dedit illi reſponſum, quia finxit non credere quod ipſe uellet nubere: & ita confitetur in principio ſui cōſtituti recepti in terra Vtini. Fuit poſtea requiſita domina Raphaela mater ſua, a nob. D. Sebaſtiano de Brazacco, quòd ipſa eſſet contenta dare D. Matt. D. Proſd. pro ſua legitima uxore, quod quidem ipſa recuſauit, ut ipſa domina confitetur in eodem conſtituto, & ita dicitur in tertia poſitione domini Proſdocimi confeſſata per dominam Matth. Quod uidens dom. Proſdocimus requiſiuit eandem matrem per eadem uerba de quibus ſupra, ut habetur in poſitione quarta per eandem confeſſata, cui mater promiſit dare reſponſum per dominam Margaritam, ut in poſitione quinta confeſſata, de quibus domina Matt. habuit notitiam ex ore matris, ut habetur in poſitione ſexta, & ſeptima, confeſſatis per do. Matt. & mater recuſauit matrimonium huiuſmodi, ut in poſitione ſeptima confeſſata per eam, prout etiam in ſuo conſtituto, & ipſa puella aſſenſit tractatibus huiuſmodi, ut in octaua poſitione confeſſata per eam. In qua poſitione dicitur, Se mia madre non me'l uorrà dare cioè miſier Proſdoc. io mel torò. Sciebat enim ipſa diſſenſum matris, ut in ſuo conſtituto. quam poſitionem confitetur illi reſpondendo, ut in proceſſu fo. 49. Fuit etiam tractatum de matrimonio inter ipſos per litteras tres. Nā ſciēs dom. Proſdo. quòd conſenſus maternus iure canonum, quibus utitur eccleſia non eſt neceſſarius ad matrimonium, ſed de honeſtate tantum requirendus, ut legitur & notatur in tex. & gl. in c. ſufficiat. 27. quæſt. 2. & in c. cum locum, & in c. cum apud, & in c. 1. de ſponſa. ubi do. Ant. Abb. & alij notant, ſed ſolus conſenſus amborum ſufficiebat, ut probatur in dictis iuribus, cœpit negocium matrimonij per litteras tractare cum ipſa puella, ut de primis litteris habetur in poſitione decimaſeptima confeſſata per eam, quas ipſa recepit & legit, ut in poſitione 18. cōfeſſata, & de ſecundis litteris habetur in poſitione 19. cōfeſſata, quas ipſa puella habuit & legit, ut ī poſitione 20. per eam confeſſata, ut etiam ipſa confitetur recepiſſe omnes litteras: uidens do. Proſ. quod ipſa nō reſpondebat binis litteris, ſciēs hoc eſſe de more & honeſtate mulierum uelle expectare trinam requiſitionem, ſcripſit ad eam tertias litteras latioribus uerbis & magis aptis ad mouendum animum dictæ puellæ, quibus enixè rogabat eam, quòd eſſet contenta reſcribere ad eum, animum ſuum, ſi eſſet reſoluta d'eſſere ſua, quod deberet manifeſtare quatuor uerbis, & quod de hoc ipſe perpetuo illi teneret, & utar uerbis ſuis formalibus, Tanto potrà in me queſta corteſia ſolo d'hauermi uoi uoluto contra la uoluntà della ſignora noſtra madre, quanto potranno tutti li meriti &c. Quæ uerba ſunt poſita in poſitione 21. confeſſata per eā quas ipſa accepit & legit, ut in poſitione 22. confeſſata per eam fo. 50. Notanda ſunt iſta uerba litterarum. ibi. contenta d'eſſere mia, & ibi, d'hauermi tolto contra il uolere de uoſtra madre. Cum qua actum fuit de matrimonio per uerba de præſenti, quod ipſa mater facere recuſauit, & cum quibus uerbis concordant litteræ do. Matth. tranſmiſſæ ad D. Proſd. ibi, che uoſtra. Notanda ſunt iſta uerba, mia, & uoſtra, quia ſunt interpretanda pro uxore, cum de hoc inter illos ſolum tractaretur, & quia eſt uero ſimile & conuenit honeſtati & pudicitię do. Matt. & quia cauſa eſt fauorabilis & amplianda. cap. uidetur in fi. qui. ma. acc. poſſ. Vnde ſunt pro mrīmonio intelligēda, & nō pro amica. Ita in terminis arguit Henri. Bolc. in d. c. ex

litteris

litteris primo.col.1.de ſponſa. Et plus, ultra litteras, idem do.Proſ.per dominas Margaritam & Leonardam, requiſiuit ipſam puellam quód uellet acceptare do.Proſ. pro ſuo marito. Nota uerba præſentis temporis, ut habetur in poſitione uigeſimatertia, aperto ore cum iuramento confeſſata per ipſam illi reſpondendo, ut in proceſſu fol. 50. Quibus tractatibus de matrimonio per uerba de præſenti inter eos contrahendo, multiplicatis per internuncios & per litteras, non finitis nec extinctis cum ipſa domina Matth. cum qua agebatur, & cuius ſolus conſenſus ſufficit. immo ipſis tractatibus durantibus, & adhuc pendentibus, & per ipſam puellam approbatis, uidens animum Do.Proſ. apertum & conſtantem, uelle ipſam in uxorem & ſe illi in maritum offerre, & nulla alia uerba inter ipſos matremque ſuam præceſſiſſe niſi de matrimonio deliberaté ad interrogationem ipſius magnifici uiri & nobiliſſimi iuuenis, & ad preces ſæpius reiteratas, tandem ipſa domina reſcripſit manu ſua hanc notabilem & doctam litteram productam in iudicio per dictum dom. Proſ. in terra Vtini coram domino uicario patriarchali iudice primario regiſtratam in proceſſu, & tenoris infraſcripti, de qua ipſe loquitur in ſua poſitione 24. confeſſata per eam fol. 50. proceſſus & in ſuo conſtituto.

Sequitur tenor litterarum Dñæ Mattheæ

Molto magnifico Signore.

Non ui marauigliarete s'io ſono troppo preſta renduta a gli aſſalti amoroſi & a uoſtri preghi, ch'el ſoggetto è tale, che da ſe ſenz'altro haria baſtato a fare ch'io ui amaſſe ſopra tutte le coſe del mondo, e ſopra la uita mia.

Onde per compiacerui e per tiormi d'impaccio di ſentire ogni hora i uoſtri preghi, piu preſto ſimulati che ueri, ſon contenta e ui giuro ſopra la fede mia di non eſſere mai d'altri che uoſtra, laſſiando da parte il riſpetto che una bona figliola die portare a una matre honoranda. Benche ſon certa facendolo non ſi potrà non chiamare errore, ma patientia, Mi giouerà ſempre hauerlo fatto per un che merita da eſſere non amato, ma ſopra tutti adorato, & per uno che la Natura ha poſto ogni ſuo ſtudio & opra in formarlo ſopra tutti gli altri gentile, & per queſto io ſpero di trouare pietà, che a ſi gentil, a ſi corteſe d mande io non habbia hauuto el cor duro, pur fattemi per perſone a me ſi care quant'è la ſignora Margarita e madonna Lonarda, E coſi ui prego mi uogliate fare queſta gratia di non moſtrare queſta ad altri, che alla ſignora Margarita, alla qual inſieme con V. S. baſcio la mano con la bocca del cuore.

¶ Verba iſtarum litterarum bene & diligenter in omni ſui parte conſiderata & digeſta habent relationem ad omnes tractatus præcedentes de huiuſmodi matrimonio practicatò per internuncios mares & fœminas, & per plures litteras miſſiuas, & cum matre & filia, de quibus tractatibus & litteris domina Matth. habuit notitiam, & ſuum præbuit aſſenſum, etiam legendo litteras domini Proſdocimi, & illas retinendo, & contentis in illis acquieſcendo, ut eſt tex. in clementina prima. in fi. de procur. & in l. filius familias la ſecunda. ut ibi notanter Pau. de Caſtro declarat cum ſimil b. ff. ad Maced. ut per Alex. conſi. 78. colum. 1. lib. 1. ¶ Et quód ex præcedentibus tractatibus, ex quibus dilucidé apparet de conſenſu pro matrimonio per uerba de præſenti ipſius domini Proſdo. iunctis dictis litteris Do. Matth. cenſeatur de iure inter eos contractum matrimonium de præſenti, ex quo ipſæ litteræ de commiſſione dictæ puellæ, medio Sebaſtiano nuncio peruenerunt ad manus domini Proſdocimi, quas legit & acceptauit, ut patet ex poſitionibus confeſſatis per ipſam & ex dictis teſtium, ut inferius latius deducam, pro-
1 bo ex infraſcriptis. ¶ Primo, † quia per litteras & internuncios & procuratores cõtrahitur matrimonium, l. iij. & l. fi. ff. de ſponſa. c. fi. de procu. lib. 6. glo. 2. in c. 1. de matrimo. contr. con. inter. ecc. per docto. in c. pen. de ſponſa. cum ſimi. ut per Andr. Sic. in conſi. 6. col. antep. nu. 26. lib. 1.
per Archi. Floren. in tertia parte ſummæ titu. 1. c. 19. colu. prima. cum ſimil. ut per Pariſ. conſi. 55. Attingam, col. 3. lib. 4. & Maria. Soci. in conſi. 19. col. 3. lib. 2. & per Zas. conſi. 3. col. 2. lib. 2. ubi atteſtatur quód de iſta concluſione ſunt
2 iura clara † dummodo appareat de mutuo amborũ conſenſu ut notanter tradit Arch. in c. nec illud. 30. q. 5. & per Gemi. & Philip. poſt antiquos in d. c. fi. col. 2. ſuper glo. in
3 uerſi. contraxerit † etiam ſi recipiens litteras declarauit conſenſum ſuum nuncio portanti litteras ſiue alteri, Vt dicit Arch. in d. c. nec illud cum ſimi. Vt laté per Alex. in conſi. 146. in cauſa & lite col. 4. circa med. nu. 2. lib. 5. uer
4 ſi. Quia reſpondeo † & concluſio procedit etiam ſi recipiens litteras cõſenſerit in mittentem illas ex interuallo, Dummodo mittens ſcriptos litteras in eundem conſenſum perſeuerauerit, ut poſt alios tenet Præp. in d. c. pe. de ſponſa. col. pe. & eſt communis opinio ut atteſtatur Pariſ. in d. conſi. 55. col. 4. Et hoc procedit abſque dubio, quando cõtrahitur inter abſentes per litteras & inter nuncios ſeu per procuratores: aliás ſi deberet conſenſus præſtari incontinenti mutuus inter abſentes, quod eſt impoſsibile, non poſſent praticari leges & doctrinæ doctorum loquentes de matrimonio per litteras & internuncios uel procuratores. Et ideó Spe. in tit. de ſponſa. col. 2. & alij doctores qui in locis allegatis per Pariſ. in d. conſil. 55. col. 4. dixerunt de conſenſu incontinenti præſtando, loquun-
5 tur de matrimonio inter præſentes. † Nec præſumitur mutata uoluntas, quæ de iure præſumitur durare cap. maiores in fi. de baptiſ. & ibi glo. in uer. durare, quæ ad hoc allegat plura iura, & iſta præſumptio probatur in d. c. fin. de procu. lib. 6. ubi præſupponitur matrimonium ualidũ inter abſentes per procuratorem contractum, niſi probetur mandatum per conſtituentem fuiſſe reuocatum. Et quòd per dictas litteras probetur conſenſus D. Matt. de præſenti, apparet ex principio ipſarum. ibi, Son troppo preſta rẽduta, & per compiacerui & per tiormi d'impaccio. & ibi, laſſando da parte il riſpetto che ſi conuiene &c. & mi giouerà hauerlo fatto, & ibi, ch'io non habbia hauto il cuor duro, & infra, a ſi gentile e corteſe dimande fattemi per perſone a me ſi care quanto è la ſignora Margarita e madonna Lonarda. Quæ uerba habita relatione ad
poſitiones. 21. 22. 23. & 24. per ipſam confeſſatas impor-
6 tant conſenſum de præſenti, ut patet ad ſenſum. † Qui cõſenſus ſimilis etiam colligitur ex uerbis litterarum, Son contenta e ui giuro de non eſſere mai d'altri che uoſtra, quod probo per deciſ. Lap. 53. col. fi. ubi poſt argumenta hincinde facta concordando opiniones concludit quód per iſta uerba, Son contenta, licet potuiſſent referri ad multa alia extra matrimonium, ut laté Lap. ibi declarat col. 3. in uerſi. unde non conſtat: tamen concludit quód quando præceſſit tractatus cum uiro de matrimonio per uerba de præſenti ipſa uerba, Son contenta, relata ad præcedentia important matrimonium niſi probetur metus, & allegat Io. Andr. in c. tuæ de ſponſa. & ibi Abb. poſt eum, col. 1. dicit quòd quando tractatus præceſſit de matrimonio, ſufficit reſponſio puellæ ad interrogata per quæcunque uerba & ſigna ad importandum matrimonium ſecundum tractatum ad quem habetur relatio, ut in quæſtio. noſtra per litteras D. Matth. ut prædixi, & deciſ. Lap. ſequitur Pariſ. in conſi. 55. Attingam col. pen. nu. 44. li. 4.
7 Hinc dicit Abb. in c. pen. in fi. eod. titu. † quód ſi uir erga mulierem dicat, accipio te in meam, & ipſa reſpondeat placet uel conſentio, erit matrimonium, & ibi atteſtatur ita bis fuiſſe iudicatum. ¶ Confirmo per tex. in d. cap.
8 pen. & in c. licet de ſpon. duo. † ubi per iſta uerba, accipio te in meam, & accipio te in meum, licét non addatur uerbum uxorem, uel maritum, contrahitur matrimoniũ de præſenti. Ita dicendum in q. noſtra in qua ſunt illa uerba in litteris, che uoſtra. Quia ex tractatibus ſuppletur, che uoſtra moglie, prout dicebat D. aduocatus ex aduerſo, quód ad tex. in d. c. pen. erat ſupplendum, maritum, uel uxorem, per alia iura. Rurſus ad idem allego Barto. in l. geris colu. 3. ff. de acquir. hæred. ubi probat quód per iſta
9 uerba, † Volo eſſe hæres, prolata per hæredem ad interrogationem alterius ſit aditio hæreditatis, quia

tunc reſpondet deliberatè, quę deliberatio ſecundum eū
probatur etiam quando elegit procuratorem ad actum,
prout dña Matthæa elegit Baſtianum ad deferendum lit
teras domino Prof. & ſic Bar. ponderat tractatum præce-
dentem ſine quo uerba illa non inducunt aditionē. & ita
latè tradit Butr in d.c. ex litteris col. 3. ubi Abb. col. 2. ſu
per glo. 1. & col. fi. Ad idem allego Bar. in l. iij. in princ.
10 col. 2. ff. de iure iuran. ubi dicit. † Quòd per iſta uerba, uo
lo eſſe uxor tua contrahitur matrimonium. Confirmo
per deciſ. Bal. in l. j. col. 6 in uerſ. quarto pone. C. de confe.
11 ubi tenet. † quòd quando uerbum uolo, uel placet, iun-
gitur cum infinitiuo uerbi Sum, es, eſt, ut uolo eſſe hæres,
uel uolo eſſe maritus, ſignificat perfectionē actus, ex quo
uerbum, Sum, importat rei ſubſtantiam. Sed in litteris
dominæ Matth. adſunt iſta uerba, Son contenta iuncto
infinitiuo uerbi, de non eſſere mai d'altri che uoſtra ſup-
plendo infinitum, che eſſere uoſtra, ut affirmatiua, cum
dictione Niſi, ponat contrarium negatiuæ præcedenti,
ergo important matrimonium habita maximè relatione
ad tractatus. Ad iſtas doctrinas approbatas, Aduoca-
tus dom. Matt. dabat duas reſponſiones. Prima fuit ne-
gando tractatus, qui licèt a principio interuenerint, fue-
runt tamen finiti ſecundū eum, quando domina Raphae
la mater expreſsè recuſauit uelle dare filiam Do. Prof. in
uxorem, antequam ipſa ſcriberet litteras ad dom. Prof.
quæ reſponſio nihil ualet, quia ſemper durauit tractatus
cum puella cuius ſolus conſenſus ſufficit, ut dictum eſt
ſupra. Secundo reſpondet, quod Bar. & Bald. loquuntur
de uerbo uolo, quod ſecundum omnes importat tempus
præſens. Quæ ſolutio, minus ualet prima. Nam etiam
per iſta uerba, Son contenta, ſimpliciter per mulierem
prolata, contrahitur matrimonium præcedente tracta-
tu de matrimonio cum uiro conſentiente. Ita Lap. in di-
12 cta deciſ. 57. columna fin. † Præterea etiam per uerbum
placet, promitto, conſentio, iuro, iuncto uerbi infiniti-
uo Sum, es, eſt, & alia ſimilia contrahitur matrimonium,
ut tenent docto. maximè dom. Anto. in capitulo ex litte-
ris el primo. columna tertia. de ſponſa. & Abb. in dicto ca
pitulo penult. in fine. ut dixi ſupra. & Specu. in titolo de
ſponſa. colu. 2. & Bald. in d. l. j. de confeſſ. C. ſed in litteris
dominæ Matth. adeſt uerbum ſon contenta, & uerbum
iuro, iunctum cum infinitiuo eſſe; ergo adeſt conſenſus
de præſenti. Ex quibus ſublatæ ſunt uanæ reſponſiones,
quas toties exclamando magnificauit ille D. aduocatus
qui poſtea nihil probabat. ¶ Vlterius pro deciſione
quæſtionis noſtræ adduco Spec. de ſponſa. colum. 2. ubi
13 format quæſtionem huiuſmodi. † Promitto quòd non
habebo aliam in uxorem niſi te, uel niſi illam. qui arguit
ad partes & concludit per iſta uerba contrahi matrimo-
14 nium præcedente tamen tractatu matrimonij. † quia di
ctio, niſi, affirmat matrimonium, cum illa ad quam diri-
gitur, quando ſequitur negatiuam excluſiuam aliarum
mulierum. l. in actione, & ibi Bartol. & alij notant. C. de
tranſa. & notatur in regu. peccatum de reg. iur. lib. ſexto.
Quem Spec. male ponderauit fe. re. Adri. Papa vj. in 12.
quæſt. ſui tractatus ſuper quarto ſen. ubi dixit, quòd Spe.
tenebat contrarium, quando præceſsit tractatus de ma-
trimonio, ut in terminis quæſtionis noſtræ. Ceſſante ue-
ro tractatu Spec. dubitauit, & cum Spe. tenet expreſſe Ar-
chid. in cap. ſi quis diuinis. 30. quæſt. 5. in uerſi. quid ſi ita,
ubi ipſum allegat. quos ſequitur ibi Cardi. de Tur. Cre.
15 in §. ſed obijcitur ea cau. & quæſt. † Et opinio Archi. ſu-
per decreto præualet omnibus alijs, ita tenent docto. al-
legati per Feli. in c. 1. columna penultima. in quarta fall.
✱ de conſtitu. quinimmo opinio Spec. eſt etiam * commu-
nis; ut atteſtatur do. Præpo. in dicto c. ex parte col. penū
contra D. Anton. quem etiam damnat Abb. ibi col. fi. ubi
allegant Spec. & Ioan. Andre. & fuit etiam opinio Inno.
Et quāuis iſta opinio communis aliquibus uideatur du-
16 bia: † tamen in dubio fit interpretatio pro matrimonio.
c. fina. de re iud. c. uidetur in fi. qu. ma. accu. poſſ. et ita ar-
✱ guunt docto. * omnes in dicto c. ex parte, ubi Præpo. co-
lu. penult. utitur iſta ratione cum ſimil. ut per Soci. iuni.
in conſi. 29. colum. penult. & fina. libro ſecundo. Nec ob-
ſtat quòd Adria. in dicta quæſt. 12. negauerit hanc opin.
eſſe communem, quia ipſe decipitur allegando pro ſe
27 Spe. & Ioan. Andre. qui tenent cum communi. Et in ma
trimonio non eſt ſtandum deciſioni theologorum, ſed
doctorum iuris canonici, ut aliàs fuit d[illegible] m per Petr.
de Anchar. in diſputatione, Antiquis & modernis tem-
poribus, quem late refert & ſequitur Alexand. poſt alios
in conſilio primo. colu. 4. num. 43. & 44. libro. & allegan-
tur ſępe uidiſſe magiſtros in ſacra pagina errare ſuper du
bijs, quæ occurrunt in matrimonijs, & uſuris, & ſimili-
bus. Et pro eadem opinione allego deciſio. duarum glo.
quarum una fuit Io. in d. cap. ſi quis diuinis in uer. habi-
turum: Altera fuit Bernar. in dicto cap. ex parte in glo.
18 prima. quæ ponunt quæſt. de illo qui dixit, iuro quod
te tenebo pro uxore. quæ concludunt per iſta uerba con
cordando cum illa.440. & atteſtatur hanc eſſe magis ue-
ram per tex.in d.c.2.in fi.quem pro iſta opinione allega-
9 uit Philip.ibi † & pro diſtinctione prædicta,eſt deciſ.Bell.
314.incipit Procurator conſtitutus ad proſequendum cũ
tra Titium & Sempronium,non poteſt proſequi cõtra Ca
ium ex diuerſo iure uenientem. & quia procur.deputatus
ad unam cauſam aliam nõ poteſt peragere.d.c.cum olim
item quia mutatio perſonæ inducit mutationem cauſæ.l.
cum a te,& l.quæritur cum l.ſeq.ff.de exce.rei. iu. ita dicit
iſta deciſ.quod ſecus eſt quando tertius uenit pro intereſ-
ſe ad eandem cauſam & ex eodem iure,uidelicet probatũ
in iuribus pro iſta parte allegatis. Ad idem eſt alia deciſ.
Bella.448.incip. Commiſſa, quæ ponderat finem cauſæ,
quæ non poteſt ſumere principium ex prima commiſsio
ne,etiam ex iſto capite,quia mutata fuit perſona, & quia
non eſſet idem iudicium. & ita procedunt contraria, &
pro eadem diſtinctione allego deciſ.Mil.in d.uerſi. procu
rator,qui allegatur pro parte contraria,pro qua ſentit in
principio,ſed in fine,apertè ſentit pro iſta ultima & uera
opinione,ibi,ſed intelligo omnia prædicta, niſi haberet
neceſſarium ius,& annexum præambulum cum perſona
contra quam principaliter agebatur, quia non eſt opus
mutare ſeu ampliare mandatum procuratorium & ꝓ hoc
allegat Bar.in l.ad legatum.ff.de procu. per illum text. &
ita in terminis euenit in q.noſtra in qua ſuperuenit domi
nus Gaſpar,qui aſsiſtit cauſæ cum Calidonia eius uxore
in qua deducitur idem ius connexum & inſeparabile, &
præambulum ad eandem cauſam,ideo non cenſetur mu-
10 tata perſona. † & pro eadem diſtinctione allego deciſ.
Inno.& Abb.cum quibus concordant communiter om-
nes in d.c.cum ſuper col.fi.ubi dicunt,quòd quando ter-
tius uenit ad iudicium ex nouo iure pro ſuo intereſſe de-
bet producere nouum libellum,ſuper quo lis eſt conteſtã-
da & noua tela iudiciaria fieri,& omnes termini neceſſa-
rij denuo ſeruari,& repeti,quia non cenſetur amplius ea-
dem cauſa,& mutata cenſetur perſona,& in iſto caſu opus
eſſet nouo mandato cõtra iſtum tertium,quæ omnia ceſ-
ſant in q.noſtra, uel alia ſimili.in qua tertius uenit ex eo-
dem iure & cauſa agendi uel defendẽdi qui admiſſus fuit
ad idem iudicium iuxta terminos d.c.ſecundi ut li.pen.

## SVMMARIVM.

1 *Probatur clericatus præſumptiuè ex uerbis narratiuis Papæ in litteris prouiſionis,in quibus prouiſus nominatur clericus.*
2 *Quæ opinio ſeruatur in practica in cu.Ro.donec probetur contrarium per opponentem defectum ordinis.*
3 *Verba narratiua Papæ de facto alieno ſuper quibus fundatur gratia probant præſumptiuè narrata.*
4 *Qui eſt in poſſeſsione pacifica exigendi penſionem tanquam clericus triennali non tenetur probare nec titulum nec clericatum ad effectum obtinendi abſolutoriam.*
5 *Secus ſi eſſet actor qui peteret canonizari titulum.*
6 *Reus & poſſeſſor uenit abſoluendus à petitis,etiam ſi pro ſe nihil probauerit.actore nihil probante.*
7 *Laicus eſt incapax beneficij eccleſiaſtici etiam ſi probaret clericatum per communem tolerantiam & reputationem,conſiderando ipſum actorem, quoad adiudicatoriam obtinendam.*
8 *Non ſufficit probare poſſeſsionem clericatus per eum qui dat de excommunicatione canonis ſi quis ſuadente contra percutientem clericum.*
9 *Verba narratiua Papæ motu proprio eiuſdem prolata quid operentur.*
10 *De intellectu conſilij Gemi.91.in princ.uide nu.10.*
11 *Quando agitur de cauſa criminum,& ſic odioſa,clericatus debet concludenter probari.*
12 *Nulla eſt differentia,nunquid Papa motu proprio uel ad ſupplicationem partis narret, ſimpliciter, prouiſum eſſe clericum quia ſtatur utroque caſu uerbis narratiuis donec probetur contrarium.*
13 *Fallit,iſta concluſio quando uerba narratiua,Papæ habent relationem ad aſſertionem partis aſſerentis ſe clericum.*
14 *Secus ſi Pap. ſimpliciter narrat in litteris aliquem clericum licèt fuerit et in ſupplicatione hoc expoſitum.*

15 *De intellectu conſilij Alex.112.lib.7.quando loquitur de uer-*
*bis narratiuis Papa loquitur in actore,qui tenetur cõcludẽter*
*probare ſe clericum nec diſcrepat,a gl.in cle.1.*
16 *Non ſtatur præſumptioni contra ueritatem.*
17 *Male dixit Bonifa.in cle.1.col.3.num.32.de proba.quando di-*
*xit,quòd narratiua Papæ non probant uere uel præſumptiue,*

## CONSILIVM CCCLXXXVI.

FACTVM tale eſt,clemens Papa vij. de anno
1529.prouidit Io. Adamo de pẽſione ducato
tum triginta ſuper fructibus plebis ſancti do-
nati de Muriano , appellans ipſum Ioannem
clericum Rotomagen.ſciente & patiente plebano dictæ
eccleſiæ nominato in ſupplicatione . Idem fit in litte-
ris Pauli Papæ iij. expeditis in forma , rationi con-
gruit,de anno.1534.quæ fuerunt intimatæ dicto pleba-
no,qui eidem Ioãni tanquam clerico per annos octo ſol-
uit dictam penſionem, nominando ipſum clericum qui
poſtea de anno 1548.contra Ioannem mouit litem ſuper
inualiditate dictæ penſionis coram domino Vicario. Re.
Patriarcæ Venetiarum,ex defectu clericatus,negando ip-
ſum Ioannem fuiſſe clericum,tempore ſibi aſsignatæ pẽn
ſionis.qui in reſponſione,ad libellum,allegauit ſe clericũ,
& ad hoc probandum produxit dictas litteras clementis
& Pauli . uidẽs plebanus ſe non probaſſe cõcludenter de-
fectum ordinum obtinuit a dicto Vicario aſsignari ter-
minum reo,ad probandum de ſuo clericatu , qui ab illo
decreto appellauit,& cauſam appellationis obtinuit cõ-
mitti domino cauſarum Nuncij apoſtolici generali audi
tori Venetijs reſidentis,coram quo fuit latè diſputatum ,
cui incumberet onus probandi clericatus ordinem . Pro
parte Ioannis allegantur litteræ apoſtolicæ ſuæ prouiſio-
1 nis , in quibus appellatur clericus † ex quibus probatur
clericatus præſumptione iuris,quæ transfert onus probã
di contrarium in plebanum.ita Lap.alle.9.col.1.Io.And.
in reg.nõ licet.de reg.iu.lib.6.quos refert & ſequitur Fel.
in c.a nobis colu.3. de teſti. cum ſimi.ut latè per eundem
Feli.in c.nonnulli.§.ſunt & alij colu.5. & 6.in 4. ampli.de
2 reſcri.† quæ opinio uidetur ſeruari in practica,ut latè de-
ducit Gomeſ.in cõmento ſuper reg.de trienna. q.10. col.
fi.qui allegat ita fuiſſe ſeruatum in plurib. cauſis , de qua
quæſtione latè tradit Fran.de Ripa Papien.in c.2..colu.2.
de iudi.& latius per.Nico.Boer.in decis.171.Si ſuper præ
benda lib.1. ¶ Secundo pro iſta parte eſt gl.in uerſi.nar-
3 ramus in cle.1.de proba.quæ tenet † quòd uerba narrati-
ua Papæ de facto alieno ſuper quibus fundatur gratia Pa-
pæ probant præſumptiuè narrata niſi ex aduerſo probetur
contrarium concludenter,& hoc in priuilegium Papæ.cũ
* qua pertranſeunt ibi docto * communiter,ſed in q.noſtra
Pap. in narratiuis nominauit Ioannem clericum , ſuper
quibus fundatur gratia penſionis,& ſic intentia Papæ.Er
go præſumptiuè probatus eſt ordo clericalis. ¶ Tertio
ad idem quia pro Ioanne reo , eſt reg. de triẽnali poſſeſ-
ſore,qui eſt in poſſeſsione pacifica exigẽdi huiuſmodi pẽ
ſionem tanquam clericus a dicto plebano per octo annos
& ultra,per quam defenditur in poſſeſsione & titulo præ-
4 ſumpto,in tantum † ut non teneatur probare,nec titulum
ſui beneficij,nec ordines coram iudice, nec contra huiuſ-
modi poſſeſſores beneficiorum etiam incompatibilium
poteſt allegari extrauagans execrabilis,contra quam tu-
tus eſt per dictam reg.ita latè probat hoc de iure eſſe ne-
rum , & ſeruari in practica , Gomes in d. q.10. per quam
transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium,
niſi ipſe reus,& poſſeſſor produxerit inſtrumẽtum ſui cle-
ricatus extra tempus debitum aſſumpti,quia per illud tol
litur præſumptio,quòd fuerit ordinatus tempore legiti-
mo,nam in claris ceſſat præſumptio ut probat Gomes in
d.q.in fi.eueniſſe in cauſa Regien.de qua uerſabatur quæ-
ſtio in Rota Rom.cur. ¶ Quarto principaliter moueor,
quia Ioannes eſt reus & poſſeſſor, qui petit in proceſſu ſe
5 abſolui a petitis † ſed uerba narratiua Papæ de facto alie-
no,ſuper quo fundatur intentio Pap.probant narrata præ
ſumptiuè ad obtinendam abſolutoriam,ſed non pro acto
re ad canonizandum titulum,ſeu ad adiudicatoriam obti-
nendam . ita tenet Rot.in anti.deciſ.264. & 312. & Bella.
590.& 253.incip.ſi Pap.& 612.actor admiſſus,ubi probat
utrũque membrum per auctoritates,iura,& rationes. ubi
6 uideri poteſt. ¶ Quinto adduco rationem † quia reus ab
ſoluendus uenit, a petitis actore non probante , etiam ſi
nihil ipſe probauerit ut in c.ex inſinuatione,de proen.ubi
Inno.& in c.cum noſtris de conce.præben. cum ſimili. ut
latè per Rot.deciſ.160.in nou.incip.reus & poſſeſſor & in
anti.deciſ.70.& deciſ.1.de reſtit.ſpo.colu.2. per Biſgne.&
deciſ.2.de exceſ. per eundem & per Caſſad. deciſ.2. de re.
iu.ſed plebanus aduerſarius non probauit concludenter
negatiuam defectus ordinis,ergo Ioãnes reus iniuſtè fuit
grauatus à dicto Vicario onere probandi ſe clericum ,
tempore aſſequutæ penſionis,quia ſtat præſumptio cleri-
catus. ¶ In contrariũ uero pro parte plebani adduce-
batur inhabilitas perſonæ dicti Adami ex defectu clerica-
7 tus † quem reddit cum incapacem beneficij eccleſiaſtici
maximè curati.c.2.de inſti.c.ex litteris de tranſa. etiam ſi
probaretur clericatus præſumptiuè per communem tole-
rantiam & reputationem,ut expreſsè tenet Gemi.in conſ.
91.Præmitto,in prin.in 1.dubio.& latè tradunt doct. ubi
Feli.in c.cum adeo de reſcri.& per Fede.de Se.in conſ.13.
8 Clericus percuſsit,col.1.& 8. † Nec ſufficit probare poſ-
ſeſsionem clericatus,per eum qui dat de excommunica-
tione canonis ſi quis ſuadente contra percutientem , ſed
debet plenè probare . ita Rot. deciſ.2. de proba. in recol.
per Biſgne. ¶ Secundo contra Adamum allegata fuit de
ciſ.Lap.67.col.fin. qui tenet poſt Io.Cald.& Lap.Abb.quòd
uerba narratiua.Papæ de facto alieno,ad inſtantiam alte-
rius,ſuper quibus fundatur intentio , nullam facit fidem,
nec etiam transfert onus probandi in aduerſarium eius
9 pro quo facta eſt narratio † quia requiritur motus pro-
prius Papæ de quo non fit mentio in litteris Clemẽtis nec
Pauli. ¶ Tertio cõtra eundem adducta fuit deciſ. Car.in
d.clem.1.q.10.& 17.ubi ſequutus fuit opinionem Lap. &
Calde.contra gl.illam. ¶ Quarto ad idem adducebatur
concluſio Alex.in conſi.112.incip. Viſa.comp.col.1.& 2.
lib.7.ubi tenet opi.Lap.Abb.in d.cle.1.dicens,quòd opi-
nio dictæ glo. ordinariæ, non procedit, niſi quando Papa
motu proprio narraſſet aliquem clericum,ſecus ſi ad peti
tionem partis , quamuis in eis ſit fundata intentio Papæ
* & atteſtatur hanc eſſe * communẽ opini. poſt doct. quos
allegat . unde concludit,quòd ceſſante motu proprio,ille
ad cuius inſtantiã nominatur per Papã clericus , tenetur
neceſſario concludenter probare de clericatu. ¶ Sed præ
dictis non obſtantibus,contrarium dico eſſe uerius in q.
noſtra. per iura & rationes præallegatas . Supereſt tan
tum reſpondere ad obiecta, & apparebit ueritas. Non
10 obſt.con. Gemi. † quia procedit & expreſſe loquitur in
actore petente canonizationem tituli,& ſententiam adiu
dicatoriam beneficij pro ſe ferri,qui tenetur concludẽter
probare ſe clericum,ut ſupra dixi in quarta ratione poſt
11 deciſ.Rot. Non obſt.deciſ.Rot.2. Biſgne. † quia loqui-
tur in criminibus obiectis, quæ debent probari dilucida
probatione.l.ſciant cuncti. C.de probat. & ita ſoluit illa
deciſ.in fi. Non obſtat deciſ.Lap.67.& ſequaciũ in quan
tum loquuntur de motu proprio Papæ narrantis cleri-
12 catum alicuis † quia idem Lap. alleg.3. in fin. improbat
hanc differentiam de motu proprio ad ſimplicem narra-
tionem Pap. Idem tenet Domi. de ſancto Gemi. in addi.
ad Lap.qui dicit non eſſe magnam uim ſiue Pap. ſcribat
motu proprio ſiue aliter : ſicenim poteſt in facto alieno
motu proprio narrando errare,ſicut ſi ad alterius inſtan-
tiam,ita ut nulla uel modica ſit differentia.& ita etiam te
net Soci.in conſi.266.col.11.lib.2.Nec iſta diſtinctio pla
cet Bonif.in d.cle.col.3.nu.32.ubi allegat practicã Rom.
cur. ¶ Nec eſt uerum,quòd opinio de motu proprio ſit
communia contra dictam gl.communiter approbatam ,
ut uoluit Alex.in d.conſi.112.licèt ſit in ſe uera, quòd fa-
ciant præſumptionem clericatus,& transferant onus pro
bandi in aduerſarium . Non obſt.deciſ.Lap.67.& Car.
13 in d.cle. q.10. & 11. † quia loquuntur expreſsè quando
Papa narraret.A.eſſe clericum ad aſſertionem ipſius.A.&
iſta

iſta clauſula, ut aſſerit, uel ut aſſeritur, eſſet expreſſa in lit-
teris Pap. & ita latius & clarius tenet ibi Io. de Imol. col.
pen. & fi. ibi ſecus ubi Pap. narrat ſibi à parte narratum ta
lem Clericum uel ſubcollectorem, quia tunc habet illud
aſſertum probare, quia cenſetur conditionaliter prolatū,
ſi eſt ita, & ſic deciſ. prædicta Lap. Car. & Imol. quæ fuit
opi. Zenze. limitant dictam gl. in uer. narramus, ut proce-
dat, quando Pap. ſimpliciter narrat in litteris aliquem, cui
prouidet, clericum, licèt fuerit & in ſupplicatione hoc ex-
14 poſitum. † quia tunc eſt uera opinio d. gl. quòd iſta uer-
ba narratiua Pap. ſimpliciter, faciant præſumptionē cle-
ricatus pro reo ut latè dixi ſupra & ita aperte diſtinxit
Imol. ubi, & col. 2. circa fi. in prin. d. gl. & col. 3. in uerſi. ſi
uero ſunt de facto alieno, & latius hoc probat Lap. in d. de
ciſ. 7. & Car. in d. cle. 1. in 8. q. qui ſequuti ſunt opinionē. d.
gl. Non obſtat conſi. Alex. quia ipſe loquitur in actore
qui agebat ad alimenta, quæ nolebat probare ſibi debita
ex uerbis narratiuis principis, contra quem tenet ibi
15 Alex. & bene. † Nam actor tenetur concludēter probare
intentionem ſuam c. in præſentia de proba. & ita probāt
deciſ. Rot. in locis præallegatis. Præterea Alex. ſi bene per
ſcrutentur uerba ipſius in pluribus locis non tenet con-
tra illam gl. immo cum ea, in 1. col. ubi loquitur in termi-
nis d. gl. ſine motu proprio Pap. quòd uerba narratiua in
ducant præſumptam probationem cui ſtatur donec pro-
betur contrarium. Poſtea ipſe diſputando pro altera par
te in tribus locis, apertè dicit quod dicta uerba narratiua
principis de facto alieno ſuper quibus fundatur &c. non
probant plene: & optimè dicit, quia concordat cum di-
cta gl. magiſtra. Non obſtāt alia iura ſupra allegata in
contrarium in c. 2. de inſt. & in c. ex litteris de tranſa. & no
tata in c. cum adeo, de reſcri. quia loquuntur & procedūt
in clerico agente & petente ſibi adiudicari beneficium,
quia tenetur probare concludenter per ueras probatio-
nes ſe eſſe clericum, ſecus in reo, & poſſeſſore, quia ſufficit
præſumptiua probatio clericatus per uerba narratiua pō
16 tificis † niſi ipſe reus per inſtrumentum ſui clericatus de
duxerit & probauerit clericatum poſt annum à die ade-
ptæ poſſeſsionis beneficij. cum requiratur à iure ordo in
fra annum. c. licèt canon de ele. lib. 6. quia tunc non eſt ſtā
dum præſumptæ probationi, ut tenet Gomes. in d. q. 10. in
fi. Ex quibus concludo pro Io. Adamo, reo & poſſeſſore.
qui ex pluribus ſupra ad eius fauorem allegatis probauit
ſe clericum præſumptiuè, quod ſufficit ad obtinendam
abſolutionem à petitis, & conſequenter quòd fuerit gra-
uatus per decretum iudicis a quo, per aſsignationem ter
mini ad probandum ſe clericum. Et ulterius ex omnibus
deductis in præſenti allegatione, facio infraſcriptas con
cluſiones: Prima, quòd p uerba narratiua Papæ de facto
alieno, non probatur intentio Pap. pro illo, pro quo ſcri-
bit, c. ſi Papa de priuile. lib. 6. cum ibi notatis: Secunda,
quòd uerba narratiua Pap. de facto proprio plene pro-
bant intentionem ſuam, ut probatur in d. cle. 1. de proba.
tam in agendo quam in defendendo. Tertia ſit conclu-
ſio, quòd uerba narratiua eiuſdem de facto alieno prola-
ta ſimpliciter in litteris etiā ſi ſint ad ſupplicationē par-
tis ſuper quibus fundatur gratiā, probant præſumptiuè
narrata pro reo, ad effectum abſolutionis obtinendæ do
nec per aduerſarium contrarium concludenter probetur
& ita procedat. d. gl. in uer. narramus & idem ſit ſi proferā
tur motu proprio. Secus pro actore, quia pro eo requirit
concludens probatio narratorum in quo non procedit
concluſio d. gl. quarta ſit concluſio, quòd uerba narrati-
ua Pap. ſibi à parte aſſerta, cum clauſula in litteris ut a par
te narratur uel aſſeritur, non probant narrata etiam præ-
ſumptiuè, etiam pro reo, qui tenetur id quod aſſeruit pro
bare, & erit notabilis limitatio ad glo. in d. clem. quæ fuit
Zenze. & Lap. & Card. & Imol. ut dixi ſupra. quam limita-
tionem ſequitur ibi Bonifacius col. 3. uerſ. quarto. nu. 27.
Sed in caſu noſtro in litteris Clementis, & Pauli. nō adeſt
clauſula ut aſſeris, uel ut aſſeritur, ſed Pap. ſimpliciter nar
rauit Ioannem clericum, ergo ſequitur, quòd pro Adamo
eſt probatio præſumpta clericatus, & in iſtis terminis lo-
quitur d. gl. unde in foro contra concluſionem Bonifac.
qui in d. cle. 1. col. 3. nu. 32. in fi. in uerſi. conclude ergo di
17 cit † quòd narratiua Papæ non probat uere uel præſum-
ptiuè ut transferatur onus probandi contra dictam glo.
& ita dicit practicari & ſeruari in cu. Ro. nam malè dicit,
ita abſolutè loquendo contra glo. & contra plures deciſ.
Rot. ſupra allegatas, & alias rationes deductas pro Ada-
mo, niſi ſaluando eum, dicamus ipſam loqui in actore, uel
in reo, quando in litteris Papa narraſſet factum alienum
tanquā ſibi aſſertū à parte ut dixi poſt Zenze. & ſequaces.

## SVMMARIVM.

1 *Procurator generalis non poteſt opponere contra teſtes crimina, nec uerba iniurioſa, quibus non probatis, dominus incideret in pœnam.*

2 *Doctores docent practicam contra dominum cuius procurator generalis oppoſuit crimina & defectus, numquid uelit uti oppoſitionibus.*

3 *Paul. de Ca. refert ſe aliàs incidiſſe ſententiam per quam dominus fuerat condemnatus ad iniurias ex facto procuratoris generalis.*

4 *Nec ſufficit quòd procurator habeat mandatum cum libera.*

5 *Nec quòd in mandato ad ſit unum de requirentibus ſpeciale mādatum ſequuta clauſula generali.*

6 *Productio exceptionum criminalium facta per procuratorem generalem, eſt nulla cum omnibus ſequutis.*

7 *Procurator producens exceptiones criminum ſine ſpeciali mandato tenetur teſti actione iniuriarum.*

8 *Ratihabitio non retrotrahitur, mutato ſtatu, & ſic in præiudicium tertij, cui fuerat ius quæſitum.*

9 *Ratihabitio nihil ualet, contra id quod ſemel, ille qui ratum habet prius approbauerat.*

## CONSILIVM CCCLXXXVII.

EXCELLENS doctor dominus Franciſcus
Lauredano procurator domini Bertucij Ba-
garoti prætenſi canonici Paduani, uirtute ſui
generalis mandati oppoſuit criminoſas exce
ptiones contra perſonam Reuerendi domini Hierony-
mi Nigro canonici Paduani teſtis examinati in cauſa ca
nonicatus & prebendæ eccleſiæ Paduanæ pro Re. D. Da-
1 uid Odaſio. † quæ oppoſitio cum admiſsione ipſius & om
nibus ſequutis eſt nulla ex defectu mandati dicti oppo-
nentis: Requirebatur enim ſpeciale mandatum ad oppo
nendum crimina & defectus, ex quo dominus Bertucius
conſtitutus non probatis criminibus obiectis incidit in
pœnam, & tenetur actione iniuriarum ut probatur in l. iij.
§. quod ſi procurator. ff. quod quiſque iuris, & in l. ſi pro-
curator. ff. de condi. inde. ubi Bar. Pau. & alij notant, & do
2 cent practicam † quòd cōſtituens procuratorem opponē
tem crimina, ex generali mandato, interrogetur: ſi uult
approbare factum procuratoris, & ſi uult uti exceptioni-
bus criminis contra teſtes, & ſi dixit, quòd ſic ipſe tenebi-
tur ad pœnam & ad iniuriam, ſi non probabuntur exce-
pta, ſi uero improbabit factum procuratoris ipſe procu-
rator repelletur a iudicio, & punietur pœna ſtatuta con-
3 tra proponentem delicta, & ad iniurias ipſi teſti. † & Pau.
de Ca. in d. l. ſi procurator col. fi. dicit ſe in practica inci-
diſſe ſententiam cuiuſdam magni Domini, qui condem-
nauerat dominum de iniurijs, ex eo quòd ſuus procura-
tor cum generali mandato propoſuerat exceptiones cri-
minoſas contra teſtes. nam non ipſe qui non dederat mā-
datum ſpeciale procuratori, ſed procurator tenebatur. Et
ibi moderni Papienſes colu. 2. & 3. in 3. nota. inferunt ad
4 multa. † quæ concluſio ampliatur ut procedat etiam ſi procurator
habuiſſet mandatum cum libera ſecundum Bar.
in d. l. ſi procurator cum ſimi. ut ibi per moder. col. 2. in 1.
5 ampli. nu. 4. & 7. † Secundo ampliatur etiam ſi in manda
to fuiſſet expreſſum unum, quod requirit ſpeciale manda
tum, ſubiecta clauſula generali iux. tex. in c. qui ad agen-
dum §. fin. de procu. lib. 6, quia requiritur ſpeciale manda
tum, ut probatur in cle. non poteſt de procu. & ibi Bonif.
col. 2. nu. 16. & 17. & ad hoc eſt tex. cum gl. in uerſ. ſpeciale
in

in principio. c.ſi.de procu.lib.6. ¶ Sed dictus Reuerendo. Hieronymus Nigro teſtis, die ſecunda mẽſis Nouembris proximè decurſi, coram notario & teſtibus, requiſiuit D. Bertucium Bagaroto, ſi approbabat oppoſita contra teſtem per ſuum procuratorẽ, & ſi uolebat illam probare, & uti probationibus. Item ſi crimina obiecta fuerant ſua uolontate, qui ad omnia negatiuè reſpondit & ſuper iſta negatiua fuit rogatum & ſtipolatum inſtrumẽtum per Bagarotum, quod apparet productum & regiſtratum in proceſſu, qui etiam dixit, quòd obiecta proceſſerant ex capite ſui procuratoris ſine ſuo mandato.
6 † ex quo facto, apparet, ꝙ productio oppoſitionum dictorum criminum fuit nulla ex defectu mandati cum omnibus ſecutis reſpectu domini, licèt teneat reſpectu procuratoris, ut ipſe teneatur, ut probat in l. licèt. C. de procu. iuncta glo. ſi. in ſi. & ibi doctores ſuper illa. Idem tenet Pau. de Caſt. in l. licèt col. t. ff. de iudi. cum ſimi lib. ut per Alex. in conſi. 26. uiſo, colu. pen. in princip. nu. 19. lib. 6. & Bar. & alij in d. l. iij. §. ſi procurator. ex quo etiam in-
7 fertur clara iuris concluſio, † ꝙ ipſe procurator excipiẽs tenetur ad pœnas & iniurias legum contra proponentes exceptiones criminoſas non probatas per eum, ut dicũt docto. in locis præallegatis, & ipſę oppoſitiones debent repelli a præſenti iudicio, & procedendum eſt in cauſa ſuper negocio principali, ad actus & terminos ſubſequentes. Hoc ſentiens præfatus dominus procurator induxit dictum D. Bertucium ſuum principalem die. 8. eiuſdem menſis Nouemb. ad ſtipulandum aliod inſtrumẽtum poſterius, quod eſt etiam productum apud acta, in quo ipſe contra primum inſtrumentum declarat mẽtis ſuæ fuiſſe ꝙ dictus procurator uirtute dicti ſui mandati poſſet opponere crimina cõtra teſtes, & ꝙ approbabat factũ eiuſdem, & in ipſo ratificauit factum huiuſmodi quatenus opus eſſet: quod quidem inſtrumentum cum ratihabitione principalis uidetur ualidare iudicium & factum dicti procuratoris, ut probatur in d. l. licèt. ff. de iudic. & in d. l. iij. §. ſi procurator, & in reg. ratihabitionem de reg. iu. lib. 6. & in l. ſi. C. ad Maced. quæ procedit etiam in criminibus. c. cum quis de ſenten. exco. lib. 6. & in c. mulieres
8 eo. titu. Sed contrarium in caſu noſtro eſt uerius, † quia ratihabitio nihil operatur in præiudiciũ iuris quęſiti tertio, uirtute primi inſtrumenti diei ſecundi Nouembris. in quo D. Bertucius declarauit ꝙ obiecta crimina nõ proceſſerant de mente ſua, ſed a uoluntate procuratoris ſine ſuo mandato, & ſic tempore ratihabitionis res non erat integra, . bonorum. ff. rem ratam haberi. & ita tenet glo. approbata in d. l. ratihabitionem poſt medium, & declarat Rot. 6. in titu. de procu. in recol. per Bernar. quæ incipit, Duo fuerunt. & ita hæc declarat & probat Alexan. in conſ. 167. quoniam col. 1. nu. c. & 3. li. 6. & Iaſ. in d. l. licèt col. pen. in 6. fallen. C. de procu. & Feli. in c. ſicut tuis. col. 3. in ſexta fallen. de ſimo. & Deci. in conſi. 598. uiſis colu.
9 ſi. in ſi. lib. 3. † Secundo ratihabitio nihil ualet ex quo dominus Bertucius ſemel per primum inſtrumẽtum improbauit exceptiones criminoſas, & illarum productionem, & damnauit factum procuratoris. Vnde non admittitur ratihabitio ſequens, nec inſtrumentum ſecundum contrarium primo; & ita expreſsè tenent Paul. de Caſtr. in d. l. licèt, colu. 2. uerſ. item limita, & ibi Ang. col. 1. uerſ. propterea per tex. in reg. quod ſemel placuit, de reg. iu. lib. 6. cum ſimil. ut per Iaſonem in d. l. licet, col. pen. in 3. fallen.

¶ Non obſtat, ſi ex aduerſo dicatur, d. Bertucium fuiſſe dolo circumuentum ad ſtipulandum primum inſtrumentum: quia de dolo non conſtat, & illum alleganti incumbit onus probandi. l. dolum, C. de dolo, l. ſi dolo, & l. dolus, C. de reſcinden. uend.

¶ Nec obſtat allegata minoritas. 24. ann. dicti Bertucij; quia in beneficialibus & dependentibus ſufficit ætas quatuordecim annorum, in qua uerſatur præſens quæſtio, ut in c. ſi annum, de iud. lib. 6. Nec obſtat admiſsio dictarum exceptionum facta per iudicem cum aſsignatione termini probatorij, qui etiam decreuit remiſſoriales pro teſtibus examinandis: quia reſpondetur, admiſſionem, & omnia ſecuta eſſe nulla: quia facta de re non deducta in iudicio quo ad ipſum dominum ex defectu mandati, ut probatur in dicta l. licet, C. de procura. & in d. l. licet, ff. de iudi. ubi Paul. de Caſtr. colu. 1. bene declarat. Secundò reſpondetur, quòd illa admiſsio fuit facta ante primum inſtrumentum diei ſecundi Nouembris. unde ex cauſa ſuperuenienti, de qua conſtat in iudicio, ut hic, iudex debet mutare ſententiam, c. ut circa, de elec. lib. 6. capitulo inſinuante, de off. deleg. cap. paſtoralis, de exc. & ita tenet glo. in dicta regula, quod ſemel, quæ ita in terminis limitat illam regulam.

*SVMMARIVM.*

1 *Secunda penſio impoſita, tacito prima, in eiſdem litteris, eſt nulla.*
2 *Non ualet gratia Papæ, per ſolam ſupplicationem, ſed litteræ debent eſſe expedita.*
3 *Non ualet penſio etiam moto proprio Papæ ſine conſenſu reſignatarij habentis ſoluere.*
4 *Si clericus titulo colorato poßidet beneficium per longum tempus, præſcribit illud in præiudicium negligentis.*
5 *Quia ex lapſu decem annorum uidetur habere illud pro derelicto.*
6 *Qui habet regreſſum ad beneficium per ceſſum, amittit illud ex quo paſſus fuit promiſſum ex reſignatione poſſidere illud pacificè per triennium uel per quinquennium.*
*Hodie triennium ſuccedit in locum decennij per regu. cancel. de trienna.*
7 *In ſucceſſore beneficij non attenditur mala fides prædeceſſoris.*
8 *Obligatio perſonalis ad penſionem eſt annexa rei, & tranſit ad ſucceſſorem.*
9 *Præſcriptione decem annorum inter præſentes tollitur uſufructus.*
10 *Poſt reſignationem beneficij, ſi reſignans pacificè poſſedit illud per annos decem, non poteſt moleſtari, & ſi ſpoliaretur ueniret reſtituendus.*
11 *Idem dicendum de poſſeſſore triennali contra reſignatarium negligentem petere beneficium.*
12 *Clericus excerabilis defenditur per regu. de trienna. contra incompatibilitatem, & etiam in clericato ex præſumptione iuris.*
13 *Pro reo & poſſeſſore ſufficiunt præſumptiones ad obtinendam abſolutoriam, ſecus pro actore.*
14 *In beneficialibus per negligentiam clerici, amittitur gratia Papæ.*
15 *Redditus beneficiorum & poſſeßio ſunt hypothecata pro penſione.*
*Et iuri hypotheca præſcribitur ſpatio decem annorum inter præſentes & ſuffieit una præſcriptio.*
16 *In legatis annuis præſcribendis non ſufficit una præſcriptio pro omnibus annis.*
17 *Nunquid ualeat argumentum de legato alimentorum ad penſionem beneficiorum. & nu. 23.*
18 *Non ualet argumentum de liuello ſeu penſione bonorum temporalium ad penſionem beneficiorum.*
19 *Penſio beneficialis, non ualet ſine conſenſu partium; ideò in illa ſufficit una præſcriptio pro toto tempore.*
20 *In certo caſo nulla eſt differentia inter legatum annuum, & ſtipulationem.*
21 *Quando aliquid debetur purè, licèt ſit reiterabile in exa ? one ſingulis annis, ſuffieit una præſcriptio.*
22 *Præſcribitur uſufructus ſpatio decem annorum inter præſentes & penſio cenſetur uſufructus.*
23 *Legatum factum de penſione, uel promißio penſionis facto alternis annis cenſetur in diem, & non pura, ideò non ſufficit una præſcriptio, ſecus ſi ceſſant uerba illa, alternis annis licèt ſit annua.*
24 *In legato alimentorum facto ſimpliciter ſine diſtributione temporum, ſufficit una præſcriptio.*
25 *In præſcribenda penſione non attenditur mala fides ſoluentis, ex quo præſcribitur contra ſeruitutem ruſticam.*
26 *Penſio dicitur ſeruitus eccleſiæ.*

## CONSILIVM CCCLXXXVIII.

IN cauſa Piſaura penſionis ſuit obtentum
monitorium in curia Reuerendiſsimi domi-
ni Nuncij apoſtolici per Reuerend. Patrem
dominum Cornelium Archiepiſcopum Ia-
dren. de anno 1549. de menſe Maij contra Reuerend.
dominum Zachariam Dolfino ſuper annua penſione du-
catorum ſeptuaginta ſuper fructibus archidiaconatus
terræ Cremæ, & aliorum ſeptuaginta ſuper fructibus pa-
rochialis eccleſiæ ſancti Laurentij de Saleto, & produ-
cta deſuper petitio pro parte Cornelij, contra quam in-
ter alias fuerunt datæ duæ exceptiones, prima de nulli-
tate penſionis impoſitæ ſuper archidiaconatu, ſecunda
de præſcriptione decem annorum inter præſentes, quæ
1 concernit utranque penſionem. Capio primam. † Nam
certi iuris eſt, ſecundam penſionem impoſitam ſuper fru-
ctibus archidiaconatus de anno milleſimoquingenteſi-
motrigeſimoquarto, anno primo Pauli Papæ. iij. ſexto
Idus Ianuarij, ad fauorem Cornelij de conſenſu bo. me.
Reuerendiſsimi domini Franciſci Piſauri Senioris Patri-
archæ Conſtanti. non ualere, ex quo in litteris expedi-
tis ſub plumbo, non fuit facta mentio de alia prima
penſione impoſita ſuper eiſdem fructibus, ad fauorem
Gregorij Magaloti doctoris & clerici Rom. de conſen-
ſu eiuſdem Franciſci, de anno milleſimoquingenteſimo
trigeſimoprimo, quindecim Cal. Aprilis, anno ſeptimo
Clementis. ut de conſenſu apparet in ſecundo proceſſu
formato contra Reuerend. Patre domino Ludouico Bec-
catello epiſcopo Rauellen. Nuncio apoſtolico, ſub die
quarto Iunij, de qua prima penſione nulla ſacta ſuit
mentio in litteris prædictis expeditis ſuper ſecunda pen-
ſione, quæ ſunt regiſtratæ in primo proceſſu formato
in curia Reuerendiſsimi domini Ioannis de la Caſa Ar-
chiepiſcopi Beneuentani etiam nuncij apoſtolici, qua-
rum litterarum uigore, Cornelius petijt penſionem.
unde iſta ſecunda penſio eſt nulla, ut latè conſuluit Bar.
Soci. in conſilio ducenteſimoſexageſimo. In cauſa, colu-
mna prima & ſecunda, libro ſecundo. Hoc idem tenet
Rot. tertia. incipit, Penſio quæ reſeruatur, & deciſ. quar-
ta, in nouis. per Caſſado. in titulo de penſione ubi atte-
ſtatur ſæpius ita in Roma. cur. practicatum. Sentiens
hoc Cornelius, produxit quandam ſupplicationem ſu-
per eadem penſione, ſub Dat. Romæ ſexto Calend. Ia-
nuarij. milleſimoquingenteſimotrigeſimoquarto. in qua
adeſt huiuſmodi clauſula, uidelicet, una cum quibuſuis
alijs penſionibus ſuper fructibus dicti archidiaconatus
impoſitis, medietatem fructuum non excedentibus. Quæ
ſupplicatio reperitur in ſecundo proceſſu. Ex quibus
uerbis Cornelius prætendit ſufficientem, in ſecunda pen-
ſione fuiſſe factam mentionem de prima, ſed huic ſup-
2 plicationi oppono. † Primò de regul. cancel. Pauli. iij.
Quòd gratia Papæ non ualet, niſi litteris deſuper expe-
ditis, ſed litteræ ſuper penſione ſecunda pro Cornelio
expeditæ & productæ in primo proceſſu ſub plumbo
non habent iſtam clauſulam, quibus ſtandum eſt, cum
habeant conſenſum a tergo legitimum. Secundo quia
nulla ſupplicationi præſtanda eſt fides, quia non fuit
extracta in uim compulſi, cum alijs iuribus utriuſque
partis de Rom. cur. extractis, ut apparet in ſecundo
3 proceſſu. Tertia exceptio. † Quia non apparet in il-
la de conſenſu Franciſci ſenioris, ergo nihil ualet, per
regu. cancel. qua cauetur quòd penſio non poteſt im-
poni niſi de conſenſu habentis ſoluere penſionem.

Quarta oppoſitio quia ſupplicatio producta diſcrepat
in data ab iſta, ſuper qua litteræ fuerunt expeditæ ſub
plumbo, in quibus adeſt. Dat. ſexto Idus Ianuarij
milleſimoquingenteſimotrigeſimoquarto anno primo.
Sed Dat. ſupplicationis eſt ſexto Calen. Ianuarij eiuſdem
anni. Vnde ſtat concluſio, quod penſio ſecundæ quæ peti
tur eſt nulla quia ſubreptitia, ex quo in litteris ſecundæ
non fuit facta mentio de prima penſione.

¶ Circa ſecundam exceptionem de præſcriptione contra
Cornelium, quæ concernit utranque penſionem eſt ſcien
dum in facto, quod ambæ penſiones ſumpſerunt origi-
nem à conſenſu p̄fati Domini Franciſci Piſauro ſenioris
tunc Archiepiſcopi Iadren. & patrui dicti Cornelij uſque
de anno. 1534. ſexto. Id. Ianuarij eodem Franciſco. Re-
ctore & poſſeſſore dictorum archidiaconatus & paro-
chialis Sancti Laurentij de Saleto. Qui de anno. 1538. re-
ſignauit dicta duo beneficia Alouiſio Nigro Canonico
Veneto, a quo Alouiſio eadem beneficia dictus Franci-
ſcus retrohabuit, & qui eadem beneficia etiam reſigna-
uit ad fauorem Reuerendiſsimi Marini Grimano Cardi-
nalis qui ſimiliter illa retroceſsit eidem Franciſco qui ea-
dem beneficia de anno milleſimoquingenteſimoquadra
geſimoquarto reſignauit Reuerendiſsimo domino Fran
ciſco Piſauro iuniori eiuſdem ex fratre nepoti de eodem
anno milleſimoquingenteſimoquadrageſimoquarto. de
menſe Ianuar. qui poſſedit illa per quatuor annos uſque
ad tempus ſuæ reſignationis, quam fecit in Rom. cur.
ad fauorem dicti Reuerend. domini Zachariæ, qui illa
tenet & poſsidet, & fructus percipit. a quo Cornelius de
anno milleſimoquingenteſimoquadrageſimonono. de
menſe Maij, cœpit petere in iudicio penſionem huiuſmo
di a die ſuæ adeptæ poſſeſsionis & perceptionis fru-
ctuum, ex quo penſiones prædictæ, uirtute primarum
litterarum, & conſenſus Franciſci ſenioris tranſeunt ad
ſucceſſores. Cui Cornelio, obſtat exceptio præſcriptio-
nis decem annorum, & ultra inter præſentes, ex quo ip-
ſe unquam nec in iudicio nec extra petijt nec exegit hu-
iuſmodi penſiones, non a Franciſco ſeniori, qui con-
ſenſerat & grauauerat ſe & ſucceſſores, nec ab Alouiſio
Nigro, nec a Reuerendiſsimo Cardinali Grimano, nec
a Franciſco Piſauro iuniori, ſucceſſoribus & poſſeſſori-
bus dictorum beneficiorum. Quæ exceptio probatur
multipliciter.

¶ Primo, pro doctri. Abb. poſt glo. & Ioan. Andre. in ca-
pitulo contingit columna quarta. de do. & contuma. in
4 uerſ. ſecundo ex dicto glo. ubi notat, † quòd ſi clericus
bona fide, & titulo colorato poſsidet beneficium alte-
rius per decem annos inter præſentes & uiginti inter ab-
ſentes, quod præſcribit illud in præiudicium ueri recto-
ris, licèt ipſe ius prælaturæ ſibi non acquiſierit per no-
tata in regu. prima de regu. iur. libro ſexto. cum glo. pri-
ma. in principio, quæ tenet quòd in iſta materia præſcri-
ptio non poteſt conſiderari, ſed obliuio, & negligentia.
5 Et mouentur etiam ratione, † quia ex lapſu tanti tem-
poris uidetur quis habere beneficium pro derelicto, in
præiudicium ſui, per notata in l. ſi de eo. §. primo. ff. de
acquiren. poſſeſ. & per glo. & docto. in capitulo cum ue-
niſſet de reſtitutio. ſpoliato. Quare concludit quod cle-
ricus negligens per decem annos inter præſentes, perdit
beneficium ſuum, potius ex facto ſuo, quàm præſcriben-
tis qui nihil ſibi acquirit, ex natura rei impræſcriptibi-
lis, & ita latius tenet & probat Guiel. Caſſac. deciſ. quin-
ta. de reſtitu. ſpoliato. Quantò magis excluditur Corne-
lius a petitione dictæ penſionis, quam per ſpatium de-
cem annorum inter præſentes neglexit petere, quia ha-
buit eam pro derelicta, ſpatio decem annorum, ut ſta-
6 tim latius probabo. † ¶ Secundò adduco deciſ. Guliel.
Caſſa. quintam in tit. de cauſa poſſ. qui refert & ſequitur
deciſ. Abb. & probat: quòd Cardinalis ſanctæ Crucis de
anno 1517. fuit per ſententiam Rot. excluſus, a beneficio
ad quod habebat regreſſum per ceſſum, ex quo paſſus
fuerat prouiſum ex reſignatione poſsidere pacificè qua-
tuor aut quinque annis, & allegat, ꝙ uiſus fuit habere ti-
tulum pro derelicto, & amiſiſſe poſſeſsionē & ius petēdi,
& allegat nota. in d. l. ſi de eo. §. 1. per Alex. col. 2. & Paul.
de Caſt. in l. 3. in princ. col. 3. ff. de acqu. poſſ. & deciſio illa
ꝯtentatꝰ poſſeſsione pacifica quatuor ſeu v. annorū ad ex-
cluſionē hn̄tis regreſſum negligentis petere beneficium
per quatuor ſeu quinque annos per regu. cancel. de trien-
na. poſſeſſore, quod triennium ſuccedit hodie in locum
decennij, de quo per Lap. allegatione 89. ut latè
tenet

tenet & probat idem Caſſa.deciſ. quarta. eodem titulo.
Quantò magis debet excludi Cornelius, a penſionibus
per negligentiam decem annorum ſuper qua fundatur
præſcriptio & obliuio.

¶ Tertiò ad idem allego deciſ.Rot.de qua per Gomeſ.in
ſuo tractatu regu.cancel.fo.octuageſimoſeptimo. nume
ro octuageſimoſexto. ubi arguit contra negligentem
exigere penſionem a prædeceſſore illius, qui conueni-
tur, ubi ad hoc allegat deciſ. Abb.in dicto capitulo con-
tingit, & præſumptam obliuionem & negligentiam per
ſpatium decem annorum, & dicit hanc excluſionem eſſe
fauorabilem & ampliandam, ut beneficia liberentur a
ſeruitute, & ſic in dubio eſſe iudicandum. c.pe.de re iud.
Cui addo deciſ.Innocen.in capitulo querelam.columna
prima. ſuper glo.in uer.De nouo. de electi. qui loquitur
in negligente petere penſionem. & idem ſentit. glo. pri-
ma.in dicta reg.prima.de regu.iur.libro ſexto. ante me-
dium.q.dicit. quòd illa regu. procedit in beneficio lar-
go ſumpto uocabulo, ſub quo uenit penſio, Abb.in ca-
pitulo ad audientiam ſecundo, in primo not.de reſcrip.
Paul.Roma.in tract.penſ.quæſt.ſeptima. Giga. quæſtio.
uigeſimaoctaua. ſui tract.

¶ Quartò ad hoc eſt deciſ.Franc.Balb.in tracta.præſcri.
in quinta quæſt.quartæ quæſtio. in quarta parte ſol. ui-
geſimoquarto. quando loquitur de illo qui nihil uel mi-
nus ſoluit de penſione debita per ſpatium decem anno-
rum inter præſentes, & concludit, quòd ſucceſſor pen-
ſionis ſingularis bonæ fidei, prout eſt in quæſtione no-
ſtra Zacharias Dolfino, præſcribit ſpatio decem anno-
rum, ex quo præſcribitur actioni reali per negligentiam
non petentis penſionem. Confirmo hanc rationem.
quia in ſucceſſore beneficij, qui uenit ex nouo titulo,
7 † non attenditur mala fides præceſſoris, ut legitur & no-
tatur per glo.& docto.in capitulo de quarta.de præſcri.
& in capitulo cura de iure patronatu cum ſimilib.ut per
Franc.Balb.in dicto tracta.quæſtio.ſeptima.fo.uigeſimo
8 quarto.numero trigeſimo. Ad idem, †. nam obligatio
perſonalis reſpectu penſionis, eſt annexa rei, ſicut uſufru-
ctus, ideo tranſit in ſucceſſorem ſingularem. ita Roma.
in conſilio 311.columna penultima & fin. in tertio quæ-
ſito. et deciſ.Neapo.95.ubi latè, & quòd penſio æquipa-
retur uſufructui, probatur, quia pendet a proprietate be
neficij, a quo extrahitur ſicuti uſufructus a proprietate
rei ut dixit Imol.in clementina prima.§.primo. quæſtio.
tertia.de ſupplen.negligen.prælat. & dominus Hierony-
mus Gigas in prima quæſtio. in fi. & in quæſt.quinqua-
geſimaprima.numero decimoſeptimo.& quæſtio.83.co-
lumna fi.in ſecunda ratione in ſuo tracta. pen.

9 ¶ Vnde, quinto arguo ſic † per præſcriptionem decem
annorum inter præſentes tollitur uſufructus, ut proba-
tur apertè in l.finali.in fine. C. de præſcript. lon.temp.&
in l.corruptionem iuncta glo.in uer.excludere, & ibi do-
cto.C.de uſu & habit. & tenet Alexand. per dicta iura in
l. de pupillo. §. ſi pluribus columna ſecunda.ff. de noui
ope. Ergo idem dicendum in penſione quæ aſsimilatur
uſufructui, & ſic eſt onus adiectum rei, ad quod tene-
tur etiam perſona quæ poſsidet beneficium, & tenetur
ſoluere penſionem, & illud eſt quod uoluit Balb.in dicto
tracta.quæſt.quinta.

¶ Sexto pro iſta parte facit deciſ.Innocen. & Abb. in ca-
pitulo ſecundo & tertio. columna ſecunda & tertia. de
10 reſtitut.ſpoliato. qui tenent, † quòd licèt per reſigna-
tionem beneficij perdatur dominium & poſſeſsio.l. uj.§.
in amittenda.ff.de acquiren.poſſeſs.Innocen.in capitulo
ſuper hoc de renun. Tamen ſi poſt reſignationem, reſi-
gnans perſeuerauit in poſſeſsionem per decem annos,
non poteſt moleſtari, & ſi ſpoliaretur de facto eſſet re-
ſtituendus, quia duo concurrunt ad ipſius fauorem,
præſumptus titulus, & negligentia reſignatarij non pe-
tentis beneficium reſignatum, in quo præſumitur, obli-
uio, & quòd habuerit illud pro derelicto. & ita tenet
Calde.in conſilio quarto de renuncia. & ſequitur Deci.
in conſilio centeſimotertio.in fi. libro primo. & Caſſad.
deciſ.quarta de reſtitut.ſpoliato.& Gomeſ. ſuper reg.de
trienna.quæſt.decimaſexta. circa finem. & quæſtio. de-
11 cimanona. ubi dicit & probat, † quòd hodie reſigna-
tarius qui fuit negligens petere & conſequi beneficium
per triennium patiendo reſignantem illud pacificè poſ-
ſidere, non poteſt ammodo moleſtare poſſeſſorem, quia
excluſus reperitur per reg.de trienna.poſſeſſore licèt an-
te illam, iura & doctores requirerent poſſeſsionem de-
cem annorum, ut tenet Lap. in d. allega. 89. & docto.in
capitulo ordinarij de offi.ordi.libro ſexto. cum ſimilib.
ut per Feli.in capitulo ſicut columna 18.& 19.de re iudi.
& per Gomeſ.in d.regu.quæſt.26. columna penultima &
fi.& per Caſſa.deciſ.4.de cau.poſſ.

¶ Septimò ad idem adduco deciſ. dominorum de Rot.
ſæpius practicatam, relatam per Gomeſ. in decima quæ
ſtio.ſuper regu. de trienna. ubi latè tenet & probat poſt
diſputatum articulum ſæpius in Rot.per clariſsimos ad-
12 uocatos fuiſſe uocatum & concluſum, † quòd clericus
qui per triennium pacificè poſſedit plura beneficia in-
compatibilia, defenditur cum poſſeſsione contra aduer-
ſarium impetrantem, qui fuit negligens per triẽnium ad
effectum ut abſoluatur reus & poſſeſſor a petitis, licèt ta
lis poſſeſſor eſſet ipſo iure priuatus.cap. de multa de præ
ben.& in extrauag. execrabilis eodem titulo. idem Go-
meſ.in d.quæſt.circa fi.concludit in clerico contra quem
opponitur defectus ordinis iuxta c. licèt canon de elect.
lib.6. ut non teneatur probare ſe clericum ex quo tan-
quam clericus per triennium tenuit & poſſedit illa be-
neficia, ſed onus probandi defectum incumbit opponen
ti, & ibi reſpondet ad multa obiecta in contrarium alle-
gata, quia procedunt in clerico actore ad obtinendam
adiudicatoriam pro ſe, pro quo non ſufficerent præſum
ptiones quæ ſufficiunt pro reo ad obtinendam abſolu-
toriam, & in his terminis procedit quæſt.noſtra, ut ſuffi-
ciat domino Zachariæ Dolfino excludere D. Cornelium
actorem a petitione penſionis ex capite præſcriptionis
ſaltem decem annorum ex capite negligentiæ & obliuio
nis ad effectum, ut ipſe reus & poſſeſſor abſoluatur a pe-
titis. Nam ſi allegata ſupra pro iſta parte, excludunt cle-
ricum habentem titulum in beneficio in materia impræ-
ſcriptibili, per reg.& ibi nota. in capitulo primo.de reg.
iu.libro ſexto. ut dicit Abb.in d.cap.contingit, & Caſſa.
d.deciſ.quarta.de reſtitut.ſpoliat.ut excludatur præſcri-
ptione decem annorum ſecundum antiqua iura, & hodie
per triennium: quanto magis idem dicendum in materia
penſionis ut Cornelius actor excludatur a petitione ſua,
a qua culpa & negligentia propria fuit excluſus in ma-
teria in qua admittitur præſcriptio ad effectum ut Zacha
13 rias reus abſoluatur a petitis: † et quòd ſufficiant præ-
ſumptiones pro reo & poſſeſſore ad obtinendam abſolu
toriam, & non pro actore, tenet Rot.in antiq.264. & 312.
& Bellam.290.& 612.

14 ¶ Octauo confirmantur prædicta, † quia in materia be
neficiali in qua ſolus Papa habet plenitudinem poteſta-
tis.c.2.in fi.de præbend.lib.6. & in clementina prima.in
fine.ut lit.pend. Videmus ſpecialiter deciſum, clericum
excludi a gratia ſua, per negligẽtiam arbitrariam, ut pro
batur in capitulo tibi qui. in fi.de reſcript.lib.6.ubi glo.
& docto.notant & in capitulo ſi clericus de præben. lib.
6.& per glo. & docto. in capitulo capitulum de reſcript.
ubi Feli.columna 4.5.& 6. in prima fallen. latè commen-
tat dicta iura, in quibus locis tenent docto.quòd minori
negligentia, & breuiori tempore inducitur excluſio iuris
illius, qui debilius ius habet, & longiori tempore, excludi
tur ille qui potentius ius. Sed Cornelius nullum penitus
ius habet in Archidiaconatu Cremen. nec in beneficio
de Saleto, ſuper quibus fuit ſibi penſio aſsignata, quia
per renunciationem quam fecit, aliàs de dictis beneficijs
de anno 1534. ad fauorem patrui ſui, qui tunc conſenſit
penſioni, amiſit omne ius in petitorio & poſſeſſorio, ut
tenent Abb.& alij in d.c.2.& 3.de reſtitu.ſpo.& Calde.in
conſ.4.co.tit.ergo facilius & minori tempore, Cornelius
per ſuam negligentiam ſuper qua fundatur præſcriptio

debet excludi a dicta penſione, & facit ad prædicta tex.
in l.j.ff.de nundi. ubi Barto. & doctri. Abb. in capitulo
cum acceſsiſſent columna penultima,uerſic. ſecundo ca
ſu de conſtitut. ubi tenet & probat quòd gratia princi-
pis quæ concernit fauorem illius cui fuit conceſſa ſine
præfixione termini, amittitur per negligentiam unius
anni, & per negligentiam biennij amittitur ciuilis poſ-
ſeſsio, ita Imol.& Roma. in dicta l. ſi de eo. §. ſi forte.
columna ſecunda.ff.de acquirend. poſſeſs.
¶ Nono pro iſta parte conſidero, quòd bona & redditus
beneficiorum ſunt hypothecata pro penſione, quæ tran-
ſeunt cum ſuo onere ad ſingularem ſucceſſorem, ut di-
xi ſupra in quarto argumento.quibus add.Roma.in con
ſilio 388. in caſu. columna prima & ſecunda.in fine. per
l.codicillis.§.inſtituto.ff.de legat.ſecundo. ubi loquitur
expreſsè in penſione eccleſiaſtica impoſita ſuper fructi-
15 bus eccleſiæ. † Sed tertius poſſeſſor rei hypotheca-
tæ, prout exiſtit dominus Zacharias, qui poſsidet di-
cta beneficia cum titulo & bona fide, prout etiam fece-
runt eius prædeceſſores & ſucceſſores in eiſdem benefi-
cijs, præſcripſerunt iuri hypothecæ contra Cornelium
creditorem penſionis ſpatio decem annorum inter præ-
ſentes, ut probatur in l.prima & ſecunda. C. ſi aduerſus
creditorem, & tenet Abb. in conſilio decimoquarto. ui-
detur primo.columna ſecunda.circa finem.uerſicu. præ-
terea libro ſecundo. Idem tenet glo.ſecunda in l.cum no-
tiſsimi.C.de præſcript triginta annorum,cum ſimilibus.
ut per Franc. Bal.in dicto tracta. folio uigeſimotertio.
columna tertia. uerſicu.tertio principaliter, numero de-
cimoquinto. iunctis dictis per eum in dicta quæſtio. ter-
tia.in uerſicu. ſexta concluſio.numero decimonono. ubi
dicit, quòd tollitur hypothecaria ſpatio decem anno-
rum inter præſentes, quando creditor penſionis pote-
rat agere contra tertium poſſeſſorem, etiam non excuſſo
principali, prout in terminis noſtris, Cornelius poterat
contra Alouiſium Nigro, & Cardinalem Grimano, &
Franciſcum Piſaurum iuniorem, dominos & poſſeſſores
dictorum beneficiorum ſucceſsiuè unus poſt alium, ad
penſionem, etiam non excuſſo Franciſco ſeniori, qui
conſenſerat penſioni, & qui poſtea reſignauerat dicta be
neficia ad fauorem prædictorum, ſecuta prouiſione in
eorum perſonas, ut conſtat in proceſſu ex tenore bulla-
rum prouiſionis Franciſci Iunioris, ad quam penſio-
nem tanquam ſucceſſores, ipſi omnes tenebantur ante
præſcriptionem, a qua ipſe Cornelius fuit excluſus fa-
cto & culpa ſua, per negligentiam & obliuionem de-
cem annorum & ultra. Et ita etiam ſentit expreſsè idem
Franciſcus in dicto tractatu fol.uigeſimoquarto. colum-
na ſecunda,in quinta quæſtione. numero uigeſimoſepti-
mo, in uerſ. Poterit ergo, ubi loquitur de præſcriptione
decem annorum in penſione, quia præſcribitur iuri reali
ſicut in præſcriptione hypothecariæ ad quam ſe remittit.
¶ Ex quibus omnibus fit concluſio, quòd Cornelio a-
ctori obſtat exceptio obliuionis trium annorum iuxta
reg.de trienna. Vel ſaltem decem annorum, culpa & fa-
cto ſuo, quia neglexit penſionem petere & exigere. de
qua negligentia cauſata fuit obliuio. Nec poteſt alle-
gari mala fides Franciſci patriarchæ reſignantis, quia
in iſta materia impræſcriptibili, in qua non attenditur
poſſeſsio, ſed obliuio, & negligentia, non conſideratur
bona uel mala fides, ita not.probatur.in l.ſequitur.§.qui
uim.ff.de uſuca.quem allegat Abb.in dicto capitulo con
tingit.columna quarta. & ibi not. Barto.in principio. &
ibi Paul. in ſecundo not. & columna ſecunda. qui dicit
quòd ille text.cum ſua ratione non eſt correctus per ius
canonicum, ex capite malæ fidei. quod eſt notandum:
prætetea mala fides ceſſat in Cardinali Grimano, & in
Franciſco Piſauro iuniori, qui ſucceſſerunt, & poſſede-
runt beneficia cum perceptione fructuum ultra qua-
tuor annos, cum bona fide, quibus Reueren. do Zacha-
rias ſucceſsit, & hoc tempus hodie ſufficit. ut latè dixi
ſupra poſt Caſſad.& Gomeſi.qui allegant ſtylum Ro.cur.
¶ Sed in contrarium facit deciſ. Gigantis in dicta quæſt,
octuageſimatertia. In ſuo tracta. penſio. qui relatis opi-
nionibus doctorum in l.de pupillo. §. ſi pluribus. ff. de
no.operis nunciatio.& in l.cum notiſsimi.§.in his. C.de
præſcriptio. triginta annorum, & in capitulo audiris de
præſcriptio.& in l.ſi Stichum.§.ſtipulatio.ff.de uerbo. &
aliorum quos ipſe refert, qui loquuntur de præſcriptio-
ne in annuis præſtationibus ſeu ſolutionibus, & penſio-
nibus in bonis profanis impoſitis, & ex ipſis infert, &
arguit ad quæſtionem noſtram de penſione ſuper fructi-
bus beneficiorum eccleſiaſticorum, & in fine dictæ quę-
ſtionis concludit, quòd penſio non ſoluta per annos tri-
ginta, non erit præſcripta, niſi pro illa prima rata à cu-
ius decurſione effluxerunt anni triginta. Et ſic uult,
quòd requiratur præſcriptio triginta annorum, a qua-
libet rata penſionis pro ſingulo anno debita, ita quod
plures requirantur præſcriptiones & non ſufficiat uni-
ca pro omni tempore. unde attenta opinione ſua, do-
minus Zacharias, a quo petuntur penſiones tempo-
re ſuo currentes, poſt adeptam poſſeſsionem beneficio-
rum, non poſset ſe tueri beneficio præſcriptionis, etiam
triginta annorum decurſæ, cum non reſpiciat niſi tem-
pus præteritum pro annis ſingulis decurſis a quibus non
diſtamus per tot annos. Et mouetur tribus rationibus:
Prima, quia penſio huiuſmodi non dependet a partium
uoluntate, ſed a ſummo Pontifice reſeruante, ueluti
legatum pendet a uoluntate teſtatoris, & bonum ſit
argumentum de gratia Papæ ad legatum teſtatoris. ca-
pitulo primo. & capitulo authoritate, de conceſs. præ-
16 bend.libro ſexto. † Sed in legatis annuis una præſcri-
ptio, non ſufficit pro omnibus annis, ſed tot ſunt ne-
ceſſariæ præſcriptiones, quot ſunt anni, quia tot ſunt
legata quot anni.l. ſenatus.§.finali.ff. don.ca.mor. Et le-
gatum annuum pro primo anno eſt purum, & pro ſe-
quentibus conditionale.d.l.ſi Stichum.§.ſtipulatio,in fi-
ne. ideò non præſcribitur, niſi de anno in annum, a die
* ceſſationis, & eſt * communis concluſio gloſarum & do-
ctorum. Ita dicendum uidetur in penſione annua, quæ
pendet a Papa.
¶ Secundò mouetur, quia penſio æquiparatur uſufru-
ctui, ſed legato alicui uſufructu ſingulis annis, non ſuf-
ficit unica præſcriptio; ergo idem erit in penſione quæ
aſsignatur ſingulis annis perſoluenda ſuper fructibus be
neficij, ut dicitur in litteris Papæ.
¶ Tertiò mouetur quia penſio cedere uidetur in cauſam
17 alimentorum, † ſed in legato alimentorum præſtando
ſingulis annis,non ſufficit unica præſcriptio; ergo idem
erit in penſione per ſupradicta. Sed prædictis non ob-
ſtantibus contrarium puto uerius, quòd immo Corne-
lius ſit excluſus a dicta prætenſa penſione præſcriptione
trium uel ſaltem decem annorum iuribus, & rationibus
ſupra per me allegatis; præſertim Innoc. in dicto capi-
tulo querelam.columna prima. ubi loquitur in terminis
penſionis eccleſiaſticæ,& excludit in totum negligentem
per minus ſpatium decem annorum, quem omnes ſequũ
tur. ¶ Non obſtant obiecta, & primò dum ipſe Gi-
gas arguit a penſione annua, ſeu linello impoſitis ſu-
per bonis temporalibus ſoluendis per emphyteotam do
18 mino directi dominij ad pẽſionem beneficiorum,† quia
fortius ius habet dominus directi cui ſoluitur penſio in
profanis. capitulo potuit de locato.l. prima & ſecunda.
C.de iure emphytheo. Sed ille cui ſoluitur penſio ex cau-
ſa beneficij, nullum ius nec utile nec directum habet in
beneficio, ſuper quo debetur penſio, ex quo illi prius
reſignauerat in fauorem illius qui ſibi ſoluit penſionem,
& per ceſsionem amiſit ipſo iure beneficium reſpectu pe
titorij & poſſeſſorij, ut dicunt docto. in capitulo ſecundo
& tertio de reſtitutio.ſpoliato.& Calde.in conſilio quar-
to.de renun.& Innocen. in capitulo ſuper hoc eodem ti-
tulo. et cum penſionarius nullum habeat ius, ſeu debi-
lius, breuiori tempore illud amittit, quod habet in fru-
ctibus beneficij,ut latè dixi ſupra. per notata in cap.tibi
qui in fi.de reſcri.& in c.ſi clericus de præb. lib.6. & in c.
capitulũ de reſcri.& quia clericus in beneficialibus, & in
fructibus

fructibus dependentibns ſit duntaxat adminiſtratoe, &
dominium eorum ſit penes Chriſtum ſen eecleſiam uni-
uerſalem. capitulo ſecundo de dona.& notatur per Abb.
in capitulo extirpādæ.§. quia uero de præben. & in cap.
fundamenta de ele.lib.6.quia etiam uerſatur fauor eccle
ſiæ q̄ liberetur a ſeruitute penſionis, ut dicit Gomeſ. de
quo ſupra dixi, & docto. paſsim. qui fauot ceſſat in pre-
ſcriptione pēſioois in bonis proſanis, immo eſſet odium
ex quo tractatur de præiudicio domini directi.

¶ Non obſtat prima ratio Gigan. quia tollitur argu-
mentum de gratia Papæ ad legatum, nam gratia eſt o-
dioſa, & ſtricte interpretanda. capitulo quamuis, cum ſi-
milib. de præben. lib.6. legatum uero fauorabile. c.cum
dilecti de donatio. & ita ſolnit hoc argumentum glo. in
dicto c.1.§.ſed extitit in uer. ultimis. circa fin. de conceſ.
præbend. lib.6.& alia glo. ibi. quæ præcedit. in uer. cedit.
in fine dicit, quod illa allegatio, & ſimilitudo, non eſt
uera. & data diſsimilitudine in uno ceſſat argumentum
ex alio ēt tollitur, quia legatum pendet a ſola uolnntate
teſtatoris, capitulo cum tibi de teſta. cum ſimil. ſed pen-
ſio a conſenſu partium reſignantis & reſignatarij cum
anctoritate & decreto Papæ & oon aliter, ut habetur in
19 regu.cancel. 45. † qua cauetur, qnòd penſio non poteſt
conſtitui ſine conſenſu partium, etiam ſi Papa ipſam im-
ponere e motu proprio: ergo ſequitur, quòd ſumus in cō
tractu, ut conſiderat Gomeſ. in dicto ſuo tractatn. ſo.87.
nnio.86. in quo ſufficit unica præſcriptio, quia ſtipulatio
eſt una, a principio, & perpetua, etiam ſi fiat in annos ſio
gulos ut probatur in d.l. ſi ſtipum.§. ſtipulatio, ubi glo.
& docto. ff. de uerbo. quod ſecus eſt in legato annuo ut
probatur in d.§. in fine. ubi eſt caſus clarus, & ibi Ange.
dicit quòd quando promittitur aliquid annuum, uel in
annos ſingulos, ſtipulatio eſt una quantum ad omnes
effectus, qui immediate ex contractu naſcuntur, ut eſt o-
bligatio & actio, quæ eſt una, & unica ſufficie præſcri-
* ptio, & eſt * communis opinio gloſarum Bar. & aliorum
docto. in dicta l. cum notiſsimi.§. fin. & in dicto §. ſi plu-
ribus, & in dicto capitulo auditis fol. ultimo. ubi Abb.
Feli. & alij nouiſsimi latè inſiſtunt. Præterea alia ratio-
ne tollitur iſta prima ratio per doctrinam Barto. in dicta
l. cum notiſsimi, & Abb. in dicto capitulo auditis colu-
20 mna fina. † qui dicunt, non eſſe differentiam inter lega-
tum, & ſtipulationem. Sed debemus in utroque ani-
maduertere, an obligatio ſit nata de præſenti licet dila-
ta ſit exactio & ſolntio: an obligatio ſit in diem, & in le-
gato. Abb. ponit exemplum, Dixit teſtator, lego mille
nepoti meo, & uolo quod tradantur ſibi decem annua-
tim, in quo legato orta eſt obligatio de præſenti, in quo
ſufficit una præſcriptio, nam hoc caſu exactio eſt tantum
dilatata, & probatur iſta opinio per text. in l. ſi uſufru-
ctus alternis annis. ff. quibus mod. uſufruct. amitt. & ibi
glo. quæ dicit, quòd iu dicta l. obligatio eſt in diem, &
recipit dationem per ſingulos annos, quæ non poteſt
tolli, niſi ex quo competere cœpit, & cum iſta opinione
Bart. & Abb. tranſeunt docto. communiter in dicto §. ſti-
pulatio, & in dicto §. ſi pluribus, ubi Alexand. & iu dicto
capitulo auditis ubi moderni & nouiſsimi & ipſemet Gi
gas in dicta quæſtio. columoa penultima, iu uerſic. ſecun
do limita. Sed in quæſtione noſtra, communi partium
conſenſu ab initio promiſsionis penſionis, eſt nata obli-
gatio, pto omnibus annis, ut patet ex tenore litterarum
penſionis, licèt exactio & ſolutio penſionis ſit dilata pro
ſingulis annis futuris, bis in anno, unde ſequitur quòd
unica ſufficit præſcriptio pro omni tempore, quia una
orta eſt obligatio & actio, a principio. Idem expreſsè
tenet Alexand. in dicto §. ſi pluribus columna ſecunda.
ubi dicit, quòd ubi unum eſſet legatum uel conceſsio a
principio una, præſcriptio longi temporis ſufficit pro o-
mnibus annis, quia cenſetur eſſe unum ius tantum &
una diſpoſitio, ut probatur in dicto capitulo de quarta
de præſcript. quod allegat Abb. in dicto capitulo auditis
colnmua finali. per quem text. ita tenet Petr. Paul. Pariſ.
merito Cardinalis dum uixit, in dicto capitulo auditis
columna finali. Eego ſequitur ſecundum Alexand. & Pa
* riſ. & * communiter docto. quod in promiſsionibus.
& obligationibus annuis, creditor ſit negligens, non a-
gendo, qnando potuit, quia negligentia illius, cauſata
circa ius & actionem de præſenti, nocet ſibi, quo ad exa-
ctionem, quæ fieri poterat futuris temporibus, ut patet
io dicto capitulo de quarta. Sed in quæſtione noſtra,
Cornelius potuit a principio agere contra Franciſcum
Seniorem, & alios ſucceſſores ad penſionem ſibi debi-
tam, ex conſenſu, in quo fuit ſemper oegligens circa
ius & actionem de præſenti; ergo una ſufficit præſcri-
ptio: & pro prædictis allego conſil. Cornei. 43. in hac.
21 columna ſecunda, libro ſecundo. ubi dicit, † quòd quan
do aliquid debetur præſentare, & uenit reiterandum ſin-
gulis annis in exactione, licèt pro futuris ſolutionibus
agi non poſsit, tamen præſcriptio currit pro omnibus
annis, & ponit exemplum in uectigalibus, ut uoluit Bar.
in l. licitatio.§. earum rerum. ff. de publi. per l. omnes. C.
de præſcriptio. triginta annorum, qui etiam ponit exem
plum per text. in dicto capitulo de quarta, ubi aduer-
ſus ius exigendi quartam epiſcopalem pto futuris præ-
ſtationibus ſufficit una præſcriptio, et ſimiliter ponit
exemplum in annua ſtipulatione in qua ſtatim quòd
non ſoluitur. primo anno ob negligentiam creditoris,
incipit currere præſcriptio, etiam aduerſus præſtatio-
* nes faciendas pro futuris annis, & eſt * communis opi-
nio ut apparet ex dictis per eum in d. conſil.

¶ Non obſtat ſecunda ratio de uſufructu, in quo ſecun-
dum eum non ſufficit unica præſcriptio, ergo idem erit
in penſione quia iſtud argumentum tollitur pet text. io l.
22 finali. in fine. C. de præſcriptio. lon. temp. † ubi text. ex-
preſsè loquitut de uſufruct. præſcribendo ſpatio decem
annorum inter præſentes per negligentiam non agen-
tis, & per text. in lege corruptionem iuncta glo. in uerſi.
excludere de uſu & habit. Sed penſio cenſetur uſufructus
quia extrahitur ex proprietate beneficij, ut tenet Imol.
in clementina prima.§. primo. quæſtio. tertia de ſupplen.
negligen. prælato. & ipſe Gig. in quæſtio. prima, in fine. &
quæſtio. quinquageſimaprima. numero decimoſeptimo.
& in dicta quæſt. octuageſimatertia. in fine. in ſecunda ra
tione, ergo in penſione præſcribenda ſufficit unica præ-
ſcriptio, ut per dicta iura tenet in terminis Alexand. lo-
quendo in præſcriptione uſufructus per decem annos in
dicto §. ſi pluribus columna ſecunda. licèt commoditas
percipienda ex penſione uel uſufructu ſit reiterabilis, &
percipiatut tantum ſingulis annis. nam huiuſmodi iu-
ra in ſe non cenſentur annua nec in diem collata, niſi
quando legatus eſſet uſufructus, uel promiſſa penſio al-
ternis annis: quia tunc plura ſunt legata & promiſsio-
nes in diem uel in annos ſingulos, ut probatur in di-
cta lege ſi uſufructus alternis annis, & ita declarat & de-
cidit Alexand. in dicto §. ſi pluribus. Vnde licèt in litte-
ris penſionis conſtituta fuerit annua penſio, non pro-
pterea promiſsio fuit in diem uel ſub conditione, ſed
fuit a principio una pura, licèt exactio & ſolutio fuerit
dilata in ſingulos annos in duobus terminis cuiuslibet
anni, ut latè declaraui ſupra poſt Bartol. Abb. Angel.
Corne. Alexand. & alios modernos, & idem fatetur Gi-
gas in dicta quæſtio. folio ultimo, in prima limitatione
poſt Bald. in lege prima. circa finem penultimæ quæſtio-
nis. C. de ſenten. quæ ſin cer. quantit. quem ſequitur Ale-
xand. dicto §. ſi pluribus, & in dicto §. ſtipulatio, & a-
lios quos refert.

¶ Non obſtat tertia & ultima ratio, de cauſa alimeo-
torum legatorum, in quibus non ſufficit unica præ-
23 ſcriptio arguendo de illis ad penſionem, † quia nega-
tur huiuſmodi æquipatationem procedere in quæſt. no-
ſtra. Primo quia in litteris illius penſionis nullum uerbū
dicitur de alimentis. uerba ſunt huiuſmodi. Ne ex ceſsio
ne, Cornelius nimium diſpendium patiatur, & ut ſta-
tum ſuum decentius tenere ualeat, de alicuius ſubuen-
tionis auxilio prouidere. quæ uerba præſupponunt ali
menta aliunde. non obſtae conſ. Rom. 388. quia loquitu

quando nerba litterarum penſionis pro Cardinali faciebant mentionem de alimentis. et dato quòd in litteris diceretur de penſione pro alimentis, ratio ſua non concludit ad q.noſtram, quia ipſe loquitur de alimentis legatis per diſtributinnem annorum in teſtamento ſingulis annis præſtandis, quo caſu ſecundum communes npiniones una præſcriptio non ſufficit, ideò ad penſionem de qua eſt quæſtio non bene infertur, ex quo fuit conſtituta per uiam contractus, & mutui partium conſenſus, iuxta formam d.reg.cancel.45. ergo unica ſufficit præſcriptin, per tex.in d.l.ſi Stichum.§.ſtipulatin, in quo probatur iſta differentia, maximè ex quo penſio debetur tanquam uſusfructus in quo ſufficit præſcriptin decem annorum, & unica ſuffieit pro omnibus annis, ut dixi ſupra,

24 poſt Alexan.in d.§.ſi pluribus, † rum etiam quia in legato alimentorum facto uni ſimpliciter, non diſtributis remporibus, ſuffieit una præſcriptin a principio, quæ nō dinumeratur per ſingulas præſcriptinnes, ut tenet Bald. in l.j.colu.fin.in pen.quæſtio. uerſ.modo iuxta prædicta. C.de ſenten. qu.ſi.cer. quan. quem referunt & ſequuntur Alexand.in d.§.ſi pluribus colum. 1. in prima fallen. ubi Iaſ.ſuper glo.& moderni & nouiſsimi in d.cap.auditis, & in dicto §.ſtipulatin, ſed in quæſt. de penſione in qua uerſamur licèt ſit debita annuatim: tamē quia ab initio eſt nata obligatio pro omnibus annis, exactio uero ſeu ſolutin ſit dilata, in ſingulos annos, ſufficit unica tantum præſcriptio, ſicut in legato alimentorum facto ſimpliciter, ita tenet Bar.in d.l.cum notiſsimi.§.in his.& ſequitur

* Alexand.& alij * communiter ſequuntur in locis præal-

25 legatis, & dixi ſupra. † ¶ Confirmo concluſionem factam ſupra de præſcriptinne, illam ampliando etiam conſiderato tempore, quo uixit Frācíſcus Piſauro antiquior, qui conſenſit penſioni, cuins mala fides non impedit præſcriptionem, ex quo eccleſia ſancti Laurentij, & dignitas Archidiaconatus Cremen.præſcripſerunt libertatē contra ſeruitutem eiſdem impoſitam ſuper fructibus bonorum ſuorum, & ſicruſticam, nt probatur in l.ſequirur. §. ſi uiam. ff. de uſucapio. quem ad hoc notat ibi Paul. de Caſtr.columna prima.in princip. et in ſecundo nota.ubi adducit plures rationes, & columna ſecunda, in uerſicu. breuiter aduerte: Quia tunc nnn ipſe Franciſcus ſenior qui habebat malam fidem, dicitur propriè præſcribere libertatem, ſed ipſa eccleſia ſancti Laurentij, & dignitas Archidiaconalis, & ipſorum bona quæ patiuntur ſeruitutem penſionis, in quibus non eſt bona uel mala fides, dicuntur præſcribere libertatem, quia ipſę debent ſeruitutem, & ipſam retinent, donec libertas acquiratur.

26 † ¶ Sed penſio de ſui natura eſt oneroſa eccleſiæ cui imponitur, & dicitur quædam ſeruitus eccleſiæ argumento.c.prohibemus, de cenſi. ſecundum Caccialup. in tracta.pen.qnæſt.8.& tradit Gomeſ.in ſun tracta. fo.87.nu. 86. Hinc eſt, quòd imponi non poteſt penſio ſine auctoritate ſuperinris, ſed bene extinguitur, ſolo partium conſenſu, ex quo tractatur de liberatione eccleſiæ a ſeruitute penſionis; ut tenet Alexand. in capitulo Agatnſa. 63. diſtinct. & Gomeſ.in loco ſupra allegato. & Gomeſins ibi dicit, quòd cnmmittitur cauſa penſionis ſine clauſula ſnlita, retardatione penſinnis. et ita ſeruat Rom. cur. ut atteſtatur practica ſol.6.tergo. prout habeo in libello practicæ curialium, per rationes ſupra allegatas, & per Gomeſ.

*SVMMARIVM.*

1 *Poteſt quis corrigere errorem ſuum ex internallo, ex quo conſtat de errore.*
*Et quandocunque ante ſententiam.*

2 *Etiam in factu proprio probabilis eſt error longi temporis, quia labilis eſt memoria.*

3 *Et quando homo poteſt falli etiam in facto proprio admittitur reuocatio confeſsionis erroneæ.*

4 *Quando tempus non diuerſificat effectum de quo eſt quæſtio, uarietas temporis in teſte, non nocet.*

5 *Vnus teſtis de facto principali facit ſemiplenam probationem.*

6 *Copula ſiue adulterium concludenter probari non poteſt, ſed probatur præſumptione & indicijs.*

7 *Si aliquis deprehenditur in domo alicuius pulchræ mulieris num quid dicatur probata copula.*

8 *Mulier priuatur dote propter adulterium, item ſi ſit inuenta in amplexibus cum uiro ſeu circa præambula Veneris.*

9 *Et qui ſint actus præambuli & præparatorij ad Venerem.*

10 *Quando uir ſuit repertus in camera cum muliere ſola hora commoda ad venerem, nunquid ſit probata copula, & quid ſi teſtes dicant quòd uiderunt uirum & mulierem ſe deoſculantes, uel in ſimilibus actibus propinquis ad venerem.*

11 *Et quando mulier exijt de camera crine ſoluto, cum rubore in faciem, in qua ſteterat clauſa cum uiro.*

12 *Et præſumpta copula, prout de iure probat impedimentum affinitatis etiam ad diſſoluendum matrimonium.*

13 *Vbi actus non poteſt directè probari, ut eſt copula per ſenſum corporis, ſatis eſt, quòd teſtes deponant de actibus propinquis, ſi adijciant ſe credere ita eſſe.*

14 *Teſtis probat copulam, per uerbum credo, ſi deponat de actibus propinquis ad venerem.*

15 *Vbi agitur de impedimentu affinitatis ex illicita copula clandeſtinè contracta, ſufficit probatio fama, cum confeſsione alterius uiri uel mulieris, etiam ad diſſoluendum.*

16 *Singularitas teſtium non nocet in probanda confeſsione ſæpius reiterata.*

17 *In criminalibus fama cum uno teſte non probat delictum niſi adminetur alio indicio, ita dicendum in probanda copula per unum teſtem cum fama & alio indicio, etiam ad diſſoluendum matrimonium.*

18 *Per duos teſtes probatur fama, etiam nō ſeruata doctrina Bar. ſed Bal.& Sali.& aliorum contra Bar.*

19 *Probatur etiam fama, ſi teſtes de illa formiter non deponant, ſi de fama deponunt decem teſtes.*

20 *Fama probatur etiam non ſeruata doctrina Barto. quando eſt per ciuitatem adeò publica & clamoſa paſsim apud omnes.*

21 *Fama cum aliquibus adminiculis facit plenam probationem in his in quibus difficilis eſt probatio prout in copula.*

22 *Matrimonium contractum de nocte probatur per teſtes aliàs inhabiles.*

23 *Singularitas teſtium non nocet in copula probanda, quando deducitur in genere non coarctata tempore nec locu ad probandam affinitatem, ut in quæſtione de qua fuit quæſtio Veronæ.*

24 *Nam genus probatur per teſtes ſingulares, ſecundum communem opinionem, ponendo plura exempla.*

25 *Ad probandam copulam, plura indicia inſimul iunguntur, & eſt communis opinio, & allegantur decem indicia concurrentia ad idem.*

26 *Teſtis etiam falſus circa accidentalia & extrinſeca, non reprobatur in facto principali, & eſt communis opinio.*

27 *Et diſcordia teſtium in narratiuis & accidentalibus, non nocet, dummodo concordent in negotio principali.*

28 *De iure magis ſuſpecti ſunt teſtes, qui cuncordant in omnibus uerbis, quam illi qui in huiuſmodi accidentalibus diſcrepant.*

29 *Quando uertitur quæſtio ſuper fœdere matrimonij coram iudice eccleſiaſtico & incidit quæſtiu falſi contra teſtes, poteſt adiri etiam iudex laicus tanquam competens ſuper quæſtione falſi: & illa deciſa coram ſeculari præiudicat in cauſa ciuilis matrimonij coram eccleſiaſtico, quando ius totius cauſæ conſiſtit in teſtibus.*

## CONSILIVM CCCLXXXIX.

REDEMPTORIS noſtri inuocato ſuffragio. In canſa nobilis dominæ Catherinæ de Medicis relictæ quon.Comitis Auguſtini de Pōpeis Veronæ

Veronæ contra D. Iulium de Mapheis prætenſum ſuum maritum diu uerſa & uertēte coram Reuerendiſsimo do. Daniele Barbaro electo Aquilegien.& Reueren.dominis Auditore cauſarum generali Reuerendiſs.do.legati apoſtolici,& uicario etiam generali R.Patris do. Patriarchæ Venetiarum commiſſarijs apoſtolicis coniunctim ſuper puncto & articulo. Nunquid ſit probata affinitas inter ipſam dominam,& eac.legum doctorem D. Nicolaũ fratrem,dicti domini Iulij,cauſata ex copula illicita carnali,inter præfatos dominos Catherinam & Nicolaum, apta ad impediendum & dirimendum matrimonium poſtea contractum inter ipſam dominam,& Iulium die 24. Februarij anni 1541. De quo impedimento perpetuo & canonico,ipſa domina excipit contra prætenſum matrimonium,ad diluendum pratēſum adulterium obiectum eidem Catherinæ per prætenſum maritum. Et omiſsis argumentis ad partes,arbitror probatam eſſe affinitatē ex copula carnali multipliciter ex infraſcriptis teſtimonijs. ¶ Primus teſtis Franciſcus Syluestri,ditto Fadon, de Verona examinatus Venetijs die 13.Iulij 1551,ſuper quarto capitulo ad punctum de copula carnali, Dicit, ſe uidiſſe in domo dominæ Lucretiæ amitæ do.Catherinæ, cameram quandam clauſam, in qua aderant domina Catherina & Nicolaus,& in qua ſteterũt ambo ſoli per ſpatium unius horæ, & plus ſeu minus,quod non bene recordatur. Quos uidit exire unus poſt alterum. Et quòd ipſa domina exeundo de thalamo erat cum rubore in faciem,& crine ſoluto, e tutta trauagliata. qui teſtis allegat pro conteſte quandam nomine Ioannam domicellam dictæ dominæ Catherinæ, & quandam aliam fœminam, & quòd fuit de anno 1537. quadam die tempore æſtatis, & poſt prandium. & quòd non pluebat. & ſuper quarto interrogatorio dicit, quòd duæ illæ maſſariæ Ioanna & alia quam non nominat, poterant uidiſſe ea quę ipſe uidit,illos uidelicet, exiſſe de camera, & quod fuit poſtquam Nicolaus contraxerat matrimonium cum domina Lucretia,quòd fuit die 28.Auguſti 1537. Qui ſuper interrogatorio.13. dicit,ſe audiuiſſe dici inter homines Veronæ quòd do.Nicolaus & Catherina carnaliter ſe cognoſcebant,& quòd ſuo iudicio oſtium camerę erat clauſum.ſol.13. ſed ſupra fol.11. dicit che la camera era ſerrata. ¶ Domina Ioanna teſtia quinta data pro conteſte a Franciſco ditto Fadon ſuper quarto capitulo concordat cum dicto Franciſco,Dicens,ꝙ do.Nicolaus cepit ipſam dominam per manum, & eam conduxit in dictam cameram in domo dominæ Lucretiæ eius amitæ, quæ tunc non erat domi, & quòd ipſi ſoli ſteterunt in dicta camera per duas horas uel circa, & quòd ipſa domina exiuit cum facie rubea,& ſcapigliata, & dat pro conteſte dictum Franciſcum,& aliam maſſariam, & neſcit ſi ianua cameræ erat clauſa, quia non curauit ſe hoſtio appropinquare. Quæ teſtis interrogata quid credat de illo actu, ſubdit, Io giudico per eſſere uſcita lei coſi roſſa, e ſcapigliata,che faceſſero bon tempo inſieme, e ſe cognoſceſſero carnalmente, & ꝙ uidit ambos ſolum cum ſola ingredi thalamum, & illud poſtea egredi, & ꝙ fuit quadam die poſt prandium & non pluebat,& ꝙ audiuit dici a pluribus per ciuitatem ꝙ prænominati ſe cognoſcebãt carnaliter,& quòd quando fuit pro domicella do.Catherinæ, ipſa ſtabat in domo cũ capitaneo Antonio Campagna,eius conſanguineo uel affine. Et nota quòd perſonæ iſtorum duorum teſtium ſunt comprobatæ,eſſe bonorum nominis,conditionis, & famæ per ſex teſtes examinatos Veronæ ſuper comprobatorijs de anno 1552. de menſe Februarij, ut patet ex proceſſu teſtium: & hæc geſta fuerunt in domo do.Lucretiæ amitæ Catherinæ,& uxoris do.Nicolai de anno 1537. Antequã do. Nicolaus & Lucretia locarent dictam domum,& irent ad habitandum domi. D. Nicolai apud plateam,quia locatio dictæ domus fuit facta de anno 1538.die 5.Septembris,ut habetur per inſtrũm regiſtratum in copia noſtri proceſſus fol.231. ¶ Secunda teſtis D.Helena Ortolana,ad Iudaicam,deponit,ꝙ exiſtente do. Catherina in domo Lippomana,quam do.Nicolaus ꝯduxerat pro ipſa Catherina, & in qua habitabat & do.Camilla Palanicina,uidit quaſi ſingulis diebus,do. Nicolaum accedere ad uiſitãdum ipſam do. Catherinam, quos uidebat aliqñ in porticu aliqñ in camera dictæ domus, ſolos inſimul per duas aut tres horas ſingulis uicibus, & aliquando manebant per dictum tpŝ clauſa ianua cameræ,& ꝙ aliquãdo pulſabat, ad portam clauſam cameræ, & uocabat ipſam dñam illi non reſpondentem. ¶ Tertia teſtis do. Nicoloſa, q̃ ꝯuerſabatur aliquando cum dña Catherina quando habitabat Venetijs ex oppoſito domus do. Nicolai & Catherinæ,uidit duabus uicibus Nicolaum deoſculantẽ Catherinam,& ꝙ oſcula erant luxurioſa,& quando ipſam deoſculabatur ponebat illi brachium ad collum. ¶ Quartus teſtis D.Gaſpar interrogatus ſuper 7. interrogatorio reſpondit,ſe audiuiſſe dici Veronæ de anno 1537.38.39. ꝙ do. Nicolaus carnaliter ſe commiſcebat cum Catherina, qui etiam ſuper 13.interrogatorio optime deponit de fama copulæ carnalis dicens, che chi eſaminaſſe tutta Verona,tutti che li conoſcono direbbero quello ch'io dico. ¶ Sextus teſtis Hieronymus ditto Zaneito, ſuper 8.articulo,loquendo cum dña Catherina in domo do.Nicolai, interrogatus ab ipſa domina, che coſa ſi diceua di nouo per Verona,reſpondit,che miſier Nicolo ui ha chiauata. q̃ domina illi replicauit coſsi non l'haueſſe fatto. fo.54. ¶ Septima teſtis Viridis uxor Chriſtophori barbironſeris,dicit ꝙ poſtquam do.Catherina reuerſa fuit Venetijs, Veronam,& eſſet adhuc uidua, & habitaret in domo dicti do.Nicolai,& do.Lucretia eſſet uxor dom.Nicolai, & eſſet ſuper cubili in camera poſt prandium, ipſa teſtis uidit per aperturam portæ cameræ dictæ domus,in qua domina Catherina dormiebat, iacentem in lecto & nudam, ſeu,ut uerbis teſtis utar, ſcoperta le gambe e le coſſe, & miſier Nicolo ſopra di lei con le braghe calate cognoſcẽtes ſe carnaliter,& ꝙ poſtea ipſa exiuit cameram, & confeſſa fuit ipſi teſti totum hoc factum copulæ fo.73. Subdens, hanc copulam fuiſſe habitam,poſtquam do.Nicolaus & Catherina reuerſi ſunt Venetijs Veronam

1 † corrigendo primum ſuum dictum erroneum, coram ſeculari, & ꝙ ex interuallo,ex quo conſtat de errore etiam iurati, ut latè decidit Augu.Bero.Bono.q.54. in fi. Nam copula huiuſmodi fuit del 1540. ut dicit iſta teſtis in ſuo dicto coram ſeculari in principio. Sed Catherina cum Nicolao & ipſa teſte, uerant prius Venetias del 39. & de menſe Iunij, & ad hoc allegatur fides libri dominarum Monialium de Maiurbio,ad quod primo Catherina conducta fuit, & ita repetit do. Iulius in querela data in officio aduocariæ producta, ergo non potuit copula iſta fieri antequam irent Venetias. ¶ Secunda ſolutio quia iſta reuocatio poteſt fieri quandocunque ante ſentẽtiam. l.error. C.de iu.& fa.igno. cum ſimil. ut latè ibi per Iaſ.in primo

2 & ſecundo notabili. ¶ Tertia ſolutio,† quia etiam in facto proprio probabilis eſt error in longo tempore decem annorum, quia labilis eſt memoria, ita dicunt doct. ubi

3 moderni in dicta l.error nume.21.† Et quando homo poteſt falli,etiam in facto proprio, admittitur reuocatio cõfeſsionis,quandocunque, ut eſt expreſſa deciſio Hoſtien. & D.Anton.ubi Alexand. Præpoſ. in capitulo atteſtationes colu.2.in princip.de deſpon.impu.quem legas.

¶ Quarta ſolutio, quia ſiue ſtet prima confeſsio erronea ſiue ſecunda de copula,utraque nocet,ex quo ambæ pręcedunt matrimonium Iulij cum Catherina per c. diſcretionem,& capitulo penultimo. ubi not. de eo qu. du. in

4 ma.quam pol.per adult. † & quando tempus non diuerſificat effectum de quo eſt quæſtio noſtra,uarietas temporis in teſte non nocet,nec reprobatur Bart. not. poſt glo. in l.ob carmen.§.fin.ff. de teſtib. & Roma.in conſilio 30. Nam domina Catherina ſe aſtrinxit duntaxat ad probandam copulam inter eos ante matrimonium inter Catherinam & Iulium, quod quidem fecit,& probauit.

Subdit ipſa teſtis, ſe audiuiſſe ab ipſa domina, & ab alijs quampluribus, quòd dominus Nicolaus pluries habuit rem carnalem cum domina Catherina ante matrimonium contractum cum Iulio fol. 74. ¶ Non obſtat aliud obiectum ꝙ ipſa teſtis nocte præcedenti teſtifica-

tionem, ſuerit ad domum & pernoctauerit cum D. Catherina: Quia propter hoc non diminuitur fides. Nam ipſa teſtis allegat cam ſui acceſſus ad dictam Catherinam, quia ægrotabat & remanſit ibi illa nocte, ut illi inſeruiret, quia indigebat ancilla. ut habetur in proceſſu teſtiũ ſo. 85. ſed non apparet ꝙ aliter ſuerit inſtructa ad teſtificandum. Tenetur etiam conducens teſtes, ſubminiſtrare illis expenſas, ut dicunt docto. in materia. ¶ Non obſtat aliud obiectum de periurio, ex quo retractauit primum dictum iuratum in foro ſeculari, quia negatur aſſumptum, ex quo authoritate iuris, legitimè ſe correxit & ſine damno tertij, quia utrunque dictum habet eundem effectum ad probandam affinitatem ante matrimonium, & ex alijs rationibus ut ſupra. ¶ Non obſtat ſingularitas iſtius teſtis quæ ſola deponit de huiuſmodi co-
5 pula, † quia quando unus teſtis deponit de ſacto principali, de quo eſt quæſtio, ille facit ſemiplenam probationem, ſi alia legitima exceptio non repellit eum; ut notat glo. & Bar. & alij docto. in l. admonendi. in materia teſtium. ff. de iure iur. & probatur in c. fina. de ſucce. ab inte. ubi D. Anto. & Abb. not. & I. anfranc. in repet. c. quoniam contra ſuper uerbo, Teſtium depoſitiones, colu. 4. uerſ. ulterius, cum ſimil. ut per Pariſ. conſi. 57. colum. 4. in princip. num. 22. lib. 1. Sed iſta deponit & probat copulam carnalem de qua eſt quæſtio, & non patitur aliquam legitimam exceptionem, ergo probat ſemiplenè & ſi haberet conteſtem cõcludenter probaret copulam per reg. iu. diuini, in ore duorum uel trium &c. c. in omni de teſti. l. ubi numerus. ff. eodem titu. c. præterea de teſtib. ibi, Viſa &c. Et de materia ſingularitatis teſtium in accidentalibus, & extra ſactum, dicam infra latè.

¶ Octauus teſtis D. Zenobaldus de Verona, dicit, ſe ſæpius audiuiſſe dici in platea Veronæ & in alijs locis & circulis perſonarum, quod D. Nicolaus habuerat rem carnalem cum ipſa domina Catherina antequam eſſet uxor domini Iulij, qui dat loca & nominat perſonas præſentes ad huiuſmodi colloquia. ſol. 95. 96. ¶ Nonus teſtis D. Boninſegna deponit de oſculo Do. Nicolai cum ipſa domina, Veronæ in quodam tripudio circa primam horam noctis ſo. 107. &c. Et ſubdit, ſe audiuiſſe a diuerſis perſonis ſuper platea & alijs locis, & in circulis perſonarum in eadem ciuitate, & per ſtratas in ſocietate multorum, quod dictus Nicolaus aliàs habuerat rem carnalem cum Catherina ſo. 108. & ſequen. & bene deponit de ſama ſuper 13. c. ſo. 113. ¶ Decimus teſtis magiſter Chriſtophorus barbitonſor maritus Viridis, dicit quadam die, uocatum fuiſſe a Catherina exiſtente in domo D. Nicolai, ſe uidiſſe in eadem domo do. Nicolaum & Catherinam ſolos exiſtentes in quadam camera, & quòd ipſe tenebat manum ad pectus Catherinæ oſculando ipſam etiam in ore, e li faceua carezze pigliandola ſotto il mẽto ſo. 124. qui teſtis facit indicium ex dictis præludijs ad Venerem, che anche ſi poteſſero chiauare, per il ſogetto di eſſa Madonna facile a conſentire a la copula carnale. ſo. 126. et quòd fuit ante matrimonium Catherinæ cum Iulio. D. Ciguus de Vbriachis, teſtis undecimus ſuper 13. capitulo deponit de publica uoce & ſama copulæ in ciuitate Veronæ prout audiuit dici in platea magna, & alibi in dicta ciuitate inter nobiles & doctores, ubi multa dicit de ſama diuulgata ſo. 146. & ſequen.

¶ Dominicus Molendinarius duodecimus teſtis ſuper eo. capitulo deponit & ipſe de fama copulæ carnalis, inter prædictos inter nobiles & mercatores, a decem annis citra & ultra, & de origine ſamæ de anno. 1537. 38. 39. 40. ſol. 149. 50. ¶ Vincentius Viſmaria. 13. teſtis ſuper eodem articulo 13. dicit, quòd quando D. Catherina eſſet uidua, & in domo dominæ Lucretiæ, D. Nicolaus ſæpius accedebat ad eandem domum, & publicè dicebatur in uicinia de copula carnali inter eos a uicinis ſo. 158. & dicit de origine ſamæ illo tempore ſo. 160. & aſsignat rationes ſamæ ſo. 161. Quem teſtem latè impugnat D. Nicolaus, dicens quòd ſama non potuit oriri intra modicum tempus, quo Catherina ſtetit in dicta domo de menſe Iulij anni. 1537. quia reſpondetur, quod iſta oppoſitio eſt friuola. Nam Catherina poſt diſceſſum a domo Lucretiæ, acceſsit ad habitandũ in domo Antonij Campagna, in qua ſtetit per octo ſeu nouem menſes, in quibus ſæpius accedebat ad domum Lucretiæ amitæ ſuæ; ut dicunt Franciſcus & Ioanna. teſtis etiam per dicta tempora dominus Nicolaus habebat rem carnalem cũ ea, ut dictum eſt in dicta camera. Hinc habuit ortum fama. Franciſcus de Stigis decimusquartus ſuper eodem capitulo deponit de eadem fama fol. 172. & ſequen. Franciſcus de Barzetis teſtis decimusquintus ſuper eodem capitulo 13. & ultimo, concordat de ſama publica dictæ copulæ per loca publica ciuitatis Veronæ folio 181. ¶ Et per iam dictas atteſtationes, probatum apparet impedimentum allegatum per Catherinam ad annulandum prætenſum matrimonium contractum de facto inter ipſam dominam, & Iulium de Mapheis de anno 1541. die 24. Februarij, ut etiam probatur per infraſcriptas deciſiones, iura, & rationes, applicata ad ſactum probatum. Nam Bart. in l. ij. §. fina. in fi. ff. de adulte. dicit quòd adulterium directè probari non poteſt aliqua ra-
6 tione, † quia ſi uideres in camera uel in lecto duos, neſcires tamen quid facerent, ſed probatur ex præſumptione & indicijs. c. præterea de teſti. & ibi Abb. col. 1. in 1. q. idẽ deducit, & probatur in d. c. litteris. & in c. tertio loco de
7 præſump. ¶ Hinc dicit Bart. in l. ij. ff. de fur. † ꝙ ſi aliquis deprehẽditur in domo alicuius pulchræ mulieris, dicitur probatum adulterium, quem ſimpliciter refert, & ſequit Abb. in c. tertio loco. col. fi. de prob. & Io. de Ana. in c. maritis. col. 2. de adult. Sed Abb. in d. c. præterea colum. 2. in princ. addit ad Bar. ꝙ dicat uerum, deprehẽſis uiro & muliere in actibus ueneri propinquis. idem Abb. in c. tertio loco. col. fi. de præſump. col. fi. reſtringit Bar. ſed Decius in c. cum non ab homine. col. 5. nu. 13. de iudi. niſa cõtrarietate Bar. & Abb. ſaluat Bart. qñ mulier eſſet ſubiectum facile, ad permittendum ſe carnaliter cognoſci ut exiſtit d. Catherina, quæ ita pro tali habet, & maxime, quia do. Nicolaus finxit, quòd ipſa domina eſſet uocata a domina ſua amita uxore Nicolai. cõfirmo prędicta per ea quę in ſimili materia latè dixi. alleg. 162. nu. 2. et dicit Bal. in
* c. tuæ de procur. cuius dictum * communiter approbant docto. in rubri. de iudi. in 1. q. & ibi Deci. col. 2. & 3. ꝙ ſicut mulier priuatur dote propter adulterium. c. plerunq;
8 de dona. int. ui. & uxor. † Ita pariter ſi inuenta fuerit cum uiro amplexante eam, & qui manus poſuerit ad mamillas: & ex his actib. & doctrinis uerificatur depoſitio Chriſtofori barbitonſoris, qui atteſtatur de omnibus requiſitis per Bar. Bald. Abb. & alios, quem recitaui ſupra, qui etiam fecit iudicium de copula, iuxta iuris & docto-
9 rum diſpoſitionem, † & dicit glo. in l. quod ait. ff. de adulte. in uerſicu. in ipſis rebus, quòd res Veneris ſunt antecedẽtia ipſum ſcelus, uidelicet colloquia, locus aptus, baſia, & tactus. & allegat dictum Mar. Tul. in Topicis, uiſus & colloquium, tactus, poſt oſcula, ſactum. Per quæ dicit ibi Bart. quòd ſi in ciuitate ſtatutum extat quòd liceat uiro occidere adulterum deprehenſum cum uxore ſua, certè intelligitur deprehenſus ſi fuit repertus cum uxore in camera in huiuſmodi rebus ueneris, quia per iſta probatur adulterium. Idem Bart. in l. capite quinto. in principio. ff. eo. Quærit quę ſunt ſufficientes probationes adulterij, allegat illam glo. quam approbat quòd ſit inuentus in rebus Veneris, in camera cum muliere ſolus uel oſculantem, uel tangentem mulierem, quia huiuſmodi probata ſufficiunt, ad probationem adulterij, ut hac glo. iſta ſunt uerba Barto. Ego noto hanc alternatiuam Bar. cum quo concordat Abb. in d. c. tertio loco colu. 2. in uerſi. unde puto, ubi ex mente & uerbis Bart. dicit hæc
10 uerba formalia. † quòd ſi uir fuiſſet repertus in camera cum muliere ſola, horis ad hoc commodis, ſatis ſufficeret ad probationem delicti, ſed hoc requiſitum, apparet probatum per Franciſcum Fadonũ & Ioannam, ut deduxi ſupra. ¶ Subdit Abb. uel ipſam deoſculantem uel tangentem, uel in ſimilibus actibus propinquis, alias ſecus. Et iſta alternatiua probatur per dictum Chriſtofori Barbitonſoris, qui deponit ſe uidiſſe D. Nicolaum ſolum

cum

cum ipſa D.Catherina in una & eadem camera hora ad
hæc commoda, amplexantem & illam deoſculantem, &
ponentem manus ad mamillas, ergo &c. ¶ Nec iſta al-
ternatiua, Bar.& Abb. debet iungi cum primo dicto eorũ-
dem, docto. de inuento in camera, propter uerbum, ſuffice
rent, quo utuntur Bar.& Abb. de cuius natura eſt quòd nil
aliud requiratur ſecundum gl. in uer. cathedraliũ, in prin.
in c. ſtatutum in prin. de reſcri. lib. 6.& idem probatur per
tex. in d.c.3. loco, quem notat Abb. colu. 1. in 5. notabili,
ubi dicit, nota tex. quòd ex loci ſolitudine & diuerſitate
ſexuum inducitur præſumptio fornicationis, quæ ſunt no
11 tanda. ¶ Poteſt etiam dici † quod ambo ſoli fuerunt in
uenti & niſi cameram illam ingredi: & de illa poſt certũ
tempus egredi, unus poſt alterum, & ipſa domina Cathe-
rina cum rubore faciei, & crine ſoluto, ſeu ſcapigliata &
trauagliata, eos, inuĕtos in rebus Veneris, ſeu propinquis
ad ipſam Venerem, quæ quidem ſigna, & ſtatus ipſius do-
minæ, arguunt copulam præſumptam à iure ut notanter
declarat Abb. in d.c. præterea col. 1. in fi. in 1. quæſtione &
Bar. in d.l. ij. §. fi. de adul. dum dicunt, quòd hæc probatio
præſumptæ copulæ ſufficit. & ex prædictis ipſa Ioanna
cõteſtis in ſuo loco, facit iudicium de copula inter eos
ſequuta. Nec alia coniectura poteſt ſumi, quæ ſit uerosimi
lis, niſi uelimus præſumere inimicitiam eſſe ortam inter
ipſos D.Catherinam & Nicolaum poſt ingreſſum came-
ræ & ipſum inde dictā dominam uerberaſſe, quod nemo
12 ſani capitis diceret. ¶ † Et præallegare deciſiones docto
rum, & atteſtationes probant impedimentum affinitatis,
etiam ad effectum diſſoluendi matrimonium poſt contra
ctũ per Iulium cum ipſa domina. ita poſt Io. Andre. tenet
Abb. in d.c. præterea col. fina. per illum tex.& Feli. ibi col.
2. in prin. qui atteſtatur omnes doctores ita tenere.
¶ Confirmo prædicta per doctri. Abb. in d.c. litteris in 2.
13 notabili per illum text. cum glo. 2. qui dicit. † quod ubi
actus non poteſt directè probari per ſenſum ſufficit te-
ſtes deponere ſuper actibus propinquis, dum tamen adij
ciant ſe credere ita eſſe. & Abb. notat hunc caſum, in quo
ualet teſtimonium de credulitate, quando eſt conuictum
actibus propinquis rei probandæ, ut in quæſtione noſtra
deponunt teſtes infraſcripti. Idem dicit Abb. in d.c.3. lo-
14 co col. 2. in prin. † ubi dicit, quòd credulitas teſtium ad
copulam ex præparatorijs ad uenerem, facit adminiculũ.
¶ Sed de iſta credulitate & indicio deponit Ioanna quin
ta teſtis fol. 45. tergo, & Boninſegna nonus fol. 109.& Chri
ſtoforus Barberius tertius fol. 126. ¶ Confirmo prædicta
quia quando ageretur de diſſoluendo matrimonio pro-
pter impedimentum conſanguinitatis, illud debeat per
teſtes omni exceptione maiores, & concludenter probari
c. uidetur qui ma. accu. po. c. 1. de conſan. & affi. c. licèt ex
quadam de teſti. Secus eſt ubi agitur de impedimento
15 clandeſtino. † Puta de affinitate, ex illicita copula, con-
tracta, ſufficit enim probatio famæ cum confeſsione alte
rius, puta mulieris fatentis copulam illicitam, ad diſſol-
uendum, cum alijs adminculis. Hanc diſtinctionem facit
Abb. in c. ſuper eo. col. 2. de eo qui co. con. ante medium,
in uerſ. ſed cum hodie, quando allegat. d.c. licèt ex quadã.
Ita notanter tenet Præpo. Alexandri. in d.c. col. penul. cir
ca fi. in uerſi. aut mulier allegat turpitudinem, ubi conclu
dit, quòd confeſsio mulieris de copula cum fama & alijs
adminiculis, potens eſt ad diſſoluendum matrimonium,
ſed in quæſtione noſtra D.Catherina confeſſa fuit, copu-
lam dominæ Viridi fol. 73.& 74.& Hieronymo detto Za-
16 netto fol. 54. † Nec nocet ſingularitas ipſorum teſtium,
de confeſsione probanda, ut probat Paul. de Ca. in conſi.
304. col. 2. circa fin. incipit iudex eſt miniſter iuſtitiæ. Et
Alex. in d. conſi. 53. In caſu uertente. col. fi. lib. 1. cum ſimi.
ut ibi per eum & per Pariſ. in d. conſi. 57. Et Maria. in d.
conſi. 99. lib. 2. ubi dicunt, quòd non nocet ſingularitas te
ſtium in probanda confeſsione. ¶ Concurrit etiam fa-
ma legitimè probata de huiuſmodi copula, & alia quam
plura indicia & argumenta de quibus dixi ſupra referen-
do dicta teſtium, unde ſequitur, quòd ex hoc ſolo capite,
probatum ſit impedimentum. ¶ Accedit ad hoc quia
17 licèt in criminalibus † fama cum uno teſte non probet
delictũ, niſi cõcurrat aliud indicium, ut per Abb. & Fel.
in c. ueniens, el 1. fol. 2. in 1. fallen. tertiæ concluſionis de
teſti. & per Abb. & modernos in c. 1. fol. ult. de appe. cum
ſimi. idem dicendum in quæſtione noſtra, ut per unum te-
ſtem de ueritate copulæ de qua depouit domina Viridia
cum fama, & alijs indicijs, perfecta ſit probatio, etiam ſi
cauſa huiuſmodi diſſolutionis, eſſet æquiparanda crimi-
nali, ut arguit Alex. in conſi. 143. quĩ abunde col. 2. lib. 2.
cum ſimi. ut per Deci. in conſi. 310. col. 1.& 2. lib. 2.
¶ Quòd modo ſit probata fama de copula, conſtat ex di-
18 ctis plurium teſtium, ſaltem numero decem: † cum tamẽ
per duos teſtes probetur, ut in terminis ad probandam
copulam, tenet Abb. in d.c.3. loco col. 1. in 7. notabili per
illum tex.& ibi Feli. col. 4. ſiue teneatur opinio Bar. in l. de
minore. §. ſi plurium col. 5. §. ſis ergo cautus. ff. de quæſtio
ſiue Salice. in l. ea quidem in articulo de fama col. 7. q. 8.
C. de accu. quam latè tenet & defendit Deci. in cõſi. 272.
col. 3. lib. 2. quæ opinio propter eius æquitatem ſeruatur
in Rom. curia. contra Bar. ut atteſtatur Caſſa. deciſ. 3. de
prob. col. 2. nu. 7.& 8. circa finem. Alio etiam modo pro
bata eſt fama per dictum Bal. in auth. quòd locum, ad fi.
19 C. de colla. ubi dicit † quòd eo ipſo quòd decem teſtes cõ
corditer deponunt de fama alicuius rei, uel de aliquo de-
licto, uel facto, quòd faciunt illud notorium, quia decem
homines faciunt populum. & ſequitur Feli. in c. cum opor
tet col. 9. de accu. cum ſimi. ut latè tradit Bart. Soci. conſi.
54. Viſis, col. pen. nu. 18. lib. 3. ubi dicit & probat, quòd de
cem qui deponunt in ciuitate de fama probant illam, li-
cèt non ſeruetur doctr. Bar. ac ſi duo teſtes deponerent de
fama cum omnibus requiſitis. per Bar. in d. §. ſi plurium,
de qua latè ſcribit Fel. in c. ueniens el 1. col. 8. in 5. conclu
ſione de teſti. Nam iſte numerus ſupplet defectum licèt
deponãt informiter de fama. quibus addo Alex. in apoſt.
ad Bart. in d. §. ſi plurium cum ſimi. ut per Pariſ. in conſi.
20 67. nu. 26. lib. 13. qui ſequitur hãc partem. ¶ † Accedit ad
hoc quia quando infamia de delicto eſt ita publica & cla
moſa per ciuitatem, prout in quæſtione noſtra de copula
non indiget aliqua alia ſolenni probatione, ſicut dicitur
de notorio facti permanentis. c. euidentia de accuſa. c. ad
noſtram el 3. de in iur. ita tenent Abb. & Philip. in c. quia
nos, per illum tex. in 1. notabili de appel. quæ eſt ſingula-
ris limitatio ad materiam de fama, ut dicunt ibi docto.
¶ Rurſus ad idem moueor, quia in his in quibus diffici-
21 lis eſt probatio † prout in copula, quæ fit ſecreto, proba-
tio famæ cum aliquibus adminiculis facit plenam pro-
bationem. Alex. poſt D. Anto.& alios in conſi. 24. col. 6.
in fi. nu. 6. lib. 2. cum pluribus alijs per Maria. Socin. in d
conſi. 99. col. 5. nu. 29.& 30. lib. 2. ubi in terminis de copu-
la multa dicit, quæ ſunt notanda. & de contractu ſimula
to qui fit ocultè, quia probatur per coniecturas & teſtes
ſingulares, ut tenet Paul. de Ca. conſi. 280. Viſo proceſſu
col. 2.& Maria Soci. in d. conſi. col. 4. nu. 24.& 25. ubi etiã
probat quòd fama probata iungitur cum uno teſte depo
nente de ueritate facti, id eſt copulæ, probat eam, ſed in
q. noſtra probata eſt fama multipliciter & D. Viridis pro
bat carnalem copulam de uiſu, unde ſequitur quod dixi.
¶ Sicut dicitur de matrimonio clandeſtino contracto de
22 nocte † quia probatur per teſtes qui aliàs repellerentur,
ut tenet Alex. in conſi. 156. Viſo col. 4. uerſi. poſſet etiam
reſponderi lib. 5.& in conſi. 111. Viſis in fin. lib. 2.& Deci.
in conſi. 163. col. 7. in princ. in uerſi. quarto poteſt lib. 1.
Teſtes uero qui deponunt de fama ſunt infraſcripti.
¶ Franciſcus primus teſtis, & Ioanna quinta, Do. Gaſpar
quartus, fo. 39. 40. D. Hieronymus ſextus fo. 54. D. Viridis
ſeptima, Zenobaldus octaus fo. 95. 96. Boninſegna nonus
fo. 108. D. Cignus undecimus fol. 146.& ſequen. Domini-
cus molendinarius duodecimus fo. 149.& 150. Vincen-
tius Viſmaria. 13. fo. 158.& ſequen. Franciſcus de ſtigis
decimusquartus fo. 172. Frãciſcus de garzetis. 15. fol. 181.
¶ Et quia opponitur de ſingularitate teſtiũ circa proba-
tionem copulæ, huic rationi reſpondetur, primo quia ceſ-
ſat in probatione copulæ præſumptæ, quæ colligitur ex
depoſitione Franciſci & Ioannæ, qui ſunt conteſtes, quan-
do uiderunt ſolum cũm ſola in camera intrãtem, & exeũ
tem,

tem, ut dictum eſt ſupra. Item non nocet ſingularitas in copula, de qua deponit domina Viridis, quæ facit ſemiplenam probationem. ex quo deponit de facto principa-
23 li, ut dixi ſupra. †Tertio reſpondetur quòd copula carnalis probatur per teſtes ſingulares quando principaliter deducitur impedimentum affinitatis ad dirimendũ matrimonium cauſatæ ex illicita copula, prout in quæſtione noſtra deductum fuit, ut conſtat ex monitorio Reuerendiſsimi legati anteiudiciali, & ea tenore libelli Do. Catherinæ ut latiſsimè per plura iura, rationes, & authoritates deducit & probat Maria. Soci. iu. in d. conſi. 99. Viſo themate. col. 2. & ſequen. nu. 7. 8. & 9. & pluribus ſeque. uſque ad num. 72. per totam primam quæſtionem lib. 2. ubi eſt legendum, ex quo habentur præ manibus, & genera-
24 liter etiam probat, † quòd ad probandum actum in genere qui habet in ſe tractum ſucceſsiuum & reiterabilem probatur per teſtes ſingulares diuerſorum actuum & tẽporum. ¶ Et licèt ſit quæſtio diſputabilis propter uarias doctorum opi. Tamen pro affirmatiua ſtat communis opinio glo. & doctorum ut atteſtatur de cõmuni Cor. Peru. conſi. 134. teperio. col. 2. per totum lib. 1. ubi etiam tenet poſt Imol. hanc partem in practica ſeruari propter authoritatem gl. Accurſij. Bar. Spe. & Innoc. & ita etiam atteſtatur Maria. in d. conſi. 99. nu. 8. & 9. colu. 2. A qua in iudicando & conſulendo non eſt recedendum ſecundum docto. in c. 1. ſol. ult. de conſti. cum ſimi. idem tenet Pariſ. ubi quàmplures alios allegat in conſi. 57. & ſi ad exhibendum, col. antepe. & pen. lib. 1. & Zaſ. in conſi. 1. col. 3. o. 8. 9. 10. quæ ſunt legenda & bene conſideranda, ex quo decidunt quæſtionem noſtram, & remouent omnia contraria quæ ſunt ex aduerſo. ¶ Non obſtat quòd D. Catherina in libello ſuo deduxerit copulam huiuſmodi interueniſſe de anno. 1540. & teſtes uideãtur deponere de anno 1537. 39. quia reſpõdetur, quòd obiectum tollitur per deducta in articulis dictæ dominæ quarto & 13. in quibus dicitur quod interuenit de anno 1537. 39. & 40. & prout per teſtes liquidabitur. ¶ Confirmo iam dicta de ſingularitate teſtium, in probanda copula ut iungatur ſimul ad fa-
25 ciendam plenam probationem † ut tenet expreſſe glo. mag. in fi. in d. c. præterea de teſti. cum qua concordant docto. quæ decidit in terminis hanc difficultatem per illum tex. qui plura adminicula & famam iungit ad probandam copulam concludenter etiam ad effectum diſſoluendi matrimonium, ſecundum Io. Andr. & omnes doct. in d. c. cum ſimi. ut dicit Feli. ibi col. 2. in prin. & per Deci. in conſi. 577. Viſo col. 3. nu. 12. lib. 3. ubi in terminis loquitur de copula probanda per leuiores probationes, & per familiares, quæ etiam ſi ſint imperfectæ debent tamẽ cõiungi cum ſimi. ut per Pariſ. in conſi. 170. col. 2. in fi. uerſ. quibus ex actibus nu. 13. lib. 4. idem Pariſ. in d. conſi. 57. col. 4. & 5. nu. 27. 28. 29. 30. & col. pen. per totam, maximè nu. 48. & 49. lib. 1. ubi notanter deducit pro cauſa iuſta cõſideranda per iudicem, ut non obſtet ſingularitas teſtium in huiuſmodi probatione. & allegat difficultatem probãdi in actu ſecreto, ut eſt in copula. Et illa ratio, procedit ſpecialiter i q. noſtra, & pro iſta opinione iungẽdi plura indicia ad plenam probationem, ſtat opinio Bar. in d. l. admonendi, quam latè deducit & probat D. Iaſ. in repe. nu. 257. ubi atteſtatur hanc partem eſſe communem & loquitur etiam in terminis probandæ copulæ, quando allegat d. c. præterea quod loquitur de copula, qui concordat cum gl. ibi ut dixi ſupra. ¶ Quod modo in quæſtione noſtra concurrant plures probationes, præſumptiones, & indicia ad probandam copulam, oſtendo ea infraſcriptis. ¶ Prima probatio apparet per Franciſcum primum teſtem, ut in proceſſu teſtium fo. 10. tergo 11. & 13. & per Ioannem conteſtem fo. 42. & 43. Quando uiderũt D. Nicolaum & Catherinam ſolos in eadem camera clauſa ingredi. & egredi & ipſa domina in ſtatu præludiorum ad ipſam Venerem ut dixi ſupra. Secundum indicium probatur per Helenam ſecundam teſtem quæ ſæpius uidit Nicolum & Catherinam ſolos in camera clauſa aliquando ad Iudaicam Venetijs ſo. 17. tergo & 22. & 23. Tertia præſumptio probatur per Nicoloſam tertiã teſtem, quæ dicit ſe uidiſſe ſæpius Nicolaum deoſculantem Catherinam luxurioſè Venetijs apud columnas de ca Barbaro in loco idoneo ad uenerem fol. 26. & 30. tergo cum brachijs ad collum dictæ dominæ. Quarta probatio de copula fit per Viridem de Verona ſeptimam teſtem, de uiſu copulæ in domo Nicolai Veronæ fol. 72. 73. Quinta probatio de oſculo ut deponit Boninſegna teſtis nonus ſo. 107. tergo. Sexta probatio de oſculo & amplexu, & de manibus ad mamillas probat Chriſtophorus barbitonſor fo. 124. qui arguit ex huiuſmodi præparatorijs ad copulam fo. 126. Septima probatio de copula probatur per famam, ex quo de illa deponunt decem teſtes etiam ſi non adducant rationem nec originem famę, nec nominent teſtes a quibus audiuerunt. Ita conſuluit poſt Bal. Feli. & alios, Bart. Soci. in conſ. 54. Viſis teſtibus. col. pen. lib. 3. nu. 18. Octauum indicium pro copula, probatur per teſts qui dixerũt ſe credere ex prædictis præparatorijs ad Venerem deuentum eſſe ad copulam. ita tenet Abb. in c. in litteris in 2. notabili iuncta gl. 2. de præſum. ita infert Ioanna in ſuo dicto fo. 43. tergo. & Nicoloſa tertia teſtis de oſculo luxurioſo fo. 29. Idẽ Boninſegna nonus teſtis fo. 109. & Chriſtophorus Barberius fo. 126. Idem tenet Abb. in d. c. 3. loco col. 2. in prin. de præſum. ubi dicit quòd credulitas teſtium facit adminiculũ ad copulam. Nonum indicium, quia D. Nicolaus ut deciperet ipſam dominã, miſit ad eam uocãdum ſub falſo nomine uxoris ſuæ, amitæ ipſius dominæ, cum tamen non eſſet ibi ipſa D. Lucretia ut dicunt teſtes & ipſa Catherina ex quo arguitur dolus quo uoluit ipſam habere ſolam in domo ſine amita, ut eam carnaliter cognoſceret. Decimum indicium inſurgit ex confeſsione copulæ facta p D. Catherinam in præſentia Hieronymi detto Zanetto ſutoris, teſtis 6. ut ipſe dixit fol. 54. de qua etiam deponit d. Viridis ſeptima teſtis fol. 73. 74. ¶ Non obſtat ſi opponatur dicto Ioannæ, quòd in primo coram ſeculari dixerit quòd dum Catherina & Nicolaus ſtarent in camera ſoli ipſa ſtetit in coquina: & in foro eccleſiaſtico dicat, quòd ſtetit pro parte temporis in ſala, quia nulla adeſt contrarietas quæ non poſsit recte ſaluari, iux. tex. & ibi notata, in c. cũ tu de teſti. ¶ Nec iſta prætenſa contrarietas obſtat teſti in ſuo dicto principali, quin uterque uiderit Nicolaum conduxiſſe Catherinam per manus in dicta camera, & quin uiderint Catherinam prius exire thalamum cum rubore, & ſparſis crinibus, & quin ipſa potuerit conſiderare ſpacium temporis, quo ſteterint in thalamo: nã ſatis eſt quòd teſtes concordent in facto principali licèt diſcordent in narratiuis accidentalibus, ut ſtatim dicet. ¶ Nec obſtat aliud quòd Ioanna negauerit potuiſſe uidere an hoſtium cameræ eſſet clauſum uel apertum, quia ipſe hoc non dicit ſimpliciter, dicit enim, io non lo ſo, ſe foſſe aperto o ſerato, per che ſtando doue era non lo potea uedere ne mi curai d'auicinarmi alla detta camera, ut in proceſſu teſtium ſol. 53. in prin. ¶ Non obſtat contrarietas quòd Franciſcus dicat quòd Ioanna iuit in cameram ad aptandum caput Catherinæ & quòd Ioanna in utroque dicto hoc negat, quia hoc eſt falſum. nam ipſa in foro eccleſiaſtico dicit che mad. Catherina uſsite da camera tutta ſcapigliata, e la chiamo che andaſſe a conzargli'il capo, e coſsi li conzo aſentata in ſala. ¶ Non obſtat alia contrarietas Franciſci quòd in primo dicto coram ſeculari Catherina iuerit domum D. Lucretiæ, & in camera, era al principio del freddo, ſed coram eccleſiaſtico dice che era de eſtate ſol. 12. quia reſpondetur quòd in primo coram ſeculari in proceſſu magno actorũ fo. 243. tergo non dicit ita ſimpliciter prout refertur, ſed dicit anchor che io non ſappia dechiarire il piu uero tempo, & ſic non ſe firmat. Secunda ſolutio quia iſta contrarietas poteſt ſaluari nel principio del freddo in fine de l'eſtate, ut puta de Septembris uel circa. ¶ Non obſtat oppoſitio de chirographo in tempore quo Ioanna concordauit cum D. Catherina pro domicella, quia potuit Ioanna ſteciſſe cum D. Catherina, ante inſtrumentum concordiæ, & aſſociaſſe Catherinam ad domum Lucretiæ, in qua ſtabat Nicolaus eius maritus. Item quia potuit iuiſſe Ioãna

cum

cum Catherina ad domum illam poſt illud chirographũ,
& ſic de menſe Martij anni. 1558. quia teſtes nec factum
repugnant. ¶ Non obſtat alia oppoſitio quòd iſti teſtes
ſunt uarij & cõtrarij circa circunſtantias non neceſſarias
ad factum, ſiue circa extranea, & ideo diminuitur illis fi-
des, ut poſt gl. & Spe. not. Alex. conſ. 155. col. 5. & 154. col.
2. lib. 5. quia loquuntur illi, quando teſtes bonis rationi-
bus ſunt ſuſpecti de falſo, quia tunc ſunt interrogandi cir
ca circumſtantias, & ita loquitur Alex. & alij. ſed nego
hoc ſubiectum in quæſtione noſtra, cum ſint per teſtes cõ-
probati eſſe bonorum nominis, conditionis, & famæ, & di
26 cit Alex. conſi. 88. col. 5. nu. 8. lib. 5. † quòd teſtis falſus cir
ca accidentalia & extrinſeca, non neceſſaria, ad factum,
non reprobatur in facto principali, & dicit hanc eſſe cõ-
munem opinionem ubi multos allegat. Et quòd diſcor
27 dia teſtium, in narratiuis, & accidentalibus † non noceat
eſt gl. in c. pen. in uerſi. inſtantia per illum tex. de conuen.
coniu. & in c. cum eccleſiæ in uerſi. uacillaſſe de cau. poſſ.
& per Alex. conſi. 47. abunde colu. 2. lib. 2. & in conſi. 53.
col. pen. num. 5. lib. 1. ¶ Præterea ſecundum communes
28 opiniones doctorum † magis ſunt ſuſpecti teſtes qui con
cordant in omnibus & conſonant in eundem ſermonem,
etiam circa accidentalia & circunſtantias, quàm illi qui
in huiuſmodi diſcrepant, dummodo concordent circa ne
gocium principale & alia neceſſaria. Ita probatur in l. ij.
poſt principium. ff. de teſti. & Io. Andre. Hoſtien. D. Ant. &
Abb. in cap. nihil obſt. de uerb. ſigni. immo D. Ant. ibi &
Abb. in fi. dicũt, teſtem, qui ſe remittit ad dictum alterius
teſtis, qui primo depoſuit, non extendendo ſuum dictum,
non probare, ex quo deponit per eundem præmeditatum
ſermonem, & hoc modo tolluntur omnes huiuſmodi op-
poſitiones quę poſſent dari ex aduerſo contra teſtes D. Ca
therinæ, & concordat Alex. in d. conſi. abundè colu. 2. ubi
atteſtatur de cõi. ¶ Tolluntur etiam omnes oppoſitiones
quæ ſunt factæ ex aduerſo, ex quo teſtes Dom. Catheri-
næ ſunt comprobati per ſex teſtes ſuper articulis compro
batorijs, pro parte dominæ Catherinæ examinatos ut pa
cet ex eorum dictis. Et generaliter tolluntur quia D. Iu
lius ex aduerſo querelauit omnes teſtes de falſo ad officiũ
aduocariæ, contra quos magnificus q. Laurentius Conta
renus eques & aduocator introduxit querelam ad officiũ
ſeu conſilium de 40. criminale die 30. Iulij 1552. cum plu
ribus oppoſitionibus, ut obtineret quòd poſſent procla-
mari ad carceres, & contra eos procedi, & diſputata ma-
teria pars propoſita per eum, non fuit capta. Ex quibus
ceſſant omnes oppoſitiones, quas contra teſtes oppoſue-
rat præfatus aduerſarius longo apparatu uerborũ, in pro
ceſſu tam in foro eccleſiaſtico quàm ſeculari, quinimmo
ipſe D. Iulius arguitur quòd fuit productor falſorum te-
ſtium, quia ſubornauit quandam Luciam quæ depoſuit
falſum ad eius inſtantiam contra D. Catherinam, prout
ipſa Lucia querelata de falſo de plano conſtituta in offi-
cio aduocariæ, confeſſa fuit depoſuiſſe falſum ad inſtan-
tiam dicti D. Iulij, & confeſſa fuit contenta in querela cõ
tinere ueritatem ut conſtat ex proceſſu producto coram
iudicibus eccleſiaſticis. & quando uertitur quæſtio ſuper
fœdere matrimonij coram eccleſiaſtico & incidit quęſtio
29 falſi contra teſtes † poteſt adiri etiam iudex laicus, tan-
quam competens. Ita decidit conſ. Cæſ. Neapo. deciſ. 219.
col. 2. nu. 1. poſt Bal. in l. nullum. C. de teſti. & nu. 3. & alia
deciſ. eiuſdem conſi. 229. col. 1. decidit, quod iſta cauſa fal
ſi eſt præiudicialis ad cauſam ciuilem, quando ius totius
cauſæ conſiſtit in teſtibus accuſatis, maximè quando eſt
producta etiam contra partem producentem ipſos teſtes,
ut in quæſtione noſtra. Secus ſi ius totius cauſæ non pen
det a quæſtione falſi, quia non ſuſpenditur cognitio ciui-
lis, ſed proceditur ſuper utraque. quæ deciſio concordat
opiniones contrarias, quas latè refert Abb. in conſi. 16.
col. 1. & 3. lib. 2. incipit in præſenti quæſtione. ¶ Vnde ſe
quitur ex prędictis, quòd cum teſtes D. Catherinæ fuerint
abſoluti ab obiectis contra eos per iudicem competentẽ
ſecularem, huiuſmodi exceptio eſt admittenda per iudi-
cem eccleſiaſticum ut eſt caſus in c. fi. de excep. lib. 6. ubi
Gemi. & Philip. Et tanto magis prædicta ſunt uera, ex
quo idem D. Iulius coram iudice eccleſiaſtico R. D. audi-
tore produxit oppoſitiones contra eoſdem teſtes quas
non probauit confiſus quod debeant admitti ad iudiciu
ſeculare criminale ad intricandam, expeditionem impe-
dimenti coram eccleſiaſtico iudicio.

Et ita ut ſupra concluſum fuit, iuris eſſe arbitror, ego
Ioan. Baptiſta Ferrettus, iure conſultus & aduoca-
tus conſiſtorialis, ſaluo &c. in quorum fidem ſub-
ſcripſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Non obſtat ſingularitas teſtium in probanda copula uel aliquo actu in genere deducta in libello & in articulis ſine ſpecificatione temporis & loci.*
*Et ibi multa notanda de ſingularitate teſtium.*
2 *Inter opiniones præualet opinio gl.*
3 *Et eſt communis opinio in his quæ ſiunt ſecreto, modo admittuntur probationes per coniecturas, nec in his nocet teſtium ſingularitas.*
4 *Et in probandis factis habentibus tractum ſucceſſiuum & reiterabilem, non obſtat teſtium ſingularitas.*
5 *Salice. uidetur uarius ſuper illo articulo utrum ſingularitas teſtium noceat in probando actum in genere, putà poſſeſſionis, iuriſdictionis, iuris decimandi, & ſimilium.*
6 *Credulitas teſtium credentium ex actibus propinquis ad Venerē, ſequutam eſſe copulam, dat indicium ad illam probandam.*
7 *Confeſſio mulieris, de copula carnali ſecum habita per talem probata per teſtes, qui audiuerint ipſam confiteri copulam cum fama & alijs adminiculis, eſt potens ad copulam probandam, & ad probandum impedimentum affinitatis ad dirimendum matrimonium.*
8 *Ad probandum matrimonium uel ad dirimendum illud, ualet iſta regula, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*
9 *In probanda copula illicita admittuntur, probationes per familiares & domeſticos, ratione difficilis probationis.*

## CONSILIVM CCCXC.

¶ Pro Nob. domina Catherina. compendium eorum quę
latius extenſa fuerũt in prima & ſecũda informatione.

QVIA audio moueri difficultatem in ſingula-
ritate teſtium ſuper copula examinatorum,
formo punctum quæſtionis, de quo in libello
D. Catherinæ narrãtis quòd D. Nicolaus de
Mapheis doctor. cognouit eam carnaliter in diuerſis lo-
cis Venetijs & Veronæ, non reſtringendo ſe ad certum lo-
cum nec tempus, ſuper qua plures teſtes depoſuerunt, qui
fere omnes ſunt ſingulares reſpectu loci & temporis, ten
dunt tamen omnes ad probandum coitum huiuſmodi in
ſuo genere, prout deducitur per eam: quæritur, nunquid
obſtet ſingularitas. Ego teneo quod non † quia ita deci-
1 dit gl. famoſa in l. ob carmen, in uerſi. aſsiſtit. ff. de teſti.
quæ dicit quòd ad probandum aliquod factum in genere
non limitatum certo tempore, non nocet teſtium ſingula-
ritas, nec diuerſitas locorum & temporum, dummodo de
ponant ſuper facto deducto, ſuper quo eſt quæſtio & non
de loco & tempore non nominatis in libello, & ponit exẽ
pla in probanda poſſeſsione & iuriſdictione & iure deci-
mandi, & alijs ſimilibus, quam Bar. ibi ſequitur pro ualde
notabili dicens eam tenendam, quam tenent doct. ſecun-
dum eum in l. ij. in 4. quæſtione. C. quæ ſit longa conſuetu
do, ubi Cyn. comprobat eam. & cum gl. tenet Innoc. in c.
qualiter el ſecundo col. 1. de accu. & Spec. in tit. de teſte. §.
iam de interrogatorijs col. 5. in uerſi. ſiunt autem. & cla-
rius idem Spe. in tit. de inquiſitione. §. 1. uerſ. quid ſi unus.
col. 4. nu. 5. ubi refert dictam gl. cum omnibus ſuis exem
plis, & atteſtatur Inno Pap. ita tenere in d. c. qualiter, &
Salice. in l. teſtium. q. 9. col. antepe. C. de teſt. affirmat In.
& Spec. tenere cum. d. gl. qui reſpondet ad contraria, n[illegible] m
procedunt quando tempus eſſet de ſuſtantia contractus,
a qua non eſt recedendum in iudicando poſtquam tot
clariſsimi

clariſsimi docto.lumina iuris noſtri, tenent cum ea,ſecũ
dum Iacob.Butri. in l.j. C.qui pro ſua iuriſdictione cum
ſimi.ut per Feli.& Deci.in c.1.ſol.ult.in 2.fallen.de conſt.
& per Iaſ.in l.ut uim colu.7. & 8.num.34.ff.de inſti.& iu.
2 † qui aſſirmant, quòd inter opiniones præualet opinio
gl.& ita Alex.in conſi.147.perſpectis.col.pe.lib.5.& Bal.
in l. hæreditas. C. depoſiti. quòd authoritas glo. omnes
alias antecedit,& in l.fin.§.neceſsitatem.C.de bo. quæ li.
dicit quòd qui adhæret opinioni gl.nunquam errabit,&
in c.contingit de do.& contu.dicit contra Bar.quòd ſom
niabat quando recedebat à gl.& cum gl.in d.l.ob carmẽ,
tenet Barba. in conſi.29. illud affetam.colu.3.lib.1.& in
conſi.25.præclare,col.2.& in conſi.30.colu.8.lib.2.Crot.
in tracta,de teſti.nu.325.uerſi.octaua ſit cõcluſio Caccia
lup.& Cur.iuni.in l.admonendi.nu.60.uerſi.circa doctri
nam Bar.ff.de iur.iu.& eſt communis opinio cum glo.ut
atteſtatur Cor.Peru.in conſi.134.reperio.col.2.lib.1. ubi
etiam atteſtatur hanc partem ſeruari in practica propter
3 authoritatem gl.Bar.Inno.& Spe. † & idem Cor. in conſ.
135.Viſis.col.fi.lib.1.dicit quòd in his quæ fiunt ſecreto
modo admittuntur probationes per cõiecturas,& in his,
non nocet teſtium ſingularitas.cum quibus latè tenet ad-
dendo multa,Pariſ.in conſ.57.col.antepe.incip.a nu.33.
& col.pen.nu.43.uſque ad nu.50.lib.1. ubi uidendum, ſi
placet,quia notabiliter loquitur.& quod iſta opinio glo.
ſit communis,atteſtatur Maria.Soci.in d.conſi.99. col.2.
nu.8.9.lib.2. ubi format punctum quæſtionis noſtræ . &
latè probat, quòd cũ in quæſtione huiuſmodi agatur de
probando coitu in genere qui eſt reiterabilis & ſemper in
eodem ſubiecto,ſingularitas teſtium reſpectu temporis &
loci non nocet, ſed eſt adminiculatiua ad probandum,
quia dicta eorum coniunguntur, attento quòd actus tẽ-
dentes ad copulam, ſunt eiuſdem ſpeciei . Idem tenent
Ang.& Imol.in l.ex facto.§.item quæro.ff.de uul. & pup.
cum ſimi.ut per Deci.in c.licèt cauſam col.6.uerſi. tertio
ſingularitas de proba.ubi inter alios allegat Alex. in cõſ.
72.inſpecto.colu.2.lib.1.& in conſi.92.Viſo.colu.5.lib.5.
cui Addo eundem Alexan.qui tenet cum communi gl. in
conſi.10.col.2.lib.6.& in conſi.117.Viſo col.2. in fi. lib.
2.& Alex.in d.conſi.92.col.5.uerſi.nec obſtat,atteſtatur,
quòd Inno.& docto.in d. c.qualiter,& in c.licèt ex quadã
de teſti.concordant cum d. glo. ubi allegat quamplures
pro hac parte . Noto uerba Alex.generalia,quòd docto-
res ita tenent,& Petr.de Ancha.in conſi.266.colu.2. dicit
4 † quòd in probandis factis habentibus tractum ſucceſsi
uum & reiterabilem,non nocet ſingularitas, & ſequitur
Hyppo.Bono.in conſi.5.in cauſa Ioannis. colu.2. & hanc
partem ſequendam reſolutè loquendo,tenet Zaſi. in cõſi.
1.col.2.ubi legendum.& licèt Alex.in conſi.100.col.ante
pen.lib.1.& in conſi.174.col.3.lib.2.& in conſi.3. col.pe.
& fina.lib.4.teneat contrariam opionem tanquam uerio
rem. & idem Deci.in d.c.licèt cauſam col.6.nihilominus
non eſt recedendum in iudicando & conſulendo ab opi-
nione gl.in d.l.ob carmen aſſociata auctoritate Bar.Inn.
& Spe.& à communi opinione doctorum in lecturis, & in
conſilijs,qui atteſtantur de communi opinione , quæ etiã
colligitur ex numero doctorum, & quæ practicatur ut ait
Corn.in d.conſi.134. ¶ Verum quia D.Nicolaus,in ſe-
cunda informatione contra iam dictam opi.allegat Sali-
5 ce.in d.l.teſtium.9.quæſtione 1 † reſpondeo quod Sali. eſt
ſibi contrarius : nam in l.quicunque.C.de hæret.tenet cõ
trarium cum gl.quem pro illa parte refert Deci. in d.cap.
licèt cauſam : ſed contrarius ſibi non eſt audiendus.l. qui
falſa.ff.de falſis.c.in noſtra de teſti.c.fina.de iu.iur. lib.6.
Præterea Salic.non tenet contra gl.niſi quando teſtes eſ-
ſent ſingulares,quia deponerent de diuerſis ſpeciebus re-
rum,& iuriſdictionum,ſecus ſi deponerẽt de rebus & acti
bus eiuſdem generis ſeu ſpeciei , quia hoc cauſa tenet cũ
gl.ponendo exempla ut ibi per eum,& in hoc probat con
cluſionẽ de copula,in qua oẽs teſtes deponunt de eodẽ fa
cto,& de eodẽ ſubiecto coitus ꝑ diuerſos actus & ſigna &
præparatoria ad actũ Veneris.allegat etiam Alex.in conſ.
128.lib.3.quod non reperitur in hoc numero . Allegat ẽt
eundem in conſi.94.lib.6.qui loquitur de contractu tran-
ſactionis non reiterabili, quia perficitur momento , & in
hoc ſingularitas nocet ut dicunt omnes in materia ſingu
laritatis. ¶ Non obſtat,dum dicit, quod in caſu Soci.ad
erant duo conteſtes,quia negatur hoc dictum: nam in ca
ſu Soci.erant duo teſtes ſingulares,& ſuper quibus & alijs.
ſingularibus ipſe conſuluit in terminis quæſtionis noſtrę
quòd non noceat,ut latè per eum in d.conſi.99.lib.2.
¶ Non obſtat dum conſiderat abſentiam ſuam à præſen-
tia.D.Catherinæ : quia iſta negatur.nam D. Nicolaus ali
quando dum eſſet Venetijs uoluit habere dominam Ca-
therinam apud ſe . Idem dum eſſet Veronæ,& his tempo-
ribus cognouerunt ſe carnaliter ad inuicem,ut probatum
fuit per teſtes . ¶ Præterea in quæſtione noſtra ceſſat ſin
gularitas, quia Fadonus primus & Ioanna.5. teſtes , ſunt
conteſtes ad primam ſpeciem probationis copulæ.quan-
do uiderunt ſolos intrantes thalamum , & ſic exeuntes,&
in ea ſtantes pro ſpacium horarum &c.in ſtatu in quo do
mina Catherina &c.exiuit,de camera. ¶ Adeſt etiam d.
Viridis unica teſtis,quæ deponit de uiſu copulæ , quæ ꝓ-
bat eam ſemiplenè ſecundum Bart. & alios in d.l.admo-
nendi.ff.de iu.iur.Abbatem & alios in c.fi.de ſucc.ab int.
nam ipſa non utitur iure ſingularitatis , ut minus probet
uno teſte,cum ſibi nemo detrahat ſua dimidia ratione cõ
trarietatis ſeu repugnantiæ,cum alijs teſtibus ſingulari-
bus,& latè probat Pariſ.in d.conſi.57.col.3.in fi. nu.22.
Et iſti tres teſtes , ſicut omnes alij ſunt ſine exceptione .
quia nihil illis obijci poteſt,prout in forma ſic arguit gl.
* celebrata per * omnes,in c.1.in uerſi.ſine exceptione , de
conſan.& affin.ſtante abſolutoria ſententia per dominos
clariſsimos de quadraginta ab obiectis criminib. de fal-
ſo & corruptione, & prætenſis contrarietatibus . Nec a-
liunde uideo,nec ſentio aduerſa,contra eos obijci poſſe.
¶ Ex hoc ſtat illæſa fama celebrata & decantata per totã
ciuitatem Veronę,& extra,per loca uicina.apud bonos &
graues etiam nobiles & uiros graduatos, quæ habuit ori
ginem a diuulgata copula in uicinia per uarios actus in-
ſurgentes ab ipſo D.Nicolao,& acceſſus eius ad domum
&c.ad pulcherimam & nobilem dominam,& facilem &c.
& ab amplexibus & oſculis eorum,quæ uiſa fuerunt per
teſtes Venetijs & Veronæ,quæ fama facit aliam ſemiple-
nam probationem,etiam ſi eſſet tãtum probata per duos
* teſtes,ſecundum * omnes docto.nedum per decem, ut in
quæſtione præſenti. ¶ Subſiſtit depoſitio Nicoloſæ ter-
tiæ teſtis de oſculis & amplexibus luxurioſis apud colum
nas de ca Barbaro , ſimiliter Helenæ ſecundæ teſtis , quæ
ſæpius uidit ambos clauſos ſolos i camera in domo apud
Iudaicam : & dictum Chriſtophori Barberij de baſijs , &
amplexu, & de manibus poſitis ad mamillas, qui arguit
ad copulam prout iura arguunt ex huiuſmodi præparato
rijs prout faciunt nonnulli alij teſtes Ioanna & Nicolo-
6 ſa.† quæ credulitas dat indicium per c.litteris,de pręſum.
ubi Abb.2.notab.ita arguit. ¶ Non eſt etiam omitten-
da fallacia domini Nicolai qui ſub ficto nomine amitæ
miſit ad uocandum dominam Catherinam ad domum
ut poſtea ipſe eandem introduceret in cameram ſolam,&
eam carnaliter cognoſceret. ¶ Redditur etiam magis
ueroſimilis copula ex confeſsione dominæ Catherinæ fa
cta,Hieronymo Zanetto ſexto teſti,& Viridi ſeptimæ,per
7 quam detexit ſuam turpitudinẽ. † quæ cum fama & alijs
adminiculis,eſt potens ad dirimendum,ut tenet D. Præp.
in c.ſuper eo.col.pe.uerſi.aut agitur de probando impedi
mento affinitatis ex copula,de eo.qu.co.conſan.ux.ſu.qđ
eſt ualde not.quorum teſtium dicta, etiam diſiuncta,cum
fama & aliquo adminiculo,de iam dictis,relata ad iuris
diſpoſitionem,& deciſiones Bar. & Abb. & aliorum quæ
deduxi in informatione prima abunde probãt copulam :
quanto magis coniuncta,quia adminiculantur ſibi ad in
uicem,etiam ſingularia,ut plenè probent coitum etiã ad
8 dirimendum † quia quæ non proſunt ſingula multa iu-
uant . Ita arguit in iſta materia gl.magna in fi.in d.c.præ
* terea,ſuper qua doctores * omnes & Bar.in d.l. admonen
di,communiter approbant , & latè Deci. conſi.577. Viſo
9 col.3.nu.12.lib.3.& Pariſ.conſi.170.col.2.in fi.lib.4.† qui
etiam admittunt in huiuſmodi materia probationes per
familiares

familiares & domeſticos ratione difficilia probationis copulæ clandeſtinæ. ut etiam tenent Hoſtien. & Abb. in d.c. præterea iu fi. & Pariſ. d.conſi. 57. colu. 4. & 5. lib. 1. & Iaſon in d.l. admouendi nu. 257. ubi atteſtatur hanc par-
* tem eſſe * communem, ubi allegat d.c. præterea & Deci. iu d.conſi. loquitur in terminis in probanda copula, & concordat Alex. de teſtibus familiaribus, in conſi. 156. col. 3. nu. 4. lib. 5. & Deci. conſi. 163. col. 7. in princip. uerſ. 4. poteſt lib. 1. & beuefaciunt. l. ex conſenſu. in fi. C. de tepud. & c. ueniens. 2. in fi. de teſti.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſt examinatos teſtes & publicatos nulliter etiam ſi pars producens didicit dicta eorum, poterit eoſdem uel alios teſtes de nouo examinari facere ſecundum unam opi.*

2 *Quinimmo contrarium eſt uerius ſi ad partis inſtantiam fuerint publicatu dicta teſtium nulliter receptorũ et eorum dicta cogni ta, ſecundum aliam & ueriorem opinionem.*

3 *Interlocutoria iudicis per quam publicauit dicta teſtium tranſit in rem iudicatam contra partem, & ſi iudex concedit nouum examen dat materiam appellandi alteri parti.*

4 *De intellectu gl. fi. in fi. in c. cum cauſam de teſti. quod non loquatur, quando pars uiderat & didicerat teſtificata.*

5 *De intellectu deciſ. Rot. in no. 163. quia loquitur duntaxat facta publicatione atteſtationum.*

6 *Deciſ. Rot. in no. 391. non eſt uera de iure in quantum admittit nouum examen poſt didicita teſtificata, etiam ſi ſint nulliter recepta.*

7 *Argumentum a contrario ſenſu alicuius legis, non ualet ad correctionem alterius, nec ſi reſultat ex illo abſurdum.*

8 *Gl. 1. in cle. 2. de teſti. non loquitur niſi de publicatione atteſtationum, non de ipſarum ſcientia.*

9 *Examen teſtium ad perpetuum rei memoriam in terminis c. ſignificauit de teſti. ſi dicta illorum fuerunt didicita per producentem excludit illum ab ulteriori examine ſuper eiſdem. c. propter timorem ſubornationis.*

## CONSILIVM CCCXCI.

PRAESVPPONITVR in facto pro notorio, quòd de anno. 1552 ſub die 22. Aprilis Veronę & iu epiſcopatu per R. Vicat. dictæ curiæ, & ad inſtantiam domini Antonij Gatto, fuerunt extraiudicialiter examinati teſtes decẽ, & forſan plures ſuper morte quon. Zenonis de la Bella, non citato Reuerendiſsimo electo Aquilegien. cuius intereſt, quorum dicta fuerunt publicata ad inſtantiam dicti Antonij, & per eum didicita, nam ipſemet produxit illas atteſtationes coram illuſtriſsimo dominio iu poſſeſſorio, & etiam coram Reu. D. Abbate ſancti Cypriani relatore quibus coram præfatis uſus eſt. quorum dicta ſunt extracta de curia epiſcopatus Veronæ manu Caroli Verugola cancellarij, cum legalitate magnifici poteſtatis Veronæ. Modo idem D. Antonius, intendit coram Reuerendiſsimo legato reproducere eoſdem & alios teſtes, & repeti facere in petitorio.

1 ¶ Dubitatur nunquid hoc ſibi de iure liceat. † & prima facie uidetur dicendum, quod ſic per deciſ. Rot. in nou. 163. & 391. & per gl. fi. in fi. in c. cum cauſam, de teſti. & per tex. in cle. 2. iuncta gl. 1. & 2. de teſti. cum ſimi. ut per Feli. in c. fraternitatis colu. 3. de teſti. & ſequitur Io. de Ligna. iu d. cle. 2. & notatur in l. qui per ſalutem. ff. de iur. iur. ubi Bar. & moder. & ratio adducitur per glo. in d. cle. & per Rot. in d. deciſ. 391. quia depoſitioues quæ non teneut, pro non receptis debent haberi, nec aliquod impedimentum præſtare teſtibus ritè examinandis quamuis ſint publicata & didicita teſtificata, maxime per tex. iu d. cle. 2. per ſenſum contrarium. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, contra-
2 rium puto de iure eſſe uerius † & ita tenet Rot. deciſ. 42. in anti. incip. nota, maxime ſi ad requiſitionẽ partis fuit facta publicatio, prout in quæſtione noſtra, quia ſe ipſum excluſit, propter timorem ſubornationis, ex quo ſciuit dicta teſtium, etiam nulliter examinatorũ, & ita tenent Zẽze. ſuper d. cle. ubi latius proſequitur articulum arguendo primo pro opinione gl. per illum tex. a contrario. quo nõ obſtante, diſtinguit, quòd ſi atteſtationes ſuut publicatæ ad producentis inſtantiam, & didicita teſtificata, ſit ſibi præcluſa uia ob periculum ſubornationis, aut aliter, & tunc non ſit præcluſa, & ita ſaluat iura & rationes contrarias, ſubdens, quòd ſi producens teſtes nulliter & ignoranter, uel ſi publicatio ſit facta ſciente & contradicente parte admittitur noua productio, ex qua non didicit teſtificata. & hanc opi. latè poſt Zenzeli. & Spe. ſequitur & defendit Card. in d. cle. col. 1. in 1. oppo. & ad hoc adducit, ẽe Io. de Fantu. qui refert etiam Io. di Ligna. diſtinxiſſe ut ſupra inter publicationem uerbalem ſine ſciẽtia atteſtatio-
3 num. Idem tenet Car. col. 2. in 2. oppoſitione, † addens, quòd ex quo, facta eſt publicatio de couſenſu partis, & interlocutoria tranſiuit quo ad partem in rem iudicatam & tacitè renuuciauit nouæ productioni: quòd ſi iudex prædictam interlocutoriam reuocaret admittendo partẽ ad nouam productionem teſtium grauaret alterani partem, quæ poſſet ab illo appellare. & hâc partem poſt Rot. 42. in antiq. & Zenzeli. & Car. ſequitur Feli. in d. c. fraternitatis col. 3. in 1. limi. & ponderat timorem ſubornationis, & reſpondet rationi, qua mouetur deciſ. illa 391. uide licèt quòd remoueãtur nullitates examinis, & teſtes alias nulliter examinati, repetant idem, quod prius dixerant quia teſtes repetiti & rite examinati cum interrogatorijs partis aduerſæ non dicent omnino idem quod prius, ſed dicent plenius, ac aliàs magis concludenter, ſeu alias aduerſabuntur prius dictis, & in caſibus huiuſmodi ſtat timor ſubornationis. Nec Reuerendiſsimus Barbaro electus debet excludi ab interrogatorijs, nec pars quæ examinauit nulliter, dolo, & fraude, ut uideret dicta teſtium, debet de fraude & malitia commodum reportare. c. ex tenore, & c. ſuper litteris de reſcri. & his rationibus ut euitetur corruptio & falſitas, iura in teſtibus excluſerunt nouã productionem ſuper eiſdem uel directo contrarijs. quæ rationes non ceſſant in teſtibus non ritè examinatis ſed nulliter. & Feli. inclinat ad hoc. Spe. in titu. de teſte. ut ibi per eum, & D. Anto. iu d. ca. cum cauſam ponderando factum iudicis ſine culpa & defectu partis circa imperfectum examen, quia non nocebit parti circa repetitionem qui non uidit dicta teſtium. Et cum prædictis tenet Boniſa. ſuper d. cle. fol. 3. nu. 116. & 117. qui ponderat ſcientiam atteſtationum ad excluſionem noui examinis in terminis d. cle. & ita per hanc rationem tenet Pariſius in d. c. fraternitatis fol. 5. in undecima limi. nu. 48. & plenius Maria. Soc. in rep. d. c. in 4. articulo principali qui ſequuntur deciſ. illam 42. in antiq. & Car. & Zenzeli eadem ratione timoris ſubornationis. quam rationem uti ueram & meliorem, alia ratione Feli. ſequitur Pariſi. & Boniſa.

¶ Supereſt reſpondere coutrarijs ſupra allegatis, ad aliã
4 partem. Non obſt. gl. fi. in d. c. cum cauſam † quia non loquitur quando eſſent didicita teſtificata per partẽ producentem teſtes nulliter, ſuper qua ſcientia ſtat tota difficultas: nam ſola publicatio atteſtationum, non excludit nouum examen excluſa ſcientia, ut late probat Boniſa. in d. cle. & Card. & alij poſt gl. ibi & in d. c. fraternitatis.
5 ¶ Nou obſt. deciſ. Rot. 163. † quia loquitur de ſola publicatione teſtium non ritè facta, quæ nou excludit productionem nouam ſuper eiſdem articulatis, ſicut nec Zẽzel. & ſequaces, nec deciſ. Rot. 42. quia tota uis cõſiſtit in ſciẽtia atteſtationum, de qua dicta deciſ. 163. nullũ facit uerbum. ¶ Non obſt. alia deciſ. 391. quæ admittit nouum
6 examen, licèt ſint didicita teſtificata † quia male dicit, & reprobatur ut prædixi, & excluditur nouum examen, iuribus & rationibus prædallegatis. ¶ Non obſtat d. cle. 2.
7 † quia non probat opinionẽ aduerſam, niſi per ſenſum cõtrarium, qui nou poteſt ſumi, quando ex illo ſequitur correctio aliorum iurium, & ex illo abſurdum ut in quæſtione noſtra propter timorem ſubornationis & corruptionis ut paſsim dicunt docto. in materia iſtius argumẽti à contrario, & ita reſpondent Zenzeli. & ſequaces. ¶ Nec ob ſt.
8 gl. 1. in d. cle. † quia licèt loquatur de publicatione atteſtationum nulliter, ut non impediat productionem ritè fiendam, & bene dicit, non tamen loquitur quando pars didiciſſet

didiciſſet teſtificata, quia tunc excluditur pars, & ita in ueritate loquitur illa gl. Et clarius gl. 2. ibi quæ loquitur de indiſcreta publicatione teſtium inſcia uel inuita parte facta per iudicem, quia tunc pars quæ teſtificata, nondum didicit, adhuc teſtes producere poſſet, & ita expreſsè dicit illa gl. ¶ Vnde ex omnibus prædictis ſtat concluſio, quòd pars aduerſa quæ obtinuit examen dictorum teſtium in epiſcopatu Veronæ, & publicationem eorum, & quæ didicit teſtificata, nô poteſt modo repetere illoſmet nec alios de nouo ſuper eiſdem. & ita procedunt adducta per me, & in iſto caſu uerſatur quæſtio noſtra, quia ita loquuntur ea quæ deduxi pro iſta parte. ¶ Si uero facta fuit duntaxat publicatio non ritè uel aliàs nulliter examinati teſtes, ſi nondum pars aduerſa didiciſſet teſtificata, tûc poterit fieri nouum examen & produci ijdem teſtes & noui ſuper eiſdem, & ita procedit opinio contraria. ¶ Non obſtat aliud obiectum per *D.* ex aduerſo aduocatum in ſua ſcriptura producta apud acta, quòd examen factum Veronæ, fuit ad perpetuam rei memoriam, quòd non impedit ſecundum eum nouum examen ſeu repetitionem
9 † quia in hoc male dixit, & contrarium tenent docto. *cô-
* muniter in cap. ſignificauit de teſti. quos refert & ſequitur Abb. ibi col. 1. qui uolunt, quod non obſtante examine illo, ſuper quo ſit factum inſtrumentum & publicatum, & didicita dicta teſtium, non poſsint repeti, & imputandum eſt parti, quare non produxit omnes teſtes. & ſequitur Bar. in auth. ſi quis. C. de teſt. cum ſimi. ut ibi per Abb.

Vide dubia propoſita ſuper hac allegatione per iudicem cauſæ infra alle. 393.

*SVMMARIVM.*

1 *Amoris ferventia erga mulierem etiam plebeam tollit diſparitatem, & reddit teſtimonium parentum ualidum ad matrimoniũ probandum.*
2 *Confeſſio extraiudicialis matrimonij, de præterito facta in præſentia mulieris probata per duos teſtes, probat matrimonium.*
3 *Matrimonium probatur per unum teſtem ſine exceptione, & famam legitimè probatam.*
4 *Fama probatur per duos teſtes.*
5 *Et de modo probandi famam ſecundum Bar. & ſecundum opin. Salic. dico latè nu. 5.*
6 *Et opinio Salice. & Dyn. contra Barto. de æquitate ſeruatur in Rom. cur.*
7 *Cauſa matrimonij ſecundum unam opin. æquiparatur cauſæ criminali, & ſecundum hanc opinionem, fama cum uno teſte non probat matrimonium, ſed requirit aliud.*
8 *Quid operetur confeſſio extraiudicialis de matrimonio in abſentia partis.*
9 *Quid operetur confeſſio huiuſmodi ſæpius reiterata unquid de æquitate canonica faciat plenam probationem.*
10 *Confeſſio probatur per teſtes ſingulares, quando eſt ſæpius reiterata.*
11 *Plures probationes imperfectæ iunguntur ad probandam copulam ut inde cauſetur affinitas etiam ad dirimendum matrimonium.*
*Et eſt communis opinio.*
12 *Et plura indicia iunguntur ad probandum matrimonium.*
13 *Teſtis qui nititur probare negatiuam nihil probat, ſed præſumitur falſus.*
14 *Non eſt curandum de teſtibus qui deponunt de iudicio uel de credulitate uel uideri ſuo, etiam ſi dicant pro certo credere.*
15 *Credendum eſt teſtibus qui dicunt cum iuramento ſe illo anno cõfeſſos ſacerdoti peccata ſua, & ſumpſiſſe ſacramentum eucharistiæ, abſque eo quod per ſacerdotem probetur de mendacio.*
16 *Teſtis qui arguitur de aliquibus delictis præſumitur emendatus benefaciendo per triennium.*
17 *Quando concurrit probatio bonæ famæ & malæ, contra unum et teſtes ſunt uarij propter conflictum numeri & qualitatis ipſorum, ſtatur probationi bonæ famæ conformi naturæ, ut ſi probata eſſet mala fama in ſpecie.*
18 *Paupertas non repellit teſtem ſi aliàs ſit bonæ famæ.*
19 *Statur ſecũdo dicto iudiciali iurato & non primo extr. iudiciali.*
20 *Colonus partiarius eſt bonus teſtis pro domino.*
21 *Ad probandum matrimonium clandeſtinum de nocte contractũ admittuntur teſtes aliàs inhabiles.*
23 *In his quæ fiunt occultè admittuntur probationes quæ aliàs repelluntur.*
25 *Homicidium & aliud delictum perpetratum in loco ſylueſtri probatur per coniecturas. & per teſtes alias ſuſpectos.*
26 *Famulus ſalariatus a patre, non prohibetur teſtificari in cauſa matrimonij pro filia.*
27 *Amicitia non repellit teſtem, niſi ſit tanta quòd ex illa reſultet odioſitas alterius partis.*

## CONSILIVM CCCXCII.

VISO longo proceſſu & depoſitionibus teſtiũ utriuſque partis, & allegatione in iure & informatione in facto excellentis Iu. Vtr. doct. D. Ioſeph Ferretto fratris mei, qui conſuluit pro matrimonio, & conſideratis diligenter omnibus merito conſiderandis, concurro in eandem ſententiam, addendo dictis per eum ea quæ uidebuntur magis neceſſaria pro dilucidanda ueritate. ¶ Et primò, quia D. Blanca in 1. c. articulauit amores mutuos inter iugales per iſta uerba, quòd ad inuicem ſe magnopere diligebant, & Margarita prima teſtis pro matrimonio fol. 17. & Valentina ſecunda fol. 21. ſuper primo dicunt quòd ipſi ſe ad inuicẽ diligebant prout dicitur in capitulo noto uerbum relatiuum ad articulatum amorem uehementem, & Ioſeph. q. Franciſci Molendinarij teſtis. 17. per Innocentem productus, & ſic per eum approbatus ſuper octaua oppoſitione fol. 152. qui dicit, quòd ipſe uidit ex geſtis eorum quòd Innocentius ualde diligebat D. Blancam, & ipſa eundem. ex quibus matrimoniũ inter eos redditur ueroſimile & magis probabile eo maximè quia ipſa puella recuſabat copulæ carnali conſentire niſi ab ipſo domino deſponſaretur, ut dicunt Hieronymus & Baptiſta 3. & 4. teſtes ſuper 4. cap. Ita tenent D. Anto. Abb. & Imol. in c. ſuper eo el 2. col. pen. & fi. de teſti. & ibi Feli. poſt Hoſtien & Specu. ex
* quibus patet hoc eſſe * commune dictum doctorum † q
1 amoris ferventia uiri, etiam nobilis erga mulierem plebeam, tollit diſparitatem & reddit teſtimonium parentũ, fratrum & aliorum cõſanguineorum ualidum ut probet illud ut in terminis de ferventia amoris conſuluit Deci. in conſi. 163. col. pen. lib. 1. & licèt docto. in d. c. ſuper eo, ponant de puella formoſa dilecta à uiro: tamen iſta qualitas requiſita fuit, ut uir nobilis facilius inducatur ad amorem, qui ſolus eſt, cum ſit uehemens, ut dicunt teſtes, ſuperat omnia, & inducit uirum ad contrahendum: nam ut ait Poeta, oia uincit amor &c. & nihil eſt furore amoris uehementius. Hinc Deci. in d. conſi. ponderat ſolam amoris ferventiam. redditur etiam facilior probatio matrimonij, quando proceſsit tractatus de contrahendo. ita tenet Abb. in c. tuæ col. 1. de ſponſa. poſt Hoſtien. & in c. illud de præſum. Sed hic præceſsit tractatus, quando D. Innocens dedit commiſsionem Margaritæ, quòd iret ad D. Blancam, quam requireret pro ſua uxore & ſuo nomine contraheret cum ea, per uerba de præſenti, ut deponunt Margarita ſuper 2. cap. fol. 18. cum qua concordabat Valentina fol. 21. Dicit etiam ipſa Margarita, quòd quando de commiſsione Innocentij contraxit cum Blanca aderant præſentes quatuor ſorores dictæ D. Blancæ, ut habetur in proceſſu ſuper 3. cap. fol. 19. quæ ſorores puberes erant examinandæ, non obſtãte allegata diſparitate, quæ erat ſublata propter amores & tractatum præcedentem. ¶ Secundo probatur quia ipſe Innocens perſeuerando in commiſsione data Margaritæ, confeſſus fuit contraxiſſe matrimonium cum D. Blanca per uerba de præſenti media perſona Margaritæ, cui hoc negocium demandauerat in præſentia ipſius Blancæ, quod dixit uelle de nouo contrahere cum anuli ſubarrhatione, prout de nouo contraxit per uerba de præſenti & cum deſponſatione mutuo cõſenſu dictę dominæ Blancæ, ut latè deduxit D. Ioſeph, quę confeſsio extraiudicialis etiam declaratoria contractus matrimonij de præterito facta in præſentia D. Blancæ, eã-

dem acceptantis,& probata per duos conteſtes Hierony-
mũ de Nicolinis, & Baptiſtam Pannocinum ſuper 4. cap.
2 probat matrimonium † quando non tendit ad præiudi-
cium alterius primi matrimonij,ut not.gl. & Abb.& poſt
alios in c.ſuper eo col.2.uerſ.2. caſu de eo qu. co. con.ux.
ſu.& probatur in c.2.ubi Abb.in 2.notabili de clande.de-
ſpon.& Hoſtien.in ſumma.de ſponſa.§.qualiter cõtraha-
tur col. 2. uerſi. ſed ſi ambo confitentur.& probatur hoc
manifeſta ratione,quia matrimonium,ſub conſenſu con
trahitur,l.nuptias.ff.de reg.iur.c.ſufficit,27.q.2.ergo con
feſsio præiudicat,quia in dependentibus a poteſtate & uo
luntate ſimplici confitentium,ſtatur eorum confeſsioni,
ut notatur per Bar.in l.ſi forte.ff. de caſtr. pecu.& ad hoc
etiam adduco,quia confeſsio matrimonij contracti ten-
dit in effectu ad confirmationem matrimonij præceden-
tis,ideo uidetur quòd ſaltem tũc inducatur matrimoniũ,
quia in dependentibus ab animo,actus qui fit ad confir-
mationem præcedentis diſpoſitionis, nouam inducit di-
ſpoſitionem l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauerit,
uerſ.aut quid ſi perita,ff.de acqui.hære.notant Bar.& do-
cto.in l.iij.in princ.ff.de acqui.poſſ.cum ſimi.ut per Deci.
in conſi.133.Viſo proceſſu,col.1.lib.2.quæ cõcluſio pro-
cedit etiam ſi mulier præſens expreſsè nõ acceptaſſet con
feſsionem illam,ut tenet Abb. in c.fi. de ſucce. ab inteſta.
in 4.& 5.notabili. ¶ Tertio probatur matrimonium cõ
tractum inter eos per uerba de præſenti mutuo eorum cõ
ſenſu,in eodem loco & contextu,poſt confeſsionem præ-
dictam.ut clare deponunt.& probant prædicti Hierony-
mus & Baptiſta ſuper 4.cap. qui ſunt conteſtes ad huiuſ-
modi contractum,quod probatur per duos teſtes etiam
fœminas ut probatur in d.c.ſuper eo.de teſti. quem notat
ibi Abb.in 2.notabili.& alij ſequuntur. ¶ Quarto aliter
etiam probatur matrimonium,quia de illo contractu do-
mi.Blancæ in præſentia ſuarum ſororum de commiſsione
Innocentij clare deponit Margarita ſuper 3.cap.quæ pro
bat ſemiplenè c.fi.de ſucce.ab inteſt.quem notat ibi Abb.
in 6.notabili & expreſſe per Bar.in l.admonẽdi.ff. de iur.
iu.fol.pen.col.3.uerſi.his præmiſsis quæro,ubi pro hoc di
cit eſſe caſum in d.c.fi.qui allegat alias rationes,cum quo
pertranſeunt communiter omnes. † cuius dictum, cum
3 fama de matrimonio facit plenam probationem.cum fa
ma faciat ſemiplenam in cauſis ciuilibus, ſecundum glo.
Bar.& alios in l.3.in prin.de teſti.& Bar. & alios commu-
niter in d.l.admonendi col.pen.& per gl. & docto. in c.1.
de appellatione ubi Deci.col.pen.& in c.ueniens el 1.ubi
gl.ma.Abb.& moderni ſuper ea de teſti.& eſt communis
opinio quæ ſeruatur in practica,ut atteſtatur Salic. in l.ea
quidem col.pen.C.de accuſa.& ſequitur Fulgoſ. in conſi.
155.quoniam plurimam, cum ſimi. ut per Deci. in d.c.1.
col.4.nu.12. Sed de fama matrimonij deponunt teſtes in
fine,Margarita prima teſtis ſuper 6.cap.fo.20.dicit quòd
ipſe Innocentius publicè & palam confitebatur ſe contra
xiſſe matrimonium cum domina Blanca,ut ipſa dicit ſu-
per 5.cap.fo.19. Famæ cauſam & originem dedit Ioſeph
Turcus fo.30.qui ſuper 6.cap.deponit de publica uoce &
fama de matrimonio & copula maiori parte perſonarũ
Villæ Zanadæ: Bartholomæus Molendinarius fol.32. Io-
ſeph Zanini Turcli primi teſtis in proceſſu formato corã
Reuer.Abbate fo.14.tergo,ſuper 1.cap.qui dicit,ꝙ de fa-
ma publica audiuit dici per ſtratas publicas,etiam ante-
quam penderet lis,& D.Blanca eſſet grauida, & Bartholo
mæus quintus teſtis in eodem proceſſu, & fo.41. & 42. in
fi.Ioſeph.3.teſtis fo.42.in eodem proceſſu,Santinus.8.te-
4 ſtis fol.49. ¶ Sed fama probatur † per duos teſtes c.3.
loco de præſum.ubi Abb.col.1.in 3. notabili & Bart. in l.
de minore.§.ſi plurium col.5. uerſi. quæro qualiter. ff. de
quæſtio. & Salice.in d.l.ea quidem fol.6.uerſi.ad ſeptimã
quæſtionem.C.de accuſa.ubi dicit quòd iſta eſt commu
nis opinio.Idem Io.de Ana.in conſi.1.col.pen. cum ſimi.
ut per Deci.in con.272.Viſo proceſſu col.3.nu.4.uerſi.ter
5 tio prædicta lib.2.† & fama probatur ſi teſtis dicant de
hoc negocio eſſe in ciuitate,uilla,uel uicinia, publicã uo-
cem & famam, & de illa audiuiſſe publicè dici per uici-
niam uel per loca publica ciuitatis,licèt non dicant a ma-
iori parte populi uel uiciniæ,& non nominent perſonas a
quibus audiuerint. Ita latè & notanter deducit & probat
Salice.in d.l.ea quidem fol.3.& 8.col.2.3. & 4. in uerſi.2.
3.4.& 5.in ultima parte,in qua loquitur de fama in uerſi.
accedamus igitur ad quartum, ubi per iura & bonas ra-
tiones reprobat doctr.Bar.in d.l.de minore.§.ſi plurium
& atteſtatur ſe ita uidiſſe conſultum per Dyn. & quampla
res doctores in ſtudio Bononien.& ita obſeruatum Bono
niæ: & contra Bar.tenet Bal.in l.teſtium in fin. C.de teſti.
& in l.hæredes palam in prin.ff.de teſta.& in c. præſenta-
ta de teſti.& in c.litteras per illum tex.colu.2. de præſum.
& Pau.de Ca.in l.iij.ff.ad Mace.cum ſimi. ut per Deci. in
6 d.conſi.272.col.3.lib.2.† Vbi atteſtatur opi.Dyn. contra
Bar.eſſe ueriorem. quæ opinio propter ſui æquitatem ſer
uatur in Ro.cur.contra Bar.ut atteſtatur Guliel.Caſſa. au
ditor Rotæ Ro.curiæ celeberrimus,deciſ.3.in titu.de pro-
ba.col.2.n.7.& circa finem,ubi atteſtatur ſe uidiſſe in plu
ribus cauſis ita iudicari. Vnde ſi tenemus opinionem
communem quòd in matrimonio ſufficiat probatio or-
dinaria. immo minor quàm ordinaria cum parentes &
fratres & alij conſanguinei admittantur in teſtes,data pa-
ritate contrahentium ut in d.c.ſuper eo,& in ca. uidetur,
qui ma.ac.poſ.quia res fauorabilis eſt. & tenet Deci. d.
conſi.163.col.6.in 8.oppoſitione qui parentes & conſan
guinei in contractibus & alijs cauſis ciuilibus regulariter
prohibentur admitti.l.parentes.C.de teſti.l.pen.ff.eo.tunc
dicendum puto,quòd fama de qua ſupra,cum dicto Mar
garitæ,quæ concludenter deponit de contractu huiuſmo
di ſuper 1.& 3.cap.in domo patris dominæ Blancæ de cõ
miſsione Innocentis,plenè illud probent, ſicut in omnib.
cauſis ciuilibus, & dixi ſupra. Si uero teneatur opinio
7 † quòd cauſa matrimonij cum ſit grauis æquiparetur cri-
minali,ut dicit Bal.in d.c.ueniens ut uoluit Alex.in cõſi.
143.quoniam abunde col.1.in fin.lib.2. cum ſimi.ut latè
deducit Deci.in d.conſi.133.col.2.& in d.cap.1.de appe.
col.pen.qui poſt Bal.& alios quos refert, arguit quòd ex
quo cauſa matrimonialis non deducitur per iuramentũ
in ſupplementum probationis,ut expreſsè tenet glo. in c.
mulieri de iur.iu.quæ eſt communiter approbata,ut atte-
ſtatur Alberi.de Roſa.in l.iij.in fi.principij.ff.de iu.iur. &
Deci.in d.conſi.col.1.ubi ex hoc tenet quòd fama cũ uno
teſte de ueritate non probet matrimoniũ ſine aliquo alio
8 indicio, † & tunc dicendum puto quòd adhuc ſit plenè
probatum matrimonium,ex quo cum fama & dicto Mar
garitæ concurrit confeſsio extraiudicialis dicti matrimo
nij per ipſum Innocentem facta & probata per Margari-
tam & Valentinam,& per Hieronymũ & Franciſcum ſextũ
teſtem ſuper 5.cap.coram quibus in abſentia tamen Blan
cæ confeſſus fuit Blancam eſſe uxorem ſuam, prout etiam
de confeſsione huiuſmodi atteſtatur Ioſephus Marango
nus ſecundus teſtis dominæ Blancæ examinatus coram
R.D.Abbate ſuper 3.cap.fo.17. quæ confeſsio etiam fa-
cta in abſentia Blancę maximè reiterata probat matrimo
nium de æquitate canonica,ut tenet glo.in c. quotiens el
1.in gl.3.2.q.3.& D.Anto.Car. & Imola in c. ſi cautio de
fid.inſtru cum ſimi.ut tradit Feſin.in d.c.fo.2. in 2.fallen.
quam appellat communem,prout etiam facit Deci. poſt
alios quos refert in d.conſi.163.col.2.uerſi.Præterea & ſe-
cundo. Vnde infero ex prædictis quòd nedum cum fa-
ma de matrimonio,& uno teſte adeſt confeſsio extraiudi
cialis Innocentis ut ſupra probata,quæ ſecundum unam
opinionem facit ſemiplenam probationem,& ſi iungatur
cum fama & uno teſte,plenam, in matrimonio, & in cri-
mine probando,ut tradunt Bal.& alij,in l.ſi quis ex argen
tarijs.§.fi.ff.de eden.cum ſimi.ut per Feli. in d.c. ueniens
col.5.in uerſ. ſed limita primo & per Deci. in d. cap.1. de
appe.colu. fina.in uerſi.& prædicta locum habent. quo-
9 immo in quæſtione noſtra † ſola iſta confeſsio totiens rei
terata per Inno.de æquitate canonica,plenam facit pro-
bationem, nec huic concluſioni obſtat ſingularitas te-
10 ſtium † quia cum ſit actus reiterabilis,non obſtat confeſ-
ſioni,ut tenet Paul.de Caſt. in d.l. admonendi fol.ulti.&
& Soci.in conſi.262.in cauſa magnifici col.pen.& Pau.de
Ca.in cõſ.304.incipit iudex eſt miniſter Dec.& in ꝯſ.280.

Viſo

Viſo proceſſu col.fin.Idem tenet Alex.in conſi.53.in cau-
ſa uertente col.fi.lib.1.ubi loquitur de confeſsione, quæ
cum ſit reiterabilis non nocet ſingularitas, & ſequitur Ste
pha.Bertran.in conſi.237.Prouidi uiri,colum.2. lib.2. &
Hippo.de Mar.in conſi.5.In cauſa col.1.& Corn.Peruſi.in
conſi.34.lib.2.cum ſimi.ut latiſsime probat Maria. Soci.
iu.in conſi.99.Viſo themate col.2. & 3. & Pariſi.in conſi.
57.Et ſi ad exhibendam col.3.& 4.nu.27.cum pluribus ſe-
quen. lib.1.& col. pen.nu.42. cum pluribus ſequen. & ex
prædictis apparet multipliciter probatum eſſe matrimo
nium huiuſmodi. Primo ex dicto Margaritæ in domo Se
baſtiani patris Blancæ,iuncto cum fama & cum alijs ad
miniculis prout deduxit, ex c. frater meus. Secundo per
confeſsionem dicti Innocentis factam in loco coquinæ
in domo uicina in præſentia dominæ Blancæ.Tertio quã
do de nouo fuit contractum in eodem loco, cum ſequuta
deſponſatione in præſentia Hieronymi & Baptiſtæ conte
ſtium. quarto per confeſsionem eiuſdem extraiudicialẽ
factam & maximè repetitam coram diuerſis teſtibus in
abſentia dominæ Blancæ,quæ ſecundum æquitatem ca-
nonicam & communem opinionem plenè probat, uel ſal
tem ſemiplenè ſecundũ aliã opinionẽ minus approbatã.
¶ Quæ omnia diſtinctè & de per ſe conſiderata, ſi aliqua
exceptione paterentur diminutionem, quod tamen nega
tur,ut oſtendam infra in reſponſione ad obiecta: negari
11 tamen non poteſt † quin ſimul iuncta probent ex abun-
danti dictum matrimonium: quia plures probationes
imperfectæ iunguntur ad probandam copulam ad cau-
ſandam affinitatem etiam ad dirimendum matrimoniũ,
ut expreſsè tenet gl.ma.fina.in c.præterea de teſti. cũ qua
* pertranſeunt ſcribentes * omnes,& eſt opinio Bar. in d.l.
admonendi fol. ultimo quam latè deducit & probat D.
Iaſ.in repet.nu.257.ubi atteſtatur,hanc partem eſſe com-
munem,quæ etiam probatur in ca.illud de præſum. & ibi
12 Abb.col.4.† ubi plura indicia iunguntur ad probandum
matrimonium. & ita tenet Abb.in c.cum cauſa ſuper gl.
fi.de proba.cum ſimi.ut ibi per Feli.ubi loquitur de uno
teſte cum fama iungenda.ut plenè probent. & eſt glo. in
uerſi.legitimis in l.ij.in princ.ff.de ex cu.tuto.& Bald.in l.
ſpadonem.§.qui intra.ff.eo.tit.ubi rationem adducit,quia
uerſatur fauor publicus ne facultas probandi reſtringa-
tur. Idem tradit Pau. de Caſt. in conſi.83. quòd præfata
ſententia col.fi.& Roma.in conſi.7.uiſis neceſſarijs.Imo.
in conſi.92.Viſis.Andre.ſicul.conſi.6.col.1.& in conſ.29.
col.1.& conſi.41.col.2.lib.1.& Soci. ſen.in conſi.137.In
controuerſia col.6.& Deci. in d.c. cum cauſam col.3. nu.
12.& 13.cum ſimi. ut latiſsimè poſt omnes Pariſ. conſul.
in d.conſi.57.col.3.& 4.lib.1.& in conſi.170. col.2.in fin.
nu.13.lib.4. ¶ Supereſt reſpondere ad obiecta contra te-
ſtes dominæ Blancæ pro parte domini Innocentis quib.
ſatis pro ueritate fuit reſpõſum in pręcendẽti allegatione
pro parte domini Ioſeph. Quibus addo quod teſtes ex
aduerſo examinati ſuper exceptionibus pro maiori par-
te deponunt negatiuè, & per uerbum credo, uel iudicio
ſuo,uel per uerbum uidetur, ſed teſtis qui negatiuè depo-
13 nit † nihil probat.c.cum eccleſia cum glo.in uerſi.negati-
uam & ibi Abb de ca.poſſ.& habetur in c.quoniam con-
tra ſuper gl.1.de prob.Immo teſtis qui deponit ſuper me
ra negatiua ſatagens illam probare præſumitur falſus &
de falſo poteſt puniri ſaltem extra ordinem, notant doct.
ubi Iaſ.in l.j.col.4.nu.12.ff.ſi quis ius dicen.nõ obten .cũ
ſimi.ut latè per Dec.in d.c.quoniam contra 2. notabili.
Nam licèt teſtes Innocentij negent ſe aliquid audiuiſſe
de matrimonio contracto, & de eadem confeſsione ſua
uel quòd Blanca fuerit grauida, non ſequitur quòd alij
14 non uiderint aut audiuerint † & de teſtibus qui deponũt
de iudicio uel credulitate ipſorum, non eſt curandum,
quia nihil probant,ut dicit Bar.in l.qui teſtamento.§.fin.
ff.de teſta.& Ang.in l.ſciendum col.2. ff. de uerb. & Alex.
conſ.34.Viſo teſtamento col.3.lib.1.cum ſimi. ut per Iaſ.
in rubri.ff.de iu.iur.col.2.Deci.conſi.256.in cauſa inquiſi
tionis col.3.nu.5.Pariſ.in conſi.152. Vidi col.4. num.15.
lib.4.idem in conſi.54.nu.20.eo.lib.qui idem dicit num.
21.de teſte,qui deponit per uerbum uideri ſuo. & de teſti
bus deponentibus per uerbum credere,etiam ſi dicat pro
certo,uel per uerbum iudicio ſuo,uel ſuo uidere nihil pro
bant ſecundum gl.& docto.in l.teſtium.C.de teſti. & glo.
& Bar.in l.ij.§.pen.ff.de aq.plu.arcen. cum alijs adductis
per Crot.in tracta.de teſti.nu.312. Abb. & alij communi-
ter in c.3.loco de præſum.cum ſimi.ut per Pariſ.cõſ.104.
In præſenti cauſa nu.37.38.39.lib.1. ¶ Verum quia ob-
iecta ſunt multa delicta contra Margaritam & Valentinã,
non tamen legitimè probata tempore iuramenti & depo
ſitionis teſtium, ſed ſub nube & per uerba ſuo credere uel
ſuo iudicio,& ſimilia,& per elapſa,tempora, omnibus re
ſpondendo dico quòd ipſe mulieres & omnes alij teſtes
quibus obiecta ſunt crimina, in fine ſuarum depoſitionũ
dixerunt ſe illo anno ſuæ depoſitionis confeſſos, & ſum-
15 pſiſſe euchariſtiam, † quibus credendum eſt cum eorum
iuramento,ex quo ex aduerſo non eſt probatum contra-
rium,nam præſumuntur emendati, maximè cum per ſex
teſtes comprobatorios,probatum ſit eoſdem teſtes fuiſſe
& eſſe,maxime tempore quo depoſuerunt, bonorum no-
minis,conditionis,& famæ, & ita teneri & reputati, & ita
quotidie utimur in practica,abſque eo,quod per ſacerdo
tem probetur emendacio per confeſsionem eidem factã
iux.gl.fi.& nota.ibi per docto.in c.teſtimonium.ubi Feli.
col.pen.de teſti.& in c.1.col.2.poſt gl. de exce. cum ſimi.
ut ibi per eum. nam illa doctrina gloſarum non practica
tur quòd emendacio probetur per ſacerdotem propter
periculum reuelationis confeſsionis,ſuper quo docto.la-
16 borant. ¶ Ad hæc facit † quia mali mores & delicta cẽ-
ſentur purgata per triennium continuum benefaciendo
ſecundum Alex.poſt Salice.in l. ſi fideiuſſor.§. ſi ſatiſdatũ
col.3.circa fi.ff.qui ſatiſdare cogantur,& Roma.in conſi.
236.ut præmiſſa col.1.& dicit Angel. in §.hinc nobis, in
auth.de monachis collatione prima quod regula, ſemel
malus,tollitur,ſi probetur quòd à tribus annis citra, talis
fuit mitis,& in conuerſatione honeſtus,& honeſtatis ama
tor, & ſequutus bonos mores, quod puto eſſe ualde notã
dum pro reſponſione ad obiecta,crimina, quòd non ſint
formiter probata. ¶ Verum quia eſt controuerſia inter
teſtes utriuſque partis de mala uel bona fama teſtium,qui
17 deponunt de matrimonio † dico ſtandum eſſe teſtibus
D.Blancæ qui deponunt de bona fama in ſpecie tempo-
re quo depoſuerunt,cum ſit poſterior.ita in ſtatuto Florẽ
tino decidit Bal.in l.Diuus uerſ. quarto eſt argumentum.
ff.de mil.teſta.& in l.qui accu.uerſ.ultimo nota.C.de edẽ.
& in l.ſi mater in prin.C.ne de ſta.defun. cum alijs ut per
Deci.in d.c.1.col.pen.nu.15.uerſi.quinto de appe. & latè
tradit Iaſ.in l.is poteſt col.fina.per totam.ff.de acqu. hæ-
red.& dicit Abb.in c.cum oporteat col.fi.de accuſ. quòd
ſi teſtes utriuſque partis deponunt diuerſo tempore de in
famia & bona fama, quòd tunc præferenda eſt ſecunda
probatio bonæ famæ de præſenti,quia diffamati potue-
runt mutare mores & ſe correxiſſe.& ad hoc tendunt te-
ſtes dominæ Blancæ deponentes de tempore præſenti
quando teſtificati ſunt, & teſtes ex aduerſo tendunt ad
malam famam temporis præteriti,quo forſan militabat
obiectio criminum. & dicit Bald. in conſi.411.quæritur
col.1.lib.5.quòd probationi bonæ famæ magis ſtatur cũ
ſit conformis naturæ.c.fin.de præſum.c.1. de ſcruti. gl. in
c.ſi fortè de ele.lib.6.nec obſt.prædictis con. Roma. 127.
Antonius in fi. poſt Inno. & in c. inquiſitionis de accuſa.
quia loquuntur,quando fama poſterior eſt de aliquo de-
licto in ſpecie,quia præualet primæ probationi bonæ fa-
mę in genere,& ſic non tangit quęſtionem noſtram,& ita
arguit & probat Alex.conſi.150.colu.6. nu.9.lib.5.
¶ Comprobo prædicta, quia teſtes Blancæ dicunt de bo
na fama & conditione de præſenti & de menſe Februarij
anni 1552.ſecundum communem hominum opinionem
18 uillę Zanadæ † & quia obicitur etiam de paupertate te-
ſtium; huic obiecto dicitur quòd non obſtat dummodo
teſtis ſit honeſta perſona tempore ſui dicti. ita tenet glo.
fi.in cap.ſi qui teſtium de teſti.cum ſimi.ut ibi per Abb.&
Feli.ſuper illa,& Alex.in conſi.131.lib.6. & in cauſa ma-
trimoniali non repellitur, ut tradit Areti. in d.conſi.13.
col.10.uerſi.ad ſecundum,& in terminis iſtius cauſæ tra
dit

dit Alex.in conſi.149.Viſo proceſſu col.3.lib.5. & Andre.
ſicu.in conſi.26.lib.4.Deci.in d.conſi.163. col.4. uerſicu.
quinto dicitur,& dicit text.in §.fina.inſti. de ſuſpectis tu-
toribus,quòd tutor uel curator quamuis ſit pauper, fide-
lis tamen & diligens non eſt remouendus tanquam ſuſpe
ctus. ¶ Verum quia obijcitur Hieronymo tertio teſti
quòd dixerit falſum in iudicio ſuper matrimonio, ex eo
quòd ipſe extraiudicialiter ſine inſtrumento dixerit con-
trarium: huic obiecto reſpondeo per deciſ. Abb. contra
Bart.in capitulo per tuas columna fina.de proba. ubi te-
19 net, & iure ac ratione probat. † quod ſtandum ſit ſecun-
do dicto iurato, & in iudicio contra primum extraiudi-
ciale ſine iuramento dixerit uno modo, ut morem ge-
reret parti, & ut tollat moleſtiam eiuſdem partis. Idem
tenet Abb.in capitulo litteras in quarto notabili colum-
na ſecunda de præſump. ubi in terminis decidit quæſtio-
nem quòd ſtandum ſit dicto iurato cæteris paribus. Sed
ſi cum dicto non iurato ſtarent coniecturæ pro ueritate,
contra dictum iuratum, ſtaretur ſimplici dicto, quod
latius declarat in dicto capitulo per tuas, ſed in quæſtio
ne noſtra pro dicto Hieronymi iurato, ſtat ipſa ueritas
matrimonij contracti & totiens reiterati, ut latè proba-
ui ſupra: & pro dicto extraiudiciali non iurato, nulla
ſtat præſumptio ſed mera calumnia D. Innocentis: ergo
* ſequitur quod dixi. cum quo ſtat * communis opinio,
ut latè per Felin.& Dec.in dicto capitulo per tuas colum-
na fina. ubi refert quamplures authoritates doctorum,
qui in lecturis & in cõſilijs ſequuti ſunt opinionem Abb.
* quam dicit eſſe * communem. quorum authoritates cau
ſa breuitatis omiſi referre, ex quo apud Deci. poſſunt per
omnes uideri. quam etiam tenuit idem Abb. & Felin.
in capitulo cum in tua columna fina.in quarta concluſio
ne de teſti.

¶ Non obſtat quòd Hieronymus ſit colonus partiarius
Sebaſtiani patris Blancæ, quia iſta exceptio non repellit
teſtem quin ſit integra perſona, ut latè probat Aretin. in
d.conſilio 13.columna ſeptima & octaua in uerſiculo ue-
20 nio nunc ad quartum † qui etiam probat colonum non
eſſe perſonam domeſticam poſt Ioan. Andre. in Speculo,
& Cyn.in l.etiam C. de teſtib. ubi probant quòd ille pro-
priè dicitur domeſticus, qui cohabitat alicui in domo
ſuis expenſis. item quia iſte Hieronymus non eſt colo-
nus obligatus agro, & qui habeat qualitatem ſeruitu-
tis, quod requirit gloſ. in dicto capitulo in litteris de
teſtib. ſed dicitur ſocius ipſius domini. l. ſi merces. §.
uis maior, & ibi notatur. ff. locati. unde Salicet. in l.
quoniam liberi. C. de teſtib. loquens de Mezadro co-
lono, id eſt partiario dicit quòd ſine dubio poteſt ad-
mitti in teſtem & quòd eſt integra perſona, quibus
uerbis utitur etiam Aretin. in dicto conſilio decimo-
tertio, quia ſocius non repellitur in cauſa ſocij de qua
nullum emolumentum eſt ſibi applicandum: quanto
minus debet repelli à teſtimonio in cauſa matrimonij
pro filia, in qua eius pater nihil habet agere, & nul-
lam habet adminiſtrationem, ſed eſt propria ipſius fi-
liæ, cuius ratione eſt etiam libera a patria poteſtate.
ut eſt text. cum ibi nota.in capitulo fina. §. fina.de iu-
di.libro ſexto.

¶ Nec obſtat quòd aliquando Hieronymus & Margari-
ta,& forſan aliqui teſtes quandoq; habitent in domo pa
tris dominæ Blancæ, quia iſta exceptio non eſt bona, ut
in terminis tenet Alexand.in conſilio 78.in cauſa colum-
na ſecunda numero quinto lib.primo,niſi eſſent mercena
rij domini domus, quia tunc ex iſta cauſa repellentur
à teſtimonio in cauſis domini ipſius domus. Ita tenent
Cyn.Bald.& Salice.in l.ij. C. de teſtib. & Specu. in titulo
de teſti.§.primo uerſiculo item excipitur quòd eſt dome-
ſticus. quinimmo dico quòd licèt Margarita & ualen-
tina, Hieronymus & Baptiſta fuiſſent domeſtici & fa-
miliares patris Blancæ: nihilominus admittuntur ad
21 teſtificandum in cauſa noſtra † quia cum agatur de ma-
trimonio clandeſtino contracto in domo, & ſic de facto,
quod de difficile poteſt ſciri præterquam à domeſticis ip
ſius domus, certum eſt quòd in tali caſu non ſolum ad-
mittuntur domeſtici & familiares, ſed præferuntur alijs,
ut eſt caſus, & ibi Bar.in l.quoties.C.naufra. libro unde-
cimo.& bene facit tex.in cap.ueniens el ſecundo. in fine.
de teſti.& in l.ex conſenſu in fin.C. de repudijs, & Ioan.
Andre.in addi.Specul.in titulo de teſte.§.primo,uerſicu.
Item quod eſt domeſticus.

¶ Non obſtat tex.in d.capitulo in litteris de teſti. ubi fa-
miliares domini non admittuntur ad probãdum actum
carnalem domini clandeſtinum, cum conſanguinea uxo
ris ſuæ, qui actus eſt difficilis probationis, ut legitur &
22 notatur in c.præterea de teſtib. † quia reſpondetur q in
d.c.tractatur de probando impedimẽto ad dirimendum
matrimonium contractum, & quia impedimẽtum quod
allegabatur erat cauſatũ ex culpa & delicto uolentis pro
bare tale impedimentum in præiudicium uxoris,quæ cul
pa carebat,& ita in terminis decidit & reſpondet Aret.in
d.conſi.13.col.8.in quinto dubio.

¶ Sed quia in quæſtione noſtra tractatur de probando
matrimonio ad effectum coniungendi quod eſt fauora-
bile, & pro bono publico, ut probatur in dicto capitu-
lo uidetur. & Geneſis capitulo ſecundo ibi, Creſcite &c.
& domina Blanca non eſt in aliqua culpa ſeu delicto, &
nihil habet agere cum patre in cauſa huiuſmodi.

Nec prædicti teſtes poſſunt dici domeſtici, nec ha-
bitantes in eius domo, nec eiuſdem coloni, ſed
patris ſui.

¶ Accedat ad hanc deciſio. conſil. Alexand. centeſimo-
quinquageſimoſexto. Viſo. columna quarta. uerſicu.
poſſet reſponderi.libro quinto.& in conſilio 111.Viſis in
fi.libro ſecundo. & Deci. in dicto conſilio 163. columna
ſeptima, in principio. in uerſicu.quarto poteſt,libro pri-
23 mo.qui tenent † quòd matrimonium clandeſtinum pro-
batur per teſtes minus idoneos,& qui aliàs repellerentur.

Addo ad prædicta Barto. in l.ſi quis ex argentarijs. §.
an non hæredi. ff. de edend. & ibi moderni, maxime Iaſ.
in §.prætor ait columna tertia & quarta.numero uigeſi-
24 mo octauo. & ſequen. † ubi probant quòd in iſtis quæ
fiunt occultè admittuntur probationes quæ in alia ma-
teria repellerentur. & Corn. Peruſ.in conſilio trigeſimo-
quinto. in littera Y. & in conſilio centeſimodecimoter-
tio, in littera FF. libro primo. ubi concordat cum prædi-
ctis. et eſt deciſ. Abb. poſt Hoſtienſ. in dicto capitulo
25 præterea in fin.de teſtib. ubi dicit, † quòd homicidium
commiſſum in loco ſyluestri probatur per coniecturas.
& in his quæ ſunt difficilis probationis, probationes
imperfectæ de facili coniunguntur, ut tradit dom. An-
ton.in capitulo ueniens el primo. in fine de teſti. Quem
ſequitur Alexand. in conſilio uigeſimoquarto. animad-
uerſis columna fina. libro ſecundo.& Deci.in dicto capi-
tulo cum cauſam numero duodecimo. in fi. cum ſimil.ut
per Pariſ.in d.conſi.57.col.5.& 6.

¶ Vltimo obijcitur Baptiſtæ quarto teſti,quòd ſit famu
lus ſalariatus, a patre dominæ Blancæ, qui habitat in ea-
dem domo paterna cum domina Blanca, & tempore
quo teſtificatus fuit. Quæ exceptio prima facie uidetur
illum repellere per text. & ibi nota. in dicto capitulo in
litteris, & per Alexand.in dicto conſilio ſeptuageſimo o-
ctauo.columna ſecunda, numero quinto. et latius per
eundem in dicto conſ.150.columna quinta,numero pri-
mo & ſecundo. ubi loquitur de ancillis, & ſeruitoribus
repellendis a teſtimonio in cauſa matrimonij pro domi-
na ſua. Cui obiecto Do.Ioſeph dat plures ſolutiones, &
ſenſit ultimo loco unam ſolutionem, quam puto ueriſſi-
mam. Nam cauſa matrimonialis in qua uerſamur, eſt
propria ipſius filiæ, de qua pater nullo modo ſe intro-
mittit, & nihil iuris habet, & defenſio reſidet penes fi-
liam, & poteſt eſſe in iudicio etiam inuito patre, ut pro-
batur in dicto capitulo finali.§. fina.& ibi Philip. in ulti-
mo notabili de iudic. libro ſexto. dicit hæc quæ ſtatim
deduxi, & ſecundum Ioan. Andre. ibi, filius reſpectu
matrimonij, liberatur a patria poteſtate, qui nec ſine
mandato filiæ poteſt eſſe in iudicio, ut legitur &

notaţur in capitulo fina. de procura. libro ſexto. & in ca-
26 pitulo accedens ſuper glo. fina. eodem titulo. † Vnde
famulus ſalariatus a patre licèt prohibeatur teſtifica-
ri in cauſa domini ſui, ut probant iura & doċto. præal-
legati, non debet prohiberi teſtificari in cauſa matri-
monij filiæ quæ nihil habet agere cum ſamulo, qui nec
aliquod intereſſe prætendit, nec ſit filiæ, aliqua ratio-
ne ſubiectus, & tex. in dicto capitulo in litteris, & glo.
* ibi & * omnes doċto. prohibent familiares, ſeruito-
res & domeſticos, teſtificare pro dominis ſuis, qui-
bus ſeruiant, & percipiunt ſalarium, & quibus domi-
nus poteſt præcipere, & ita loquuntur iura in lege ſe-
cunda. C. de teſtib. & in l. penultima. ff. eodem titulo. &
Alexand. in dicto conſilio centeſimoquinquageſimo. co-
lumna quinta. quando repellit ancillas & ſeruientes a
cauſa matrimoniali loquitur de ſeruientibus & ancillari
bus in fauorem ſuæ dominę deponentibus, quibus inſer-
ſiunt. idem Alexand. in dicto conſilio ſeptuageſimo o-
ctano. columna ſecunda. numero quinto. repellit mer-
cenarios teſtificari pro domino ſuo, a quo recipiunt ſa-
larium, & ſic de ſingulis. Vnde filia non debet pati
damnum, nec priuari facultate probandi matrimo-
nium per ſe contractum ex ſacto patris.

¶ Supereſt ſoluere obiectum amicitiæ Margaritæ & Va-
lentinæ, & aliorum teſtium, contra quos excipitur de
27 amicitia. † Cui reſpondetur, quòd amicitia non re-
pellit teſtem nec inhabilitat teſtimonium, niſi ſit tanta,
quòd propter amicitiam unius, reſultaret odioſitas al-
terius partis contra quem teſtificaretur, ut declarat
Bald. in l. ſi quis, in ultima columna. C. de teſtib. nam
amicitia charitatiua, quæ quidem eſt uirtus, non re-
pellit teſtem: quia ſecundum legem diuinam debe-
mus diligere proximum ſicut nos ipſos: & ita in ter-
minis tenet Alexand. in dicto conſilio ſeptuageſimo o-
ctano, columna ſecunda. numero primo & ſecundo. li-
bro primo. et in conſilio quarto columna tertia, nu-
mero nono. & in conſilio ſeptuageſimoſexto. Viſo li-
bello columna fina. eodem libro ſexto. quod non mi-
litat in his teſtibus. Ex quibus concludo probatum
eſſe matrimonium, & Reueren. P. D. Abbatem pro ue-
ritate & conſcientia bene informata teneri ad iudican-
dum ſecundum petita pro parte dominæ Blancæ. Et
in fidem &c.

### *SVMMARIVM.*

1 *Communis opinio uidetur quòd teſtes non ritè examinati re-
petantur ſuper eiſdem uel directo contrarijs, licèt eorum di-
cta ſint ſcita.*

2 *Pars contra quam teſtes ſunt nulliter examinati poteſt appro-
bare illud examen factum coram arbitris, uel conſentire di-
cto examini.*

3 *Intellectus qui dicitur communis ad clem. 2. de teſti. ſumit ar-
gumentum ex illo contrario ſenſu.*

4 *Allegantur docto. & glo. ex quibus ſumi uidetur communis
intellectus.*

5 *Feli. ſuper iſto articulo ſibi ipſi contradicit.*

6 *Subornatio præſumpta teſtium poſt ſcita eorum dicta, uidetur
habere locum parte aduerſa recipiente dicta teſtium non ri-
tè examinatorum, ſi ille qui produxit uelit tamen adhuc a-
lios uel eoſdem ſuper eiſdem producere.*

7 *Nunquid iura magis abhorreant timore ſubornationis teſtium
poſt ſcita eorum dicta ad excluſionem teſtium uel magis fa-
ueant probationi, ne pars damnum patiatur.*

8 *Teſtes examinati ſummariè ſuper poſſeſſorio adhuc uidentur
poſſe repeti in petitorio.*

¶ Dubia propoſita per Reueren. Do. Commiſſarium
apoſtolicum.

## CONSILIVM CCCXCIII.

SI teſtes producti, non ritè recipiantur, uerbi
cauſa, parte non citata, & extraiudicialiter,
ſicut contigit in quæſtione noſtra, & eorum
dicta a producente ſint uiſa & lecta, niſi pars
aduerſa, contra quam nunc ex integro in iudicio indu-
cantur, uelit recipere eorum dicta, uidetur quòd non ob-
ſtante atteſtationum notitia, poſsint ipſi & alij ſuper ea-
1 dem materia, iterum produci, & examinari, † & hæc ui-
detur eſſe communis opinio, a qua iudicando non eſt di
ſcedendum. quæ quidem primo probari uidetur. l. fina.
C. de teſti. & c. præſentata extra eo. in caſu etiam magis
dubio; nam illic teſtes fuerunt ritè recepti coram arbi-
tro, & quia compromiſſum expirauit, non poterant ali-
quid probare: tamen coram iudice ſuper eiſdem articu-
2 lis rurſum induci poſſunt, † niſi pars, contra quam pro-
ducti fuerunt, eorum dicta uelit recipere, & in d. l. fina.
atteſtationes uiſæ & cognitæ fuerunt, ut præſupponit
Bart. illam legem exponendo, & clarius Paul. de Caſtr.
numero quarto dicens illa. l. limitari authen. qui ſemel.
C. de probatio. & in dicto capitulo præſentata dicitur al-
legationes utriuſque partis receptas depoſitionibus pu-
blicatis, ex quibus ſatis conſtat in quæſtione illorum iu-
rium atteſtationes fuiſſe lectas & ſcitas. Quo tamen
non obſtante licèt teſtes ritè recepti fuerint adhuc ſuper
eiſdem denuo induci poſſunt, quia expirato compro-
miſſo effectum probationis parere non poſſunt multo
igitur magis idem dicendum eſſe uidetur ubi teſtes ritè
recepti non eſſent.

¶ Probatur etiam prædicta communis ſententia text.
3 clemen. fina. de teſti. † quæ ita ab omnibus ferè exponi-
tur a contrario ſenſu: qui quidem ſenſus niſi ſumatur,
uerbum ritè eſſet ſuperuacuum, & Papa utique ſciuiſſet
dicere, teſtibus receptis, & cum addiderit uerbum ri-
tè, non ſine magno momento addidiſſe uidetur, nec ex
argumento eiuſmodi reſultare uidetur aliquis abſurdus
intellectus, ſeu contrarius alijs iuribus, ut conſtabit ex
4 infra ſcribendis. † ¶ Hanc opinionem affirmauit Bart.
in l. qui ſuper ſalutem. ff. de iureiurand. numero quarto.
poſt authoritatem gloſæ, in dicta clementina fina. & in
capitulo cum cauſam, extra de teſti. idem dicit Barto. in
dicta authen. qui ſemel. C. de probatio. nume. 34. Alexan.
in dicta l. qui per ſalutem, qui affirmat hanc eſſe commu
nem opinionem, & Iaſ. in eodem loco dicit omnes hoc
tenere poſt Specu. in titu. de teſte. §. ſatis utiliter, licèt di-
ſputet contra communem ſententiam ad exercenda in-
genia auditorum. ¶ Hanc ſequutus eſt Abb. in cap. fra-
ternitatis extra de teſti. 3. columna, limitatione decima-
tertia. citans glo. in dicto capitulo cum cauſam. Imo. in
d. clemen. num. 4. poſt Anton. de Butr. & Pau. reprobantes
Zenzeli. maxime quando pars contra quam ſunt indu-
cendi reſpuit dicta teſtium non ritè examinatorum.
Idem ſentiunt Anchar. in d. clemen. nume. 11. uerſi. quar-
to quæro, & Rot. deciſ. 11. de probatio. in nouis. quæ ui-
detur diſertiſsime hoc dicere. altera etiam deciſio. 13.
de teſtibus. in nouis ſatis hoc dicit dum citat dict. cle-
mentin. fina. ¶ Hanc opinionem ſequitur Feli. in cap.
ſecundo ad finem, extra de teſtibus ſimpliciter approbas
deciſionem undecimam ſupraſcriptam, & agens de teſti-
bus parte non citata receptis, ut in quęſtione noſtra. Car
dinalis in d. clem. eandem opinionem affirmat nu. 4. 2. &
3. quæſtione, & nu. 6. quæſt. 5. & in 14. quæſt. nu. 14. cuius
dictum eſt attentè aduertendum in prima & ſecunda op
poſitione. 2. colu. dum tractat dictum Zenzelini; aduer-
tendum eſt inquam ſubtiliter, quia loquitur de teſtibus
ritè receptis & de publicatione atteſtationum non ritè
facta. ¶ Hoc etiam affirmauit Maria. Soci. in dicto ca-
pitulo fraternitatis ſatis apertè loquens colu. 9. in princ.
uerſic. quare ut hæc materia nu. 9. ad finem, & idem dicit
paulo poſt colu. 12. uerſic. ego uerò arbitror num. 15. ad
finem. cuius etiam dictum colu. ſexta, nu. 9. ad medium
dum

dum tractat dictum Zenzel. io quarto principali arti-
culo eſt diligenter legendum , quia loquitur de teſti-
bus ritè exceptis , & hæc materia , ut mihi uidetur
aliquando ita obſcura eſt , & confuſè tractatur , ut ni-
ſi quis accuratè omnia exploret facilè labi poſsit.
Non eſt negandum Zenzeli. ut refertur ſentiſſe ali-
\# ter, ſed habet contra ſe * communem doctorum ſen-
tentiam Rota etiam in antiq. de teſtib. prima non uide-
tur affirmare dicente collectore ſe audiuiſſe aliàs Ro-
tam contrarium tenuiſſe . ſed quidquid ſit ex deciſio-
ne undecima, io nouis præallegata uidemus Rotam mu-
taſſe opinionem, & hoc eſſe ius quoddam poſterius cor-
5 rigens prius . † Feli. etiam non ſibi conſtans , & con-
trà a ſe dicta in dicto capitulo ſecundo, ſentit aduerſus
communem ſententiam ſcribens in dicto capitulo fra-
ternitatis columna quarta . & hoc ea ratione quia non
ſuccurrit ei reſponſio concludens ad obiectum ſuborna-
tionis teſtium, quam dicit eſſe timendam teſtibus non
ritè receptis, æque ac ſi ritè recepti eſſent, non probans
interim quod reſpondit Rota. io citata undecima deci-
ſione. Sed cogitaui ut ſatisfiat domino Felino , poſſe
fortaſsis uerè & ſolidè reſponderi ad timorem ſuborna-
6 tionis . hoc modo uidelicet, † quòd locum habeat ti-
mor ſi parte aduerſa recipiente dicta teſtium, non ritè
examinatorum , ille qui produxit, uelit tamen adhuc
alios uel eoſdem teſtes ſuper eiſdem producere , tunc
enim præſumi poteſt probabiliter eum hoc facere ani-
mo ſubornandi , ſed ubi pars aduerſa reſpuit dicta te-
ſtium , uidetur ille infeliciter defectus omni probatio-
nis commodo , & cum uult inducere teſtes , hoc ne-
ceſsitate compulſus facit , quia primi non probant tan-
quam non ritè recepti. Et poſito quòd adhuc remane-
ret timor aliquis ſubornationis , quod quidem per ſe
7 malum eſt , imminet aliud longè maius malum,† quòd
ueritas pereat, & occultetur, & ex duobus malis, mi-
nus eſt eligendum , minusque malum eligens uidetur
bonum eligere in comparatione maioris mali , ſed cer-
tè minus malum eſt teſtes ſubornari , quippe cui oc-
curri poteſt per diligentem iudicis interrogationem , &
puniendo teſtes falſum deponentes,quàm ueritatem pe-
rire & occultari , cui malo per iudicem occurri non po-
teſt. Hæc dixit Iacob. Butri.in l.per hanc. C. de appell.
& aſſentitur Anchara. in dicta clementina fina. numero
ſeptimo . et præcipuè cum diſpoſitio prohibens propter
timorem ſubornationis examinari teſtes , quæ præſu-
mit malum hominem eum eſſe , qui ex alia re non ap-
paret malus , ſit rigoroſa & contra ius naturale , con-
tra quam regulam iuris uolentem copiam probationum
non anguſtari , & ueritatem quocunque modo a iu-
dice inquiri , ut ſcribit Maria. Soci. in dicto capitulo
fraternitatis columna quarta ad finem numero octauo,
uerſic.circa tertium principalem articulum , & quinta
ad principium. & octaua ad medium .
¶ Illud uidetur addi poſſe , quòd ſi præfati teſtes in quæ-
ſtione noſtra examinati fuerũt in poſſeſſorium inter eaſ-
dem perſonas ſuper eodem beneficio , non obſtante at-
8 teſtationum notitia , † adhuc uideretur poſſe eoſdem
& alios induci in petitorio , quia eſt aliud iudicium &
alius modus agendi ad l.naturaliter. §. nihil commune.
ff.de acquiren. poſſeſ.licèt ſit inter eaſdem perſonas. ca-
pitulo ueniens.capitulo cum in tua extra de teſti. Rot.in
no.23.deciſ.ſub titulo de teſtibus.
¶ Nec eſt quòd ad præſens aggrediamur illam mate-
riam in qua agitur de teſtibus examinatis ad æternam
rei memoriam, quia neque ſumus in terminis capitu-
lo quoniam frequenter extra, ut lit. non conteſt. neque
capitulo ſignificauit & capitulo Albericus extra eodem.
& authen. ſi quis.C.de teſtib. cum teſtes de quibus agi-
mus fuerint recepti extraiudicialiter , & parte non citata
nec de uoluntate & ſcientia utriuſque partis ad Corn.
conſi.174. colu.3.

*SVMMARIVM.*

1 *Datur intellectus ad l.fina.C.de teſti. & ad capitul. præſenta-
ta eodem tit. nam ibi repetentur teſtes de conſenſu partis con-
tra quam ſunt producti.*
2 *Negari poteſt communem eſſe opinionem quòd teſtes non ritè
examinati poſt ſcita eorum dicta , poſſint de nouo ſuper eiſ-
dem repeti.*
3 *Nominantur glo. & docto. qui tenent poſt ſcita dicta teſtium
nulliter examinatorum , non datur repetitio eorundem neque
aliorum.*
4 *Quando pars producens percunctata ſit dicta teſtium nulliter
examinatorum , non admittitur ad repetendum eoſdem uel
alios ſuper eiſdem articulis , quia eſt ſibi quid imputandum
per tex. cum glo. ſecunda. per ſenſum contrarium.d.glo.in cle
men.2.de teſti.*
5 *Quando teſtes fuerunt non ritè recepti ſed nulliter facto, cul-
pa , & ex defectu proueniente a iudice uel interrogatore ad-
mittitur pars producens ad nouum examen eorundem , &
aliorum ſuper eiſdem articulis. Quia parti innocenti non
debet nocere. & nu.6.*
6 *Si uero examen fuit nullum culpa & defectu partis producen-
tis teſtes , tunc poſt ſcita dicta teſtium , non admittitur ad no-
uum examen eorundem uel aliorum ſuper eiſdem articulis, &
iſte eſt uerus intellectus d.cle. & nu.7.*
7 *Dicta teſtium clandeſtinè examinatorum & nulliter habent con
tra ſe præſumptionem falſitatis & corruptionis.*
8 *Quando examen fuit nullum ex culpa & dolo partis produ-
centis, tunc ſubeſt timor ſubornationis de præſenti & in fu-
turum in repetitione eorum, & ſtandum eſt in hac materia di-
cto Feli. in capitulo fraternitatis contra dictum ſuum in c. 2.
in fi.de teſti.*
9 *Qui examinari fecit teſtem excommunicatum ignoranter poteſt
eundem repeti facere poſt abſolutionem , ſecus ſi ſciuit.*
10 *Regula non præſtat impedimentum de reg.iur. lib.6. habet plu-
res fallentias.*
11 *Iura magis abhorrent falſitatem præſumptam in teſte , ut eos
non admittat ſuper eiſdem uel directo contrarijs poſt ſcita
dicta teſtium etiam nihil probantium , etiam ſi ritè ſint exa-
minati , quàm quod pars admittatur ad nouum examen licèt
ſibi pereat probatio.*
12 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam poſt ſcita dicta
poſt. Non repetuntur licèt pars producens excludatur a pro-
batione cum damno amiſſionis cauſæ.*

Reſolutio dubiorum.

## CONSILIVM CCCXCIIII.

PRIMVM dubium, quod ſumit fundamen-
tum in l.fina.C.de teſti.& in capitulo præſen-
1 tata, de teſti. remouetur. † Quia illa iura
loquuntur , quando pars in cuius fauorem
fuit introducta nullitas examinis, ob timorem ſuborna-
tionis , conſenſit nouo examine non obſtante publica-
tione atteſtationum , & quòd ſint ſcita dicta teſtium,
quia huic fauori potuit renunciare. & ita probant illa
iura, & ibi notatur per docto. Paul. & Salice. Sed in caſu
quæſtionis noſtræ Reueren. electus Aquilegien. contra-
dicit nouo examini teſtium, quorum dicta ſunt didici-
ta , & etiam nouorum ſtante timore ſubornationis.
¶ Non obſtat motiuum communis opinionis docto.
pro Antonio Gatto aduerſario , quæ allegatur per Alc-
xand.& Iaſ.in dicta l.qui per ſalutem . ff. de iureiurand.
2 † quia negatur extare communem , quando ſunt ſcita
dicta teſtium, prout in terminis quæſtionis noſtræ . Nam
Barto.in d.l.allegat glo.fina. in capitulo cum cauſam de
teſti.quæ loquitur de ſola publicatione, & clementina
ſecunda . a contrario ſenſu . eodem titulo , cum alias in

præcedenti informationi in fine dedi reſponſum. Qui-
bus addo. quód dicta clementina ſecunda. non loqui-
tur, quando ſunt didicita dicta teſtium, ut probatur ibi
iuncta glo.2.in uer.publicatis & deciſ.Rot. in no. 163.&
Abb.in d.cap.fraternitatis fallen.13. & communiter alij
ibi loquuntur de ſola publicatione,& nullum faciunt uer
bum de ſcientia dictorum teſtium,quæ ſola excludit par
tem a nouo examine etiam data nullitate examinis, ut
tenet d.glo.2.iuncto tex.Nec Specu. in titu. de teſti.§.ſa-
tis utiliter egreditur terminos publicationis teſtium,
nec Imol.in d.clemen. quia allegat glo. in d.c.cum cau-
ſa. Et licet Bart.in authen. qui ſemel colum.penult.C.de
proba.& Rot.deciſ.391.in no. & Feli.in cap.2.in fine. de
teſti.& Alexand.in d.l.qui per ſalutem,& Iaſ.ibi loquun-
tur etiam quando ſunt ſcita dicta teſtium: tamen con-
3 trarium tenent deciſ.Rot.in antiqu. 42. † et Zenzeli. &
Ioan.de Fantu.& Bertrand. & alij quamplures relati per
Maria.Soci.in dicto capitulo fraternitatis fol.2. in quar
to articulo. & Cardi. & Bonifa. in dicta clementina ſe-
cunda. & Feli.in dicto capitulo fraternitatis colum.3.in
prima fallen. ubi Pariſ. qui loquuntur in terminis quan-
do pars didicit teſtificata, non admittunt repetitionem
teſtium nec nouum examen, licèt ritè non ſint examina-
ti nec publicati,ob timorem ſubornationis. Nec Maria.
in dicto capitulo fraternitatis colum.9.in ſecunda con-
cluſione diſſentit a prædictis, ſed loquitur de publicatio
ne, quando pars non didicit teſtificata, & in tertia con-
cluſione, & in quarta loquitur quando teſtes ſunt ritè
recepti. Quibus bené conſideratis, non poteſt allegari
communis opinio contra Rot. 42. nec Zenzel. & ſequa-
ces, quando ſunt ſcita dicta teſtium, licét non ritè rece-
ptorum. Vnde pro reſolutione iſtius difficilis quæ-
ſtionis, diu dubius, inter tot opiniones tantorum uiro-
rum cogitaui fœdere diſtinctionis concordare opinio-
4 nes. †. Quòd quando teſtes non fuerunt ritè recepti nec
publicatio eorum legitimè facta, facto & culpa ſeu ma-
litia iudicis, examinatoris, uel alterius, & ſunt didicita
teſtium dicta, non admittatur producens ad nouum
examen, uel ad repetendum teſtes antiquos, nec no-
uos, ſuper eiſdem uel directó contrarijs, & hoc proba-
tur in dicta clementina cum glo. prima & ſecunda, per
ſenſum contrarium, ibi, Si non ſunt ſcita dicta teſtium
admittitur. ſequitur modo, quód ſi ſunt didicita non
admittatur; etiam ſi nullum fuit examen, ex facto uel
culpa iudicis: ergo quantó magis non eſt admitten-
dus Antonius Gatto in caſu noſtrum, in quo ſunt ſcita,
5 † & nulliter factum eſt examen, dolo & culpa aduerſa-
rij: qui obtinuit a iudice incompetenti, ſine citatione
partis, & interrogatorijs, clam fieri examen, ſuper
6 die mortis Zenonis de la Bella. † Si uero examen fuit
non ritè factum, culpa iudicis, tunc admittatur pro-
ducens ad nouum examen, non obſtante publicatio-
ne teſtium, quia nihil poteſt parti producenti impu-
tari. & ita probatur in dicta clementina ſecunda. et
hanc diſtinctionem tenent Bald. in dicta authen. qui ſe-
mel. columna prima. in prima fallen. & Angel. magis
clarè, in l.per hanc columna finali. C.de tempo. appel.
per text.in dicta clementina ſecunda.cum ſuis glo.quam
etiam allegat Bald. idem ſentit Barto. in dicta authen.
qui ſemel. columna fina. uerſic. quæro quid ſi teſtes qui
loquuntur quando nullum fuit examen culpa iudicis.
quia admittitur pars producens, quæ non fuit in cul-
pa, & ita tenet Specul.in titulo de teſte. §.iam de inter-
rogatorijs columna penultima, in principio. in uerſicu.
item cautè facit aduocatus. et hanc diſtinctionem no-
tanter ſcribit & explicat Feli. in dicto capitulo fraterni-
tatis columna tertia & quarta. in prima fallen. in duo-
bus locis, quando refert & ſequitur docto. ſupra alle-
gatos. Verum quia Feli. ibi non uidetur ſufficienter re-
ſpondere rationi Rot. 391. quando teſtes nulliter exa-
minati & repetiti ritè dicent idem quod primo, ut ui-
deatur ſublata præſumpta ſubornatio, quia nihil ualet
7 in quæſtione noſtra, † in qua examen eſt nullum cul-
pa & dolo partis aduerſæ ut dixi, quæ induxit teſtes de-
cem in curia Veronen. ad falſum teſtimonium, ut pa-
raret ſibi uiam ad ſubornandum eoſdem in futurum exa-
men ſi repeterentur ob ſcientiam dictorum eorundem
teſtium percunctata per eum. nam geſta clandeſtine,
& omiſſis ſolennitatibus neceſſarijs habent contra ſex
præſumptionem falſitatis & corruptionis. l.j. & per to-
tum.ff. quòd ui aut clam, & habetur in capitulo fina.
de clandeſt.deſpon.ſicut ille qui ritè examinari fecit ſi
poſtea ſciuit teſtificata etiam ſi nihil probauit repelli-
tur ab ulteriori probatione, ut legitur & notatur in
dicto capitulo fraternitatis, & in dicta clementina ſe-
cunda. & in d.authen.qui ſemel.

¶ Nec obſtat aliud motiuum Reuerendiſſimi domini
8 Commiſſarij. † quòd tunc producens erit excludendus
ab ulteriori examine quando recuſaret ſtare dicto te-
ſtium ſuorum nulliter examinatorum, ſed uellet illos
repetere; nam tunc ſtaret contra eum præſumpta ſub-
ornatio: quia reſpondetur hoc motiuum procedere
quando culpa iudicis examen fuiſſet nullum; nam tunc
nihil poteſt imputari parti, ut dixi ſupra. Secus quando
dolo & culpa partis, ut in quæſtione noſtra: quia tunc
timor ſubornationis & corruptionis non ceſſat.

¶ Nec obſtat quòd Feli. ſuper hoc paſſu ſit ſibi contra-
rius in capitulo ſecundo in fine. de teſtib. quia dictum
ſuum ibi fuit relatiuè ſimpliciter, non diſcuſſa materia,
prout fecit in dicto capitulo fraternitatis, ubi diſcuſſit
articulum & tenuit opi.Rot.in auth.42.& Zenze.Bald.&
Ange.& ſequacium, & impugnat dictum ſuum in dicto
capitulo ſecundo. & deciſ. illam Rot.391. Et hanc opin.
Zenze. cum diſtinctione præmiſſa ſequutus fuit Card. in
d. clemen. ſecunda in prima oppo. Quando loquitur de
9 culpa & dolo iudicis & partis, † & quãdo pars producens
ſciuit uel ignorauit teſtem excommunicatum ut repeti
poſsit ſi ignorauit excommunicationem, ſecus ſi ſciuit te
ſtem excommunicatum.

¶ Non obſtat dictum Card.in fi. primæ oppo. colum. ſe-
cunda. in prin. quando dicit quòd iſte modus excluden-
di nouum examen non ſeruatur. Quia loquitur de publi-
catione teſtium uerbali cum recitatione dictorum te-
ſtium, quæ non arguit ſcientiam atteſtationum. Quæ
ſcientia excludit nouum examen ſuper eiſdem. Vnde be-
ne dicit Card. quòd iſte modus excludendi, non ſeruatur
quando non ſunt ſcita dicta teſtium, & hanc opin. tenet
Maria.in dicto capitulo fraternitatis fol. ſecundo, colum
na quarta.in prima concluſione in fin. Quando admittit
partem producentem ad repetitionem teſtium non ritè
receptorum culpa & facto iudicis, & allegat rationem
in fine primæ concluſionis; quia parti petenti nouum
examen, non poterat aliquid imputari, & qui in iſtis
uerbis approbat diſtinctionem cõmunem. Rot.42. Zen-
zel.Bald. Ange. Barto. Cardin.Feli. & aliorum, Sed in
quæſtione noſtra teſtes Veronæ examinati fuerunt nul-
liter & dolosè ac culpa aduerſarij, & publicati, & eorum
dicta per eum ſcita, ergo uenit repellendus ab ulterio-
ri examine.

10 † ¶ Non obſtat reg. non præſtat impedimentum, de reg.
iur. libro ſexto. Quia reſpondetur per plures fallentias,
quas glo. Ioan. Andre. ſuper illa refert, & probat quan-
do in actu nullo adeſt conſenſus partis, ut in quæſtione
noſtra, quia tunc præſtat impedimentum in multis caſi-
bus, ut ibi in glo. maxime quando aliquid a lege pro-
hibetur in pœnam contra facientis legi, ut in quæſtione
noſtra lex prohibet nouum examen poſt ſcita teſtificata
ſuper eiſdem ob præſumptam falſitatem & corruptio-
nem, in quó uerſatur publicum & commune bonum, ut
tenet Maria. in d.cap. fraternitatis fol. ſecundo.

¶ Non obſtat æquitas pro producente ne excludatur a
probatione & rigor Reuerendiſs. electi rei & poſſeſſoris,
qui tendit ad excluſionem noui examinis: quia huic
motiuo reſpondetur, propter culpam dolum & frau-
dem in quibus uerſatus fuit, & uerſatur Antonius Gatto
principalis ex aduerſo. Qui dedit cauſam nullitati huius
examinis,

examinis, & uoluit ſcire teſtificata, ut pararet ſibi uiam
ſubornandi teſtes. Aliter etiam reſpondetur per inſtan-
11 tiam huiuſmodi. † Quando uidelicet teſtes ſunt ritè exa
minati & legitimè publicati, & eorum dicta ſcita in caſu
quo nihil uel parum probaſſent de intentione producen
tis, quia excluditur, a nouo examine ob timorem ſubor-
* nationis, ut dicunt * omnes docto. in c. fraternitatis & in
d. clem. ſecunda. & in d. authen. qui ſemel. quo caſu præ-
ualet iſta ratio præſumptæ falſitatis, quæ eſt excluſiua
ulterioris examinis in damnum producētis. Quantò ma
gis inſtantia iſta procedit quando cum ſcientia teſtium
concurrit fraus & dolus producentis teſtes, quos non ri-
tè examinari fecit per fraudem & dolum contra iura. &
ad hoc eſt apertа deciſ. Abb. poſt Io. Andr. & alios com-
12 muniter in c. ſignificauit in prima colu. de teſti. † ubi pu-
nitur producens qui ritè examinari fecit ad perpetuam
memoriam, ut fecit iſte aduerſarius, qui uenit excluden-
dus ab ulteriori examine & repetitione teſtium, ex quo
illorum dicta ſciuit, ne ſit melioris conditionis ſtultus
quàm ſapiens, qui ſeruauit leges in examine ritè facto, c.
eum qui de præb. lib. 6. cum ſimil.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus criminis pro quo uenit imponenda pœna corporis afflicti-
ua non uenit a carceribus relaxandus ſideiuſſoribus.*
2 *Clerico cognoſcenti carnaliter parochianam ſuam, quam audi-
uit in confeßione, uel illi præſtitit eccleſiaſtica ſacramenta, ue-
nit imponenda pœna corporis afflictiua.*
3 *Idem dicendum quando clerico reo pro delicto ueniret imponen
da pœna pecuniaria ſi crimen fuit confeſſus.*
4 *In iudicio inquiſitionis quando pœna delicti non poteſt exequi
contra abſentem non interuenit procurator.*
5 *De pœna clerici cognoſcentis carnaliter filiam ſuam ſpiritualem
innuptam uel uxoratam.*
6 *Et quid de alijs criminibus grauioribus.*
7 *Quando pœna delicti eſt exequibilis contra abſentem, uel eſt
pœna arbitraria, eſt in optione iudicis admittere procuratorem
pro abſente. & nu. 8.*
9 *Quando dicatur clericus reus criminis puniri naturali pœna
delicti. & nu. 11.*
10 *In delicto notorio puniendo non attenditur modus pro-
cedendi.*

## CONSILIVM CCCXCV.

NVNQVID presbyter Baptiſta Bardelinus
clericus Cenoten. de pluribus criminibus in
quiſitus, & pro illis ex decreto Reuerendiſſi-
mi legati Apoſtolici Venetijs reſidentis car-
ceratus ueniat de iure de carceribus ſub fideiuſſoribus
relaxandus.

¶ Chriſti nomine inuocato: Videbatur prima facie di-
cendum quòd ſic per tex. & ibi not. in cap. inquiſitionis
in principio. & in c. qualiter ſecundo poſt medium uerſ.
ſed cum ſuper de accuſa. et Abb. in capitulo ueritatis co
lumna nona. uerſ. ſed certè de dolo & contum. ubi in ter-
minis iſta pars uidetur decidi. Secundo per doctr.
Areti. in capitulo quoniam in primo not. de teſti. & per
Rot. in no. 420. & per Philippum Corn. in conſi. 19. libro
tertio. et per not. in capitulo per tuas de ſimo. ubi hoc de
cidunt, quando contra clericum inquiritur de crimine,
ut priuetur beneficijs, & adminiſtratione ſacramento-
rum, iuxt. tex. in dicto cap. per tuas in fi.

¶ Quibus non obſtan. contrarium arbitror eſſe uerius in
quæſtione noſtra, in qua agitur criminaliter de ſceleri-
1 bus, † pro quibus uenit de iure inquiſito imponenda pœ
na corporis afflictiua, iuxta text. & ibi not. in capitulo
omnes. & in capitulo ſi quis ſacerdos. trigeſima quæſtio.
2 prima. ubi legitur. Quòd ſacerdoti † cognoſcenti car-
naliter ſuam filiam ſpiritualem ſuæ parochiæ uirginem,
ſeu coniugatam imponitur pœna corporalis, ut decidit
Ioan. de Anan. in capitulo fi. columna finali. de accuſa.
cum ſimilibus. ut ibi per Felin. columna penultima. qui
allegat concordantes, & glo. in capitulo cum homo 33.
quæſtio. quinta, in fine. & latius idem Feli. tenet in capi-
tulo tertio. columna ſecunda. in principio. de maioritа.
& obedien. Et de huiuſmodi pœna corporis afflictiua
pro huiuſmodi delictis fit mentio in diſpenſatione gra-
tioſa obtenta ab eodem presbytero ab officio pœniten-
3 tiariæ per Bardelinum. Idem † dicendum quando pro
crimine imponenda ueniret pœna pecuniaria, & reus
confeſſus fuiſſet delictum, ut tenet Bald. in l. nullus. C. de
exhib. re. & Augu. Arimin. in additio. ad Angel. in libro
maleficiorum uerſic. fama publica fol. 9. uerſicu. decimo
quarto cum ſimilib. ut per Hippolyt. Bon. in ſua practica
crim. §. poſtquam fol. undecimo. columna tertia. nume-
ro trigeſimoquarto. Sed iſte reus confeſſus eſt maiorem
partem delictorum in ſuis conſtitutis coram Reuerendo
Franciſco Martello Auditore Reuerendiſſimi legati, & in
litteris gratioſis ab officio pœnitentiariæ per ſe impetra
tis; ergo ſequitur quod dixi. et Abb. capitulo ueritatis
de dolo, & contuma. columna nona & decima dicit.
4 quòd in iudicio † inquiſitionis quando pœna delicti nõ
eſt exequibilis contra abſentem, non poteſt pro eo in-
teruenire procurator, nec fideiuſſoribus relaxandus per
not. docto. in capitulo ueniens de accuſatio. & in l. penul
tima. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Sed in quæſt. præ-
ſenti contra reum impoſita reperitur certa pœna, & cor-
poris afflictiua contra inquiſitum, ut probatur in dicto
capitulo ſiquis ſacerdos. quòd clericus curam anima-
rum exercens ſi carnaliter cognouit filiam ſuam ſpiri-
tualem deponitur ab omni ſuo officio, & peregrinatur
per duodecim annos, poſtea damnatur ut uſque ad mor-
tem ſeruiat in aliquo monaſterio, & in pœnitentia cun-
ctis diebus Deo. Quæ pœna eſt corporis afflictiua, &
non exequibilis in abſentem, ut in terminis tenet Abb. in
dicto capitulo ueritatis columna nona. ſuper gl. in uerb.
nec uiuus. et idem Abb. in capitulo finali. columna ter-
tia de purg. cano. ubi allegat dicto capitulo ſi ſacerdos,
& approbat illa iura, & pœnas in illis reo inflictas. Addo
tex. idem probantem in capitulo ſi quis clericus. octua-
geſimaprima diſtin. & tanto magis pœna debet eſſe per-
5 petua contra hunc reum, † qui plura delicta grauia com
miſit: cognouit enim unam filiam ſpiritualem innu-
ptam, quam deflorauit & aliam uxoratam, & inde ſuſce-
pit filium & filiam, quos tenuit & aluit in domo per mul
tos annos publicè cum ſcandalo parochianorum, qui
reus pactus fuit cum marito Mariettæ, quòd poſſet quã-
docunque ſibi placuerit habere rem carnalem cum ipſa
de conſenſu mariti ſui, quas mulieres in ſacramentali cõ-
feſsione inquiſitus audierat & illis ſacroſanctum eucha-
riſtiæ ſacramentum adminiſtrauerat, & plures falſitates
in ſuis ſcripturis in damnum proximi commiſerat, &
nonnullos ſacerdotes ſuadente diabolo & cum ſangui-
nis effuſione ſæpius armis iniurioſis percuſſerat, & Ma-
riettam alteram meretricem ipſius rei per uim, & cum
aſportatione bonorum de domo mariti ſui ipſo inuito
abduxerat, ut de huiuſmodi ſceleribus, & qualifica-
tis conſtat in proceſſu, tam ex ipſius confeſsione, quam
ex teſtium depoſitione. Pro quibus eidem pœnæ gra-
uiores de iure ueniunt imponendæ. Nam Abb. in capi-
tulo nouimus de uerbo. ſignifica. per illum textum dicit,
quòd ſacerdos pro enormi delicto debet degradari, &
tradi curiæ ſeculari. & idem Abb. poſt Petrum de Anch.
in capitulo at ſi clerici columna penultima, & finali. de
iud. & in capitulo finali. columna tertia. de purga. can.
latè ponit pœnas canonicas contra clericum pro ſcele-
ribus & criminibus qualificatis, & cognoſcentes carna-
liter filias ſuas ſpirituales.

¶ Non obſt. alleg. ſupra in contrarium per c. inquiſitio-
nis, & in c. qualiter cum ibi not. de accu. & per Abb. in c.
ueritatis de dol. & contu. colum. 9. & 10. quia loquuntur
7 quando pœna † eſt exequibilis contra reum abſentem,

ſecus uero ſi nõ eſt exequibilis.ut in terminis decidit idẽ
Abb.in d.c.ueritatis col.10.in princ.ibi, aut pœna impo
8 nenda non eſt &c. ¶ Secundo † contraria procedunt in
pœna arbitraria, ut ſit in optione iudicis admittere pro-
curatorem pro inquiſito abſente, & eundem abſentem
condemnare, ut not. concordat Abb. ibi colu.10. quod
arbitrium ceſſat hic ut dixi. ¶ Tertio non procedit ob-
iectum quando de criminibus conſtat per confeſsionem
reorum, ut in quæſtione noſtra conſtat in ſuis conſtitu-
tis, qui etiam confeſſus eſt crimina in litteris, quas ha-
buit ab officio pœnitentiariæ de curia Romana, de qui-
bus etiam conuictus fuit teſtibus repetitis citato ipſo
9 reo: † nam tunc punitur naturali pœna delicti, ut eſt ca-
ſus in c.2.de confeſſ. et decidit Abb.in ſpecie in d. c.qua
liter ſecundo. colu.5. Quæ concluſio procedit etiam in
delictis, quæ poſt peractam pœnitentiam non impediũt
10 ordinis executionem ut ibi per eum. ¶ Quarto † con-
traria non procedunt in delicto notorio, in quo non at-
tenditur modus procedendi cap.cum non ab homine de
iud. quem ad hoc allegat Abb. in dicto cap. qualiter co-
lu.6.poſt Inno.quæ dicitur eſſe ualde notanda. Sed de-
licta iſtius inquiſiti & querelati fuerunt per tot tempora
manifeſta, & continuata cum ſuis malis qualitatibus, ut
dicunt plures teſtes & ipſemet in ſuis conſtitutis.

¶ Non obſtat deciſio Aret. in d. cap. quoniam in primo
not.& per Rot. deciſ.420. in nou. & per Philip.Corne. in
conſil.19.lib.3.& text.& ibi not. in cap.per tuas de ſimo.
cum ſimil. quia procedunt quando inquiritur de crimi-
nibus contra clericum, ut de illis puniatur ciuiliter, &
remoueatur ab adminiſtratione iuxt.text.in d.c.per tuas
in fin.& in d.c.qualiter. ſecus ſi agitur uel accuſatur, ut
11 puniatur de criminibus† criminaliter ad naturalem pœ-
nam delicti, & ita diſtinguit Abb.in d. cap.fin. colu.fin.
* de purg.can.& in d.cap.inquiſitionis in notabi.et *com
muniter doct. ita diſtinguunt. unde allegata in contra-
rium non tangunt quæſtionem noſtram, in qua a primor
dio iudicij, in quo emanauit mandatum & decretum Re
uerendiſsimi domini legati Becatelli cum inuocatione
brachij ſecularis, ut caperetur & carceribus ſancti Marci
præfatus reus manciparetur, c.ſi indicijs, & ita fuit exe-
quutum. qui reus continuo ſtetit in carceribus, donec
ſub prætextu imaginatæ infirmitatis fuit ad tempus du-
rantis infirmitatis per do. Franciſcum Martello Audito-
rem a carceribus ſub fideiuſſoribus relaxatus durante
infirmitate. qua ceſſante reuerſus fuit ad carceres, in
quibus ſtetit donec modo quodam indirecto per iudi-
cem laicum incompetẽtem fuit de carceribus liberatus,
& poſtea per officium Pœnitentiariæ per falſas preces
ſubreptitias extra carceres confirmatus. quæ litteræ po
ſtea in plena ſignatura Papali fuerunt redactæ ad for-
mam & uiam iuris communis cum qualitate, ut conſti-
to de indicijs idem reus ante omnia reuertatur ad carce-
res, & de uinculis ſuas faciat defenſiones, ut conſtat per
litteras in forma breuis ſupplicatione introcluſa præſen-
tatas Reuerendo D. Victori Pureolano Vicario cauſarum
generali Reuerendiſsimi domini Patriarchæ Venet. co-
ram quo ſæpius facta eſt inſtantia quód cõſtituat ipſum
reum in carceribus in primis & ante omnia, & ſucceſsiue
quod audiat crimina contra eum oppoſita & probata, &
ipſius defenſiones, & iuſtitiam adminiſtret.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudum quod incipit a pluribus fratribus dicitur nouum in eo-
rum perſonas.*
*Et in perſonas deſcendentium ab eis in ulterioribus gradibus,
dicitur paternum ſeu antiquum.*
2 *Si renouatur conceſſio feudi antiqui non cenſetur feudum nouũ,
ſed ſortitur naturam antiqui.*
3 *Satis eſt quòd conſenſus domini interueniat a principio in inue-
ſtitura, uel quòd ſuperueniat.*
4 *Alienatio feudi paterni, aui, uel proaui, ſeu antiqui facta per
unum uel plures uaſallos in extraneos, ignorantibus ſeu con-
tradicentibus cæteris agnatis uocatis in prioribus inueſtituris,
non ualet, nec illis præiudicat.*
5 *Feudum alienatum in extraneos ut præmittitur, debetur proxi-
mioribus agnatis, & illis accreſcit.*
6 *Feudum uenditum extraneo per agnatum, recuperatur ab alio
agnato ab emptore nullo ſibi precio reſtituto.*
*Quod ius recuperandi durat per annos xxx. etiam ſi eſſet facta
in manibus domini.*
6 *Per alienationem feudi antiqui, uel delictum unius uaſalli non
deuoluitur feudum domino.*
7 *Secus in nouo feudo uel in antiquo in defectum illorum de agna-
tione, qui non extarent.*
8 *Quando concurrunt ad feudum agnati etiam aliàs non inueſtiti,
quia linea ſit finita, cum extraneis petentibus inueſtituram feu
di deuoluti, præferuntur agnati.*
9 *Renuncia uaſalli facta domino de feudo non nocet agnatis, nec
aperit feudum extraneo.*
*Quando feudum recipitur pro ſe & hæredibus ſimpliciter, non ue
niunt extranei.*
10 *Sed deſcendentes de familia duntaxat, & dicitur feudum pro-
uidentia domini acquiſitum non hæreditarium.*
11 *Et multo magis quando feudum recipitur pro ſe & hæredibus
maſculis.*
12 *Et quanto magis procedat concluſio, quando feudum eſſet rece-
ptum pro ſe & filijs maſculis ac poſteris & deſcendentibus in
perpetuum.*
13 *An non hæres ultimo inueſtiti ſuccedat in feudo hæreditario, li-
cet deſcendat ex primo inueſtito.*
14 *Regulariter in bonis allodialibus, res iudicata contra unum no-
cet hæredibus.*
15 *In feudo hæres non obligatur ex facto defuncti, & quomodo
procedat.*

¶ In cauſa feudali nobilium de Colzade.

## CONSILIVM CCCXCVI.

¶ Dubia quæ eliciuntur & dantur ex proceſſu formato
in epiſcopatu Vicentino inter nobiles de Colzade acto-
res, & Magnificum dominum M. Antonium equitem &
doctorem & alios cõſortes de Godis reos & poſſeſſores,
in cauſa feudali inter ipſas partes uertente, ſunt hæc.

Primum, an iſtud feudum in familia de Colzade cenſea
tur nouum uel antiquum.

Secundum, poſito ꝙ feudum ſit antiquum, an per alie-
nationem factam, & renunciam de eo, per nonnullos de
Colzade comprehenſos in inueſtituris, feudum fuerit de-
uolutũ domino, ita quòd potuerit inueſtire extraneos,
uel potius accreuerit agnatis.

Tertium, poſito ꝙ huiuſmodi alienatio non præiudica
uerit agnatis, nunquid feudum ſit hæreditarium ſimpli-
citer, non ex prouidentia domini, ita quòd tranſire potue
rit in nobiles de Plegafetis primo, & in nobiles de Godis
ſecundo loco, extraneos.

Quartum dato, quod non potuerit tranſire in hæredes
extraneos, an non hæres ultimo inueſtiti, ſuccedat in feu-
do hæreditario, licet deſcendat ex primo inueſtito.

Quintum, nunquid in feudo huiuſmodi, hæres poſsit
uenire contra factum defuncti.

DOMINVS labia mea aperiat, & ſpiritus ſan
ctus illuminet intellectum. Primo aſpectu,
uidetur, feudum eſſe nouũ, quia ſumpſit ex-
ordiũ a Papa Martino.v. qui inueſtiuit quin-
que fratres, filios Antonij de Colzade. Quam inueſtitu-
ram approbauit Dominus epiſcopus Vicentinus domi-
nus feudi, de anno 1466.& 1478.& temporibus ſucceſsi-
uis. & quia non habuit initium a cõmuni parente agna-
tionis, non dicitur antiquum, c.1. in princi.de grad.ſucc.
in feud.c.1.de fratr. de feud. inueſt. ubi doct. not.cap.1.
quot teſt.ſint neceſſ. ad prob.no. inueſt. Sed contrarium
eſt uerius, quod ſit paternum ſeu antiquum: quoniam
feudum prædictum de perſonis primo illud acquirentib.
tranſitũ fecit ad eorũ filios, & deſcendẽtes illius agnatio-
1 nis, ut eſt ueritas manifeſta, † & in perſonas iſtorũ deſcen
dentium.

dentium, uſque ad quartum, ſeu ulteriorem gradum, dr
antiquum ſeu paternum, quãuis fuerit nouũ in perſonas
illorum quinque fratrum, in quos habuit originem, &
ita procedunt iura contraria,& ita ſolnunt Bal.in prælud.
feud.in 3.diuiſione,& Aluaro. in 6.& in ca.1. in 1. not. de
uaſ.decr.ætat.& Bald.in auth.defuncto.C.ad Tertul.Alex.
conſi.30.in c.quoniam col.3.lib.1. & Iaſ. in prælud.feud.
col.75.nu.83.Soci.conſ.165. Viſis inneſtituris.lib.2.uerſ.
4.confirmatur.Deci.conſi.53.& conſi.390.nu.4.& glo.in
uerbo paternum.in c.1.de nat.ſucceſ.feu.uult feudum eſ-
ſe paternum, quod tranſitum fecit ad nepotes: & anti-
quum quando ad alios agnatos ulterioris gradus, & no-
unm durat quandiu non tranſit ad deſcendentes, ex pri-
mis acquiſitoribus,cum ſimilibus, ut per Reuerẽdiſsimũ
Pariſium in conſi.65.col.1.lib.3. Sed applicando factum
ad quæſtionem occurentem de feudo molendini conten-
tioſo,fuerũt inueſtiti illi quinque fratres pro ſe, & cuinſ-
libet ipſorum hæredibus legitime deſcendentibus maſcu
lis,ita quòd attenta qualibet perſona ipſorum, relata ad
eorum eorum deſcendentes,uſque ad quartum ſeu quin-
tum gradum,dicitur feudum paternum,auitum, proaui-
tum,& ultra,cũ iſti nobiles actores.d.D.Antonius,& Vin-
centius & alij litis conſortes,reperiantur in quarto gradu
à primo inueſtitis,ut eſt uidere in arbore. ulterius etiam
dici poteſt,feudum eſſe antiquiſsimum, iuncto tempore
Franciſci de Spagnolis renunciantis feudum Papę ad fa-
uorem d.Dominorum de Colzade,qui in eius locum ſuc-
ceſſerunt: quia & ſi dici poſſet noua conceſsio,quando de
perſona in perſonam,& ad nouam agnationem,transfer-
2 tur feudum,† tamen non per hoc cenſetur feudum nouũ,
ſed imitatur naturam feudi antiqui, ſuper quo eſt reno-
uata cõceſsio,ut uoluit Bar.in l.ſi mihi & Titio. ff. de uer.
oblig.quem refert & ſequitur Alex.in d.conſi.30. col.3.&
4.uerſ.ſed præmiſsis non obſtan.nu.2.3.4.5.& 6. & in ↄſi.
2.quoniam col.2.& 3.lib.5.& Dec.in conſ.208.col.3.uer.
ſed tamen præmiſsis lib.2. ubi latè probat per iura, & do
ctorum auctoritates,quod huiuſmodi renouatio dicatur
* feudum antiquum & inde facit cõclusionem,per * omnes
approbatã,quòd in tali feudo, alienatio facta per aliquẽ
de agnatione in extraneos,eſt nulla, non conſentientibus
alijs agnatis,ad quos feudũ eſt reuerſurũ c.1.de aliẽ.feud.
pater.c.1.de prohib.alie.per Loth.& co.tit.c.1.§.1.de ꝓ-
hib.alien.per Federi.& quatenus prætendatur renunciam
factam per Franciſcum de Spagnolis in manib.Pap.Mar-
tini,ſine conſenſu epiſcopi fuiſſe inualidam, reſpondetur
eam ualuiſſe tanquam factam in manibus domini totius
†qui concurrit cum quocunque ordinario circa inueſti-
turas feudorum, ut tenet Pariſ. poſt Ioannem Monac. &
alios,in conſi.103.colu.1.lib.4. Apertius dico quòd d.D.
epiſcopi Vicentini patroni feudi, approbarunt totiens in-
ueſtituram Pap.inueſtiendo iſtos nobiles Colzatenſes de
feudo renunciato,coram quibus fuit lecta renuncia,& in
ſerta in inueſtituris,& quod ſemel placuit nõ poteſt am-
3 plius impugnari † & ſufficit conſenſus etiam tacitus ſu-
perueniens,ut dicit Andre.de Iſer.in c.1.in princ.de pro-
hib.feud.alie.per Federi.& ibi Aluarot.col.7.uerſi.quæro
an conſenſus, maxime hoc procedit, quia tunc temporis
inueſtiturarum,tractabatur duntaxat de præiudicio do-
mini,quo caſu non refert an conſenſus præcedat uel ſequa
tur.l.iubemus,C.de emancip. libero.l. in concedendo.ff.
de aqu.plu.arcen.cum ſimil.ut per Deci.in conſi.144.col.
1.lib.1.& hæc ſufficiant pro reſolutione primi dubij.
4 ¶Secundi dubij facilis eſt ſolutio,quia certi iuris eſt † ꝙ
ex quo feudum eſt paternum ſeu antiquum, & prouidẽtia
dominorum acquiſitum, ut latius inferius demonſtrabi-
tur,alienatio unius uaſalli de illo, uel parte eiuſdem, per
Ludouicum & Antonium eius fratrem, & alios de agna-
tione in extraneos,ut in proceſſu deductum fuit, non ua-
luit,nec fieri potuit in præiudicium agnationis de Colza
de,& deſcendentium ſuorum agnatorum,& conſequenter
feudum alienatum non fuit deuolutum domino,ſed debe
tur agnatis quibus accreſcit. Nam Ludouicus & alij qui
alienarunt,ſeu renunciarunt,feudo,non potuerunt hæc fa
cere,etiam in manibus domini,& conſequẽter, comes An
tonius de Plegafetis,& poſt eũ D.M.Antonius de Godis,
non potuerunt de eo inueſtiri,cum ſint extranei, ſine legi
tima cauſa,& citatis agnatis habentibus intereſſe, iuri-
bus per me,ſupra in primo dubio allegatis, & habetur in
c.1.de feud.ſin.cu. non amitt.& latè tradit Paul.de Caſtr.
in conſi.160.In cauſa appellationis.col.1. ſecundum an-
tiquam impreſsionem,& in l.ſed ſi hac.ff.de in ius uocan.
Adderant.enim maſculi legitime deſcẽdentes, uocati ad
feudum per fideicommiſſum in primis inueſtituris. qui-
bus per D.Ludouicum,nec alios alienantes,ſeu renunciã
tes,nec per Dominum feudi præiudicari potuit,ut dixi ſu
5 pra. ¶Neque deuoluitur domino † ſed proximioribus
* agnatis,ut per gl.& doct.in c.1.§.hoc quoque, ubi * om-
nes ſcribentes de ſucceſsio.feud.& latè per Deci.in d.cõſ.
144.col.2.& ſequen.& conſi.208.colu.3.& ſequen.lib.2.
ubi latè improbat uenditionem feudorum in extraneos,
quæ & ſi aliquo caſu ualeret in uita alienantis, ipſo tu n
defuncto agnati recuperant ab emptore, nullo reſtituto
pretio eidem,quacunque præſcriptione remota, obſtante
6 mala fide,quia contra iura mercatur † quod ius recupe-
randi competit agnatis per annos triginta contra extra-
neos.c.Titius ſi de feu.fue.c.1.ubi gl.Andr.de Iſer. Bald.
& alij,& ſequitur Deci.in d.conſi.144.colu.2.in fin.Quæ
procedunt,etiam ſi huiuſmodi alienatio,ſeu renuncia eſ
ſet facta in manibus domini, & per eum admiſſa, ut not.
Bal.in d.§.hoc quoque,& in d.cap.1.de alien.feud. pater.
cum ſimil.ut per Deci.in cõſ.395. in cauſa magnifici col.
1.uerſi.& ſi uaſallus & per totam,ubi legendum,ſi placet.
¶Et generaliter quod i feudo antiquo propter alienatio-
nem.ſeu delictum unius uaſalli non deuoluatur Domino
feudum,not.Alex.in d.cõ.30.col.3.in fi. & ſequ. & in cõſ.
2.lib.5.col.3.4.& 5.& Franciſcus Curtius in ſuo tractatu
feudali car.21.& ſeq.& 52.& ſequ.ubi concludit ad fauo-
rem agnatorum,quibus accreſcit ius feudale alienatum ſi
ue renunciatum domino ſiue uigore primæ conceſsionis
ut agnati præferãtur,ut not.per Deci.in d.ↄſi.208.& 395.
Præterea aduertendum eſt, quòd etiam ſi eſſemus in caſu
in quo per alienationem feudum, ipſo iure deuolueretur
domino,& uaſallus eodem iure priuatus eſſet,prout in ter
minis c.primi in princ.in uerſic.calidis, de prohib. feud.
alien.per Federi.tunc demum haberet locum deuolutio,
& priuatio,in feudo nouo,uel in antiquo,quando non ſu
peruiuerent,ſeu nõ extarent agnati de familia Colzaten-
ſium. qui tamen extant in quæſtione noſtra, & ita in ter-
minis noſtris declarant illum tex.Iacob.de Beluiſio,& Al
7 uarot.in d.§.calidis in fi. † & etiam procedit deuolutio,
ſi dominus feudi ita uelle declarauerit,ut per Alex.in cóſ.
103.col.fi.& 124.col.1.lib.1.& per Deci.in conſ.144.col.
fi.& ſequatur ſentẽtia declaratoria,cauſa cognita,& parte
citata,ut conſtet de facto, à quo cauſatur pœna, & idem
Deci. in conſi.185.col.5.uerſi ulterius,& uerſ.ſed breuiter
lib.1.latiſsime probat,quòd ſi uaſallus per alienationem,
uel aliam cauſam iuſtam, ſit ipſo iure priuatus feudo, &
ad Dominum deuolutum per conuentionem inter eos fa
ctam,intelligitur,ſi dominus ita uelle declarauerit, alias
non. Sed in caſu noſtro loquendo de alienationibus fa
ctis ante renunciam factam per D.Ludouicum & fratrem
in manibus domini de anno.1534.cuius uigore aduerſa-
rius fuit inueſtitus, non apparet quod dominus uoluerit
propter tales alienationes feudum ad ſe eſſe deuolutum,
immo totum contrarium per inueſtituras ſubſecutas cõ-
tinuis temporibus in agnatos d.familiæ de Colzade, iu-
xta primas inueſtituras uſque ad annum.1525.incluſiuè.
per quas etiam ſi feudum fuiſſet deuolutum domino,cen
ſetur remiſſa omnis caducitas,ut probat Deci. in d.conſ.
185.col.6.ſicut quando dominus poſt caducitatem reci-
pit canonem,ut tradit Alex.in conſi.14.colu.pen.lib.2. &
Deci.qui loquitur generaliter in quacunque cauſa priua
tionis,in d.conſi.144.col.fi.& Iaſ.in l.2.col.2.in fine. ff. ſi
quis cautio.& Curtius in d.tractatu feud.fol.52.& 53.ex
quibus reſponſum ſit ad uerba inueſtituræ anni.1478.
quæ in euentum alienationis,priuat uaſallum alienantẽ
ipſo iure feudo, Et illud deuoluit domino, abſque aliqua
citatione & ſententia: quia limitatur,declarat, & reſtrin-

gitur per ſupradicta, & etiamprocedit huiuſmodi deuo
lutio,& priuatio,in pœnā & damuum naſalli alienantia,
ſed non in præiudicium agnatorum de familia inueſtito-
rum,ut ſæpe ſupra dictum fuit.& probatur in d.c.1.§.hoc
quoque, de ſucc. feu. ut ſupra. Nam agnati maxime
β inueſtiri,& etiam non comprehenſi in inueſtitura † exclu
dunt extraneos competitores ab inueſtitura in huiuſmo-
di concurſu,ut per Bar.in l.j.§.permittitur. ff. de aq. quot.
& æſt.ubi gl.in uerbo impetrabile,& in l.j.ff.de priuil.cre-
dito.Petrus de Anch.in conſ.174. col.2. uerſ. ulterius ubi
* late hoc probat,& eſt * communis & practicata opinio,
ut per Alex.in d.l.ſi mihi & Titio col.pen.ff.de uerb.obli.
per Rom.in conſ.22.col.2.& Deci.conſ.131.& 328. col.1.
& 2.& per Alex.in conſi.80.col.antep. lib.1. ubi loquitur
in fortioribus terminis,quando linea alienantis eſſet fini
nita,quo caſu feudum eſſet Domino deuolutum,qꝫ ſemper
præferri debent alij agnati,etiam aliàs non inueſtiti. ubi
* atteſtatur hanc * eſſe communem opin. & ita iudicandū
eſſe: quanto magis ita dicēdum eſt in caſu noſtro,in quo
feudum non eſt deuolutum domino per dictas alienatio-
nes antea factas,ſtantibus agnatis inueſtitis,& minus per
aſſertam renunciam.D.Ludouici,& fratris factam de an-
no 1534.in manibus domini,quæ proculdubio nullo pa-
cto fieri potuit,etiam uolente domino,in præiudicium no
bilium de agnatione Colzada,pro quibus feudum prima
prouidentia domini, & ſuorum anteceſſorum receptum
& ſtipulatum fuit.adeo quod ſine eorum conſenſu,culpa,
ſeu defectu amplius ab eis abdicari non potuit, ut patet
9 ex præmiſsis. † Et quòd renuncia Ludouici & fratris, nō
noceat agnatis eſt clara Dec.Petr.de Anch.conſi.174. do
minus Lazarius col.1.in fi.per c.1.& ibi not.de uaſs.decr.
ita ubi eſt caſus de iſta quæſtione. quem ad hæc not. ibi
Alua.& Præpoſitus in 1.not.nam renunciatio non aperie
uiam extraneo,ut ibi.& idem in c.1. de rerum permuta-
tione lib.6. niſi de conſenſu agnatorum. ¶Quo uero ad
tertium dubium,nunquid feudum huiuſmodi dicatur hæ
reditarium,uel prouidentia Domini acquiſitum, præcla-
ram arbitror eſſe reſolutionem,quòd non ſit hæreditariū
10 ſed prouidentia dominorum feudi acquiſitum.† nam qñ
feudum recipitur pro ſe,& hæredibus ſimpliciter, tunc nō
ueniunt extranei,ſed tantum deſcendentes de familia. &
ſic feudum non dicitur hæreditarium, ſed prouidentia,
Domini acquiſitum, cū in materia feudali, appellatione
hæredis intelligatur de maſculo.i. de filio & liberis ac de
ſcendentibus c.1.§.& ſi clientulus de alu.feud.ibi,ſine hæ
rede legitimo maſculo,& eſt gl.in l.etiam.ff.ſolu.matr. &
tex.in c.1.§.fi.ſi de feud.fuer.contro.inter domi. & ag. &
not.Bar.in l.Gallus.§.etiam.ff.de lib. & poſth. cum ſimil.
ut ibi per Alex.& per Deci.in d.conſi.208. col.pen nu.9.
ad fin.& uerſ.1.ergo,& in d.conſi.395.col.pen. num.7. &
ſeq.& in c. præſentia fol.5.in uerſ. prædicta concluſio li-
mitatur de probat.ubi atteſtatur iſtam eſſe communem
11 opinionem. ¶ Et minus ueniunt extranei † quando feu
dum recipitur pro ſe,& hæredibus maſculis expreſſe,ut in
caſu noſtro,in quo dicti quinque fratres de Colzade fue-
runt inueſtiti pro ſe & hæredibus ſuis maſculis legitime
* deſcendentibus,& cuiuslibet ipſorum . Nam * omnes cō
cordant,quòd huiuſmodi uerba accipiuntur pro deſcen-
dentibus,ad excluſionem extraneorum, ut not. Rayn. de
Forli.in diſput.Quidam habebat duos filios, quem refert
& ſequitur Bald. in l. Caius col.2. ff.ſol.matrim. & in d.l.
Gallus.§.etiam,& Alex.in l.quod dicitur fol.6.uerſ. adde
circa hoc.ff.de uerb.oblig.& in conſ.15. lib.1. col.2. cum
alijs,ut per Deci.in d.conſi.185.colu.1. & 2.nu.3.uerſi.ſed
tamen,& in d.conſi.395.col.antep.nu.6.& 7.& in d. c. in
præſentia fol.5.uerſi.fallit.3.cum multis ſimil.ut per eun-
dem Deci.qui latius hoc deducit, & probat in conſi.445,
col.3.circa fi.per totum ſecundum præſuppoſitum,& col.
4.5.& 6.lib.3. ¶ Sed quid opus eſt allegationibus labo-
rare,ſtantibus uerbis inueſtituræ prædictæ, ubi clare dici-
12 tur † feudum eſſe receptum pro ſe & filijs maſculis ac po-
ſteris & deſcendentibus in perpetuum.&c.Tenor. enim in-
ueſtituræ ſemper eſt attēdendus.c.1.in fine de duob.fratr.
a cap.inueſt.& ibi Bal.& alij cum ſimil. ut per Deci. in d.
conſi.95. & ſic tollitur omnis dubitatio, quia impoſsi-
bile eſt ſecundum naturam extraneos dici poſſe de deſcen
dentibus,primo loco inueſtitorum,& conſequenter,opor
tet dicere feudum non eſſe hæreditarium,ſed prouidentia
concedentis. & in extraneoa de Plegafetis, & de Godis
tranſire non poſſe,ut latè probat idem Deci.in d.cōſ.395,
in uerſi.prædictis tamen non obſtantibus & d.conſ.445,
quæ concluſio coroboratur ex uerbo poſteris, quod de
per ſe,etiam dempta dictione,in perpetuum,ſignificat de
ſcendentes in infinitum,l.j.& 4.ff.de iur.immu. quod im-
portat pluſquam dictio liberis,ut patet ex lege iuriscon-
ſultus,§.parentes de grad.ubi liberi dicuntur uſque ad tri
nepotem,ultra hos poſteri uocantur.ut not Bar.in l.libe-
rorum col.fi.ff.de uerb.fig.multo magis ſtante dictione
in perpetuum,poſita in inueſtitura prædicta. ¶Ex qui-
13 bus luce clarius liquet,reſolutum quartum dubium.† An
non hæres ultimo inueſtiti ſuccedat in feudo hæreditario
licèt deſcendat ex primo inueſtito.Ex quo iſtud dubium
ſublatum eſt ſupra,ubi concluſum fuit,feudum eſſe ex pro
uiſione domini cōcedentis quæſitum,quia receptum pro
ipſis inueſtitis,& cuiuslibet eorum hæredibus, maſculis
poſteris ac deſcentibus in perpetuum,ut in d.inueſtitura le
gitur. Vnde iſti nobiles de Colzade, tanquam agnati &
deſcendentes ac uocati in inueſtituris ex proprijs eorum
perſonis,& iure ſibi quæſito,ſuccedunt ex iſta ſola qualita
te agnationis,etiam ſi,nedum ſint hæredes ultimi defun-
cti, ſed etiam eorum, qui primo loco inueſtiti fuerunt,
uel ſi eorum hæreditatem repudiaſſent, ut eſt text. in
c.1.an agnatus uel fil.def.cum alijs latè deductis per Dec.
in conſi.78.col.2.uerſi.ſed tamen prædictis lib. 1.& in d.
conſi.395.col.pen.nu.7.& 8.& in d.conſi.445.in 2.dubio
col.5.& 6.nu.29.& ſeq.ubi latiſsimè probat per iura & au
thoritates ueritatem iſtius cōcluſionis,& reſpondet obie
ctis,ubi ſi uidebitur,uidendum eſt,& tradit Cald.in conſ.
53.in tit.de feud.ubi allegat quàmplura iura & rationes,
& Petr.de Anch.in conſi.174.Dominus Lazarius col.2.&
3.ubi hac ratione concludit,Amatum nepotem præferen
dum eſſe filię d.Lazarij,uigore pacti,& conceſsionis appo
ſitæ in inueſtitura ex prouidentia Domini, non iure hære
ditario ſeu ſuceſsionis. Ad idem eſt deciſ.Andr.de Iſer. in
c.1.de his qui fi.uel hæred.ſu.col.2. uerſi. per iſtam ratio-
nem,ubi concludit,non haberi aliquem reſpectum ad ius
ſuccedendi iure hæreditario, ſed tantum ad tenorem &
pactum inueſtiturę primo loco obtentæ. quod probo ma
14 nifeſta ratione,† nam licèt in bonis allodialibus regula-
riter res iudicata contra unum noceat hæredibus, l.an &
eadem.ff.de excep.re iud.quia eſt eadem perſona cum de-
functo.l.hæredem.ff.de reg.iur.ſecus eſt in feudo, in quo
ſucceditur ex propria perſona, & iure proprio, ut tradit
Andr.de Iſer.in c.1.§.ſi uaſallus col.15. uerſ.ſed nunquid
ex ſententis,ſi de feu.fue.controuer. & ibi Aluarat. col.fi.
cum ſimil.ut latè per Deci.in d. conſi.445. in caſu ad me
tranſmiſſo,in 2.dubio colu.8.nu.3. & ſequ.lib.3.& Maria.
Soci.in conſi.367.pro deciſione.col.5. uerſi. quinimmo.
15 ¶Circa quintum & ultimum dubium † nunquid hære-
des illorum qui laudarunt uenditiones factas de feudo,
poſsint uenire contra huiuſmodi laudationes iux ta. l. cū
a matre cum materia,C.de re.uendicatio. & breuiter con
cludo regulam dictæ legis non habere locum in feudo an
tiquo non hæreditario, ut tenet & probat Bald. in conſi.
215.Opponitur col.1.in fi. lib.2.ubi dicit, quòd hæres in
materia feudi pōt uenire contra factum defuncti,ex quo
tendit ad fraudandum hæredem a beneficio legis, & inue
ſtitura,per not.in l.j.& ij.C.ſi quid in frau.patro.quinim
mo,ipſimet qui laudarunt alienationem feudi poſſunt ue
nire contra factum ſuum,quod eſt ipſo iure nullum c.au-
ditis,& ibi not.de electio.c.ſi quis presbyterorum iunct.
gl.in uerb.alienator de reb.eccl.non alien. nam ſicut im-
probatur a iure alienatio feudi per agnatum,in præiudi-
cium agnatorum,ita laudatio per eoſdem alienationis fa
ctæ: quanto magis ipſorum hæredes? & ita arguit Bald.
in conſi.375.uidetur dicendum lib.5.Nam iſti filij laudā
tium,in d.feudo non ueniunt,ut hæredes patris,nec repræ
ſentates eorum perſonas,ſed ex perſonis ipſorum qui uo-
cantur

cantur per inueſtituram,ut latè dictum eſt ſupra, conſequenter contrauenire poſſint geſtis prædeceſſorum,ut latè firmat Iaſ.in conſi.56.col.4.lib.3.& latiſsimè hoc probat Deci.in d.conſ.445.nu.56.& 57.lib.3.cum alijs ſimil. ut tradit Pariſ.conſi.65.Paternum feudum col.5.& 6.nu. 52.& 53.lib.3. ¶ Ex quibus remanet abſolutum hoc dubium,quod quidem de ſe eſt ſatis clarum. eſſet enim diſputabile in feudo hæreditario,niſi eſſent heredes cum beneficio legis,& inuentarij, ut latè arguunt Deci. & Pariſ. in dictis conſi.Super quo non eſt ulterius inſiſtẽdum,poſt quam quæſtio noſtra uerſatur in feudo antiquo,& ex prouidentia domini acquiſito.

*SVMMARIVM.*

1 *Prior prouiſio de beneficio facta per Papam præualet ſecundæ. & in dubio fauetur poſſeſſori,& inter pares in data præualet prouiſio Papæ.*
2 *De ſtylo in prouiſionibus beneficiorum ponitur clauſula, dummodo prius non ſit alteri ius quæſitum.*
3 *Reus & poſſeſſor poteſt uti duplici titulo pro defenſione ſuæ poſſeſſionis.*
4 *Sola ſupplicatio ſignata gratioſa,litteris non expeditis ualet pro reo,& poſſeſſore ad obtinendam abſolutoriam.*
5 *Prouiſio de beneficio facta per ordinarium comprehenſo in gratia Pap.cum clauſula menſis,& decreto irritanti,eſt nulla,etiam ſi expectans non acceptaſſet infra menſem.*
6 *Immo concluſio præfata ligat manus etiam cardinalis legati de latere, etiam ſi exſpectans non acceptaſſet beneficium infra menſem.*
7 *Reus & poſſeſſor obtinet abſolutoriam à petitis etiam ſi nihil pro ſe probauerit excluſo actore per obiectus.*
8 *Actor ut conſequatur beneficium non ſufficit illi probare de non iure rei,niſi etiam probet de iure ſuo.*
9 *Poſſeſſor non tenetur iuſtificare ſuam poſſeſsionem, nulla eſt collatio beneficij non facta mentione de colorata alterius poſſeſſione eiuſdem beneficij.*
10 *Non eſt opus fulminare proceſſum quando Papa, in expectatiua prouidit de beneficio: ſecus ſi mandat per alios prouideri.*
11 *Regula de infirmis reſignantibus habet locum etiam in beneficijs reſignatis in partibus coram legato uel ordinario.*
12 *Sola ſupplicatio ſignata non probat gratiam pro actore ad canonizandum titulum.*
13 *Quæ concluſio procedit etiam de iure communi, ſecundum quod ſupplicatio ſuper gratia illam non probat.*
14 *Sumptum de regiſtro ſupplicationum non probat gratiam.*
15 *Facultates legatorum non capiunt beneficia reſeruata cardinalibus ratione familiaritatis ſuorum curialium.*
16 *Si Papa in gratia nominat prouiſum clericum præſumitur pro clericatu.*
17 *Verba narratiua Papę etiam de facto alieno probant enunciatum.*
18 *Reus & poſſeſſor non tenetur colorare ſuam poſſeſsionem ſecus in actore qui petit ſuum titulum canonizari.*
19 *Sufficit capto allegare ſe clericum,& probare ſe clericum per litteras in quibus nominatur clericus, ut emittatur iudici eccleſiaſtico.*
20 *Per uerba enunciatiua epiſcopi in litteris prouiſionis probatur reſignatio.*
21 *Item per eadem uerba epiſcopi probatur præſentatio.*
22 *Credendum eſt uerbis epiſcopi dicentis in litteris ſuis ſe aliquem ordinaſſe, etiam in præiudicium tertij collitigantis, excipientis de defectu ordinum.*
23 *Quando prouiſio Papæ trahatur retro ad datam ſuæ gratiæ.*
24 *Prior in poſſeſſione titulo ſaltem colorato debet præferri, & ei tradi littera poſſeſſoria,qui non debet amoueri niſi cauſa cognita per competentem.*
25 *Primus in poſſeſſione etiam per horam debet præferri, nec conſiderandaeſt ſecunda poſſeſſio.*
26 *Prior in poſſeſsione etiã momentanea reſtituendus eſt ad eãdem.*
27 *Exceptio de notorio non iure repellit agentem poſſeſſorio adipiſcendæ.*
28 *Quod ualeat poſſeſsio canonicatus & præbendæ, tam de iure, quam de conſuetudine,etiam ſi nõ ſit capitulariter apprehẽſa.*

CONSILIVM CCCXCVII.

DOMINVS labia mea apetiat,& ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. ¶ Pro Reuerendo domino Emanuele,clerico, Argolicenſi, qui habet gratiam Pauli iij. anni 1545. die 20.Augusti cum clauſula menſis ad acceptandũ in diœc. Ceneten.beneficia ad ualorem ducatorum centum, & cũ decreto irritanti,& ad beneficia etiam reſeruata, & cum clauſula anteferri,cum ampliſsima derogatione ad omnes collationes inferiorum,& ad regulas cãcellariæ. & ad omnia priuilegia,& quæcunque alia contraria,quæ gratia eſt regiſtrata in primo proceſſu ſub legato Reuerendi. D.de la caſa fol.31. Modo uacantibus canonicatu & præbenda Ceneten. per obitum Angeli de Rhodianis, Procurator D.Emanuelis acceptauit illos in die Iouis.18. Nouembris 1546.infra menſem,à tempore uacationis,ut conſtat in dicto proceſſu,fol.89.& 90.poſt quam acceptationem,Papa in ſua gratia prouidit eidem Emanueli clerico Argolicenſi,& nunc prout ex tunc, a die gratiæ eidem factæ. ¶ Sed prouiſio facta per legatum de la caſa Petro Antonio Sarcinello fuit de uacantibus,etiam per obitum
1 die 20.eiuſdem menſis † cui præualet prior prouiſio facta
Emanueli,de die 18.eiuſdem menſis, c. tibi, qui de reſ.lib.
6.c.cum cui,& c.ſi poſtquam,& per tex.in cap.ſi a ſede,de
præben.lib.6.etiam ſi eſſent pares in data, ut in d.c.§.fin.
propter ampliorem prærogatiuam Papæ conferentis, &
poſſeſsionem Emanuelis,in qua reperitur.Præualet etiam
prouiſio facta Emanueli, ex quo in prouiſione Reuerendiſsimi
2 legati facta Sarcinello adeſt clauſula † dummodo
prius non ſit alteri ius quæſitum. Sed Emanueli fuerat
prius ius quæſitum ut dixi,cui Papa non intendit, nec legatus
præiudicare c.quamuis,in fi.c.ſi propter, de reſcri.
lib.6.c.cum in eccleſia,de præben.eod. lib. Fuit etiam facta
ſecunda acceptatio pro Emanuele ſine præiudicio pri
3 mæ ſub die dominica 21.dicti menſis Nouembris † qui cũ
ſit reus & poſſeſſor poteſt uti duplici titulo pro defenſione
ſuæ poſſeſsionis.cap.poſt electionem,ubi Abb.in 3.not.&
Imo.in ultimo.& alij ſcribentes de conceſ.præben.idem
Abb.in c.in noſtra col.3.de reſcri.cum multis ſimilib. ut
ibi latè per Feli.col.2.Emanuel habet ẽt nouam prouiſionem
cum clauſula,ẽt ſi uacet ex reſignatione, cum gratia
ſi neutri,ſi nulli,ſi alteri,& perinde ualere ſub data Peruſij
ſeptimo idus Septembris, quæ præcedit nouam prouiſionem
aduerſarij per duos annos, in qua gratia, Emanuel
4 nominatur clericus per Papam. †¶ Et nota quòd noua
prouiſio, & aliæ gratiæ Emanuelis ualent pro eo, reo, &
poſſeſſore ad obtinendam abſolutoriam a petitis,etiam ſi
non ſint litteræ expeditæ, ſed ſola ſupplicatio ſignata, ut
ſunt claræ & practicatæ deciſiones Rot. ut refert & atteſtatur,
Guiel.Caſſa.deciſ.2.in fi.de re iud.& Gomeſ.io pluribus
locis maximè ſuper regula, de non iudicando q.4.
5 †¶ Rurſus prouiſio legati facta Sarcinello eſt nulla ipſo
iure,ex quo facta fuit infra menſem a die uacationis propter
decretum poſitum in gratia Emanuelis, cum clauſula
menſis. Quod decretum ligat manus ordinarij,& omnium
colatorum etiam ſi expectans non acceptaſſet infra
menſem.ita Card.latè probat, in conſi.105.& Caſſa. deciſ.5.
de conceſ.præben.quod latè diſputat & probat Feli.
poſt alios infinitos ab eo relatos in ca. cum ex officijs de
præſcri.fol. ultimo ubi atteſtatur palatium Romæ ita obſeruare,
quos alter non refero cum ſit potius laborioſum.
6 † Immo tale decretum ligat manus,etiam cardinalis legati
de latere,ut latè probat Caſſa. deciſ.1. & 3. in titulo de
clauſula decreti.Facit etiam ad hæc deciſ.Rot.in no.160.
incipit,Si reus,quæ latè poſt plures deciſiones,& auctori
7 tates,& rationes concludit † quod reus & poſſeſſor obtinet
abſolutoriam a petitis, etiam ſi reus nihil pro ſe probauerit
excluſo actore per obiectus,c.fi.§.ſane de iur. iur.
cum infinitis concordan.ut per Felin.in c.olim col.6. per
totam,uerſi.ult.guſta,de reſcr.ubi tenet & probat per illũ
8 tex. † quòd ad hoc ut actor conſequatur beneficium,non
ſufficit probare de non iure,rei,niſi etiam probet de iure
ſuo

ſuo ut eſt gl.fi.in c.unico, de eo. qui mit.in poſſe.lib.6.&
* dicit Gemi.in conſi.92.in ptin.ꝙ poſſeſſor ſecundum* cō
munem opinionem nō tenetur iuſtificare ſuam poſſeſsio-
nem. ¶ Obſtat etiam Sarcinello ſubrectio ſuæ prætenſę
9 collationis † quia in ea non fuit facta mentio de colora-
ta, ſaltem facti poſſeſsione dictorum canonicatus & præ-
bendæ, quos Emanuel prius tenebat & poſsidebat, ſub
die 18. menſis Nouembris palam, publicè, & notoriè; er-
go gratia nulla.c.cum noſtris, de conce.præb.ubi doct.no
tāt, & prout in terminis conſuluit Gemi.conſi.92.in cau-
ſa canonicatus, col.3.uerſi uenio ad ſecundam. Nam gra
tia facta per legatum Sarcinello, fuit per duos dies poſte-
rior, die 20.eiuſdem menſis, qui Gemi. remouet nonnulla
obiecta. ¶ Non obſtant obiecta quæ colliguntur ex pro
ceſsibus, quòd nō fuerit ſuper gratia Emanuelis fulmina-
30 tus proceſſus, † quia ceſſat quando Papa in gratia proui-
det de beneficio, eueniente uacatione, & ſecuta acceptatio
ne, ut in quæſtione noſtra, quia ipſe dicitur gratiam exe-
qui, ſecus quando mandat per alium prouideri, tunc.n.
opus eſt proceſſu, c.ſi ſuper gratia, de offi.deleg. & in c. ſi
executor de conce.præb.lib.6.& ita dicit Guiel. Caſſa.de
ciſ.Rot.3.de præben.nu.14.& 15. ¶ Non obſtat gratia
nuncij Reuerendi Ioannis de la caſa facta Polidoro, de di
cto canonicatu, tanquam de uacanti per reſignationem
dicti Angeli ſub die 17.eiuſdem menſis Nouembris, & ſic
per unam diem, ante prouiſionem factam Emanueli, qui
Polidorus tanquam tertius pro ſuo intereſſe comparuit,
& pendente iudicio obijt, in cuius iuribus Sarcinellus ob
tinuit ſurrogari: quia reſpondetur, quòd canonicatus nō
uacauit per reſignationem, ſed per obitū Angeli, qui mor
tuus fuit infra 20.dies, a die 15. Nouembris, uſque ad diē
21.eiuſdem menſis, ut confitetur Sarcinellus in ſuis arti-
31 culis. † Et ſic illi obſtat regula de infirmis, quæ habet lo-
cum in partibus coram ordinario, & legato de latere, ſeu
nuncio cum facultate cardinalis de latere, ut latè poſt lō
gam diſputationem tenet Ludoui.Gomeſ. ſuper dicta re-
gula de infirmis.q.26.fol.51.ubi atteſtatur ita fuiſſe præ-
cticatum pluries in Rota ſuo tempore, & cōcordat Caſſa.
ſuper eadem regula decis.31.fol.46.& quamuis iſta quæ
ſtio aliàs fuerit diſputabilis per not.Petr.de Anch. in cōſ.
247.col.1.& Decij, in conſ.224.in caſu propoſito col.fi. &
per ea quæ aliàs conſului, ubi tenui opinionem Dec. ho-
die tamen ceſſat, quia in regulis cancellariæ Pauli Papæ.
iij.& Iulij iij.& Pauli.iiij.addita fuit iſta clauſula, quacun
que auctoritate beneficia uacantia per reſignationem cō
ferantur. quæ ratio generalis comprendit beneficia uacā-
tia reſignata ēt in partibus coram quocunque collatore.
quę clauſula non erat in regula gloſata per Gomeſ.& Caſ-
32 ſa. Rurſus Sarcinellus excluditur. † quia litteræ ſuper
illa ſurrogatione non ſunt expeditæ. ſed ſola ſupplicatio
ſignata, quæ nihil ualet pro actore ad canonizandum titu
lum prout petit Sarcinellus, per reg.cāce. quòd iudicetur
iuxta formam litterarum expeditarum, ut dicunt Guiel.
Caſſa.deciſ.2.in fi.in tit.de re.iudi.cum ſimil. ut per Go-
meſi.ſuper dicta regula de non iudic.q.4.& eſt ratio quia
ſola ſupplicatio gratiæ, eſt res informis, & gratiam non
33 probat † etiam de iure cōmuni Rot.in nou.332.in princ.
& 458.col.2.& Nico.de Mil.ſuper uerſ.Gratia, & uerbo ti
34 tulus, & Bell.deci.46.ſuper uer.Hinc ſequitur, † quòd ſum
ptum de regiſtro ſupplicationum non probat gratiā, dec.
35 Bell.152. † Obſtat etiam prouiſioni legati defectus ſua
rum facultatum, quæ non capiunt beneficia affecta ratio-
ne familiaritatis Cardinalium. nam Angelus fuit familia
ris Reuerendiſsimi Marini de Grimanis, & ab eo aſſecu-
tus fuit canonicatum, ut ipſe Angelus articulauit & pro-
bauit. Quo Marino uita functo durat affectio & fit reſer-
36 uatum ſummo Pontifici. † ¶ Non obſtat obiectum quòd
præcipuum uidetur pro aduerſario, quòd Emanuel non
eſſet clericus tempore gratiæ ſibi factæ, quia hoc tollitur,
ex quo in ipſa gratia per Papam nominatur clericus, &
ſuper iſta qualitate fundatur gratia, ut tenet gl.in cle.1.de
37 proba.in uerb.fuiſſe narramus, circa medium † quæ con-
cludit quòd uerba narratiua Papæ, etiam de facto alieno,
ſuper quibus fundatur intentio probant enunciatum, quę
* gl.eſt approbata per * omnes. idem Papa in gratia no-
uæ prouiſionis uocat Emanuelem clericum. Rurſus ad
18 idem, nam Emanuel eſt reus & poſſeſſor † qui non tene-
tur colorare ſuam poſſeſsionem, ſed illi ſufficit aduerſariū
repellere per obiectus ut prædixi: ſecus ſi eſſet actor quòd
peteret titulum ſuum canonizari, pro habenda poſſeſsio-
ne, ut in terminis tenet Gemi.conſ.91.& 92.in princ.& no
tatur per Abbatem, & alios, in c.cum adeo, de reſcri. & in
c.ex litteris, de tranſa.& in c.2.de inſt.& ita diſtinguendo
inter actorem, & reum, tenet Rot.in anti.264.& 312.nota
ꝙ clericus, quę allegant obſeruantiam Rotæ, ꝙ ſatis ſit ad
iuuēdum poſſeſſorem beneficij, ꝙ talis per aliqua tempora
geſſerit ſe pro clerico, licèt aliter non probetur clericus: ſe
cus in actore. pro quo eſt notabile dictum Io. And.in reg.
19 non licet actori, de reg.iur.lib.6.qui tenet † ꝙ captus a iu
dice laico, ſi allegat ſe clericum & pro ſua defenſione pro
ducat litteras Pap.in quibus nominatur clericus debet re
mitti ad iudicē eccleſiaſticum, quia præſumitur clericus,
cum quo tranſit Feli.in c.nonnulli.§.ſunt & alij, colu.5.in
4.ampliatione de reſcriptis. Confirmo quia Emanuel ab
omnib. in ſcripturis regiſtratis in proceſſu tenetur, & no-
minatur pro clerico, ut dixi per Papam, in prima & ſecun
da gratia, & in inſtrumēto acceptationis canonicatus, &
prouiſionis, & poſſeſsionis adeptæ nec non in inſtrumen
tis, in quibus fuit deputatus eidem tutor & curator, & in
quibus ipſe conſtituit actorem ſeu procuratorem, & in lit
teris ducalibus poſſeſſorijs & in exceptionib. ad libellum
Et ad prædicta confert deciſ.Gemi.conſ.103. pro reſpon
20 ſione col.pe. † qui probat, ꝙ per litteras epiſcopi ſuo ſi-
gillo ſignatas probatur reſignatio facta in manib. ſuis de
beneficio, per uerba narratiua. Ad idem eſt deciſ.Rot.
423.incipit, Sed retento in no. quæ atteſtatur fuiſſe tentū
21 ex uoto omnium dominorum de Rota. † Quod præſenta
tio patroni facta de clerico probatur p litteras inſtitutio-
nis epiſcopi, per uerba narratiua ipſius de præſentatione
facta. Sed in proceſſu primo ſub legato D.Ioanne de la ca
ſa, pro Emanuele, ſunt productæ & regiſtratæ litteræ Reue
rendi domini ſuffraganei Paduę cum ſuo ſigillo, & ſubſcri
ptæ per cancellarium dictæ curiæ collationis quatuor or
dinum minorum, in perſonā Emanuelis ſub anno 1548.
die 9.menſis Iunij, in quibus ipſe aſſerit eundem Emanue
lem eſſe clericum primæ tonſuræ & Paduæ habitatorem.
quæ uerba probant ordinem enunciatum, per prædicta.
quæ litteræ primæ tonſuræ ſunt expeditæ, & ſunt in mani
bus & poteſtate dicti D.Emanuelis, ſub anno 1545.ſub mē
ſe, & die prout in ipſis, quæ ſunt oſtenſæ, & lectæ, in præſen
tia Reuerendi D.auditoris in die is cauſę, ſed non ſunt di-
ſtractæ in proceſſu, cum fuerit cauſa expedita per pronū-
ciam factam relatiuè ad pollizam, adduc non apertam ſi
ne conſenſu Emanuelis abſentis. poſt quam pronunciam
litteræ primæ tonſuræ ſunt inuētę. Quib.addo deciſ.in ter
minis D.Ant.in c.poſt ceſsionem, de prob.col.6.uer.in ex
22 traiudi. † ubi firmat, credendum eſſe litteris ordinarij, in
quib.aſſerit, ſe aliquem ordinaſſe, licèt de ordine aliter nō
conſtat, per litteras, uel per teſtes, & col.7.in uerſ.ſextus ca
ſus, ubi loquitur de litteris atteſtantib.de ordinibus colla
tis, quibus creditur rationibus, ut ibi per eum, etiam ſi per
accidens. ex poſt facto tractaretur de intereſſe tertij, exci
pientis de defectu ordinum. quod nota perpetuo. Nā at-
tendit illud, quod principaliter agit, & nō id quod conſe-
quit, l.ſi quis, nec cām, cū materia.ff.ſi certū petatur. Præ-
terea excluditur manifeſta rōne Sarcinellus actor, qui nō
docuit ſe clericū eſſe, de quo tenetur docere, aliàs eſt inha
bilis ad canonicatū. ut dixi ſupra poſt Gemi. in conſ.51.
in prin. ſed Sarcinellus in proceſſu fol.57.dixit ſe produce
re bullas ſuorū ordinū. quæ fuit uerbalis productio, non
actualis, ut atteſtatur notarius cauſę, in eodē proceſſu.fol.
58.ex quib. ſatis dilucidè conſtat de notorio non iure Pe
tri Antonij Sarcinello, & domini Polidori in petitorio, &
in conſequentiam D. Emanuelem clericū Argolicenſem
abſoluendum fore & eſſe a petitis. ¶ Cæterum, quia illu-
ſtriſsimum Ducale dominium, uertente cōtrouerſia inter
partes coram eodem, cui nam dictorum competitorū eſ-
ſet danda poſſeſsio temporalis, commiſsit hunc articulū
Reuerendo

Reuerendo domino uicario curiæ Patriarchalis,ut audi-
ret partes ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ, & cũ iuramento
illi in ſcriptis referret,cui nam eſſent dandæ litteræ duca-
les poſſeſſoriæ: Expediendo hanc controuerſiam conſu-
lui pro fauore D.Emanuelis litteras ad eius fauorem eſſe
decernendas,& ita Reuerendus D.Vicarius uti referenda
rius,cum iuramento,& in ſcriptis Illuſtriſsimo Dominio
retulit iurib.& rationib. infraſcriptis. nã uacantib. dictis
canonicatu & præbenda,procurator Emanuelis infra mẽ
ſem acceptauit illos,die Iouis.18.Nouembris,prima hora
noctis.1546.qua hora adeptus fuit poſſeſsionẽ,prima ui-
ce,& ſecundo,die dominica 21. eiuſdem menſis hora.17.
23 quo fit, † ut prouiſio facta per Papam,in gratia Emanue-
lis,trahatur retro ad initium gratiæ factæ die 26. Auguſti
dicti anni.1546.propter clauſulam illã,ex nunc, prout ex
tunc,& econtra,ex quo nulli,interim erat ius quæſitũ,nec
in petitorio,nec in poſſeſſorio, ſtante clauſula menſis, cũ
decreto irritanti,cle.1.§.ſecus,de conceſ.præb. cum gl. in
uerſ.ex nunc,& tradit Guiel.Caſſa.deciſ.3.de præb.nu.15.
& 16.& per Io.Staph.in ſuo libello litterarum gratiæ,& in
ſtitię fol.38.in quinta forma,& Rot.in no.deciſ.383. ſi Pa
pa col.2.quæ loquitur de clauſula anteferri,& ex nũc,pro
ut,ex tunc,quæ ligant manus etiam legati de latere cardi
nalis.ita Caſſa.deciſ.1.& 2. in titulo, de clauſula decreti.
Poſſeſsio uero pro Sarcinello fuit adepta ſub die ſecunda
menſis Decembris eiuſdẽ anni 1546. uigore prouiſionis
ſibi factæ per Reuer.legatũ in diem ſabbati 20.Nouẽbris
poſſeſsio uero pro Polidoro adepta fuit die dominico 21.
menſis Nouembris hora 18.per Alexandrũ de Rhodianis,
prætenſum procuratorem,qui tñ carebat mandato,quod
uidens Polidorus poſtea die Iouis.25. eiuſdem mẽſis rati
ficauit dictam poſſeſsionẽ & de nouo aliam dicta die.25.
adeptus fuit capitulariter,ex quib.patet de priori poſſeſ-
24 ſione Emanuelis † & primus poſſeſſor titulo colorato de
bet præferri,& manu teneri per Principem ſecularẽ,ut tra
dit Guid.Pap.q.1.& 71.& 85.& cum ſimil.ut notan.conſu
luit Deci.in conſi.220.a qua de iure non debet amoueri,
niſi poſſeſſore citato,& cauſa cognita per iudicem compe
tẽtem,ut legi,& nota.per Abb.& alios,in c.conquerente,
de reſti.ſpo.& in c.cum cauſa,ubi Feli.latè de offi. dele.ẽt
uirtute reſcripti imperialis l.meminerint.C.unde,ui & de
his eſt tex.in c.licèt epiſcopus,de pręb.lib.6.ubi Philip.in
3.& 4.nota.& not.per gl.in uerb.Neuter.ubi Nec apparet
quis tunc primo,in c.ſi à ſede.§.fi.de præb.eod. lib.& ha-
betur in c.duobus de reſcri.eod.lib.ubi gl. & doct. ponũt
25 de priori poſſeſsione ẽt per hotam.ex quib.infero. † ꝙ po
ſterior poſſeſsio adepta per Polidorum nihil ſibi ſuffraga
tur per not.Philip.in d.c.ſi a ſede,in 2.not.& Gemi.col.pe.
ubi dicunt,ꝙ ſi cum titulo quis beneficium primo poſsi-
det, licèt poſtea alius de facto ẽt cũ titulo acquirat poſ-
ſionem,tuoi ſit primo præiudicium, quos refert, & ſequi.
Deci.in conſi.169.col.pe.uerſ.uenio ad tertium,lib.1. nã
iſta ſecunda fuit clandeſtina.c.licèt cauſam de proba.per
quam rationem Illuſtriſsimum Dominium reuocauit lit
teras ducales per cũ clam,ſuper poſſeſsione obtentas.Cõ
firmo ꝑ ea quæ dicit D.Præp.in ſumma.3.q.5.fol.4.colu.
26 3.& 4. † ꝙ in palatio apoſtolico Romæ obſeruatur, ut
prior in poſſeſsione,ẽt momentanea, reſtituatur ad can-
dem,contra quemcunque ſecundum. & prædicta ſunt ue
ra,maximẽ ſtãte nullitate notoria tituli Polidori propter
27 decretum Papę,in gratia Emanuelis.†Quod obſtat agẽti
poſſeſſorio adipiſcendæ,ut tenet Abb.in c. cum olim,col.
pen.de cau.poſſe.& in c.poſt electionem,col.fi. de conce.
præb.& in c.conſtitutis,il 2.col.fi.de appel.& Inno.c.1.de
cau.poſſ.& Ang.in l.1.C.de edi.di.& Bar.in l.ſi de ui.ff.de
iudi.ubi concludunt,quòd agens poſſeſſorio adipiſcendę
repellitur in materia relationis corã iudice ſeculari,quan
do incontinenti probatur de defectu proprietatis, prout
conſtat in caſu noſtro,de notorio defectu prouiſionis po
lidori,ut dixi ſupra in petitorio, & ita cõſuluit Deci.in d.
conſ.220. ¶ Nec obſtat priori poſſeſsioni Emanuelis,il
la ſecunda Polidori capitulariter apprehenſa, ut uidetur
tenere Rot.in no.275.& ſequitũ Caſſa.deciſ.8.de ca.poſſe.
28 † Quia contrarium eſt uerius,de iure,& de conſuetudine
generali,ut latè tradit Petr.de Anch.in regula ſine poſſeſ-
ſione fol.4.col.4.& fol.5.col.1.& 2.de reg.iur. lib.6. & ſe-
qui.Nico.de Mil.in reperto.in uerb. poſſeſsio fol.1.colu.
ſecunda uerſicu. poſſeſsio iuris prælaturę,uel canonica-
lis. & de conſuetudine approbat deciſ.illa 275.& Caſſa.
eadem deciſ.8.

¶Explicit ſecundum uolumen Conſiliorum ſeu Allegationum Clariſſimi Iuris utriuſque conſulti Io. Baptiſtæ Ferretti Vicentini.



## Series Chartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt quaterniones præter S, Ternionem.